image
not
available

13–19. 6. 77.

Concordata inter San CTISSIMVM DO. NOSTRVM Papam Leonem X. & ſedem Apoſtolicã, ac Chriſtianiſsimum Do. noſtrum Regem Franciſcum, & regnũ, edita. In duos diſtincta tomos, Primus continet Concordatorum ipſorum textũ, cũ interpretationibus Do. Petri Rebuffi de Montepeſſulano, Iuriũ doctoris & comitis, in Pariſiẽ. Decretorum facultate Profeſſoris, In Senatúque Pariſien. patroni.

Secundus autem tractatus Nominationum, & de pacificis poſſeſſoribus eiuſdem Rebuffi, cum Indice alphabetico.

¶Hæc ſexta editio eſt ab eodem authore recognita, & multis mendis purgata, atque extrema addita manus, vt alia amplior deſideranda non ſit.

Primus Tomus.

Pariſiis apud Galeotum à Prato, ad primam Regij Palatij columnam.

1555.

Cum priuilegio Regio ad decennium.

Le priuilege.

HENRY *par la grace de Dieu roy de France, Au preuost de Paris, seneschal de Lion, bailly de Mascon, bailly de Berry, a Bourges, Et a tous nos autres Iusticiers, ou a leurs lieuxtenans, salut. Receu auons l'humble supplication de messire Pierre Rebuffi, docteur es droictz, & regẽt en Decret en nostre Vniuersité de Paris, Contenant que des long tẽps il s'est appliqué & s'applique a plusieurs lectures, faire, & cõposer plusieurs liures, Mesmemẽt sus noz Ordõnãces, & sur le tiltre De verb. sign. aux Digestes, & autres plusieurs traictez, & repetitions sur le droict. Et combien que par feu bonne memoire nostre pere luy aye esté concedé de faire Imprimer ses liures a qui bon luy semblera, & deffendu a tous autres ne Imprimer lesdictz liures. Et ce nonobstant aucuns Imprimeurs, ou Libraires auroient fait Imprimer, sans son vouloir & consentement, quelques liures incorrectz, & sans forme deue apres la premiere presse, ne suyuant ledict exemplaire. Laquelle chose tourne au grand preiudice de la republique, & en grand dommage, & diminution de la bõne fame & renõmée dudict Rebuffi. Et aussi qu'il fault qu'il soit recõpensé de ses labeurs qu'il prẽd a ce faire, Nous humblement requerant icelluy suppliant sur ce luy pouruoir de nostre grace, prouision & remede conuenable. Parquoy nous ces choses considerées, voulans ledict suppliant estre iustement recõpensé de ses peines, & trauaux de ses cõpositions. Auons deffendu & deffendons par ces*

presentes

presentes a tous Libraires & Imprimeurs, Marchants, & autres quelzconques, qu'ilz, n'aucun d'eulx, Impriment, ou facent Imprimer aucuns liures, œuures, ou compositions soubz le nom dudict suppliant, sans son expres commandement, vouloir & deliurance de luy, & signez de sa main. Et ce sur grans peines, & confiscations des liures qui auroiẽt esté Imprimez, & amẽde enuers nous, & ledict suppliant, & peines corporelles si besoing est, lesdictes inhibitions tousiours tenants. Car ainsi nous plaist il estre faict, nõobstant quelzconques lettres subreptices a ce contraires. Donné a sainct Germain en Laye, le neufiesme iour de May, L'an de grace mil cinq cens quarante neuf. Et de nostre regne le troisiesme.

Par le Roy en son Conseil, *Marchant.*

Permisi ego subsignatus Galioto à Prato, bibliopolæ, vt à Calend. Septemb. Anni M. D. L I. in decennium, superiore priuilegio mihi concesso vtatur.

P. Rebuffus, Iurium doctor, & comes, subscripsi.

HAE SVNT RVBRICAE,
ſeu tituli Concordatorum.

SVPERILLVSTRI AC CHRISTIANISSIMO FRANcisco Francorum Regi, Petrus Rebuffus S.P.D.

IN Meroe nemo illorum quisquã summũ gerere imperiũ poterat, nisi qui praeualido corpore prae caeteris antestaret, inuictissime Rex, sicut nec apud Catheos Iudaeam gentem, ni qui praestãti corporis forma alios antecelleret: qua in re, si historiographorũ monumentis assentire volumus, traditur, tot ex milibus armatorum militũ, quos Xerxes in Graeciam perduxit, neminẽ sibi corporis magnitudine, aut specie praestitisse. Medi autẽ nisi qui viribus excelleret, praecipuóque robore omnibus emineret, iure gentis pro rege habebant neminẽ: nec Persae quempiam, qui disciplinis liberalibus imbutus nõ esset, pro rege admittebant. Ista tamen cuiquam simul extra te vnũ adscripta

fuisse, nusquam legisse memini, ita vt apud omnes gentes ad regnandũ requisita iure optimo in te vno emineãt: atqui cũ hæc aperta & omnibus peruia sint, nunc missa faciam: vnũ tamen impræsentiarũ non prætermiserim, quòd apud Parthos regiam dignitatem adire, vel eam salutare absq; munere nephas erat. Quod animo perpẽdens tuã interpellare dignitatẽ ausus hactenus non fui: diu in mente reuoluens, quo munere tibi grato (& non Veneri suem, vt parœmia vtar, immolarem) hilari vultu adire possem, oblatæ sunt mihi, nescio quo fato conuentiones inter sanctissimum Papam & maiestatem tuam (quas concordata vocitant) in quibus enucleandis aliquantulum, tam in scholis Decretorum Parisiis publicè interpretando, quàm priuatim scribendo elaboraui: quæ, etsi tale munus non decet principem, tu tamen pro tua erga omnes humani-

tate

tate æqui boníque (vt dici ſolet) conſules,& tuas leges (licet meis lucubratiúculis elucidatæ ſint,ſi tuæ ſedeat magnificentiæ) nequaquam contemnes. Mihi verò interim in mentem venit, quod non abſque animi prudentia ab Octauiano Auguſto prolatum extitit, dum quidam illi libellum trépidè offerret,manum nunc proferés,nunc retrahens: An putas,inquit,te aſsem elephanto porrigere? ſolent enim nõ extra metum pueri teruncios elephanto ſuppeditare,quos ille non ſine ſpectatorũ admiratione probos eidẽ oblatos ſic corripit,vt illorũ manus non lædat. moleſtũ erat optimo Principi quod timeretur:cui cõuenit Xenophanes Lagi filiꝰ,inquiẽs quẽlibet nephariis in rebus timidũ eſſe debere,in honeſtis verò rebꝰ audacẽ oportere. Quæ omnia me ita incẽderunt, vt nulli mortalium hoc qualecunque opus extra te vnũ dicare in animo fuerit. Dicet quis , alios

13–19. 6. 77.

Concordata inter San CTISSIMVM DO. NOSTRVM

Papam Leonem X. & sedem Apostolicā, ac Christianissimum Do. nostrum Regem Franciscum, & regnū, edita. In duos distincta tomos, Primus continet Concordatorum ipsorum textū, cū interpretationibus Do. Petri Rebuffi de Montepessulano, Iuriū doctoris & comitis, in Parisiē. Decretorum facultate Professoris, In Senatúque Parisien. patroni.

Secundus autem tractatus Nominationum, & de pacificis possessoribus eiusdem Rebuffi, cum Indice alphabetico.

¶Hæc sexta editio est ab eodem authore recognita, & multis mendis purgata, atque extrema addita manus, vt alia amplior desideranda non sit.

Primus Tomus.

Parisiis apud Galeotum à Prato, ad primam Regij Palatij columnam.

1555.

Cum priuilegio Regio ad decennium.

Le priuilege.

HENRY *par la grace de Dieu roy de France, Au preuost de Paris, seneschal de Lion, bailly de Mascon, bailly de Berry, a Bourges, Et a tous nos autres Iusticiers, ou a leurs lieuxtenans, salut. Receu auons l'humble supplication de meßire Pierre Rebuffi, docteur es droictz, & regẽt en Decret en nostre Vniuersité de Paris, Contenant que des long tẽps il s'est appliqué & s'applique a plusieurs lectures, faire, & cõposer plusieurs liures, Mesmemẽt sur noz Ordõnãces, & sur le tiltre De verb. sign. aux Digestes, & autres plusieurs traictez, & repetitions sur le droict. Et combien que par feu bonne memoire nostre pere luy aye esté concedé de faire Imprimer ses liures a qui bon luy semblera, & deffendu a tous autres ne Imprimer lesdictz liures. Et ce nonobstant aucuns Imprimeurs, ou Libraires auroient fait Imprimer, sans son vouloir & consentement, quelques liures incorrectz, & sans forme deue apres la premiere presse, ne suyuant ledict exemplaire. Laquelle chose tourne au grand preiudice de la republique, & en grand dommage, & diminution de la bõne fame & renõmée dudict Rebuffi. Et außi qu'il fault qu'il soit recõpensé de ses labeurs qu'il prẽd a ce faire, Nous humblement requerant icelluy suppliant sur ce luy pouruoir de nostre grace, prouision & remede conuenable. Parquoy nous ces choses considerées, voulans ledict suppliant estre iustement recõpensé de ses peines, & trauaux de ses cõpositions. Auons deffendu & deffendons par ces*

presentes

presentes a tous Libraires & Imprimeurs, Marchants, & autres quelzconques, qu'ilz, n'aucun d'eulx, Impriment, ou facent Imprimer aucuns liures, œuures, ou compositions soubz le nom dudict suppliant, sans son expres commandement, vouloir & deliurance de luy, & signez de sa main. Et ce sur grans peines, & confiscations des liures qui auroiët esté Imprimez, & amẽde enuers nous, & ledict suppliant, & peines corporelles si besoing est, lesdictes inhibitions tousiours tenants. Car ainsi nous plaist il estre faict, nõobstant quelzconques lettres subreptices a ce contraires. Donné a sainct Germain en Laye, le neufiesme iour de May, L'an de grace mil cinq cens quaranteneuf. Et de nostre regne le troisiesme.

Par le Roy en son Conseil, *Marchant.*

Permisi ego subsignatus Galioto à Prato, bibliopolæ, vt à Calend. Septemb. Anni M. D. L I. in decennium, superiore priuilegio mihi concesso vtatur.

P. Rebuffus, Iurium doctor, & comes, subscripsi.

HAE SVNT RVBRICAE, ſeu tituli Concordatorum.

SVPERILLVSTRI AC CHRISTIANISSIMO FRANCISCO Francorum Regi, Petrus Rebuffus S. P. D.

IN Meroe nemo illorum quiſquã ſummũ gerere imperiũ poterat, niſi qui prævalido corpore præ cæteris anteſtaret, inuictiſsime Rex, ſicut nec apud Catheos Iudæam gentem, ni qui præſtãti corporis forma alios antecelleret: qua in re, ſi hiſtoriographorũ monumentis aſſentire volumus, traditur, tot ex milibus armatorum militũ, quos Xerxes in Græciam perduxit, neminẽ ſibi corporis magnitudine, aut ſpecie præſtitiſſe. Medi autẽ niſi qui viribus excelleret, præcipuóque robore omnibus emineret, iure gentis pro rege habebant neminẽ: nec Perſæ quempiam, qui diſciplinis liberalibus imbutus nõ eſſet, pro rege admittebant. Iſta tamen cuiquam ſimul extra te vnũ adſcripta

fuiſſe, nuſquam legiſſe memini, ita vt apud omnes gentes ad regnandũ requiſita iure optimo in te vno emineãt: atqui cũ hæc aperta & omnibus peruia ſint, nunc miſſa faciam: vnũ tamen impræſentiarũ non prætermiſerim, quòd apud Parthos regiam dignitatem adire, vel eam ſalutare abſq; munere nephas erat. Quod animo perpẽdens tuã interpellare dignitatẽ auſus hactenus non fui: diu in mente reuoluens, quo munere tibi grato (& non Veneri ſuem, vt parœmia vtar, immolarem) hilari vultu adire poſſem, oblatæ ſunt mihi, neſcio quo fato conuentiones inter ſanctiſsimum Papam & maieſtatem tuam (quas concordata vocitant) in quibus enucleandis aliquantulum, tam in ſcholis Decretorum Pariſiis publicè interpretando, quàm priuatim ſcribendo elaboraui: quæ, etſi tale munus non decet principem, tu tamen pro tua erga omnes humani-

tate

tate æqui boníque (vt dici ſolet) conſules,& tuas leges (licet meis lucubratiũculis elucidatæ ſint,ſi tuæ ſedeat magnificentiæ) nequaquam contemnes. Mihi verò interim in mentem venit, quod non abſque animi prudentia ab Octauiano Auguſto prolatum extitit, dum quidam illi libellum trépidè offerret,manum nunc proferés,nunc retrahens: An putas,inquit,te aſsem elephanto porrigere ? ſolent enim nõ extra metum pueri teruncios elephanto ſuppeditare,quos ille non ſine ſpectatorũ admiratione probos eidẽ oblatos ſic corripit,vt illorũ manus non lædat. moleſtũ erat optimo Principi quod timeretur:cui cõuenit Xenophanes Lagi filiꝰ,inquiés quẽlibet nephariis in rebus timidũ eſſe debere,in honeſtis verò rebꝰ audacẽ oportere. Quæ omnia me ita incéderunt, vt nulli mortalium hoc qualecunque opus extra te vnũ dicare in animo fuerit. Dicet quis , alios

reges ſalutare, vel principes, & eis dicare hoc opus poteras: cuius verbis reſpódeo velle me huiuſcemodi Regẽ ſalute donare, qualem Auguſto cõtigit, qui poſteaquã Antonio Cleopatráque in Aegypto deuictis Alexãdriã ingreſſus fuiſſet, quod primũ in ea vrbe optauit, conſpicere Alexandri magni corpus fuit, quod non verborum ſolũ, ſed etiã coronæ proſecutus honore, totũ fragrãtibus conſperſit floribus. Rogatus an Ptolemeorum Aegypti regũ cadauera inſpicere etiãnum vellet, Reſpond. ſe reges, & non mortuos videre voluiſſe, graui oſtendens teſtimonio, inter eos vnum eſſe Alexandrum, qui fama, & virtute viueret: ſic te vnicum Regem, & totius orbis phœnicẽ meo libello viſere percupio, qui eruditos diligis, honore proſequeris, ac muneribꝰ locupletas, Pompei magni geſta ſecutus: qui cùm clariſsimam ex oriente victoriã reportaſſet, omnes liberaliũ artium.

tium professores Rhodi audiuit, auditos amplis muneribus donauit: sic & tu tam theologos, iurium peritos, medicos, quàm etiam humaniorum literarũ peritos iustis stipẽdiis honestaueris, & ita ꝓbè erga omnes te exhibuisti, vt regnũ doctioribus ac sapiẽtioribus viris, quàm nemo vnquã vberius, impleueris. Quòd si id munus ea animi benignitate, qua cætera alia soles, à te exceptum hominum literatorũ ordo intellexerit, planè veterẽ tuum regium morem obseruaueris, simul virtutis ac literarum amatores ad maiora grauioráque opera excitaueris, quibus honori ac vtilitati non modò reipublicæ Gallicæ (cuius humanitatem nemo non collaudat) verũ etiam totius orbis te arridente imprimis consuletur. Valeat tua illustris maiestas, & me tuum commẽdatum habeat. Parisiis quarto Idus Martij, Anno sesquimillesimo trigesimonono.

ORNATIS. IVR. V. DOCTOri Petro Rebuffo Monspessulano, iur. Canonici apud Parisios publico professori Francis. Floretus eiusdem academiæ doctor ordinarius,

S. P.

Commentarios tuos longè doctissimos, magna cum voluptate, ita me deus amet, perlegi, vir integerrime, quibus & pontificis maximi, & Christianissimi Francorum regis Francisci concordiam sic assecutus esse videris, vt vtrique non à consiliis modò, sed præfuisse, dū secretius isthæc agerentur, iure videri possis: & pulcherrimam Reipub. Christianæ functionem, à nemine hactenus (quod sciam) pro dignitate tractatam, solus extuleris, solus constanter aggressus sis, indignum nimirum existimans, rem, sine qua Gallica concordia cum Romana sede diutius stare non posset, non esse notiorem, etiam his qui magnis honorum titulis (vt iuris cādidatos prætermittam) asinum Cumanum Leonis exuuio vestitum circunferentibus superbiūt. Quo nomine magnam, mihi crede, & pontificum & regum gratiam iniisse debuisti. Nec minus tibi debebunt & iuris-

iuriſconſulti ipſi, qui ad litium firmum patrocinium opem hinc corrogare nunquam grauabuntur, ſibi opinor probè conſcij, patruo tuo Iacobo Rebuffo clariſsimo I. V. doctori quantum debeant; qui nec linguæ Græcæ phraſi perterritus (quam tamen potiſsimùm æmulantur) commentaria in tres Codicis poſteriores libros tam elimata, támque demorſos vngues ſapientia conſcripſit, vt omnibus gloſſematographis laudem præripuiſſe cenſeatur: quem temporis non longi interuallis ſublatum, tanta cum laude ſubſecutus es, vt in te patria & pene germana iuris vtriuſque ſcientia reuixerit. In ea enim intelligenda vix putem hanc ætatem habere aliquem ex his etiam qui publicum profeſsionis munus obeunt, qui tibi conferri poſsit. Id veriſsimè dictum intelligi citra controuerſiam volo. Idque exiſtimabis nullo meo ambitu, à quo tam abſum quàm qui maximè, dictum, ſed vt præceptoris mei laboribus ſic faueam, vt nulla ingrati animi nota inuri poſſit. Id quod & diligentius, & pluribus verbis ſcribendum putarem, niſi mea me concha rei celeberrimæ ſublimitas, & publica iuris profeſsio continerent. Dicam tamen ingenuè quod ſentio, vt intelligat poſteritas omnis ſe plurimum debere Rebuffo Monſpeſſula-

no, doctiſsimo Concordatorum interpreti. Is enim tantam lucem addidit cõcordatis, vt parem vix quiſpiã ſit auditurus, ſuperiorem omnino nullus. Quantũ verò fidis auctorum interpretibus debeamus, apertiſsimè Græcorum cõmentariis luculentiſsimis illis quidem expreſſum video. Sic enim Demoſthenem commentariis clariorem reddiderunt Vlpianus & reliqui interpretes, Homerum Euſtathius, Ariſtotelem Themiſtius, & Alexand. Aphrodiſæus: apud Latinos verò Mar. Tül. Ciceronem, Aſco. Pædianus & Victorinus, Terentium Donatus. Sed quid attinet rem vulgò cognitam, pluribus verbis ex plebe quæſitis confirmare? Diutius igitur acta nõ agam, ſed gymnaſiorum ingenij tui dexteritate illuſtratorum ordinem recenſebo: vt non calamo tantùm valuiſſe te cæteræ nationes intelligant, ſed ſumma cum laude, applauſu tanto, vt nunquam maiore, veriſſimè cognoſci poſsint virtutis tuæ rationes omnes. Primis enim ætatis tuæ annis Monſpeſſuli iactis iuriſprudentiæ fundamentis, & ſtudioſorum ſodalitio laudabiliter, ac veluti ex profeſſo annos aliquot adminiſtrato, Tholoſam iuriſprudentum Galliæ totius celeberrimam ciuitatem conuolaſti, ſeptennium ferè publicum profeſſorem, applau-

dentibus

dentibus omnibus, cum ſumma nominis tui & titulorum acceſsione egiſti, & hinc niſi te peſtis inclementia abegiſſet, in ſuum ordinem cooptaſſet collegium doctorum: ſed Tholoſa abeuntem, Cadurci non minore gloria (illis enim nominis tui celebritas innotuerat) quæſtu opinor maiore, obuiis, quod aiunt, vlnis excipiunt, exceptúmque ſummo profeſſoris loco eſſe volunt. Id quod, quæ tua eſt animi modeſtia, recuſandum non duxiſti, ne ſtudioſi, qui te magno erant comitati numero, ſua expectatione fraudarentur. Magna de te illic ſpes concepta erat, quam & hodierno die laudabili geſtorum tuorum recordatione ſuſtines. Nec his contentus honoribus, indignum ratus loco ſemper profiteri eodem, & facilè perpendens, quid peculiare ſibi vnaquæque regio haberet, Pictauorum vrbem publicum legum emporium cogitaſti, non tam auri gloriæque expectatione permotus, quàm vt eruditionis tuæ fructum aliquem Pictonibus leniſsimis populis communicatum velles, & quod multorum ſermonibus prius erat longo antè tempore auditum, id coràm eſſet ampliter confirmatum. Grauiſsimum igitur quartum Codicis librum, ac omnibus iuris ſtudioſis, vt noſti, adprime neceſſarium, aggreſſus

es, cum lege illa celeberrima, diuus, ad senatusconsultum Syllanianum & Claudianum. cantatisſima lege, re coniuncti, de lega.3.non prætermissa. quibus quid præstiteris, quam de te expectationem dederis, quoto te habendum loco duxerint omnes, malo aliis coniectandum relinquere, quàm & pingui Minerua, & parcisſimè commemorare. Quis enim nescit te summo affectum honore? Quis profundam I. vtriusque cognitionem in te tanquam in speculo relucentem non est admiratus? Hoc quis neget, quod temporum successus laudabiliter confirmauit? Magnum quidem est principibus viris placere, ab illis appellari, colloquiis honestari: sed multò maximum, salario non pœnitendo, sola iuris eruditionis specie commendari: non quorundam leuium & rudium fumis inclarescere. Nam tum fortè clarisſimæ simul & humanisſimæ Nauarrorum Reginæ instaurandi Bituribus iuris vtriusque gymnasij incesſit libido, magna (est enim & pietatis & prouehendarum literarum studio iam à teneris addictisſima) huius liberalitate quæsiti professores in Galliis probatisſimi. Prudens enim Alciatum iuris probatisſimum interpretem accersitum prætermitto. Solus & Reginæ & ciuium testimonio inuentus es, quem præfectum

ctum nouæ ſcholæ voluerunt. Honeſta literarum & nominis acceſsione tandiu retinuerunt, dum fortè magno iuuentutis damno, vno veluti conſenſu, & magna populi moleſtia emigrandum duxiſti, aut profeſsionis munere pertæſus, aut vt ad maiora patronûm in ſupremo Galliarum ſenatu ſubſellia occupanda, quod beatiſsimum plerique exiſtimant, properares. Mox Dei Opti. Max. beneficentia, ſenatus Pariſienſis edicto, iuris canonici profeſsio, quæ annos plus minus centum aut neglecta, aut miſerè tractata torpeſcebat, inſtauratur. Publicę diſputationes decernuntur, in certamina ſemel atque iterum deſcenditur: diſputationis victoriam laudabiliter reportas, & communi ſenatorum omnium ſuffragio præter ſpem profeſſoris perſonam ſuſtines: quam tua virtus, & eruditionis ad miraculum celebritas conciliârunt. Profeſsionis verò huius ſpecimen tandem aliquando daturus, commodùm ſeſe offerunt Ro. Pontif. Concordata, de quibus multa mihi ſcribenda eſſe arbitrarer, niſi illa eiuſmodi eſſe ducerem, quæ popularia in populi ſalute ſint præclaré conſtituta. Itaque quanta ſim lætitia affectus commentariis illis tuis perlectis, multò facilius eſt tibi exiſtimare, quàm mihi ſcribere. Nihil enim apud Latinos

ad hanc diem extat in hoc ſcribendi genere, quod in hoſce commentarios non regeſſeris, auſus etiam non pauca ex recentioribus attingere, aut corrupta, aut doctorum pertinacia non ſatis adhuc exploſa. Et ſi verum eſt quod dicit Horat. Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci: vtroque nomine gloriam ſempiternam reportaturus es. Perge igitur, mi præceptor, perge inquam hæc ſtudia excitare, & commentationibus tuis illuſtrare. His enim, tibi perſuade, magnum quiddam rebus tuis accedet, & aliquem reperies æquum laborum tuorum æſtimatorem, cuius beneficentia maius ad huiuſmodi abſoluenda otium ſupererit. Ac Vale, méque, quod facis, ama. Lutetiæ Pariſiorum ad nonas Iulias.

Anno 1536.

CONCORDATORVM REGNI FRANCIAE CVM D. PETRI *Rebuffi de Montepessulano Iurium doctoris, ac comitis interpretationibus incipit Procemium.*

FRANCISCVS] Hic rex fuit huius nominis primus, bonarúmq; literarũ parẽs appellatus, abhorruítq; maximè hæreses, atq; in hæreticos grauissimè animaduertit, iustitiã denique coluit, ob id Deus optimus maximus statum suũ cõseruauit, ac omnia prosperè eidẽ successerũt, fœlicitas quippe seculariũ principũ augetur, quãdo iustitiæ administrandæ dediti sunt,

Franciscus

a arg. c. certũ, ibi fœlicitatis augmento, 10. dist. ne lõgius exẽpla petamus. scribit Petrus de palude in 4. sentẽtiarum in Francia quendã dũ in agro suo foderet, inuenisse humanã linguam loquentẽ, interrogata cuiúsnã esset, Respondit fuisse linguam hominis pagani olim iudicis, qui eo quòd nunquã sententiã protulerat iniquam, deus reseruauerat animã suã in illa lingua, quousq; baptismũ reciperet, & fuit baptizata, & statim in puluerem reducta. Refert Floren. in secunda parte summæ, in titu. 1. c. 19. §. 2. rub. de iniustitia. ac Traianum imperatorem, & si infidelis esset, precibus beati Gregorii (quod iustitiam tempore belli viduæ administrasset) vita æterna donatum fuisse legimus, si eidẽ Floren. in prima parte cronicæ, titu. 7. c. 3. §. fi. credatur. & Lucæ de penna, in l. 2. col. 3. C. de exacto. tributo. li. 10. Præteribo ne Zaleucum Locrensem, qui postquam lege lata vtroque oculo singulos puniri voluisset adulteros (quæ hodie si vigeret infinitos redderet monoculos), & eius filius in illam legem incidisset, ne legis effectus abrogaretur, vnum oculum sibi, & alterum filio eruere iussit, vt est apud Valerium, lib. 6, de iustitia, vbi etiam Charunda ty-

Boni iudicis lingua reseruata.

rius cùm legem, quam tulerat, non seruasset, se interemit.

¶ Igitur cùm Christianissimus rex noster Franciscus sit Zaleuci instar iustitiæ deditus, pro ipso debemus fundere preces, quod deus eum incolumen præseruet, vt quietam sub eo & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc expresse tradit diuus Paulus faciundum ad Timoth. 2. c. in prin. & tex. in c. de hymnis, in fi. de consec. dist. 1. Et bonum & vtile esset, quòd speciales orationes fierent pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, vt fuit statutum in synodo Nicena asserente Specula. in tract.

dei[a] gratia[b]

de modo generalis concilij, rub. 6. quòd solet in Frácia fieri, & est vtile etiam orantibus, quia quilibet orans pro rege Franciæ lucratur decem dies indulgentiarum, teste glo. in prag. sanc. in procemio, in verbo tueretur, & Iohá. de Selua in tracta. de beneficio, in secunda parte. q. 23. quos cócessit Innocentius quartus. referente beato Thoma in 4. senten. dist. 10. arti. 3. in solutione vlti. argu. & Clemens papa ad centum dies orantibus pro pace & salute regis ampliauit, si Iohanni Feraldo, in. 3. priuileg. regis Franciæ assentire velimus, affirmanti se huius cócessionis vidisse dyploma, quod bullam vocat: imò etiá anno. 1514. Leo 10. pontifex id temporis maximus, vnum annum indulgentiarú prædictis concessit, testis est nobis Benedict. in repet. c. Raynutius. in verbo si absq; 2. de pupilla. substi. nu. 44. de testa. & Helyas archiepiscopus Turo. in defensorio cócord. in. 4. ratione. Alia eiusdé regis præclara facinora, ne me suis auribus seruire homines arbitrétur missa faciam, etiá quia per historiogr. tacta.

Orás pro rege Franciæ indulgétias lucratur.

a ¶ *Dei.*] Si hìc vellé (hoc quidé certè maximè affectarem) de deo scribere, núquá materia deficeret, verúenimuero quia theologorú est propriú, illis relinquo. Ego verò prosequar materiá iuri canonico conformé, & textui cóuenienté, orabo tamé illú flexis (vt decet) genibus, vt ad laudé eius omnia mea dirigátur scripta, & ad legentium vtilitaté, dicá quandoquidé cum psal. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. Ista cócordata pro virili interpretádo, sunt enim leges Gallis hominibus datę.

b ¶ *Gratia*] Potest dicere rex instar diui Pauli. 1. ad Corin. 15. Gratia dei sum id quod sum. Et sex modis dicitur gratia, quos not. Archi. in. c. gratia. 1. q. 1. glo. & doc. in cle. 1. de magist. post theologos capi potest hìc gratia pro dono dei, vt alibi in non paucis locis videri potest, vt firmat Barb. in. c. eam te, col. 5. & seq. de rescrip. Sed apud canonú professores communius gratia dicitur

Gratia quot modis dicatur

dicitur concessio iuris ad beneficia, vt asserũt Cardi.& Barb.in rub.de cõmod.Panor.in c.1.col.1.ibidẽ,cle. gratię,de rescrip.c. gratia,illo tit.in 6. Accipitur etiã aliquãdo pro indulgẽtia,quæ delinquenti datur,vt plenè dico in rubri *des graces & pardons*.in ordinatio.reg.hîc possem plura de gratia dicere,sed pauca gratiora permultis arbitror, adiuncta est autẽ paruis gratia rebus, vt vulgo dici solet.

Francorum [a] Rex [b], Mediolani

a ¶ *Francorum.*) Franci eo dicuntur, quia liberi: noluerunt enim subiici imperatori, vt multis argumentis probat dominus Igneus præses Rotho. excellentissimus in tract.suo,an rex Franciæ recognoscat superiorem : Vel à Francione,teste Gaguino,& gl,prag.sanct.eo.verb. Varij super hoc variis vtuntur sententiis:sed quia res est antiqua. super ipsa effari certo non possumus, & pauci reges sunt hominum , sed à rebus vocantur : vt rex Angliæ , Siciliæ, Castellæ, & legionis, Portugaliæ,Sardiniæ,Poloniæ,sed hic est rex Francorum,quia Frãcos regere nõ parua cura fuit,ideo ab illis sic denominatur. *Frãci quare dicãtur.*

¶ Notandum est tamen,quòd illa gens dicitur libera , cui lingua libera est. teste Alberto magno, libro 15. de proprietate rerum,quem refert Bal. in c. 1. col. secunda de his quæ vi metúsve caus.. fiunt. Barb.concilio 60.sapienter,nume.9.in 1.vol. & certè in hac possessione multis antea annis fuit Gallicus maximè Parisiensis populus , sed hodie lingua eorũ hæret palato, ideo vitia excrescunt, & dicitur gallico populo, linguam tuam hærere faciam palato tuo.c. nisi, §.propter. de renun. ne quicquid in buccam venerit proferas , & ne quidem apertè & simpliciter loquaris,quod satis durum videretur. Maximè Parisien sibus hominib⁹,quę dictio à nomine græco parisia ducta videtur παρρησία enim dicitur loquendi libertas atque increpandi fiducia,ἄδεια securitas cõtraria assentationi,quasi,παντός ῥήσια. id est omnium colloquium . Inde παρρησιάζομαι, id est libere, ingenue & audacter loquor : vt solebant olim Parisienses , & παρρήσις persuasio Græcis est, id quod Parisien. innatũ esse videtur,atque proprium.vt qui & apposite & bene loquantur. *Libera gẽs quæ dicatur.* *Parisien vnde.*

b ¶ *Rex.*]Cuius appellatione per antonomasiã venit rex Fran. c. Adria,ibi Carolũ regem.63.dist.Bonif.in proœ. cle. Ioãnes. col.3.quia omnes alios reges honore,magnificẽtia,& potẽtia lõgo anteit interuallo,quod mihi perfacile esset probare,si cronicorũ libros afferre cuperẽ, sed cũ hæc sint omnibus magis nota *Regis nomine venit per excellẽtiam rex Franciæ.*

quàm domus propria, soli lucé non addá. Ité est super omnes reges, teste Bal. in §. fi. col. pe. de prohibi. feud. alien. per Federicū. merito dicitur excellentissimus Decius in c. nouit. in prin. de iud. & super omnes reges obtinet coroná libertatis & gloriæ. testatur Bal. cōsil. 218. petita. col. 1. in 3. vol. alibi nó minus scite q̃ verè. de illo scribit idé Bal. his verbis, cōtra regis Franciæ decoré nemo præsumat honorem. consil. 217. ego puto, in 3. vol. ab eo tamen tépore Deus opti. max. regis honoré, ac suū regnum multifariá multísque virtutibus ac bonis auxit, adeo vt si eius magnificentiam plenè tractare vellem, Iustiniano maioré codicem implerem, cùm tanta sit, vt nulla maior: & vtinam deo grata, & cùm permulta super his extent testimonia, eam nunc omitto.

Dux [a] **Astensis comes, ac Ge-**

Dux Mediolani quare rex dicatur.

a ¶ *Dux*] Dicitur dux, qui inuestitus est de ducatu, vt in rubr. quis dicatur dux, in feud. & in c. vno, de feudo marchiæ, §. præterea ducatus, de prohi. feudi alien. per Federicū, c. fundamēta, §. proinde in glos. marchio. de elect. in 6. Fuit enim Ludouicus rex Franciæ 12. à Maximiliano Imp. inuestitus de Ducatu Mediolanensi, pro se & hæredibus suis masculis, & in defectū masculorum domina Claudia eius filia, illiúsque futurus spōsus, ac liberi, & descendentes eorū masculi his verbis. SANO ad hoc & maturo accedente Principū, Comitum, Baronum, & procerum nostrorū consilio, ex nostra certa sciētia, & de nostræ Cæsareæ potestatis plenitudine, prænominatū Ludouicum Francorū regem Christianissimū pro se, & hæredib. suis masculis ex suo corpore legitimè descendētibus, & in defectū masculorum pro illustrissima domina Claudia eius filia, eiusque futuro sponso, ac liberis & descendētibus eorū masculis, & ex ipso matrimonio & ex corpore dictæ dominæ Claudiæ legitimè procreandis, & si cōtingeret (quod deus auertat) ipsam dominá Claudiam decedere absq; descēdentibus masculis, & præfatū regé Fráciæ aliá, vel alias suscipere filias, pro illa quæ erit primogenita, vel pro alia quá ipse rex ad ipsum Ducatū eliget, ac pro eo cui cōtingeret eam despōsari, & eorū liberis masculis descēdentibus, & eisdem decedētibus sine liberis pro hæredib. masculis præfati Frácorū regis, & maximè pro domino Frácisco duce Valesij & comite Engolismensi, quantū ad dictū ducatum & statū Mediolani eius hærede, soléniter & expressè inuestiendum duximus, ac tenore presentium inuestimus, &c. vt ex instrumēto inuestituræ om-

omnibus eſt notum, cùm igitur fuerit inueſtitus de hoc ducatu Mediolanéſi,dux iure vocatur. Dux etiam propriè dicitur à ducédo,qui ducit exercitum,l.duces,C.de offi.mili.iudi. Lucas de penna in l.fi.col.2.C.de re milita.lib.12.Iacob.in verbo,dux,in tract.de feu.ſed nó hîc. Poteſt etiam large quilibet princeps vel prelatus,ſiue rector,qui
alios regit, dux vocari, nuæ dominus, a omnibus literas
3.Reg.1.c.& ipſe regna-
bit poſt me,illíq; præcipiá,vt ſit dux ſuper Iſrael, & ſuper Iudá.

a ¶[*Dominus*] Largiſsimú eſt vocabulú adaptari valés cuicunque homini etiam modicá ſuperioritaté habéti. Bal.in c.1.col.vl.de poſtu.præla.l.liber homo.2.in fi.princ.ff.de verb.oblig.l.1.rerú amotarú,l.in ſuis,de lib.& poſth.l.duo fratres,in fi.ibi dominationé interponeret.de acq.hær.maximè in Francia:vbi ferè omnes vocamus dominos,vulgò *monſieur*, & in Italia *monſeignore*, & omnes mulieres dominas, niſi ſint nobiles,quia tunc domicellæ vocantur,exceptis vxoribus præſidétum, & doctorum,ac militum,quæ dominæ vocari debét, niſi à maritis ſuis. Bar.in l. donationes,C.de donat.inter vi.& vxo. Et de iſto domino loquitur Dan.11.ca. Surget verò rex fortis & dominabitur poteſtate multa:in quo tres adſunt códitiones,de quibus Gene.27. eſto dominus fratrum tuorum, & incuruétur ante te filij matris tuæ. Primò eſt in domino cóſtantia,quę notatur ibi,eſto.vnde dominus debet ſtare in bonis moribus, & firmus eſſe in via domini,Eccl.5.c. Eſto firmus in via domini. Secúdò debet clemétiæ dulcediné præ ſe habere:quod oſtéditur ibi,fratrum tuorú, ſubditos enim tanquam fratres debet reputare: & eos benignè tractare. Eccl.32.c. Rectoré te poſuerút,noli extolli,eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Deute.17.in fi. Nec eleuetur cor eius in ſuperbiá ſuper fratres ſuos. Tertiò in eo debet eſſe iuſtitiæ rigor, ibi dúm dicitur,incuruétur ante te filij matris tuæ,incuruare enim debet illos per iuſtitiam,quos per clemétiam nequit emendare. Eccl.33.c. Iugú & lorum curuát collum durú. Prępo.in c. 1.45.diſt.vide do.Capyti. In deciſio.Neapol.q.27.in 8.dubio, vbi ſcribit quòd aliquis poteſt multis modis dominus vocari. & Alcia.in lib.2.parerg.c.15.ſic ſcribit ex Pallad. Græco poëta,

Dominus quis dicatur, et qualis debeat eſſe.

Munera qui dederit, dominus fratérque vocatur:
Si quis nulla ferat, vix bene frater erit.
Hæc pretio mera verba graui venalia proſtant.
Ipſe,ſed vt dominus,ſic nec ero dominus.

De salutatione principis.

a ¶ *Salutem*) Vrbanius hic rex procedit, quàm Alexander Macedo, qui postquã profligato Dario magnus est cognominatus, nulli, nisi Antipatro & Photioni, literis dedisse salutem testãtur historiographi, ac Demetrium prçter se & Antigonum patrem regem, nec nominasse quẽquam, nec salute donasse. Nero quoque Cæsar nedum salute, sed ne resalutatione quidem aliquem impartiuit, & reges Numidarum pro maiestate habent nulli mortaliũ impartiri osculum, nec salutẽ. teste Alexan. lib. 2. genialium. c. 19. & liberè (quod ei bene vertat) in hoc potest maximè commendari christianissimus rex noster Franciscus, qui sicut primus est in nomine, & ita in salutatione, quam omnibus ferme exhibet, vt legatos sæpiuscule ob id (aliis suis virtutibus nũc omissis) in admirationem duxerit, Crassi instar, qui infimi etiam ordinis singulos propriis nominibus resalutauit. effectus salutationis scripsi infra, in forma manda. in glo. salutem.

has lecturis salutem[a] cùm nõ pridem [b] superstite adhuc Ludouico, memoriæ commendabilis, rege, socero nostro (cuius [c] animæ propicietur altissimus) sacrum [d] Lateranen. [e] concilium sæpius

Dudũ iãdudũ, Pridem & iãpridẽ differunt.

b ¶ *Non pridem.*) Id est non lõgo tẽpore effluxo, dudũ & iamdudũ de paruo tẽpore vnius horç, aut duarũ alteriúsve breuissimi tẽporis intelliguntur, l. dudũ. C. de cõtrah. empt. c. dudũ, de elect. c. cum iamdudũ. de præb. nuper, pridẽ, & iampridem de lõgiore tẽpore 10. au 20. dierũ, mensis vel mensiũ, & nonnunquã annorũ pro conditione materiæ. teste Lauren. Valla. li. 2. c. 34. de verbo iampridẽ loquitur text. in l. 1. C. de ædiliciis actio. de pridẽ l. 1. C. si aduers. trãsactio. &. c. nisi cũ pridem. de renunc. de nuper, in l. nuper. ff. de leg. 3. c. nuper. de bigamis. Nos verò dicimus arbitrio iudicis relinquẽdũ., quod tempus hæc vocabula denotent, per iura prædicta. & not. in l. lecta. ff. si certum peta.

c ¶ *Animæ*) Hic Ioannes Dayma tradit materiam elemosinæ orationũ & oblationũ pro defunctis, quæ theologis relinquo, vt sorte mea contentus sim, ne mihi possit dici quod prouerbio inoleuit, Ne sutor vltra crepidam.

Cõciliũ an & quando sit supra papam.

d ¶ *Lateranen.*) de hoc dicetur infra titu, proxi. in rub.

e ¶ *Concilium.*) Quod supra papã in tribus casibus esse asserunt, videlicet in casu hæresis, scismatis, & quãdo vniuersalis ecclesia patitur scãdalum. glo. fin. in c. si papa. 40. dist. & sic fuit declaratum

ratum

ratum in con. Basil. rub. de colla. in prin. vidlicet in his quæ ad fidé pertinent, ad schismatis extirpationé & reformationé ecclesiæ Dei in capite & in mébris, ac in pertinétibus ad ea, rubri. de authoritate sacro. cõ. c. sacrosancta. & ibi est gl. plena in verbo obedire, in prag. & Barb. in cle. ne Romani, de cle. in vtrãq; ptẽ plenè disputat, Vide Panor. in c. significasti. nu. 4. de elect. & in c. cum venissent, col. 3. de iudi. & in c. ꝓposuit. col. 3. de conces. præb. Decium, consil. 151. Ias. consil. 95. volu. 4. & consil. 98. Ibidem. Troilum Maluitiũ in tract. de oblatio. in 2. dubio. nu. 15. Brunel. in repet. c. licet. fo. 22. cum seq. de electio. & multa tradit hic Ioan. Dayma. de hoc dicitur. Ecclesiasti. 33. c. verũ sine iudicio nihil facias graue, sacra enim res est concilium, dico effectus consilij in authen. habita. C. ne filius pro patre. In scolastico. priuileg.

editis, decretis [a], eundem socerum nostrum ad eiusdé cõcilij cõuétum [b] euocasset, cũ eóque regni nostri curias summas [c]

a ¶ *Decretis.*] Quot modis accipiatur, in quibus casibus interponatur, & quomodo annulletur dicá in titulo de conclusio. Lateranen. cocilij infra, vbi oportunius cadet.

b ¶ *Euocasset*] id est conuocasset, de euocatione aliqua scripsi & de supplicatione (quam propositioné erroris practici dicũt) in interpre. l. quod iussit. in 2. notab. ff. de re iudi. sed abundè in tracta. de euoca. & supplica. in ordi. reg. in 1. tomo. commenta.

c ¶ *Summas*] Id est supereminentes, l. cum vsusfructus. ff. quemadmo. vsufru. amittat. vel dicitur summa quasi maxima, excellens & suprema, quòd nulla sit curia maior, nam Deus dicitur summus, quia eo nihil est maius. Virgil. summe Deûm, pro deorum dicit. & Cic. lib. 2. Tuscu. quæst. summum, quo nihil sit superius. multa tradit Bercho. in verbo summus, in suo dictio. vnde papa dicitur summus pontifex, quia in eo est omnis summitas, & celsitudo, cùm non puri hominis, sed veri Dei vices gerat in terris. c. quanto de trãsla. episcop. Cardi. in cle. si summus. col. 1. de senten. excom. *Summa curia cur vocetur.*

¶ Priuilegia curiarũ supremarũ hæc sunt. Primũ, quia nõ ambigitur senatũ ius facere posse. l. nõ ambigit. ff. de legi. quod intellige legé in eorũ iurisdictióe siue ressortu, generalé verò solus princeps. gl. ibi. & Io. Fab. in §. sed & qđ principi placuit. insti. de iure natura. & l. fi. C. de legib. & vidi aliquãdo ordinationes *Priuilegia supremarũ curiarum.*

fieri per ſenatum, & ita debet intelligi opinio domini Boërij in tract.de præminétia ſacri magni cóſilij.fo.40.artic.2.& Purpur.in l.1.nu.52.ff.de officio eius cui mand.eſt iuriſd.firmátes illá l.nó ambigitur,eſſe correctá,quod verú intelligo, quo ad faciendam legem generalem,ſed non ſpecialé,quam poteſt princeps tollere,quando videt ex cauſa tollendam, ſecundum eos.

Suprema curia in integrum restituit.

¶ Secundò ſumma curia in integrum reſtituere poteſt, alij magiſtratus non.l.vna,in fin. ff. de offic. præfect.præto.in fin. & l. præfecti,de mino.l.1.§.de qua,de poſtul.quod eſt verum contra ſententiá inferiorú, ſed inferior magiſtratus non reſtituit contra ſenatus authoritatem:vt ibi, idem in deceptione minorum de iure: vt d.§. de qua, licet in Francia non fiat reſtitutio ſine literis:vt dico in tracta. de reſtit.in ordin. reg. in 2. tomo.& in procem.ordi.in 1.tomo.niſi in parlamento, quod etiam ſine literis reſtituit,vt ibidem ſcripſi.

Ab arresto restituitur minor.

¶ Tertiò à ſentétia ſupremæ curiæ non reſtituitur minor, vt firmat Benedict.in rep.c.Raynutius,in verbo,ſi abſque.2.de ſubſtitutio.fideicom.nume.50.de teſta.quia non præſumitur lædere quenquam:ſed reſtitui minorem. In hoc caſu dixi in repet.l. quod iuſſit,nota.2.nu.41. ff.de re iud.& hoc in forenſi iudicio ſeruatur,vt ſæpius in palatio audiui.

Ab arrestis nó appellatur sed supplicatur.

¶ Quartò nó appellatur ab arreſto illorum,credidit enim princeps eos,qui ob ſingularem induſtriam explorata fide eorum & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, nó aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ,quàm ipſe foret iudicaturus.l.vna,ff.de offic. præfect. præto.ita tenet expreſſe Guido,papæ in deciſi. Delphi.quæſt.50.quia hæc curia.

¶ Quintò a ſententia parlamétorum ſupplicari tantùm poteſt. auth.quæ ſupplicatio,C.de præcib.impera.offeren. quæ eſt valde exoſa parlamentis, tamen non obſtante ſupplicatione arreſtum poteſt mitti executioni, ſi pars in cuius vtilitatem eſt datum præſtiterit cautionem de reſtituendo vel reducendo rem in priſtinum(ſi opus fuerit) ſtatum,ita ſeruat ſtilus curiæ parlamenti.teſte Guido.papæ vbi ſupra,dicta.q. 50. ſed hîc non datur cautio,licèt eius allegetur nullitas,vt vidi ſeruari in hoc ſenatu per nota.in c.ſuſcitata.de in integ.reſti. ſed poſt appellationé ſententia iudicú non datur executioni,niſi in aliquibus caſibus quos cumulaui in tracta.de ſententiis executo.in ordi.reg.

¶ Sextò, rex non debet indicere bellum ſine conſilio ſenatus, qui ſenatus eſt conſilium regis; in quo ſunt multi ſapientiſſimi

viri,

viri,verbis vtor Bald.in c.quanto, col. 2.de iureiurand. & erat olim Romanis prohibitum,vt nunquam citra ſenatus , aut populi iuſſum,ſocietates & fœdera inirent.teſte Alexan. lib.5.genialium.c.3.Sed ſolebant reges olim omnia ſenatus conſilio,& bene,agere , maximè in eligendo cancellarium curiæ ſuffragia exigebâtur,vt legi de magiſtro Petro d'Orgemont, primo præſide,qui in curia à ſex viginti fuit electus,tam conſiliariis quàm principibus,qui licet poſtea ſe excuſauerit, ſuam allegans ignorantiam,& alia,tamen rex probatum eum habuit , hoc in libro cõſilij inuenitur factum,anno 1373.ſed quotuſquiſque eſt nunc qui ſe excuſet?pauci, quos æquus,&c.& anno 1400.die 12. Septembris,rex decem doctorum nomina miſit ad curiam , vt ex his doctiores & vtiliores eligerent, ſed pecunia hodie eligit viros. Imò Tiberius Cæſar tanto honore afficiebat ſenatores, vt illis quãdoque aſſurgeret,& de via decederet,& eos ſuos dominos vocaret.ſéque ſenatorem dicere nõ vereretur,vt eſt apud Sueto.in vita Tiberii:de venera.eius ad ſena.

Electus in ſenatu cãcellarius, & de curia.

Honore afficiẽdi ſunt ſenatores.

¶Et legimus Caium Buturium vltimo ſupplicio affectũ à Romanis,quòd tribuno plebis de via non deceſſiſſet in foro ambulanti,vt teſtatur Plutharc.in Gracch. refert Budæus in l.fi.ff. ad legem Iul.maieſta.& lege 12.tab.Ita cautum eſt. Quodcunque ſenatus decreuerit,agunto. ſicut imperator vocat ſe cõmilitonem.l.1. ff.de teſt. mil. maius quippe ſenatoris quàm militis nomen eſſe nemo eſt qui dubitet, quia milites defenſores ſapientum eſſe decet,non dominos. l.ab hoſtibus 2. C.de poſtlimi.reuerſis,ſed ſenatores maximi domini ſunt : & Iuſtinianus eos vocat colẽdiſſimos patres in authen. conſti. quæ de dignita.in fi.colla.6.& Põpo.Lætus rub.de ſenato. tract. de magiſt. Roma. eos dicit eſſe patronos , & defenſores multitudinis & Reipub.patres.multæ profecto prouinciæ & principatus in irritum cederẽt,niſi ſenatus conſilio tuerentur.& quando conſilio non iſtorum,ſed aliorum qui ditari,& non philoſophari cupiunt res ſummè reguntur, dubitandum eſt ne non multum durent,vel cancerum more progrediantur.

¶Septimo, ſuprema tantùm curia cognoſcit de paribus Franciæ,& de eorum cauſis etiam in prima inſtantia , vt in rub. de cauſis parium Franciæ in ſtylo parlamẽti in 1. parte declaratur, & in ordina. regiis , rub. *quelles cauſes peuuent eſtre introduictes en premiere inſtance à la court de parlement.*

Cauſa parium Franciæ in curia ſuprema tractandæ.

¶Octauò,cognoſcit de abuſu iudicum eccleſiaſticorũ. Et alius

iudex non poteſt cognoſcere,vt in concord.in rubr.de prote-ctio. concord. & hoc quatenus ei à iure conceditur, vel è priuilegio. vt plenius dixi in ordina.regiis. ¶Non aliàs vt eſt tex. in c.ſi quis à proprio,& c.ſi quis epiſcopus. 21.q.5.alioqui & is abuſus multos deducet ad inferos. poteſt etiam à iudicibus laicis ad ſenatum appellari tanquam ab abuſu,vt vidi anno. 1534. die 13.Aprilis poſt paſcha appellari àcōmiſsione iudicis,& inhibitione parti facta, ne caperet fructus poſtquā obtinuerit ſententiā ſuper poſſeſſorio.Et de abuſu etiam vidi, curiam generaliū quatenus materiā eorū cōcernit cognoſcere incidenter. Etiā cameram criminalem,quā tournellam vulgus vocat,quia pendente appellatione in criminali ad ipſam iudex eccleſiaſticus proceſſerat,& fuit dictum abuſiuè iudicatū. anno. 1541.die 2. Iulij.

De abuſu quis cognoſcat.

Arreſtum.

¶Nonò,poteſt curia ſuprema mulctā, quādo nō eſt taxata,vltra tres libras auri indicere, licet aliæ curiæ non poſsint, l.eos. C.de modo multa.& poteſt dicta curia vſque ad quinquaginta libras auri cum peccatum erit grauiſsimum,mulctare.l.illuſtres: illo tit.Imò etiam ſi videret expedire,maiorē imponere poſſet, cùm loco principis ſit,l.1.§.de qua autem,ff.de poſtulan. Ne nimia indulgentia ampliſsimum ordinem inquinet.l.1. ff. de colluſio.deteg.Scripſi in l.aliud eſt fraus.§.1.ff.de verbo.ſignifi.

Quā mulctam ſenatus indicat & remittat.

¶Decimò,ex cauſa curia ſuprema mulctas pecuniarias, quas Galli emendas vocant, etiam per regias ordinationes taxatas, diminuere,ſeu in totum(ſi viderit expedire) remittere poteſt.l, illicitas.§.fi.ff.de offi. præſi.facit l.quid ergo.§. pœna grauior. & ibi Barto. ff.de his qui not.infa.& l.& ſi ſeuerior. C.illo tit. ac glo.in l.omnes prima.C.de annonis & tributis.lib.10.Guido papæ deciſi.206.in hac.Auffrer.deci.274.

¶Vndecimò nullus extra principem & ſenatum poteſt prohibere aquam ex publico duci.l.quo minus.ff, de fluminib. & ibi plenè Bart.& Iaſ.

¶Et ſenatus volūtates captatorias reprobauit.l.captorias. ff.de hæred.inſti. Et reſtitutionē indulſit in l.1.§.de qua ff.de poſtu.

¶Duodecimò,omnes dilationes poteſt ex cauſa abbreuiare,etiā ſi per ordinationes terminus eſſet præfixus inſtar principis. l.2.ff.de re iud.Imol. in c.ex ore.nu.8.de his quę fi.à ma. pte ca.

¶Decimotertiò,curia ſuprema regis literas verificare ſeu approbare non debet,ſi cauſam videat iuſtam in contrarium,rem trahentē.c.ſi quādo.de reſcrip.& in ordina. regiis.Philip. pulchri, artic.11.vbi dixi in 2.tomo cōmenta.in cōſti.reg.vnde ex noua

Literas regias quando ſenatus improbare poſſit.

cauſa

causa vel antiqua,quá ignorabat dominus tempore mãdati, potest impedire locũ tenẽtem regis,vel aliũ,ne suo vtatur officio, quãdo est verisi.ꝙ dñs,si esset præsens, esset idẽ facturus, ꝑ tex. sing.in l.si hominẽ,& ibi multa addidi.mãda.ff.alibi dicã fusius.

¶ Decimotertiò,quia cognoscit de comitatibus,baroniis,& de vniuersitatibus etiã in 1.instantia. Matth.de afflictis. in cõstitu. Neapoli.rub.39.fo.104. & in stylo parlamenti in 3.parte, rub. de qui.caus.curia parlamenti cognoscere consueuit.

¶ Decimoquintò, quanuis alij iudices adstringãtur iudicare secundũ aleg.& probata.l.illicitas.§.veritas.ff.de off.præsi.c.1.de off.ordina.tamẽ curia parla.ex bono & æquo iudicare solet, & secũdum conscientiã: & debet veritatẽ attendere,nõ subtilitatẽ seu formalitatẽ,vt practici dicũt,aliter peccat,teste Bar.in l.vna in fi.C.vt quę desunt aduoca.Guido papæ in deci.Del.q.29.in superiori.Vide.Feli.in.c.pastoralis.§.quia verò.de off.dele.Ias. in §.si minus,insti.de acti.c.dilecti.vbi Pan.1.no.de iudic. *Ex bono et æquo iudicat senatus.*

¶.Decimosextò,conspirans contra curiam supremã,vel contra aliquẽ,senatorem crimine læsæ maiestatis tenetur,l.quisquis,ibi senatorum etiam , nam ipsi pars corporis nostri sunt.C.ad leg. Iul.maie.alibi dixiquomodo intelligatur. Facit l.1.ibi,Quo quis magistratus po. Ro.quíve imperium potestatémve habeat occidatur,ff.ad l,Iul.maie. vbi, Qui dolo malo init consilium , vt magistratus regis habens imperium vel potestatem occidatur, læsæ maiesta.tenetur.ex secundo capite.

¶ Decimoseptimò,quando rex vult delegare causam curiæ inferiori, ad quã cognitio iure ordinario nõ pertinebat,debet eã expressim cõmittere, nec sufficeret in literis dicere mandamus, sed debet dicere cõmittimus. per gl.& nota.in l.sæpe.ff. de offi. præsi.secus in literis curiæ parla.directis: vt in stylo parla, in 3. parte,rub,de quib.caus.curia parla.cognoscit in fine. Et literæ directæ vniuersis & singulis iustitiariis,vt verbis eorũ vtar, non comprehendunt curiã parla. nisi quædã clausula specialis adesset,vt dicit Io.Gal.in q.per arresta.q.16. vidi pronuntiari.quia ea quæ notabilia sunt , vt parlamentum,nisi specialiter notentur,videntur quasi neglecta l.itẽ apud,§.ait prætor. ff.de iniur. *Literæ regiæ non cõprehendũt parlamenta.*

¶ Decimooctauò, in omni precatione pro senatu est habenda oratio,& præcatio,& hic mos à Romanis longo tẽpore mãsit, teste Alex.lib.5.genialiũ.c.25.& bonũ esset ꝙ in hoc regno obseruaretur,& quod speciales preces pro senatu funderentur.patiuntur enim multa sæpius pro iustitia tuenda. *Orationes habendæ pro senatu.*

Cautio nō datur post recredentiā senatus. ¶Decimònonò, quádo recredētia beneficij (quam doctores vltramontani tenutam vocāt) adiudicatur alicui per supremá curiam: is non tenetur ad cautionem, sicut quádo datur per alios inferiores magistratus, quia non est verisimile quod secus super pleno possessorio iudicetur, nisi ex noua causa, arg. l. vnicę, ff. de of. præfect. præto. sic vidi seruari in hoc senatu, vnde si tutor ex inquisitione datus fuerit à maioribus magistratibus, vtpote à curia sup. non debet satisdare, secus si à minoribus. Bart. in l. si nemo. 2. §. 1. ff. de testa. tute. & l. tutores, de cōfirman. tuto. Ange. in §. sed ex his, insti. de Attilia. tuto. per glo. in §. fin. in authen. vt hi qui obliga. colla. 6. faciunt nota. per Barto. in l. ab executore, in prin. ff. de appella. & hoc est propter excellentiam curiæ supremæ. Porcus in §. 1. insti. de satisda. tuto. Item magistratus à principe dati satisdare non tenentur: quia fides eorum approbata videtur. l. priuatæ, vbi Pirrhus, de murilegu. libro. 11. Quod limitaui in trac. de liter. ciuilib. in glo. 3. num. 3. in suspecto, & in eo, qui non esse soluēdo dicitur, vt saltem iuratoriam cautionem præstare debeat, & se depositarium iustitiæ, vel emptorem constituere. alia scripsi in trac. de senten.. executo. art. 1. in constitu. reg. in 1. tomo. comenta.

Annullare appellationē ad curiā supremam spectat. ¶Vigesimò ad supremam tantùm curiam spectat annullare appellationem, id est pro infecta habere, & vt verbis senatus vtar, *mettre au neant*, & non ad inferiores iudices, sic fuit pronuntiatum contra præpositum Pictauensem, anno 1537. die quinta Iulij, per hunc senatum, & in magna camera. arg. l. eos, C. de appella. vbi habetur iudices pronunciare debere bene vel malè iu*Arrestum.* dicatum, non habere appellationem pro infecta, quia ista pertinent ad principem, vel ad eius curiam supremam. glo. singu. in cle. vna, de immunita. eccle. vbi aliqua addidi. facit l. verum, vbi Decius, ff. de reg. iur. Barba. in repetitione c. testimonium, in 2. par. nu. 9. dę testi. Auffrer. in stilo parla. arresto 120. Ista etiam priuilegia conuenire sacro magno consilio ac dominis generalibus iustitiæ non erit absonum tenere, vt alibi de ipso plena manu scribo. Alia ne modum glo. excedá, dicam in ordi. reg. vbi breuiter & commodè licebit (si deo placuerit) videre. Fuit *Arrestum.* etiam permissum consiliariis attestationum (*des enquestes*) anno 1422. die 22. Ianuarij, & hodie quælibet camera parlamenti hoc vtitur iure. vide in artic. 12. & seq. rub. de appella. in ordin. reg. vbi omnibus prohibetur, nisi curiis supremis, & hoc ex causa, vt ibi dixi in 3. tomo commenta. ad constitu. regias.

¶Vigesimoprimò, quando iudex recedit à iure, vtpote quia nõ condemnat victũ victori in expẽsis: vt iuris est, l. properandũ, §. sin autem alterutra, C. de iudic. Si petitæ fuerint. glo. in c. fin. de rescrip. in 6. tunc tenetur causam in sentẽtia exprimere. §. oportet, in authen. de iudic. colla. 6. Bar. & Bal. in l. lucius. ff. de his qui notant. infamia. Fely. plenè in c. sicut. col. 8. de re iudic. Curia tamen suprema non exprimit causam, sed tantùm dicere solet & ex causa. *& pour cause*, quia ex pluribus vehementibus rationibus moueri solet, quas non posset breui exprimere præses. *Curia suprema non exprimit causam in arresto.*

¶Vigesimosecundò, potest senatus appellationẽ in oppositione conuertere sine literis regiis: vtpote si fiat executio contra me: ego me opponere debeo: si appellem ad seneschalum: non poterit idem seneschalus illam appellationem in oppositionem conuertere: Ideo cùm non valeat appellatio, dicet malè appellatum, nisi literæ regiæ super hoc impetratę fuerint, quibus mandetur iudici vt hoc faciat. Sed senatus sic. vt statuit Carol. 7. vt est in ordina reg. titul. *quelles causes &c.* art. 4. condẽnabit tamen appellãtem in expensis: Ita vidi sæpius in hoc senatu iudicari. Iura aducerem, nisi putarem tanti authoritatem senatus sufficere, & rei demonstratæ frustra adiicitur demonstratio. l. 1. ff. de dote prælega. quia non potest iudex inferior cognoscere de appellatione, nisi an sit bona nécne. l. eos. C. de appella. ob id de hoc non cognoscit, in senatu secus. Et anno 1509. die. 2. Augusti, in causa Nicolai du val, appellantis à bailliuo Turonen. contra Catharinam viduam Iohannis pertuis. fuit præceptum factum d. bailliuo & omnibus iudicibus, ne sine literis regiis appellationes in oppositiones conuertant. *Conuertit appellationẽ in oppositionẽ.* *Arrestum.*

¶Vigesimotertiò, licèt non sit exemplis iudicandũ. l. nemo. C. de sententiis. tamen si à principe vel in parlamento fuerit iudicatũ in vno casu, curiæ inferiores id sequi debẽt. Angel. in l. Itẽ veniunt. §. cæterum. ff. de petit. hæred. l. milites agrum. in fin. ibi quod exemplum, & in cæteris sequi nos debere Menander rescripsit. ff. de re milita. l. i. §. eodem tecto. de senatuscon. silla. l. nam imperator. de legib. l. apud Iul. in fi. ad Trebel. l. 1. C. quæ sit longa consu. scripsi in procem. ordi. reg. credidit enim princeps eos qui ob singularem industriã explorata eorum fide & grauitate ad huius officii magnitudinem adhibentur, nõ aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret iudicaturus. l. vna. ff. de officio præfect. præto. tamen arrestum debet esse simile, & super vno indiuiduo prolatum, quod *Quãdo exemplis & arrestis curia sit iudicandum.*

fieri vix poteſt:Ideo multa allegantur arreſta,quæ non ſunt ad illud indiuiduum deciduum lata.

Curia ſuprema euocat cauſã.

¶Vigeſimoquartò, ſola curia ſuprema euocat cauſam pédenté in alia curia inferiori:vt appellationem in ea pédétem iudicet. & quatenus illam concernit:Secus in curia inferiori,quæ nullo modo euocat:quanuis Imbert.in inſtitutio.foré.in pag.68.dicat requiri diploma regis & literas patentes.Céties tamen in forenſi iudicio ſolo verbo præſidis euocare audiui, vt ſcripſi in interpre.l.quod iuſſi,nota.2.ff.de re iudic.& in tract.de euoca. in ordi.reg.in 1.tomo.commenta. in conſt.reg.

¶Et putaré curiam ſupremam non poſſe euocare cauſam, quæ non tágeret appellationem ad eam emiſſam:alias ſecus.Nempe cui mádata eſt iuriſdictio,omnia cenſentur mandata ſine quibus.l.2.ff.de iuriſ.omnium iud.Ob id cenſetur ob excellentiam curiæ ei conceſſum vt euocare poſſit cauſam tangentem appellationem in curia pédentem,vt ab eis decidatur: etiam ratione incidentiæ multa permittuntur, quæ aliàs nó permitterentur.l. quoties.C.de iudic.l.ſolemus. §.latrunculator.ff.eo.tit.pergeré hoc pluribus probare,niſi hoc eſſet practicantibus notorium.

Transigere partes nõ poſſũt ſine curiæ voluntate.

¶Vigeſimoquintò,quáuis partibus lite corá inferioribus iudicibus pendente liceat tranſigere & componere.l.prima.§.inde quæritur.ff.de noui operis núciatio.l.fi.vbi Florianus fami.herciſcond.l.1.& per totum. de tranſactio. ff.& C. Tamen quando cauſa pendet coram ſenatu non poſſunt partes componere, vel tranſigere,non adiecta hac clauſula in tranſactione,videlicet cum beneplacito curię,& ita ſeruatur in foréſi iudicio, aliàs ad mulctá condemnari tranſigentes poſſunt, nuncupatim ſcribit Manſuer.in rub.de iudic.§.Item ſæpe partes.Et ſic fuit pars componens condemnata ad emendam,vt refert Auffre.in ſtilo

Arreſtum.

parlamen.arreſto.53.Item nota. & arreſto. 57.& 96. Quia iſta clauſula cum beneplacito curiæ,non aliter nec aliàs, eſt conditionalis.Iaſ.in l.2.col.pen. C.de iure emphiteo.ob id nihil valebit,ſi non placeat curiæ,& idem,ſi dicatur de beneplacito papæ partes cóueniunt,non aliter , &c.& non iudicatur ſimonia, alioqui conuentio partium ſimoniam induceret,c.cú pridé ibi non tamen nobis mediantibus cóuenerunt.de pac.c.quæſitum, de rerum permuta.& in c.ex parte,de offic.delega.

Bona & corpus curia ſuprema cõfiſcare poteſt.

¶Vigeſimoſextò ex defectu & contumacia partis curia poteſt cófiſcare corpus,& bona abſentis,& abſenté cóuictum reputare.Verùm alii iudices exilio tradere delinquentem poſſunt, & bona

bona cõfiscare,sed non corpus,hoc audiui in praxi seruari,imò quando lex dicit aliquid à solo principe cõcedendũ, & à nullo alio,adhuc non excluditur senatus.tex.iuncta glo.in l.1.§. permittitur.ff.de aqua.quoti. & æstiua vbi alia similia citãtur iura. non curo cumulationes,sed veras decisiones adducere.

¶Vigesimoseptimò,quando appellatur ad curiã aliquã inferiorem:etiam si malè iudicatũ illa pronuntiet,non poterit de consuetudine retinere causam contra.c.vt debitus honor.de appella.Sed eã debet remittere ad illud auditorium,à quo emanauit: vt alius tamen cognoscat quàm is qui malè iudicauit,& sic non seruatur.d.c.vt debitus.in curiis secularibus regni per §.primũ. de friuol.appela.infra,vbi scripsi arrestum sic fuisse latum. Sed curia suprema causam retinere ex causa potest:siue prim⁹ iudex malè iudicauerit siue nõ:vt sępius vidi obseruari,quia sicut princeps hoc posset.l.iudicium soluitur.ff.de iudic.c.vt nostrum.de apel.Ita dici debet de curia suprema, per ea quæ supra scripsi.

Curia suprema causam retinere potest.

¶Vigesimooctauò curia suprema sola potest clausulam illam in sententia apponere sine nota infamiæ:licet crimen de se infamet,quod secus est in aliis curiis,vt plene scripsi in l. aliud est fraus.§.1.de verbo.signi.facit.l.ex militarii.de test.milit.

Clausula sine nota infamiæ à curia apponi solet.

¶Vigesimononò quòd licet pars appellans acquiescat sentẽtię quo ad principale, potest tamen per viam supplicationis curia decidere de his quæ in supplicatione petuntur causam ipsam tangẽtibus.ita vidi iudicari anno.1541.die Augusti, quod non facerent iudices inferiores per not.in c.vt debitus honor.de appel.Boer.in decisio.Burdeg.q.257.sed quid.

Etiam si quis sentẽtiæ acquiescat curia cognoscit.

¶Trigesimò,literæ senatus arresta & præcepta sine aliis literis quas de pareatis vocant exequuntur:vt fuit dictũ an.1301.secus in literis aliorũ iudicũ.§.cos in auth.de collat. collatio.9. dico in tract.de literis requisi.in ordi.reg. in 2.tomo.cõ. in cõst.reg.

Literæ,arresta & præcepta senatus sine literis aliis exequuntur.

¶Trigesimoprimò,litterę officiorũ & magistratuũ maiorũ debẽt præsentari curiæ supremæ:& ibi magistratus prestare iuramentũ debẽt,quod rectè,iustè ac legitimè suum exercebũt officiũ,& ꝙ fideles erunt regi,& iura illius cõseruabũt & tuebũtur pro virili.ita describit Franc.marc.in desi. Del.q. 129.in,1.par.

Magistratus inferiores præsentare debẽt literas suorum officiorum curiæ et in ea iuramentũ præstare.

¶Trigesimosecundò,iudices declarare leges possunt,non verò extendere.l.si verò.§.de viro. ff.solu.ma.& ibi no.tamen curia suprema extendere potest legem,vel ordinationem. & illa extẽsio necessaria,erit sicut lex, tex.l.2.in fi.ibi,quod exẽplo,& in cæteris sequi nos debere Menander rescripsit. ff. de re milita. dixi supra in 23.priuil.& in illa q.quos effectus rescripta habeãt. In

Arresto an quis renunciare possit. 2.tomo comenta.in consti.reg.in 11.q.proœ.trac.de rescriptis.

¶ Trigesimotertiò, post arrestú is in cuius vtilitaté latum est, non potest renunciare arresto in præiudicium partis aduersæ, nisi in arresto fuerit dictum si bonum videatur parti. *Si bon luy semble recouurera ledict pré vendu*, ne illusoriú sit arrestum, l.si prætor.ff.de iudic. Et aliis multis rationibus adductis per Boër. in decis. Burdegalen.q.48.quæritur an proximior, vbi dicit sic esse iudicatum Burdegale, vt authoritas curiæ sartatecta seruetur. Secus in sententia, nam si fuerit lata in vtilitatem meam illi renunciare possum, l.si iudex, ff.de minor.l. in seruitute, §.1. de bonis liberto. quia quilibet renúciat priuilegio in fauorem suum introducto, c.si diligenti.de foro comp.l.pen. C.de pact. Quod intelligeré verum, quando arrestum esset latum pro vtilitate vtriusque, tunc procederet Boër. decisio. probatur in c. Raynutius, & c. Raynaldus, de test. vide do. Boër. in decis. Burdegal.q.298. sed alia. *Arrestum.*

¶ Tricesimoquartò publicani, vel alij non debent sistere, seu arrestare bona quæ deferuntur causâ victus ad consiliarios, & ad curiam supremam, vt fuit in curia Parisien.decretum, an.1374.

Creditur arresto de eo quod in eo enunciatur. ¶ Trigesimoquintò quanuis non credatur instruméto facien te mentionem de alio.authen.si quis in aliquo, C.de eden.hoc tamen non procedit in arresto propter eius authoritaté, in quo si dicatur visis literis tonsuræ, est verisimile ꝙ eas viderunt, vt plenè scripsi inferius in tit.de subla.cle.literis.& hoc sæpius vidi in foren.iudicio allegari.

Sine literis curia restituit. ¶ Vltimò, quanuis ad solum principem pertineat restituere minoré, & cócedere ei literas restitutionis de cósuetudine, in hoc regno tamen curia suprema admisit filiam, quæ renunciauerat successioni ad petédum diuisionem sine literis restitutionis. Et sic restituit sine literis. per text.in l.vna.in fi. ff. de offi. præfect. prætor. ibi ne à sentétiis eorú minores ætate ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis præfectis restitui possint. Sic fuit iudicatum, Anno 1539.circa fin. mésis Maij pro quadam filia de Molinis. *Arrestum.*

Causæ sine literis releuandæ. ¶ Hodie si cancellaria recuset literas in causâ appellationis, solet in multis causis curia habere appellationem pro releuata:& si tunc appellans causam obtineat iustam, vincet, & bonú esset, & reipub.vtile, quòd causæ breues, & vniuersitatum etiam magnæ, & monasteriorum, piè, viduarum, pupillorum, & personarum miserabiliú releuarentur per supplicationé curiæ porrectá, at sigillum, non tanti esset momenti, sed vtilitas publica maior.

Quia

¶Qualis debet esse ista curia suprema? Iacob. de bello visu in pract. sua rub. quotuplices sint causæ. nu. 170. sic dicit. debet esse arbor fructifera & robusta, quę non debet ad flatũ cuiuslibet venti agitari: Quia non ad flatum venti orientalis ratione affectionis & parentelæ, Nec ad flatum venti occidentalis ratione præmiorum, & pecuniæ, Nec ad flatum vẽti meridionalis ratione timoris & potẽtię, Nec ad flatum venti septentrionalis ratiõe rãcoris & inimicitię. Fortis ergo, & firma debet esse, & ęqua, vt libra nec declinans, nec claudicãs, ad dextrã nec ad sinistrã, sed æqua lance debet esse media inter partes. l. nullus. C. de iudic. c. 1. de re iudic. in 6. Et debet habere trũcũ fortitudinis, corticẽ veritatis, medulã æquitatis ante oculos l. quod si ephesi. ff. de eo quod cert. loco, l. rẽ nõ nouã. C. de iudic. & aures præbere omnibus, Sapiẽ. 6. c. præbete aures vos, qui cõtinetis multitudines & placetis vobis in turbis nationũ. Quoniam data est potestas vobis à domino & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Quoniam cùm essetis ministri regni illius non rectè iudicastis, nec custodiuistis legem iustitiæ, neque secundum voluptatem dei ambulastis, &c. Sexdecim requisita in regiis consiliariis scribit Mattheus de afflictis in constitutio. Neapolita. in rub. 45. fol. 116. de seruando indemnita. circa fi. quæ summopere optarẽ scripta ob oculos principũ & cãcellariorum ac aliorum quibus sunt necessaria. Vide docto in l. cõsiliariis. ff. de officio. assesso. Et leges 12. tabul. his verbis de senatu scriptas. omnes magistratus auspicium iudiciúmque habento, exque iis senatus esto, eius decreta rata sunto. at si potestas par maiórve prohibet, S.C. prę scripta seruanto. is ordo vitio vacato. cæteris specimen esto.

Qualis suprema curia esse debeat.

Leges. 12. tabu. de senatu.

(quas parlamentarias vocamus) ecclesiã insuper vniuersam Gallicam cũctásque regni nostri gẽtes, Delphinatúsque nostri potentatus admonendo censuisset, vt si quid authoritatis priscæ afferre, si qua iura citare [a], si rationes

a ¶*Iura citare*] Nota ꝙ pro corroboratione causæ & decisione citanda sunt iura, quia erubescimus cũ sine lege loquimur, l. dissentientis. C. de repudiis l. illam de colla. §. cõsideremus. in authẽ. de triẽte & semisse. colla. 3. quod facit cõtra iudices proteruos & ignaros nolẽtes audire aduocatos allegãtes iura, quippe deficiente lege sufficit allegare rationem naturalẽ. instar iu-

Iura an quot, & quomodo sint allegãda.

riſcõſulti.in l.cum ratio.ff.de bonis dãnato. & Papæ.in c.ratio nulla.de præb.glo.in c.cõſuetudo.1.diſt.& c. ex eo. de elect.in 6.& bona ratio debet ita mouere iudicẽ ad iudicandũ,ſicut ipſa lex.Iaſ.in d.l.illã col.3.quod eſt intelligendũ, quãdo eſt præter legem:nam ſi ſit cõtra legem,tunc lex erit ſeruanda & allegãda,licet dura videatur. tex in l.proſpexit. ff. qui & à quibus. Guido ſing.653.nota quod ſufficit. & his deficientibus ſufficit adducere authoritatem maiorum. gloſæ vel doctoris.tex.in l.ſi idem cum eodem.ff. de iuriſdic. omnium iudicum.l. cum filio in princ. de vulga. etiam dictum alterius quàm gloſæ , vel doctoris.l.ſeptimo menſe.ff.de ſtatu.homi.gl.in l.mulier bona. de iure dotium,nec turba allegationum eſt facienda,ſed iuriſconſulti inſtar ſufficit(niſi materia difficillima ſit)vnum argumenti cauſa referre.l.ſi quis obrepſerit.ff.ad leg. Cornel. de falſ.l .ita vulneratus.§.pe. ibi vnum interim propoſuiſſe contentus ero. ad leg.Aquil.ff.quod ſummopere obſeruandum in is interpretationibus duxi,in quibus quod ſentiebam,nõ exactis rationibus vel argutiis , ſed veluti citra artem ſynceriter & ſimpliciter expreſſi:licet aliquãdo in meis interpreta. plura iura citauerim ad vnũ propoſitũ reſpõdẽtia,vt ſi vnus tex.plane nõ faceret, quod alter ſaltẽ ad rogatũ reſpõderet,& vbi vnus doctor nõ dixit expreſſim,alter expreſſius loquatur:& quia ſunt qui nõ habẽt plures libros,ideo plures interdũ allegaui,vt ſi vno careãt,alterũ ſaltẽ habebũt. Si tamẽ hincinde eſt cõflictus rationũ & iuriũ,tunc iudicandũ eſt ſecundũ eũ,qui plures habet rationes,& iura conuenientia.gl.& doct.in c. ſuggeſtũ.de iure patro.l.1. C.de iur. & fact.igno.quia multiplex funiculus difficilius rumpitur. c. 1. de treuga.ob id quandoque plura allegamus iura & rationes.

Ratio allegari poteſt & ita mouere debet ſicut lex.

¶Quomodo ſunt alleganda iura? Reſpon.ſiue in ſcriptis citentur,debet allegari caput legis,ſeu capituli,& Paragraphi,ſi quis ſit in illa decretali vel lege,& titulus,vt in authen.ſed cum teſtator.C.ad le.&Falci.Ioan.Calder.alij. in c. veſtra de cohabita. cle.& mulier.& ita planè allegare quis debet,vt certum reddat eũ.cũ quo loquitur,uel cui ſcribit.Præpoſi.in §. hinc etiã.c. ſed illud.45.d. quod ita tẽperãdũ eſt,niſi fuerit papa,vel legiſlator, quibus ſufficit dicere iure cauetur.l.alienatio.ff.de cõtrah.emp. vel lege cautũ eſt,l.cũ notiſſimi.C.de præſcrip.30.an.& in euãgelio dicitur, Nos legẽ habemus.c. ſcriptũ eſt in l.6. q.3. cle.1. de foro cõpetẽ. Idẽ in doctore ſpeciẽ ad legẽ ſeu decretalẽ ponẽte,vt ſimpliciter omiſsis allegationibus,ne lõga ambage auditores cõfundat,caſum,tex.cõueniẽtẽ fingere poſt præfationes

Doctor iura docere quomodo debeat.

consentaneas[a] palam edisserere posse cõfiderent, quominus sanctio pragmatica eiusdem conci-

debeat, postea rationem dubitationis & decisionis exprimere, quibus prolatis si lex sit difficilis, per partes iterũ casum seu speciem depromat. deinde notanda eliciat, & postea gl. elucidet. & sic solitus sum facere, Hoc debet etiã aduocatus seruare, vt nudis verbis factũ referre debeat, quod iudex facilè possit capere, & demũ super eo iudicare, & in inuẽtario pcessus maxime cauere debet, ne iuris allegationes scribat, vt est statutum in titu. de inuẽta. art. 1. ibi dixi in 3. tomo commentari. in cõst. reg. Idẽ in iudice proferẽte sententiã firmauit Præpo. in d. c. sed illud. nec corã papa allegari debet lex, vel decretalis, quia eas pſumitur habere ĩ pectoris scrinio. c. 1. de cõst. in 6. nec scholasticus alleget corã suo doctore, Gomes. in c. 2. no. 1. de rescr. in 6. nisi opponeret, vel esset lex singularis, vel canõ, & deuiãs à regulis cõmunibus, & paucis notus, quia casus singulares multi ignorãt. gl. & ibi Salice. in l. quod te. ff. si certũ peta. Itẽ in parlamẽtis iura vulgaria dedecori sunt allegãti, gl. & ibi doct. in cle. sæpe in ver. amputet. de ver. sig. etiã sufficit legẽ vel decretalẽ famosã allegare sine tit. l. 4. §. si fundũ. ff. de vsuca. in gl. videbitur. §. 1. inst. de oblig. q̃ ex quasi delicto nascũtur. vide gl. & ibi Pręposi. ĩ. c. si ĩ adiutoriũ. 10. dist. in scholis tamẽ plana & facilis fiat allegatio, vt quisq; scholastic9 eã postea videre, & discere possit.

In parlamentis iura vulgaria non allegantur.

a ¶ [*Consentaneas*] Et sic nõ sufficit adducere iura consuetudines vel rationes, nisi respondeãt ad rogatũ, & sint cõsentaneæ, id est rei de qua agitur cõueniẽtes, alioqui fatuus est q iura vel rationes ad ppositũ nõ adducit. c. vno §. si verò de cle. ęgrotãt. in 6. & ibi Domini. & hoc etiã expressim tenet Corneus cõ. 73. visis col. 3. & vlt. in 1. vol. Ias. in l. furiosum. col. 3. C. qui testa. fac. pos. quia loquẽdo inordinatè cẽsetur habere memoriã inordinatã. c. filij. de hæret. in 6. ex sermonibus, ergo mẽtis cõpotes vel stultos cognoscemus. l. his qui. §. fi. ff. de tuto. & curat. datis ab his. fatuus est enim, q fatua loquit. c. legimus. 93. dist. & q deridẽda l. ob q̃ vitia. ff. de edil. edict. in lingua enim sapiẽtia dignoscitur. Eccl. 4. c. & eo dict9 est Virg. supremus poëta, ꝙ vsus est pprijs vocabulis, & cõguẽtibus materię. teste Barba. ĩ re. c. Raynaldus. col. 84. de test. nõ tamẽ est incõueniẽs si aduocatus vel alius aliquando misceat rationes parum ad rem facientes, vt nota. in c. non debet. de consan. d. Gomesius in d. § æque in glos. altius.

Fatuus est qui allegat iura proposito non respondẽtia.

nu.17.insti.de actio. quia aliqñ iudices ignari plus mouebũtur rationibus & iuribus parũ faciẽtibus, q̃ aliis fortiorib⁹ cũ illorũ nõ sint capaces. Anto. But.in c.p tuas qui filij sint legitimi. col.vlt. Cepola cautela.67. sunt multi.quod non debet fieri in parlamentis,quia est verisimile q̄ intelligant fortiora iura, nisi ad confirmationẽ aliorum adducerentur.

lij authoritate ac sententia antiquaretur [a] abrogaretur [b] induceretur, [c] irritáque etiam nulla pronunciaretur, & schismatica id infra diẽ dictis decretis præfixam efficerent. Quo neglecto talis denique sacro approbante consilio decrneretur, dudum

a ¶ *Antiquaretur.*].i.aboleretur,& res ad statum pristinum reduceretur. b ¶ *Abrogaretur.*] Id est in totum & penitus toleretur,derogatur enim legi cũ pars tantũ detrahitur. Abrogatur cum prorsus tollitur l.derogatur.ff.de verb.sig.vbi scripsi quot modis derogatur legi.intellige tamen in aliquibus pragmaticã nõ esse correctã, vt in fine huius procemij dicetur, & sic postq̃ pragmatica est abrogata nõ debet allegari.quia allegãs iura correcta punitur pœna falsi,l.fi.ff.ad leg.Cor.de fal. & l.1.§.hunc igitur.C.de Iustinia. C.cõfirman. quod ita tẽperatur nisi quis rationẽ constitutionis correctę allegare velit.gl. singu.in c.nouit,in verbo quicunque.de iudic.gl.& Barto.in l.1.ff. de legiti.tute.vel nisi ad iuris noui elucidationẽ.text.in §.1.ibi vt nihil antiquitatis ignoretur.& ibi Ias.& Baue.insti.de test. Etiam non procedit in habente potestatem legis condendæ, qui potest allegare leges correctas, etiam quas non habemus.l.admonendi.& ibi glo.ff.de iureiu.c.Raynutius, de testa. possunt etiam allegari interpretationes & glo.pragma.nam licet tex.sit correctus,non tamen glos. Et in quibus casibus possunt allegari iura correcta. tradit Bauer. in d. §.1. & Corse.in ver.abrogare in repert.& in his rebus nouis constituendis euidens vtilitas esse debet,vt recedatur ab eo iure, quod diu æquũ visum est.l.2.ff.de cõst.prin.& euidens necessitas.c.nõ debet,& ibi Anto.de But.in 3.no.de consang.quæ an in his cõcordatis interuenerint.pulchrè declarat Helyas quondã archiepiscopus Turõ.in defensorio cõcorda.& ego ipse infra apertè indicabo.

Iura correcta an & quando allegari possint.

c ¶ *Inducerctur*] Id est cancellaretur.l.inductum. C.de solut. & est inducerę per medias literas trahere, cancellare ad modum crucis

Cancellare inducere, et circumducere.

crucis circūducere circūcirca pœnam ducere.gl.in l.si quis libertaté.in verbo inducatur.ff.de petitio.hæred.& propriè inducitur quādo chartis attramēto inducto,vel lineis,velut quodā tectorio ea quæ scripta sunt,delemus,ab inducendo attramento.

a ¶ *Dyadematico.*] Hic Ioan. Dayma plura parum vtilia congessit, alia multo plura ex historiographis addere, quæ cū pauci sint emolumēti,missa facio. pulchra tradit Hiero. Balbo.in tracta. de corona. impera. in c. quæ fuerint olim regum insignia. vide ibi, si non graueris, me sanè tanta circa vtiliora cupiditas inuasit, vt elaborādum esse in eis omnibus neruis existimem futilibus omissis,non prætereūdum tamen censeo quod Valerius lib. 7. de sapienter dictis de quodā rege his verbis scribit, Rex etiam ille subtilis iudicij quē ferunt traditum sibi dyadema, priusquā capiti imponeret retentū diu considerasse, ac dixisse,ò nobilem magis quàm felicem pannum,quem si quis penitus cognoscat, quàm multis solicitudinibus & periculis,& miseriis sit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet,si bene regere cupiat.

autē statímque nobis diadematico [a] fastigio diuina benignitate auctis,regnúmque auspicato [b] ineuntibus cum rursus huiuscemodi edicta alia [c] atque alia ab eadem authoritate manantia nobis innotuissent. nostrísque curiis ecclesiæ Gallicanæ , ac subditis populis edicto nouissimo ac causæ peremptorio [d] spes

Regū diadema multis refertū periculis ac solicitudinibus.

b ¶ *Auspicato.*] Id est feliciter, Teren. haud auspicato huc me appuli,nam feliciter adeptus est christianissimus rex Franciscus regnū, tam in coronatione facta in ecclesia sancti Dionysij, quā in felici ingressu ad hanc ciuitatum matrem Parisien. vt patet per Gagui.non tamen vult dicere hic tex. quòd rex in ingressu ceperit auspiciū,vel augurium,sicut olim veters soliti erant.Ipsi enim nihil rei magnæ ordiebantur inauspicato , sed hodie hæc sunt aliena à Christianis hominibus,c.sors. & per totum 26.q. 2.& q.3.& seq.& per Hosti.in summa,de sortileg.

a ¶ *Alia atque alia* .] Et sic tria edicta, id est citationes interuenerunt ante peremptorium,vt iuris est l.ad peremptorium cum quatuor.ll.sequen ff.de iud.

d ¶ *Peremptorio.*] Eò dicitur peremptorium,quòd perimat disceptationem, hoc est vltra nō patiatur aduersarium tergiuersari.l,

Peremptoriū cur di-

catur,& in quibus requiratur.

& tertium. ff. de iudi. De hoc edicto peremptorio seu citatione peremptoria, quod idem est, scribit Lanfran. Oria. in repet. c. quoniam contra. in verbo citationes. colum. 3. in magno vol. de probat. & Soci. in suo tracta. de citatio. articul. 27. nempe firmat Bal. in. c. consuluit. colum. 1. de offi. de delega. tria esse, in quibus præcipuè requiritur peremptorium. primum in missione in possessionem, ex qua creatur ius pignoris. secundum in præhésione, seu captura personæ. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. tertium in sententia diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ. Alios casus dico in ordina.

oīs esset[a] purgādæ more p̄cisa, vt si vlterius cunctari[b] in animū induxissem⁹, futurū oīno videremur ī hęc discrimīa īcidere, quæ ante dictæ pramaticæ sanctionis decretū hoc ī regno nostro, patriáq; Delphinali locū sibi vēdicabāt: ideo nos aīo reputātes q̃ta olī ante illius pragmaticæ sanctióis promulgationē īndignitas rerū ac deformitas[c] ī regno nostro patriáq; Delphinali grassaretur, cū videlicet res nūmaria[d]

Mora purgari potest.

a ¶ *Purganda.*] Quæ potest purgari vsque ad litem contestatam, post non, l. si insulam. ff. de verbo. obliga. & in l. & si post tres. si quis cautio. nisi in casibus traditis ibidem per docto. quos non prosequor ne gloss. faciam longiorem. §. Calimachus. vt vulgò dici solet. Boër. in § fin. de consuetu. feud. in consue. Bituricen.

Cunctatio dispēdiosa.

b ¶ *Cunctari*] id est immorari, vel differre, dispendiosa est enim cunctatio, & mora dicit Ouidius, nocuit differre paratis, Qui non est hodie, cras minus aptus erit, incunctanter dicitur sine mora. c. referente in fi. de præb. c. 2. de schismati. c. noli & ibi Archi. ix. dist. & glos. in c. hæc quippe. 3. q. 6. de mora, licet videre per glo in l. mora. ff. de vsur. per docto. in l. si ex legati causa. de verbo. obliga. & in l. quod te, si certum peta.

c ¶ *Deformitas.*] Quanta mala & quot essent ante prag. hic numerat Ioan. Dayma, ego ea missa facio, tanquam modici emolumenti sint, licet sexcenta possim allegare incommoda.

d ¶ *Res nūmaria.*] Ista est bona ratio pro regnicolis, vt res nummariæ Galliæ nō exauriantur, & pōdero hoc infra sæpius. & in trac. nom. q. 10. in doctoribus factis extra regnū, & in aliis non

paucis

paucis locis. Intellectus ergo ad hęc concordata, per quẽ nũmi exhauriũtur, reiici debet per hũc tex. quẽ poteris adducere etiã, vt requisitio per inhabilem facta tollat papæ præuentionẽ, hac ratione, vt dixi in glo. disposuerit, in additio. §. si quis verò de coll. infra. nã interest regis subiectos habere locupletes, in auth. vt iudices sine quoquo suffra. §. 1. coll. 2. abundãtia enim regni (dicit ibi tex.) depẽdet à subiectis locupletibus, ideo interest reip. ne quis re sua malè vtatur. §. fi. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. interest ecclesiã habere aurũ, vt in necessitatibus erogare & subuenire possit, ac se ab inimicis tueri. c. aurũ. 12. q. 2. quia nũmus vincit, nũmus regnat, nũmus imperat, nõ tamẽ ab omni malo defendit, teste Ludouico Viual. in suo opere regali in 10. persecutione eccle. fo. 197. ver. ò q̃ grauis, &c. alibi dicitur ꝙ nũmus est fideiussor futuræ necessitatis. Bal. in l. 2. C. de cõst. pecu. Petrus Gerard. sing. 73. pauperes, vbi allegat philosophũ. 5. Et hic. notent ergo iudices, vt in dubiis intellectum ad hæc cõcordata, per quem res nummaria Galliæ nõ exauriatur, in iudiciis accipiant, postq̃ est hìc sic statutũ, de quæstione nummaria loquitur tex. in l. fi. ff. ne de statu defunct. vide alia in glo. seq. *Intellectus quis in his concordatis recipiẽdus.*

(quibus veluti neruis respublica subnixa [a] est) ea maximè ac præcipuè ratione exhaurire-

a ¶ [*Subnixa est*] i. suffulta. Virg. Parua philotectę subnixa petilia muro. facit. l. 2. C. de pœnis. Et sic nota ꝙ respu. est suffulta pecunia, sicut corpus neruis. nã duplex est sãguis, vt dicũt auari, venarũ & bursarũ. & Io. And. in additio. ad Spec. in ti. de sent. §. species. vers. est aũt differẽtia. & pecunia dicitur vita hoĩs. per text. iũcta gl. in l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudi. q̃ Barb. dicit sing. in repe. rub. de testa. col. 68. & in cõs. 53. ꝑclare. col. 4. nu. 10. in 2. volu. Bal. in l. fi. de tuis. C. de opis liberto. & pecuniã vocat secũdũ sanguinẽ hoĩs. Rochus Curtius in repe. c. fi. col. 22. ver. 2. inferẽ. in fi. de cõsue. vnde q bona nostra tollit, vel pecuniã inimicus nobis est. tex. in c. itẽ cũ quis & ibi Bal. col. 1. de rest. spol. & magna sũt opa eius, qui habet nũmos, facit eñ qđ vult, & habet rẽ quã vult, etiã si vellet pulchrã mulierẽ, sunt verba Bal. in l. receptitia. col. 2. C. de cõst. pecunia. Proinde dicit Car. in cle. vna de baptis. in 6. q. magnos diuites posse dici principes, quia pecunia est oĩm rerũ regina. & sine pecunia cõtẽnit nobilitas & doctrina, q̃ videt apud hoĩes maior ꝓpter diuitias, pecũia deseruit cuilibet humanæ necessitati. Bal. in c. cũ causa. in fi. de re iud. &

Nummus vincit, & regnat.

De pecunia multa hic traduntur.

Inimicus qui bona tollit.

est honori possidenti. Ambr. de officiis.li.2.c.21, vt refert Iacob. Bonaud. in aditio. ad Io, de terra rubea. in 8. arti. tertij tract. cõtra rebelles regum, ver. rebelliones. fo. 82. & nũmis omnia obediũt. Ecclesiastes c.10. ac Ioánes Neuisanus in sylua nuptia. amplia.1. & expugnatur omne castrum, in quod potest pecunia ingredi, quamobrem potest dici magna opera eius, &c. amissio eius altera mors est. Hosti. in summa, de procur. § in qua re. ver. & quod dixi, & qui aufert tẽporalia, aufert vitã. arg. c. si quis obiecerit. 1. q. 3. multa priuilegia scribit Maphe. Vegius ĩ sua disputatio. inter solem aurũ, & terrã, vbi abũdè videre licebit. Postremò dicitur Ecclesi. c. 40. in fi Melius est mori quàm indigere, nam vita indigentis semper est in cogitatione victus, Anto. de Petrucia. in 3. effectu iuramẽti. vide tamen quòd amor pecuniæ modo est quasi cunctorũ criminũ materia, c. his igitur, 23. dist. & multa per Lucã de pẽna in l. domini, C. de agrico. & cẽsit lib. 11 hodie licet plurimi sint barbati, & antiquis philosophis quo ad hoc similes, tamen ex illis vel aliis paucissimi sunt qui contẽnant pecuniã, & sic qui philosophẽtur. l. sed & reprobari. ff. de excu. tuto. nam hodie id genus homines ludibrio haberẽtur, ideo pecuniam expetendã esse, nõ propter suam vim & naturã, sed propter fructũ atque vtilitatem. testatur Cic. in li. 2. de inuentio. Et dicebat Archyta. philoso. his verbis, pecuniarũ cura vltimũ honoris teneat locum, quippe cũ tria sint omnia, in quibus homines studiũ ponunt, vltimum ac tertium est, si rectè habeatur pecuniæ studium, medium corporis animi primum.

tur cum præsulibus & antistitibus sacerdotum conferendorum libertas, facultásque adimeretur [a] cũ peregrini, [b] & incolæ sacerdotiis Gallicis sæpenumero

a ¶ *Adimeretur*] Altera ratio cõcordatorũ, ne facultas cõferendi beneficia adimatur Antistitibus, & aliis collatoribus, nisi per mãdata & nominationes, ac per impetrationes iure præuẽtionis factas. in his enim casibus etiã per hæc sacra cõcordata adimitur potestas collatoribus, vt infra patet, nõ p reseruationes & expectatiuas, vt olim, possunt etiãnũ ordinarij collatores mãdatariis & noĩatis ac graduatis prouidere, & sic nõ aufertur in his collatio si illis velit cõferre iuxta sua rescripta, & in his statuta,

b ¶ *Cũ perigrini.*] Nota ꝙ exterus nõ potest beneficia in regno habere priuilegio repugnãte, & cõsuetudine regni, de qua ĩ ordinatio,

dinatio.regiis habetur,& ĩ stilo parla rub.de p̃bẽ.7.pte ordina.
3.& in trac.de pacifi.possess.nu.217.scripsi in praxi beneficiali.

donarẽtur cum dyplomatibus [a] apostolicis, quas expectatiuas [b] nuncupabãt generatĩ sigilatímq; superstitũ hominũ,spirãtiúmque sacerdotia electiua, [c] mixta [d] ac

a ❡*Dyplomatibus.*] Ioã. Dayma dicit nõ esse vtẽdũ dyplomate in impetrationibus vt hic est tex.qui est o͂no ab hoc alienus,& quotidie in ĩpetrationibus vti solemus dyplomatæ,dũ nõ excedat modũ verisimilem. de quo ĩ regula cãcell. 28.& in gl.iure præuẽtionis,in §. declarãtes. de m͂ida apo͂to. infra. Itẽ idẽ Dayma dicit expectatiuas dici duplomata,quia in eis impetrandis duplomatæ solemus vti.i.cursu diurno & nocturno,& omni tẽpestate contẽpta iter cõtinuãdo.l.cõtinuus.§.cũ ita.ff. de verb.olig.vnde habuerit hãc interpretationẽ nescio, nã habemus cum y dyploma, & nõ cum u.& dicitur epistola seu scriptura missa ad alium.à verbo Græco dyploo,quod est duplico, inde dyploma duplicatio dicitur,& expectatiuæ seu aliæ literæ apostolicæ,ideo dicũtur dyplomata,ꝙ duplicẽtur. teste Catelia.Cotta,in 2 parte memora,in ver.dyploma.Alij putãt dyplomata esse singulariũ virorũ & vicorũ priuilegia,in tabellis scripta,& in quibus prĩcipis nomẽ adscribitur,vulgus bullas,semidocti supplicationes,docti supplices libellos vocãt,quæ & breues dicũtur.de quibus multa scripsi de supplicatiõe papæ,& bulla,in praxi benefi.vbi de singulis papæ literis,quæ vsũ cõcernũt forẽsem,tractaui & alias contra quendã ducẽ militũ se falso asserentẽ,& dyplomate falso vtentẽ.i. literis falsis.dicit iuriscon. in l.eos in fi,ff.de fal.ubi grauissimè illum puniendum docet. *Dyplomã quid sit.*

b ❡*Expectatiuas.*] Quæ tam generales quam speciales in Francia reprobantur infra in rub. de reseruatio.in prin. & ibi dixi. & in praxi beneficiali in rescripto reseruationis.

c ❡*Electiua.*] Quæ dicãtur beneficia electiua declaro inf.in §. monasteriis. in vẽr.electiuis de regia ad p̃la. nomina.facienda,

d ❡*Mixta.*] Illa dicũtur beneficia mixta,quãdo eligendo conferũt,vt si canonici eligant ad præbẽdã vacantẽ,& nõ requiratur alia cõfirmatio,tũc participat, & de electione & de collatione, ideo mixtũ est,quia ex duobus sapit extremis,l.imperium.& ibi doct.ff.de iurisdi.om. iud.not.in l. 2. de verb oblig. sed hic dicit tex,beneficia electiua,& collatiua, ac mixta, ergo mixta di- *Mixta beneficia quæ dicantur.*

cuntur,quę ex collatione ac electione participant. Nec assentio q̄ beneficiũ mixtũ dicatur in quo proceditur per præsentationem & institutionem, quia illud nó accipit de electione & collatione,ergo mixtũ ꝓpriè dici nó potest,cõtra Io. Dayma.hic, & pręsentatio nó potest dici collatio,nec ꝓpriè electio.c.cũ in illis.§. cũ autem . de prębẽ.in 6.Panor.in c.autoritate.de insti.

collatiua [a] in diem mortis eorũ cõferrẽtur, qui eis fungebãtur id q̄d cũ bonis moribus non cõuenit, tũ verò alieni fati [b] votum habet ad-

a ¶[*Collatiua*] Sunt q̃ per collationem tribuuntur. Rubri.vt ecclesiasti . beneficia sine diminutione conferan. de quibus infra in rub.de colla.scripsi.

Beneficiũ viuentis cõferri prohibetur,fallit vt hic.

b ¶[*Fati.*] Id est mortis,& sic reprobatur collatio & impetratio beneficij viuentis,tũ quia bonis moribus nó conuenit vt hic,tũ etiã quia inducit votũ captandæ mortis.c.2.de cõcef.pręb.&.c. si quis papa.79.dist.etiã si ille cui est collatũ beneficiũ vellet expectare mortem illius, & esset bonus vir, qui verisimiliter non desideraret mortẽ proximi,quia cessante causa impulsiua adhuc nó cessabit dispositio.glo.in l.2.in fi.ff.de donatio.doct.in c.cũ cessante,de appel.etiã si vellet conferre collegio,vel capitulo in titulũ,secus si in ꝓprietatẽ.i.per vnionẽ. Anch.in c.cõsultationibus.de donat.c.pe.3.nota.de eccle.ædificãd.nec tractatus collationis vel electionis deliberatiuus fieri debet,anteq̃ beneficiũ vacet.c.bonæ.in 2.de electio.Bertha.in trac.de episcopo.in 1.& 2.q.1.partis.aliàs collator,& electores veniũt extraordinariè puniendi.Imol.in d.c.bonæ,per tex.in d.c.2.Itẽ bñficia anteq̃ vacent acceptari nó possunt.c.ne captandæ, de cõcef. præb.in vj. Rota deci.431.si impetrãs,in nouis.Papa verò nó ꝓhibetur cõferre bñficia,etiã anteq̃ vacẽt,quia in bñficiis habet plenissimã potestatẽ.c.2.de præb.in 6.q̄d nó tolleraretur in regno,nisi interueniret cõsensus eius,cuius est beneficiũ, quia tunc videretur renũciare.c.bñficiũ.de regulari.in 6.doct.in c. ex ore ꝑ illũ tex. de his quæ fi.à ma.par.ca.c. sicut.& seq.7.q.1. nã hic ꝓhibetur. Sed cõferri nó ꝓhibetur,qñ est fama de morte beneficiati.gl.in c.nó oportet.de conse.dist.5.facit auth.hodie.C.de repu.& tex. ad hoc valde accommodus in l.si ita pater,ff.de ritu nup.tñ reuertẽte bñficiato collatio erit nulla. Car.cõs.44.pro domino. ¶ Valeret etiam collatio si collator nesciret beneficium vacare,quod tamẽ verè vacabat, nã potest cõferre si vacat.gl.in c.2.

de

de elect.in 6. Rota deci.172.in antiq. Et ideo dicũt quidã regulã de verisimili notitia nõ habere locũ in ordinario, sed cõtrarium fuit in hoc supremo senatu iudicatũ ann. 1537. die 29. August. in magna camera (vt vocãt) inquæstarũ, & in mente curiæ retentũ in causa vnius præbendæ sanctæ Radegũdis Pictauen. ciuitatis, p magistro Germano Cornuto cõtra Tristãd. fretard. etiã eodẽ tenore in parlamẽto Tholos. in quadã præbenda ecclesiæ Auxitanen. in vigilia nostræ dominæ Augu. anno prædicto idẽ fuit decisum: & hæc duo parlamenta diuinitus, vt planè creditur in eandẽ id temporis descenderũt sententiã, vt fraudes maximè repellãt, & illa regula est inducta ad tollendas fraudes & ambitiones, q̃ fortè maiores sunt corã ordinario, aliàs semp & impune quis bñficiũ viuentis currere posset, etiã sine vlla resignatione, & ab ordinario petere, cõtra d.c. primũ. Nec refragat̃ quod possit cõferri si vacat, qa si sic cõferatur, nõ potest impetrãs vel cõferens argui cõscius cõspirationis, vel machinationis in mortem alterius, quia cõditionaliter loquens nihil ponit, l. si qs sub cõditione. ff. si quis omissa causa testa. & quia nõ cõferẽt tanq̃ vacans per obitũ magis q̃ resignationem, vel aliàs, sed qñ cõfertur impetrãti per obitũ anteq̃ sit verisimile posse venire ad cõferentem, tũc censetur cõscius cõspirationis, seu mortis illius cùm aliter non potuisset habere notitiã mortis illius, ideo tunc habebit locũ regula illa tollens votũ captandæ mortis, testis est nobis de Ripa in c.2. in fi. de rescrip. sed in hoc etiã fieri posset fraus scribendo in literis collationũ si vacat. q̃ fraus maximè solet in materia bñficiali adhiberi, & corrũpi testes & falsum cõmitti, vt est oĩb9 obuiũ. & Bal. scribit in c. quia verisimile. col. 1. de p̃sump. hoc expressim tradit Io. de Selua post gl. prag. sanct. in tra. de bñfi. in 3. par. q. 46. Fuit tñ hoc anno 1542. die 22. Decemb. p̃nũciatũ nõ habere locũ in officiis regiis regulã illã. Itẽ qñ is qui possidet bñficiũ, requireret sibi cõferri illud qđ possidet, vt aliũ haberet titulũ; nõ reprobaret̃ tũc collatio bñficij viuẽtis. c. post electionẽ. de cõces. præb. doct. in c. inter. de fide instru. Idẽ in canonicatu dicit̃ in §. fi. de reserua. infra. & ibi dixi. sed tunc nõ confertur canonicatus viuentis, quia extinguitur cũ persona. c. dilecto. de præbend. Poterit etiam ante vacationem beneficium vniri sine præiudicio possidentis, c. cõsultationibus de dona. cle. fi. de reb. eccle. non alienan. c. si tibi absenti. de præben. in 6. Et an possit constitui procurator ad præsentandum, antequàm beneficium vacet, & quando tradit Panor. in cap. fina, de conces. præb. Imol. & Perus. in d. ca. ad hæc. j. de appella.

Regula de verisimili notitia habet locũ in ordinario.

Arresta.

Arrestum.

In officiis regiis non habet locũ regu. de verisimili notitia.

Abundè ſcripſi in praxi beneficiali in forma vica.archiepiſco. in 1.par.vbi amplisſime hác tractaui materiá. Itē nō debet promitti beneficium antequā vacet, quod ſi contra fiat, promisſio non obligat.d.c.2. etiā ſi dicatur cùm facultas ſe obtulerit. ca. deteſtanda.de conceſſ.præbē.in 6. licet de iure decretalium ſecus.c.accedens, illo tit.etiam ſi inſtrumentum obligatoriū eſſet confectum ſuper hac promiſsione, & ſigillo regio ſigillatū non obligaretur promittens.c.ex tenore.de conceſſ.præben.etiam ſi iuramentū interueniſſet. Anto.de Butrio in d.ca.ex tenore.quia dicitur eſſe contra iura & bonos mores, quod tunc nō obligat. c.non eſt obligatorium.de reg.iu.in 6.doct. in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verb.obliga.dixi in repet.l.ſi quis pro eo.ff. de fide iuſſo.imò non valeret conſuetudo in contrariū, quia eſſet cōtra bonos mores. Barb.in c.conſtitutus.de reſcr.c.fi.& ibi Curtius de conſuet.niſi is cui fit promiſsio eſſet canonicus in eccleſia.c. relatum.de præb.& quādo promitteretur eidē præbenda, ſecus quando aliud beneficiū, quia canonicus nō debet eſſe ſine præbēda.vt ibidē dicitur. Et in papa hoc nō ꝓcedit, nec ex ſuo ſpeciali priuilegio, ex quo pōt fieri hæc promiſsio.d.c.deliberatione de offi.leg.in 6. Proinde ſi poſt promiſsionē occurrat beneficij vacatio non tenetur promittens cōferre ei, cui promiſit.nota.in d.c.2.& c.relatum, nec valebit appellatio vt non cōferatur alteri quàm ei cui promiſsio facta fuit.c.3.de conceſsi.præ.nec poteſt patronus ſe obligare alicui, quod præſētabit eū, quia nō pactis, ſed titulis canonicis beneficia obtinētur, vt probat Petr. Anch.in cū autem.in fi.de iure patr. Decius conci.541.uiſa donatiōe. Imo.& alij.in d.c.fi. Tamē apud bonos & graues eſt turpe nō adimplere promiſſū, imò ſic ꝓmittēs ſaltē ad intereſſe tenetur, & vitæ neceſſaria præſtare donec prouideat ei cui promiſit. Peruſ.in c.2.de cōceſsio. præb. in 6. quod eſt verū quando promiſsio valeret, vt quia fuit promiſſum beneficium vacās, & tūc teneretur ad æſtimationē ꝓuentuū beneficij, quod promiſit.arg.tex.in l.locū.§.cōdēnatio. ff.de tabu.exhib. Anch.in d. c.2.in fin. quia promiſſa reſtuenda ſunt, l.vna.C.de ſuffra. ideo hæc promiſſa non debent fieri per bonos viros, ſed dare potius quàm promittere. Imo nō poteſt dari poteſtas cōferendi beneficia vacatura.c. conſtitutus.de cōceſſ.præb. gl.in c.deliberatione, de off.leg.in 6. Guido papæ con.189.circa, niſi vicario generali c.fina.de offic.vicarij.in 6. Panor.in c.fi.de conceſſ.præb.& hoc iure vtimur. Laicus etiam patronus poteſt conſtituere procuratorem

Promitti beneficium an poſsit, & quando ante vacationem.

curatorem generalem cum poteſtate præſentandi, quando ſubeſt iuſta cauſa, vtpote quia oportet eum abeſſe. Panor. & alij in c. fi. de conceſſ. præbend. Vltimo nota vnum caſum ſingularem, quòd benficium vacans nõ poteſt conferri, quando non eſt liberum, vtpote quia eſt collatum abſenti qui nondum acceptauit, nec recuſauit, interim vacat, quia alteri non eſt acquiſitũ. arg. l. nec vtilem. ff. ex quib. cauſ. maior. pro hoc eſt caſus ſing. ĩ c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. vide Feli. in c. cum acceſsiſſent. col. 1. de conſtitu. alia tractaui in praxi. benefi. in 2. parte titu. de reprobata benefi. viuentis impe. *Beneficium vacãs non poteſt conferri.*

iunctum. Poſtremò cum ſacerdotiorum [a] controuerſiæ, litéſque ſacræ [b] in curia Romana diſceptarentur ingenti noſtrorum hominum diſpendio, & incommodo, ex quo ſequi plerunque

a ¶ *Sacerdotiorum*] Id eſt beneficiorum, quæ ſacerdotibus, maxime debentur. c. ei cui. ibi ſacerdotalem præbendam. de præb. in 6. Nota tamen quòd in iure fit mentio de multiplici ſacerdotio. Primum eſt ſacerdotium. C. de epiſcopis & cleri. l. presbyteros. vbi ſacerdotes pro presbyteris accipiuntur, & ſepius in iure canonico. c. 1. 32. diſ. c. fi. 1. q. 5. c. nõ minus. de immunita. eccl. & alibi multoties. Secundò de ſacerdotio doctorũ habetur in l. 1. ibi, merito quis nos ſacerdotes appellet. ff. de iuſti. & iur. Petrus de bella partica. in l. ſi quis in cõſcribẽdo. C. de epiſcop. & cle. Tertiò eſt dignitas ad ſimilitudinem præfectorum, de qua eſt tex. & ibi patruus meus magnus iacobus Rebuff. in l. nec proteſtaſie. C. de munerib. patrimo. lib. 10. li. 1. de natura. liber. l. ſi quis ob honorem, vbi Budæ. ff. de pollicita, plenè Lucas de pẽna in l. vna de pericul. ſucceſſo. parẽt. lib. 10. l. ſpõte. ff. de munerib. & honorib. Vide quæ ſcripſi in praxi beneficia. in princ. vbi ſacerdotium pro beneficio quatenus ius canonicũ cõcernit non propriè dici, quatenus quidam potius vtantur, quàm beneficio, ibi allegaui multa iura ad hoc accommoda. *Triplex eſt ſacerdotiũ.*

b ¶ *Litéſque ſacræ.*] Hic Ioan. Dayma intelligit ſacras lites, quãdo agitur de beneficiis eccleſiaſticis, quod non eſt mihi ex ſentẽtia, alioqui tex. eſſet ſuperfluus, dũ dicit ſacerdotiorũ controuerſiæ, ſacræq; lites, &c. licet aliàs ſacræ dici poſſint. c. ſuper eo de tranſact. Intelligit etiã ſacras lites quando agitur de fœdere matrimonij, vel de cauſa natiuitatis, vel ſi agitur de vſuris, vel ſuper *Sacræ lites quando dicantur.*

possessorio rei spiritualis, hęc vix possunt sacrę lites dici, sed propriè sacra res dicitur quando est ritè per pótifices deo consecrata. §. sacræ. initit. de rerum diuisio. Et ideo sacræ lites dicuntur, quæ super rebus sacris agitabátur. ff. ne quid in loco sacro fiat, & in curia disceptabantur cum ingenti regnicolarum dispendio, vt sequitur: sed hodie in. §. si quis vero. infra de friuolis appella. statuitur, quòd si quis appellauerit ad sanctam sedem, causa appellationis debet cómitti in partibus tractanda, nisi in casibus ibidem exceptis, & sic vitatur illud dispendium eundi Romam pro appellatione prosequenda.

necesse erat, vt qui vel sumptibus [a] suppeditari, vel labori sufficere nequirét, hi aut iuri suo ce

Facile quis non debet litigare.

a ¶ *Sumptibus.*] Sine magnis sumptibus homines nó prosequútur lites, sicut dicitur de studio. in. l. fin. C. de alim. pupil. præstá. in his ergo prosequédis & magni sumptus vt hic, & summus labor, & diligétia expetéda est. ac optimú ius, & his cóiunctis etiá quis nó debet esse facilis ad litigádú, nec próptus, sed ad cóponendú. sic Floria. in l. fi. in fi. ff. familiæ herciscú. ca. 1. 90. dis. c. 1. in 14. q. 1. ná cú pari cótédere anceps est, cú superiore furiosum, cú inferiore sordidum. Seneca quem refert Bal. in con. 218. petita venia, col. 2. in 3. vol. salté pro modico quis nó debet litigare gl. decens. in ca. requisisti. in fi. de testa. per. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. l. 2. C. de rescin. véd. quia propter has lites quis efficitur paup. in auth. vt differ. iudices. in prin. col. 9. Ideo boni viri eas execrátur. l. lité si res. §. fi. ff. de aliena. iud. mutá. cau. facta. Et per eas fatigátur homines laboribus & expensis, & liti cedere, vel importunitaté actoris redimere quis cópellitur. c. nónulli de rescri. diebus & noctibus torquetur animus litigantiú, sicut amasiorú, & maior est tortura animi q̃ corporis, & dicitur seruú dei nó oportet litigare. c. sicut. 2. q. 7. si tamé bono iure munitus fueris, & nó posis cóponere, ꝓsequere túc causam tuá, & in his deo te cómenda, quia per varios casus per tot discrimina rerum perueníes ad sentétiam, seu ad causæ victoriam, quæ finalis iudicij causa est. Quia nemo litigat nisi propter spé victorię. l. in ratione prima. §. Cum quidam. in fi. ff. ad. l. falci. Bal. in rub. De iudic. in decretali. col. j. Et iudicio fortunæ dicitur litigans cómitti. l. Seruus. ff. de statu ho. Et interdú cum bono iure quis succúbit, vel fato vel culpa. l. si de cómuni seruitute quisbene quidem

da-

deberi intēdit, sed aliquo modo litē perdidit. ff. si seruit. vēdice. ob id dicit Esaias. c. 57. nō enim in sempiternum litigabo. Quæ causæ generēt lites. tradit Lucas de pēna in. l. litibus, col. j. C. de agrico. & censit. lib. xj. & ego ipse in præfat. ad ordin. regias, & tres cautelas quas debent habere homines antequā lites ingrediantur, ibi scripsi, idque planum feci in 1. tomo.

dere, aut causas deserere, [a] ac pro derelictis habere cogerentur, simul ea accedebat deformitas, vt literarū studiosi, & disciplinis [b] liberalibus incūbētes aut sacerdotia adipisci nequirent, [c] aut qui adipisci cuperēt, literarum studiū abiicere, [d] aut

a ¶[*Deserere.*] Multi propter lites deserūt veritatē, quā prius seruabāt. Prou. 28. c. pro bucella panis deserit veritatem, ac charitatē, imo deū ipsum tot calūniis tótque falsis accusationibus suū collitigantē vexando, qui omnino peruenient ad egestatem. Prou. 13. Aegestas & ignominia ei qui deserit disciplinā, & apud inferos cū dæmonibus perpetuò cruciabūtur. Vide quæ dixi in gl. deseruerint. §. j. infra de colla. & Azo in summa in rub. pro derelicto. & Benedict. in repet. c. Raynutius. in verbo & vxorē. nu. 923. cum seq. de testa. *Multi propter lites ad inferos descēdunt.*

b ¶[*Disciplinis liberalibus.*] Non solùm intellexit hic de septem artibus liberalibus, videlicet de Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Musica, Aritmethica, Geometria & Astronomia, sed etiam de disciplina Theologiæ, Canonū, Legum, & Medicinæ. nam disciplina est rerum quarūcunque scientia, à discendo, Archid. in cap. consuetudo. col. vlt. prima distinct. & ideo expressit hic de liberalibus, & c. & à philosophis olim hæ artes dictæ sunt liberales, quia filij liberorū hominum & nobilium eas solùm addiscebant, teste Archidia. in c. de quibusdam. 37. distin. & eas addicentes debent esse ab omnibus oneribus & muneribus liberi. authen. habita. C. ne filius pro patre, quod an sit hodie inter priuilegia schola. scripsi: & disciplina dicitur ex parte eius cui infunditur: doctrina ex parte doctoris. Lucas de penna in. l. vna. col. j. C. de stu. libera. vrb. Romæ. lib. xj. licet aliquādo promiscuæ capiantur. *Artes liberales quæ & quare dicantur.*

c ¶[*Nequirent*] Nec hodie adipiscuntur sacerdotia paruo negocio, seruatur enim dictum Euangelij, vt omni habenti detur, & similis similes quærat, dico plenè inter priuilegia schola.

d ¶[*Abiicere.*] id est longe iacere. cogebantur enim olim ante

pragma. per sex decem plus minúsve annos studium intermittere vt sacerdotia obtinerent, alias studere non poterant, quia dicit Iuuena. Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi, vel deponere vt sequitur.

Scietia bonis abiectis est amplectenda.

a ¶[*Deponere.*] Id est dimittere. Cice. Existimaui honestissimè molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulissem, vel cum quadam desperatione relinquere. Cicero in Verrem, actio. 1. Itaque mihi videor iudices magnam, & maximè ægram, & propè depositam reipub. partem suscepisse, vel abiicere ad tépus deponere in totum, multi propter bona habéda sciétiam deponunt, nó insequendo philosophum Cratem Thebanum, de quo in ca. gloria episcopi, 12. q. 2. ibi Crates ille Thebanus homo quódam ditissimus, cum ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pódus abiecit, neque putauit se posse, & virtutes & diuitias possidere, quę sententia mihi semper vera visa est, & eá nisi insecutus hactenus fuissem, nó hæc pauca scripsissem, Deus opti. maxi. sit benedictus in æternum & vltra, dico inter priuilegia scholarium me (qui nunquam potentiorum foribus affixus fui) omnibus destitutum opibus, igitur hoc in lucro ponere atque aliud agere patientur homines.

certe deponere [a] cogerentur. passímque per vrbes errabunde vagari, vt id periculum imminere videretur, ne literarum tandem amor & scientia per incuriam exolescerent, Quum igitur summopere nobis videndum esse existimaremus, nę huiusmodi indignitas in Regno nostro exoriretur, id quod futurum intelligebamus, tempori vtique inseruiendum esse duximus, ac rebus nostris periclitantibus pro re nata consulendum, imminentiáque, detrimenta minore, ac leuiore [b] dispédio redimenda. Quare quú Bononiá cú omni nostro comitatu venissemus exhibédæ gratia reuerétiæ [c]

Reuerétia papæ ab omnibus est habenda et quare.

b ¶[*Leuiore dispendio.*] ná ex duobus malis minus est eligédú, seu vt verius dicam maius est fugiendum. ca. hi qui, 26. quæst. 2.

c ¶[*Reuerentiæ.*] Et sic rex christianissimus Christi vicario, papæ videlicet, & more boni filii habuit reuerentiam & honorem, prout

prout tenetur, vt traditur in epiſtola, Nos reddentes. C. de ſumma trinita. vbi Imperator defert honorẽ papæ, ſic etiam debet facere quilibet alius, tũ quia eſt pater omnium fidelium, vt infra patet ſanctiſsimo patri. vbi dico, & filius honorat patrem. Malachiæ. 1. c. ſi ergo pater ego ſum. vbi eſt honor meus? & ad Hebręos. 12. c. patres habuimus eruditores, & reuerebamur eos, tũ quia eſt prælatus & doctor totius populi chriſtiani. Eccleſiaſti. 10. c. In medio fratrum rector illorum in honore.

¶Vnde quilibet papa eſt Petrus. Et ideo imperatorẽ deponit ex iuſta cauſa. c. ad apoſtolicæ. de re iudic. & reges. c. alius. 15. q. 6. teſte Innoc. & Bal. in. c. fi. in. fi. de re iudic. Tertiò quia vicarius Chriſti, & ideo etiam infideles, qui deũ honorare tenentur, debent etiam eius vicarium honore decorare, nam dicitur Lucæ. 10. Qui vos odit, me odit: qui vos ſpernit, me ſpernit: ſuper quo dicit ibi glo. diſcat vnuſquiſque in admonẽdo vel ſpernendo eccleſiæ paſtores, nõ viles quaſque perſonas, ſed dominum ſaluatorem, imò ipſum patrem ſpernere, vel odire, quia in diſcipulo magiſter oditur, in filio pater honoratur. Hinc beatus Cyrillus in lib. 5. theſaurorũ dicit, ꝙ iure diuino papæ omnes caput inclinant, & primates mundi tanquam ipſi domino Ieſu Chriſto obediunt. Præpo. in ſum. 93. diſt. & diuus Paulus 1. ad Theſſal. 4. c. ſic inquit, Qui hæc ſpernit, non hominẽ ſpernit, ſed deum, qui etiã dedit ſpiritũ ſuum ſanctũ in nobis. Quartò, quia eſt ſuperior, dicit enim Chriſtus, tu vocaberis Cephas. Ioan. 1. c. & Lucæ. 5. c. duc in altũ, aliis verò apoſtolis dixit, Laxate retia, & minores debẽt reuerẽtiã exhibere ſuperioribus. c. ſtatuimus. de maio. & obe. c. iuxta. & ſeq. & in ſumma. 93. diſt. glo. in. l. 1. §. ſicut. ff. de aqua pluuia arcen. laudabile nanque & diſcretũ eſt exhibere reuerentiã & honorẽ prioribus. c. ſicut inquit. 2. q. 7. & tex. in. c. fin. & ibi Panor. vlti. notab. de confirma. vti. quem ſequitur ibi Decius per illũ textũ, dicens ſubditos debere ſuperiori reuerentiã & obedientiã, quędã alia iura traduntur in. c. cõquerẽte. de offi. ordina. maximè ſubditi prælatos reuereri debent, tũ dilectione. c. eſto ſubiectus. 95. diſt. c. habet. 2. q. 5. tum obedientia. c. 1. & 2. 93. diſt. c. ſacerdotes. 2. q. 7. Ad hæc cõmunicando & inſequendo. c. non oportet. 95. diſt. ſimul eorũ officiũ temere nõ vſurpãdo. c. presbyter. 95. diſt. atque eorũ ſtatuta ſeruãdo. c. quia. 7. q. 1. c. ſi quis. de maio. nec prælatos temere arguere vel iudicare debet. c. nolite. 21. diſt. nec defectus eorũ reuelare, ſed tegere debet. c. in ſcripturis. 96. diſtin. Lucas de

penna.in.l.1.col.2. C.de colleg.lib.11. & qui non exhibet hanc reuerentiam, meretur relinqui à domino. Eccle.29.c. Vir repromittit de proximo suo, & cum perdiderit reuerentiam derelinqueretur ab eo: & talis reuerentia est deo placens. ad Heb.12.c. in fi. seruiamus placentes deo cum metu & reuerentia, quia est actus boni moris: & ideo non potest pacto remitti. l. fi. C. de bonis liber. & ibi Bal. & in l. liberti. col.3. de operis liber. Feli. in. c. cum nõ liceat. colum.1. de praescrip. cuius reuerentiae ratione potest papa non solum à praelatis, sed à principibus secularibus petere auxilium contra hostes. c. maximianus. & .c. ab imperatoribus. 23. quaest.3. & illos principes auxilium non praebentes excommunicare. c. administratores, eadem causa. q.5. imò principes seculares si requisiti non praestiterint auxilium ecclesiae acrius papa punire potest, maximè Imperatorem. arg. c. venerabilem. de elect. Panormi. in ca. fina. col.2. de dila. nam & eos deponere potest. c. alius. 15. quaest. 6. hoc expressè tenet Maleret. in tracta. elect. fo.55. haec sunt notanda contra eos qui euaginata lingua summum põtificẽ prosequuntur, & in illum latrare non cessant.

sanctissimo [a] patri [b] nostro Leoni. 10. Pontifici summo, quam ei Franciae reges maiores nostros, vt primos ac maximos sacrosan-

a ¶ [*Sanctissimo.*] Bellissime conuenit Romano pontifici, vt in suprascriptione epistolae nos reddentes. C. de summa trinita. apertè monstratur, quis enim sanctum dubitet esse, quam apex tantae dignitatis attollit. c. non nos. 40. dist. & sicut persona patris vel magistri debet videri sancta filio & discipulo. l. liberto. ff. de obsequiis. sic cuilibet bono Christiano debet videri sancta persona papae, alioqui errore labitur, imò cõtẽnens summũ pontificem, & sic patrem spiritualem, plus peccat, quàm si patrẽ contemneret carnalem. tex. in. c. qualis. 2. q.7. quãdoquidem habetur de eo. Hiere.1. constitui te super reges & regna, ergo honor est eidem exhibendus, vt supra dixi. Conuenit etiam ei verbum beatissimus, sacratissimus, summus pontifex, pater sanctus, pontifex maximus, & alia quae notant doct. in. c.1. de constit. in 6. & scripsi in elucida. signaturae in praxi beneficio.

Nomina quae conueniũt papae.

b ¶ [*Patri*] Quis dubitet sacerdotes Christi regum & principum omniúmque fideliũ patres, & magistros censeri? nónne miserabilis insaniae esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum

Sacerdotes sunt regũ & aliorũ fideliũ patres.

giſtrum ſibi conetur ſubiugare,& iniquis obligationibus illum ſuæ poteſtati ſubiicere,à quo credit non ſolum in terris,ſed etiá in cœlis ligari poſſe & ſolui? Verba ſunt beati Gregorij in cap. quis dubitet.96.diſtin. textus in Epiſtola nos reddentes.C.de ſumma trinit.infames enim fiunt(vt canonú tradit authoritas) omnes qui in patres armantur, & qui doctorú ſuorum vitam reprehendunt,vel accuſant.c.plerunque.§.fina.2.q.7.hodie quidam ſceleſti religioſos & ſacerdotes odio & contemptu proſequuntur,& hos ſceleſtos etiam deus contemnit,& in infernum deiiciet illos.

ctæ eccleſiæ a filios exhibuiſſe nouimus, b obnixis precibus

a ¶*Filios*] Reges tamen non ſunt filij papæ generatione,nec adoptione,ſed cura & honore.teſte Bonifacio in procemio clemé.col.2.nota.4.quid honorificentius quàm vt Imperator filius eccleſiæ eſſe dicatur? c.conuenior.23.q.8.vide text. in ca.ſi imperator.96.diſt.& quæ dixi in forma manda. apoſto.in verbo dilectis filiis.Et dicuntur reges Françiæ primi filij ſanctæ eccleſiæ catholicæ(ſicut vniuerſitas Pariſienſis vocatur prima filia,& primogenita regis,quia primò ei nata eſt,& primò fidem ac regis honoré tuetur)quia ſanctá ſedé primò & ante omnia tutati ſunt,vt eſt in hiſtoriis multa videre. & Helias archiepiſcopus Turo.in defenſario cócord.in 3.ratione multos Francorum reges cógerit erga ſedé apoſtolicá feruentiſsimos,& illius veros filios.infra dico titu.proximo in glo.benemeritis,& ſicut reges dicuntur filij papæ, ita iuriſdictio temporalis dicitur filia iuriſdictionis ſpiritualis,& ei tenetur táquam matri ſuæ. Bal.in c.ſi duobus.de appellatio.ſed hodie filia conatur quibuſdá exquiſitis mediis ſuffocare matrem, quod eſt ſummè códolendú.

Vniuerſitas Pariſie. dicitur regis primogenita.

Iuriſdictio temporalis eſt filia iuriſdictionis ſpiritualis.

b ¶*Obnixis precibus*] Sic precibus contendere debent filij cum patre,& non armis,nempe dicitur.in.§. ſed quod ſancitum.in authé.de nup.colla.4.erubeſcit enim lex caſtigatores filios genitoribus ſtatuere,& noli cótendere cú parétibus,& ſi iuſta dicas.Eccleſiaſti.c.3.ſcribitur iudiciú patris audite filij, & ſic facite vt ſalui ſitis.Nec etiá papa cótendere armis cum filiis debet, quia orationes & lachrymæ ſunt arma clericorú.c.côuenior.23 quæſt. 8. Item exactis regibus Romæ ſacrificulus rex creatus extitit,qui ſacrorum rex dictus eſt,ſine regio tamen imperio ſolo nomine rex,erátque non annum,ſed perpetuú ſacerdotiú,ab omni bellorú tumultu immune,neq; enim rex ſacrorú militare

Papa contra principes arma mouere nō debet, nec econtrario.

stipendiáve facere, aut castris & legionibus præesse poterat: nã eius potestas sola religione & templis tenebatur. teste Alexan. lib. 1. genialium. c. 17. multo minus summus pontifex. vide Ludoui. Viuald. in opere regali. in. 4. persecutio. ecclesiæ, vbi adducit viginti imperatores vel principes, qui cõtra sedem apostolicam vel summum pontificẽ insurrexerunt, aut contra prælatos, statim defecisse, nec in hoc seculo diu prosperè vixisse, dicens his verbis se nunquam vidisse alchimistam diuitem, neque incantatorem bene morientem, neque rebellem ecclesiæ bene prosperantem. vide Platinam in vita Clemẽtis. 4. & Maleret. in tract. de electio. fol. 60. col. 3. potest tamẽ Papa etiam armis se defendere à tyrannis, cũ omnibus liceat. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. c. dilecto. de sentẽ. excom. in. 6. Cicero in oratio. pro Milo.

ab eo contendimus, vt si pragmaticæ nomen [a] omnino esset abrogãdum, saltem vice [b] illius, bona sua, cõciliíque [c] venia certas nobis leges, conditionésque meditari cõminiscíque liceret,

a ¶ *Nomen*] Et effectum, quia si nomine eximitur & fructu carebit. l. à nullo. C. de feriis. si enim nomen non habent, qualiter officium habebũt. dicit tex. in. c. cor episcopi. 68. dist. in. an liceat arguere à nomine plenè tradũt legũ professores. in. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. peta. & doct. decretorũ. in. c. 1. de iud. & Cicero in suo Topicorũ lib. genus hoc arguendi notationem vocans.

Concordata in locũ pragmaticæ subrogata sunt.

b ¶ *Vice.*] Et sic hæc concordata successerunt in locum pragmaticæ sanctionis, ideo sæpius arguemus infra per argumẽtum à subrogatis, de quo traditur in. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus. doct. in. c. ecclesia, de constitu. & in. §. fuerat. institu. de actio. plenè per Nico. Euerard. de locis legalibus, fo. 101. in arg. de subrogatis planius probatur in tit. proximo. & in rub. de electio. derogatio. in fine.

c ¶ *Conciliíque.*] Scilicet sui, & sic rex voluit ex concilio papæ has leges in regno suo habere, dicebat enim, bene cognoscimus quod cum vestro consilio fuerit ordinatũ, id ad beatitudinem nostri regni, & ad nostram gloriam redundare. l. humanum. in fine. C. de legib. Item dubium non est omnia, quæ cõsilio rectè geruntur, iure, meritóque effectu & firmitate niti. l. dubium. C. de repu. & Prouerb. 13. c. Qui autem omnia agunt cum consilio, reguntur sapientia, & postea astutus omnia agit cum consilio.

lio.c.8.ego ſapientia habito in conſilio,& eruditis interſum co hitationibus.& c.2.Conſilium cuſtodiet te,& prudentia ſeruabit te, priuilegia conſilij dico in interpretatio. authen. habita. in ver.examinatione.C.ne filius pro patre.

quibus imperium a noſtrum ſupradictum in poſterũ vteretur. Quod ad ea quidẽ pertinet quæ ſanctione pragmatica cauebantur, quibus noſtris precibus exorata pontificis ſanctitas (nã ei quoque cordi erat regni noſtri eccleſiã rectè atque ordine administrari) haud ægrè nobis indulſit,vt conuenta quædam no-

a ¶[*Imperium*] Rex Franciæ eſt imperator, & habet iura imperij in ſuo regno:vt concludit Ioan. Ferald. in tract.de iuribus & priuileg. Regis Franciæ per totũ, & ego ſuſius dixi in ordina regiis. habet etiã quilibet rex imperium. Iudic. 1. ca. Alphaxat itaq; rex Medorũ ſubiugauerat multas gentes imperio ſuo & in l.penul.in fine dicitur de prętore,qui ſalua maieſtate ĩperij &c. ff. de iuſti. & iu. Ioan. Fabri in prœmio inſtit.in verbo Ieſu Chriſti.Imò dico quòd maius imperium habet Rex Franciæ in ſuo regno, quàm imperator in ſuo imperio,vt omnibus patet,& de iure dignitas regalis fuit antequam imperatoria l.2.ff.de orig.iur.ex iure gentium regna orta ſunt. l. ex hoc iure. ff. de iuſti.& iur. & cor regis in manu dei eſt,epiſtola inter claras. C.de ſumma trinita. & quia venit ex ſucceſſione, & ideo illud tranſmittit ad ſucceſſores. Lucas de penna in l.vna colum.1.C.de conduc.lib.11.Soc.concil.67.quod colum.2.& concil.165. viſis inueſtituris. col. 2.in ſecundo volumi.repetit.Franciſqui.Curtius,concil.1.nume.30. nempe Deus optimus,maximus rex vocari non dedignatur. Eccleſiaſtici.1. Vnus eſt altiſſimus creator omnium, omnipotens, & rex potens,& metuendus nimis.& Eſaiæ.33.c.in fine.Dominus enim iudex noſter,dominus legiſer noſter,dominus rex noſter,& in procœmio decretalium, rex pacificus. & alibi in non paucis locis,ſed quod nomen Imperatoris aſſumpſerit in multis locis non inueni,quanuis ſæpiſsimè repererim imperium habere & imperare. Et de his vide plenè per Roderi. epiſcopum Zamoren.in tract.ſuo de origine & differentia principatus regalis & imperialis,&c.

Iura imperij habet rex in ſuo regno.

Meditatio ad scientiã adipiscendam necessaria est.

a ¶ *Meditari*] Et sic ad leges condendas,& intelligendas,requiritur meditatio.Dauid Psalmo.1. In lege eius meditabitur die ac nocte, super quo dicit Hieronymus quòd meditatio legis est,non solum in legendis scripturis,sed in his quę scripta non sunt faciendis.Deutero.6.c. Erúntque (inquit) verba quæ ego præcipio tibi in corde tuo,& narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulás in itinere, dormiens, atque consurgens, ecce ergo quomodo debemus meditari iura,si ea velimus vel dictare vel intelligere, ꝙ notent volentes adipisci iura vt summa ope, summóque studio conentur ea habere. Nam

bis meditari [a] commentaríque liceret pragmaticæ sanctionis vicẽ regno ac potentatui supra dicto vtique præbitura, quæ ipsa eiusdẽ cõsilij authoritate assẽsúque cõfirmarentur,quã homologationẽ vocãt, cũ irritante decreto huius [b] cõmẽtatiõis curã, cum tũc sua sanctitas & nos mãdauissemus [c] viris quibusdam cõ

dicitur Genes.24.quod cùm Isaac exiuisset ad meditandum in agro,obuiauit illi Rebeca pulcherrima & prudẽtissima puellarum,quæ facta est eius vxor,sic meditans in iure,vel in alia sciẽtia,inuenient scientiam puellam pulcherrimã,& efficietur vxor illius, eámque anulo doctoratus desponsabit,de meditatione quam debemus habere ad deũ,relinquo theologis,& Bercho. tradit in hoc verbo.ne multa.

Commentari quid sit.

b ¶ *Commenta.*]i.tractare & disputare.Cic.in Lælio cũ in hortis D.Bruti cõmentandi causa(vt assolet)venissemus. Aliquando cõmentari est cõmentariũ scribere,vel fingere, sed non hic.

c ¶ *Mandauissemus*] Ciuili modo loquitur hic rex vt in simili. Celsus in l.si cui.ff.de seruit. quia mãdatum gratuitum esse debet in.l.si tibi.in.1,& 2.ff.de præscrip.verb.per quod ostenditur quod viri consultissimi & literis prædicti nõ sunt præceptis trahendi,sed suasionibus alliciẽdi, studium certè liberũ esse debet, & alacri animo leges sũt,& suscipiẽdæ,& dictãdę.§.fi. in proœmio instit.exitus inutiles solẽt coactiones generare.c.requisiuit de spõsa.Ideo hic rex mãdauit viris cõsultissimis, nõ autẽ præcepit,vnde perperam exponit glo.in.§.cũque hoc deo.in proœmio instit,mandauimus,id est præcipimus. per prædictã differẽtiam,inter mãdatum & præceptum tradit Panor.& cæteri in

Literati suasionibus,& nõ præceptis trahendi sunt.

c.eam

c.eam te.de rescrip.& Lauren. Valla lib.5.elegāt.c.68.

a ¶ *Consultissimis.*] Eisdē est cōmittendū,vt dicitur in prima con sti. Cod.& in §.sed cū sit necessariū.C.de Iustin.C.confirman. ibi,dū dicit electis viris glorisissimis,tam doctrina legū q̃ experientia rerū,studióque reipu.indefesso,& laudabili ꝓposito pollentibus, & idē habetur in §. cúmque hoc Deo ꝓpitio,in procemio institu.

sultissimis, [a] ita confecta temperatáq; sunt ea cōuenta,vt pleraq; pragmaticæ sanctionis capita firma [b] nobis post hac ratáq; [c] futura sint,qualia sunt ea,q̃ de reseruationibus in vniuersū, [d] aut sigillatim [e] factis statuūt de collationib⁹, [f] de causis, de frustratoriis appellationibus, de antiquatione constitutionis clementinæ quam literis vocāt, de libere quietéque posśidentibus, de concubinariis, quædámque alia quibus nihil [g]

b ¶ *Firma.*] De facto. glos. sing.in l.id quod pauperibus. C.de episco.& cleri.

c ¶ *Rata.*] De iure. ideo si quis promiserit ratū habere contractū sub pœna, non incidit in eam,si de facto contrauenit. Bar.in l.metum. §.volēti.ff. quod metus cau. Guido papæ in deci.367. in aliquo. Barb.ī c.Raynal. col.67. de testa. Corse.ī sing. incipiē.pœna.8.sec⁹ si ꝓmiserit habere ratum,& firmū, vt cōmunius in instrumētis describi solet. *Differentia inter ratum & firmum.*

d ¶ *In vniuersum.*] Id est de reseruationibus vniuersalibus seu generalibus.

e ¶ *Aut sigillatim.*] Id est speciatim vult dicere tex. tā reseruationes generales q̃ speciales sublatas,vt in prag. sanct. erant.& infra in rub.de reserua.scriptū extitit.& plenè in praxi beneficia.

f ¶ *De collationibus.*] Quæ immutētur per titulum de collatio.& alios inferius dico in præfa.illius rub.& ꝑ totū,& etiā ī aliis tit.

g ¶ *Nihil.*] Vt de titulo quō diuinū officiū sit celebrādū,nec de aliis titulis postea sequētib. vsq; ad rub.de publicis cōcubinariis est aliquid detractum,abrogatúmve. Ideo cum nō sit illis titulis pragmaticę derogatū,adhuc seruātur ī regno, nā quādo lex noua statuit ꝙ prioribus legibus & cōstitutionibus decætero ista sola(q̃ nunc cōstituimus)obseruetur,intelligitur si priores leges facerent contra legem nouam.alias nō corrigit, quę saluari possunt, text, & ibi gloss.sing. in authen. de hæredibus ab intesta. *Qui tituli nō sint sublati & correcti in pragmat. sanct.*

venienti in princi.colla.9.quam sing.dicit Bal.in Margarita,in verbo statutum.q.37.& in verbo clausula.in 8.quæst.Paul.in l. non est nouum.ff.de legibus.& in l.sciendum.in prin. qui satisda.cogan.Roma.consil.399.vt præsens.col.3.nu.10.

Electiones ecclesiarum tutati sunt reges,& quando in vsum reuertentur.

a ¶*Optabamus.*] Nec iniuria,videbat enim rex durum esse iura tot vigiliis excogitata subuerti. c. ecclesia. 2. de elect.l.si quãdo.C. de inoffi.testa.mirũ enim videri nõ debet,si optabat, qđ totis neruis reges olim Franciæ tutati etiã fuere.Legimus itaq; Carolũ magnũ electiones ecclesiæ Rom.restituisse. c. sacrorũ.63.dist.& Clodoueum.1. Franciæ regem cõuocatis sui regni apud Aureliam prælatis,electiones in pendulo existentes canonicæ faciendas.& seruandas in hoc regno voluisse,si Vincen.histo.li.22.& seq.credamus, vt refert gl. in verbo reseruationes.in tit.de reserua.in prag. & cum legatus regis S.Ludouici vltro ecclesiarum cathedralium ipsi à papa impetrasset bullam prouisionũ,rex illã in ignem proiecit, dicens: Gratias nõ agimus tibi de his quæ in periculum animarum nostrarum impetrasti,videlicet vt ecclesiis prouideamus,& ea impetratione vti noluit,vt scribit Io.de promyard.in summa prædicantiũ.in verb.cõsiliũ nu.46. nẽpe cœlestibus cœlestia relinquẽda,& terrena terrenis cẽsuit:iuxta id quod dicitur,cœlũ cœli domino,terrã autẽ dedit filiis hominũ.c.si ĩperator.96.dist.& vtinã oẽs principes illi essent similes.sed sperandũ est quod corrigẽs corrigetur,& ius(si modo electores ad electionẽ quasi inspiratam redierint)ad pristinum statũ reducetur. l.quoniam. & ibi Bald.C.de secun.nup. & tunc perfectum regis optatũ spiritus S.restituet,quod electorum iniquitas substulit. de qua est videre infra de electio.derogatio.& amisſio electionis est pœna. gl.notab.in cle.1.in ver.& in pœnam.de iure patr.quod est notum his qui soliti erant quicquam pro electionibus recipere.

iis cõuentis derogatum abrogatúmve fuit,nisi si in quibusdã capitibus nonnulla interpretanda immutandáve censuimus, quod ita referre vtilitatis publicę arbitraremur. Quod verò ad electiones pertinet minimè quod optabamus [a] obtinere potuimus, causis in dictis conuentis [b] latis-

Cõcordata possunt vocari conuenta.

b ¶*Conuentis*] Id est per hæc conuenta, & sic hæc concordata possunt vocari conuenta inter papã & regem. Idem habetur in

rub.de

rub.de prorog.dila.ad approbandum concord.infra.

a ¶*Viros.*] Nota quòd rex cepit consilium ad dictandum hæc concordata,sicut ad dictandum leges imperator in Codice cōponendo,vt ipse attestatur in 1.consti.Codicis.& in l.vna.C.de Iustinian.Codice confirmā.& in l.1.ibi,consulto. ff.de legib.& hoc ex humanitate debet facere, non ex necessitate.l. humanū. C. de legib.vbi dicit bene omnia regi, quādo fiūt cum consilio.Sumat ergo consilium princeps, & illud sequatur, vt bene regat.Præpo.in.c. in istis.4.dist. quia omnis scientia & omnis ratio non est in vno capite.

simè insertis, ac nihilo secius, tamen cum ab eiusdem pontificis sanctitate dilationē semestrem impetrassemus,iis rebus trāsigēdis super iisque viros a multos doctrina eximia, literarúmq; peritia præditos, vsúque rerū callētissimos cōsuluissemus, tandem

¶Secundò dicit ꝙ cepit cōsilium à viris, nō ergo à mulieribus debet sumi consilium in lege vel ordinatione cōdenda. l.1. ibi, virorum.ff.de legibus.Item cum fœminis apud Romanos,nulla fuit communio,ideo mulieres nec comitiis interesse nec suffragia ferre, neque foro aut concionibus immisceri debebant, quod etiā erat apud Athenien.constitutū.vt nulla fœminarum cōciliis publicis aduocaretur. teste Alex.lib.4. genialium, c.13. & hoc propter fragilitatē sexus,vel quia nō sunt prudentes, sed omnes fatuæ:vt Claudius Aquen.testatur in d.l.1.post Salomonem in Prouer.quod ego dicere non auderem:nam multas inueni(vt mihi videbatur)prudentes.& in Euāgelio, quinque erāt prudentes,& quinque fatuæ, & sic vltra mediā partem non possunt dici fatuæ.Et imperator non recusauit consilium mulieris,vt habetur in §.hæc autem omnia.in authen. vt iudices sine quoquo suffra.colla.2.nec etiam recusauit consilium mulierum.Ioan.Calder. vt And.testatur in c.cum inter vniuersas. de electio.nec Ioan.And.in c.cum secundum de præben.& in c.1. de deposito.& putarem consilium posse requiri, quia interdum stultorum etiam consilium bonum est, vt legitur de consilio fatui Parisien.in c. ad nostram de consuetud. & coniugati in lecto solent habere consilia suarum vxorum, & illud est fidelius, quando nullo modo est præmeditatum. Item consilium debet peti à viris,& sic non ab impuberibus, cum virorum appellatio

Princeps cōsilium habere debet à viris, nō à mulieribus nec ab impuberibus.

ſolos comprehédat puberes.text.& ibi Barto.in l.cum quis. §. codicilis.ff.de leg.3. Bald. in l.1.col.2.C.de dign. lib. 12.ipſi enim impuberes nihil ſciunt vel ſcire præſumuntur,ideo conſulere aliquibus non poſſunt.l.fi.ff.de iuris & facti ignoran. cum non habeant,niſi ſemiplenum intellectum.Bald.in c.1.quo tempore miles inueſti. pete.debeat. Poſſunt tamen filij regis etiá impuberes intereſſe in ordinatione, vel in alio actu arduo explicádo, vt diſcere valeant deinceps quæ agenda ſint, non quod conſulant aliis,ſed alios.

de eorum ſententia , quando a ita ferebat ratio difficultáſque temporis rerúmque nos circun-

¶Tertiò etiá princeps ad conſiliū vocare debet multos viros, non vnū ſolū,ná iudiciū eſt integrum, quod plurimorum ſenté tiis confirmatur.c.prudentiam.in fin.prin.de off.iud.dele.facit tex.in l.cum ex filio.in princ.ff.de vulga. l.diuus.de iure patro. l.ſi idem.de iuriſdict.omnium iud. Et multi dicuntur quatuor ad minimū.glo.in l.1.ff.de lega.1.& aliis multis modis,de quibus gl.ordina.tradit in c.latores.de cleri.excom.miniſtrá.Hoc tamen relinquo arbitrio principis,quot velit euocare ſicut dicit glo.in ſimili.in in c.ſtatutum.§.inſuper.de reſcript in 6.

Literati & boni ad principis cōſilia ſunt vocandi.

¶Quartò vocandi ſunt docti, non omnes , ſed eximia doctrina,literarúmque peritia præditi,vt hic , nam paria ſunt nullam ſcientiam habere,vel paucam.Bar.in authen.ſed nouo iure. C. ſi cert. peta. & ideo hic vſus eſt ſuperlatiuo conſultiſſimis , & eximia,&c.

¶Quintò conſulendi ſunt practici & experientes , vt hic,vſúque rerum callentiſſimos.& in §. cúmque hoc Deo , in proœmio inſt.& in c.eſtote.1.q.1.§.quia verò competens. in authen. de iudicib.colla.6.practica enim eſt veritatis lumen.l.per hanc in fi.C.de tempo.appella.& ibi Salice. Multa ſcripſi in l.vt alphenus.ff.de verb.ſignifi.

¶Vltimum & præcipuum eſt,quòd boni & iuſti vocétur, non illi qui ſunt venales , ſicut dicitur de Triboniano quòd leges venales habeat,vt licet in eius vita videre, ſed qui habeát optimum teſtimonium.d.§. qui verò. & ſi hoc obſeruet princeps, optimas leges & perpetuas habebit in ſuo regno,vt plenius dico in commenta.ad conſtitu. reg.in proœmio in.1.tomo.

Quatuor quæ regem

a ¶*Quando ita*] Nota hic quæ mouerūt regem ad acceptandum concor-

concordata. Primum ratio, vt hic nam sunt rationabilia, vt per discursum ostendo, & videre est. Secundum temporis difficultas, quæ aliquando permittit non concedenda. c. licet, de feriis. Tertium necessitas rerū circonstātium, quæ non habet legem, l. 1. ff. de offic. consul. Quartum quod debet esse in constitutione noua condenda est vtilitas. l. in rebus. ff. de constitu. princi. & supra, ibi, ita referre vtilitatis publicæ arbitraremur.

mouerunt ad acceptādum concordata.

stantium necessitas, sæpe dicta conuenta in regno nostro ac Delphinatu promulganda censuimus ita vt sanctionis vicem instárque plenum habeant quorum conuentorum seu approbationis cōcilij tenor [a] sequitur & est talis.

a ¶[*Tenor*] Qui est diligenter attendendus. c. recepimus. de priuileg. ex tenore apparet mens & intētio disponētis. tex. in in c. cum dilecti. de donat. & l. ad probationē. 1. ibi, quem tenor scripturę designat. C. de proba. alibi dicitur quòd iudex debet proferre sententiam secundum rationem rescripti. l. cum precibus. C. de probatio. quod facit pro iudicibus regiis Franciæ, quibus diriguntur rescripta ad comprobandum, seu vt practici dicunt ad interinandum, quia aliis iudicibus dominorum non diriguntur communiter literæ regiæ iustitiæ de stillo Franciæ, vt dico in ordina. reg. titul. de rescript. & liter. reg. in 2. tomo. commenta. & illud quod constat ex tenore scripturæ dicitur euidens text. nota. in c. cum contingat, ibi, si ex ipsarum tenorę deprehenderis euidenter. de rescript. l. cum tibi. C. de euictio. & quale sit rescriptum recurrimus ad eius tenorem. c. ex tenore. de rescript. & c. ex tenore. & ibi Barba. notat. de fo. competen. quando de priuilegio dubitamus recurrimus ad eius tenorem. c. porro. & c. seq. de priuileg.

Tenor scripturæ est attendendus.

Iudices secundum tenorem rescripti sententiā proferre debēt.

¶Inspicienda ergo sunt priuilegia & ipsorum tenor est diligentius attendendus. capite recepimus. ibidem. Et mandati tenor inspiciendus est. c. dilecto, in fine de testi. & quando dubitatur de emphiteosi, recursum habere debemus ad contractum. l. 1. C. de iure emphiteu. idem in feudo, in quo tenor inuestituræ feudalis est præcisus, à cuius tenore non est recedendum. c. vno. de duobus fratribus. Baldus in c. 1. §. denique columna 1. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. & in præludiis feudo. in 4. diuisio. Alber. Brunus consil. 8. & consil. seq.

Tenor est inspiciendus.

in princ.& con.39.circa.col.2.vbi dicit tenorem inuestituræ & concessionis esse super omnia attendendum, qui derogat omni naturæ feudorum, & maximè in materia feudali iustũ est quòd tenor inuestituræ inspiciatur. Ioannes de Ana.con.7.& Albertus, consi.41.viso.col.2.

¶ Item intentio ex tenore dispositionis colligitur.tex.& ibi põderat ad hoc Barb.in c.super quæstionum.§.intentionis.2.nota.de offi.delega. & commissio ex tenore rescripti dignoscitur. cap.præterea.de dilatio.Barb.in c.1.col.3.de probatio.& vt instrumentum aliud referens probet, tenor instrumenti relati debet scribi.c.penult.ibi tenor compositionis insertus,&c.de confirma. vtili.

¶ Item in cõtractibus tenor cõtractus, & verba inspici debent. de stipulatione est textus in l.si ita stipulatus,§.Grisogonus.in fi. ibi plerunque enim in stipulationibus verba ex quibus obligatio oritur, inspicienda sunt.ff.de verb.obliga.& l.si quis stipulatus sit stichum, ibi.quærentibus respiciendus erit sermo stipulationis ibidem. Idem in fideiussore.l. fideiussores magistratuũ. §.1.ibi lecta subscriptione fideiussionis,ff.de fideiussori.& l.sancimus.ibi. nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit. C.de fideiusso. Ex ipso compromisso ius metimur.l.nõ distinguemus.§.de officio.ff.de arbi.c.Raynaldus. in princ.ibi, prout ex forma compromissi. de testa. tenor libelli est diligentissimè inspiciendus. l.2.ibi, ex his precibus, quas libello complexa es. C.de insti. & substi.sub conditio.factis.l.Gallus.§.1.ibi, ex verbis concipi potest.ff.de liber.& posthu.& pactorum.l.fi.C.de rebus alienis nõ alienand. ex verbis testamentorum iudicamus. §. nos igitur. ibi, verbis ipsis inuenimus.in authenti.de resti.fideicom. col.9. Bal.in l.si cum dotem.§.si pater.in fine,ff.solu. matrimon.& in cautione.l.lecta.ff.si certum petatur. Et de tenore sententiæ scribit.l. Actorum. ff. de re iudic. & in omni materia.l.vt responsum, C.de transac.& ibi Doc.& l.precibus.de impub. l. vna.§. sed & quis. ibi, necessarium & consentaneum effectum huius scripturæ obseruari. C.de latina liberta.tollen. ca.cum venisset. & ibi Feli.in 2.nota.da testib. Sexcentas ad hoc allegationes cumulaui in rub.quid sit inuestitu.in meo volu. sed hæ sufficiant de tenore, vno tenore scripta.

Tenor est inspiciendus.

¶ De approbatione conuentorum per Lateranen. concilium facta.

Concilium

Concilium Lateranen.est multiplex,ſed de duplici loquuntur maximè iura canonica. Primum fuit celebratum tempore Alexan.tertij,anno domini 1179.ſeu circa, de quo ſæpius fit in iure mentio.vt in c.Iudæi.cum ſeq.de Iudæis.& in c. non minus.de immu.eccle.c.dilectus.& c.2.de conceſ.præben.c.prohibemus.de decimis.Io. And.in c.cum apoſtolica.col.penulti.de his quæ fiunt à præla. Auffrer. in deciſ.Tholoſa.q.439. Alterum verò tempore Innocentij tertij,anno.1215.& iſtud vocant iura generale.c.de multa.& ſeq.de præb.Ioan. And.in c.nemo.col. 2.de elec.in 6.& in c.pen.col.2.de decimis.Cardina.in c. fin.de capellis monac.Soci.conſi.297.viſo priuilegio. col.2.verſi.5.in 2.vol.&.c.aduerſus.de immunitate eccle.cap.ne pro defectu.de electio. Et eo puto dici generale,licet omnia alia fuerint generalia.& Lateranen.vocat generale papa in c.fi.de capel.mónacho.vbi glo.ſed iſtud per excellentiam, nam fuit valde vniuerſale . quia in eo interfuerunt Patriarchæ Hieroſolimitanus & Cõſtãtinopolitanus,metropolitani ſeptuaginta.Epiſcopi quadringenti duodecim, Abbates & priores conuentuales octingenti,Græci & Romani imperii legati , regum verò Hieruſalem,Franciæ,Hiſpaniæ,Angliæ,& Cipri oratores , & ſic valde fuit generale,teſte Platina in vita Alexandri tertii.& Floren.in 3.parte canonicæ titu.17.c.1.§.10. Aliud eſt concilium Lateranen.de quo hic habetur mentio,quod ideo dicitur , quia in eccleſia beati Ioannis Lateranen. Romæ fuit factum, & eo dicta eſt illa eccleſia Lateranen. quaſi latens Rana. nam rana quam vomuit Nero intra illam eccleſiam,ſtatim latuit,nec potuit amplius conſpici,vt legitur in actis ſanctorum Petri & Pauli . hoc ex Alber.mutuatus ſum in dictio. in verbo Lateranen, & puto diabolum cor tyranni Neronis fuiſſe ingreſſum , quem poſtea ſic euomuiſſe in ranæ ſpecie.

Concilium Lateran. eſt multiplex, & quare ſic vocetur.

Generale concilium quid & quare vocetur.

Leo [a]

¶ Vel Lateranenſis dicta eſt, quia Lateranenſium nobiliſsimæ gẽtis in edibus extructa ſit. Vel à famillia Lateranorum ciuium teſte Pomponio leto.de magiſt. Roma.

a ¶ [*Leo*] Hic dicit Io. Dayma,quòd ſi alius à Papa ſcribat vniuerſis,non debet nomen ſuum præmittere : quia eius literæ ad maiorem peruenire poſſent.citat Io. And.in proœmio li.ſexti, in lectura. Sed cum in tẽporalibus rex Franciæ non habeat maiorem. Eodem ſtylo vtitur ſic dicens, *Charles par la grace de Dieu Roy de France, à tous preſens & a venir, Salut.* vt in ordi.reg.patet.

Nomẽ ſuũ an quis præmitere debeat.

Item iurisconsulti, rhetores, alíique permulti nomen suum quanuis maioribus scribant præmittere pro absurdo non habuere. tex. in l. nesennius, ff. de neg. gest. & ad le. fal. & de re iud. & l. publia, depo. l. 1. in fin. de iniur. Imol. in procemio decreta. Gregorius col. 1. honoris verò causa solemus, aliquando præmittere eum ad quem scribimus cum dignio ra sint præponenda. c. auaritiæ. & ibi plenè Decius. de præb. notarij tamen solent practica. Ioan. And. vti

episcopus [a] seruus [b] seruorum dei ad perpetuam rei memoriam sacro approbante concilio, diuina disponente [c] clementia, per quam

dicentes vniuersis & singulis, &c.

a ¶ *Episcopus*] Papa cognoscens non esse maiorem ordinem, vel parem in ecclesia, licet multi tradantur. in c. cleros. 21. dist. vocat se episcopum, & in c. quanquam. 2. q. 7. in glo. quam sing. notat Ale. in rub. ff. de iurisd. omniū iud. & ego ipse dixi in gl. episcopus. infra in forma mandati, & sic papa ratione ordinis dicitur episcopus, non tamen habet ecclesiam certam cuius ratione vocetur episcopus, licet vulgus arbitretur eum episcopum sancti Io. Lateran. gl. in regula cancel. 7. & an cardinalis possit in episcopum eligi, multa tradit hic Io. Dayma. Sed οὐδὲν πρὸς ἔπος, vt in l. de ætate. §. quod autem, ff. de interroga. actio. vide tamē per hoc tex. in c. ecclesia vestra, de elect. dicentē posse, si non habeat dignitatem incōpatibilem, aliàs secus vide quæ dixi in gl. Cardinalatus in §. si quis verò. de col. infra. & hodie episcopus sine episcopatu speciali est quasi inutilis in ecclesia dei respectu administrationis, licet sit episcopus ecclesiæ vniuersalis quo ad ecclesiam & dignitatem. Hosti. in ca. 2. de transl. episcopi. prout refert Pan. in dispu. 1. incipiente episcopus. col. 21. & de istis episcopis vide tex. in cle. in plerisque. de elect. & ibi per Doct.

De episcopis sine episcopatu.

b ¶ *Seruus seruorum*] Hic transcribit Dayma illa quæ dicuntur in procemiis decreta. sexti & clemen. sed quilibet potest ibi videre, ideo ego ea locis suis non dimouebo.

c ¶ *Disponente*] Et sic quicquid sit boni dispositione dei dicitur fieri, mali vero dyaboli directione, & suggestione. tex. in c. j. de summa trinit. Doct. in cle. 1. de pœnis. glo. & ibi addidi in. §. 1. insti. de capit. diminutio. & Iac. 1. dicitur, Omne donum optimum desursum est, descendens à patre luminum. glo. in c. si ex bono. de pœn. dist. 4. vbi describuntur ij. versus. Ex ope cælesti fit, si quid habetur honesti. Et venit à superis, agas bene, vel medi-

mediteris. alia huic materiæ accommoda ex theologis habeto. nam postquam omnia à deo habemus, illi de omnibus gratias agere, alioqui ingrati vitio argui debemus, atque vt in prouerbio dicitur, ingratos superamus Gettas.

reges regnant, & principes imperant, in eminenti apostolatus specula, & super gētes & regna meritis, licet imparibus constituti animo reuoluentes, quod & si ea quæ pro salubri & quieto regimine regnorum, & ad pacem & iustitiam populorum perpetua eorundem Regnorum stabilitate Regibus, præsertim de fide Catholica, & de republica Christiana, & apostolica sede benemeritis [a] laudabili & prouida nostra ordinatione cum venerabilibus fratribus nostris san-

a ¶ *Benemeritis*] Rex noster Franciæ vltra alios reges de fide catholica, de republica Christiana, & de sede apostolica est beneme ritus. Primò enim Clodoueus Franciæ rex de hæretico Gotho sumpsit vltionem, & Stephanum pontificem summum in suam sedē restituit. Pipinus cōtra Astulphum Romanorum regem pro ecclesia bellum gessit. Item filius Pipini Leonē papam in sanctam sedem restaurauit. c. omni. & seq. 23. q. 8. quod non paucis exēplis probat doctissimus ille præses Rothomag. D. Igneus in tract. suo, an rex Franciæ recognoscat Imperat. col. 10. & seq. & in suo panegeryco. Iac. Bonaud. in fi. trac. Ioannis de terra rubea contra rebelles regum, & in hęc verba dicit Gag. in vita Caroli magni in fine, sed illud omniū maximū est, quòd nihil antiquius duxit quàm Christi fidē dilatare, & terminos proferre Christianorū, cuius exemplum imitati omnes fere, qui secuti sunt Francorum reges magnis atq; excellentibus factis cum religionis & fidei Christianę vnitatē conseruarēt, atq; ampliarēt, nihil mirū inuidis atque detractoribus videri debet, si christianissimi appellati sunt, itaq; cōstat per nullas gētes tāto labore Ro. ponti. & aliis præterea per orbē dei ministris passim fuisse subuentū. gl. in procemio Prag. in verbo tuerentur. vnde hic papa in his tribus Frāciç regē cōmēdat. Itē legimus Gregoriū papā regi Childeberto epistolā in hæc verba destinasse, quāto cæteros hoīes regia vestra dignitas antecedit, tāto cæterarū gētiū sa-

Reges frāciæ erga sedē apostolicam sunt benemeriti, & fidē catholicā.

Epistola Grego. regi Frāciæ miss

regna regni vestri profecto culmine excellit, esse autem regem sicut alii non mirum est sed esse catholicum, quod alij non merentur, hoc satis est sicut enim magnæ lampadis splendor in terræ noctis obscuritate luminis sui claritate fulgescit, ita fidei Christi claritas vestra inter aliarum gentium obscuritatem luminis sui claritate fulgescit, ita fidei Christi claritas vestra inter aliarum gentium obscuram perfidiam rutilat, atque coruscat, quicquid autē cæteri reges gloriantur se habere, habetis, sed ipsi in hac re à vobis vehementius sumant, quò minus hoc bonum principale habent, quod habetis, vt in 4. ratione defensorii concorda. patet, ecce reges Franciæ multis nominibus commendabiles, & commendatos fuisse, si ego vellem singula frācorum pro fide gesta hìc scribere, papyrus deficeret, his igitur contentus ero, si quis plura cupiat huic rei accommoda perlegere, videat historiam ecclesiasticā. Gaguinum & Emilium historiographos Galliæ, & alios vbi passim inueniet.

ctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus a concessa, ac ad effectum huiusmodi gesta, statuta, ordinata, decreta, factáve sunt, plenam roboris firmitatem b obtineant, illis nihilominus interdum (sacro approbante concilio) nostræ innouationis c & approbationis d

Cardinales viua vox ecclesiæ.

a ¶ *Cardinalibus*] Hic plura de cardinalibus scribit Ioan. Dayma, si quis vellet paulo maiora scribere, posset trāscribere tractatum Mar. Carrati, ac albi. & Barb. de præstan. Car. & quæ dixi in §. si qui verò. in verbo cardinalatus. infra. de col. vbi remissiue multa. No. tamen ꝙ singuli cardinales propter excellētiam dignitatis sunt quodammodo viua vox ecclesiæ. arg. l. nam & ipsum, ff. de iustic. & iu. Bal. in c. cum in iure. col. 2. de off. deleg.

b ¶ *Firmitatem*] Canones quanuis sint vtiles, & aliæ constitutiones de rebus ecclesiæ factæ, nullam tamen obtinent roboris firmitatem, nisi ab ecclesia Romana, vel à papa fuerint approbatæ. c. 1. & seq. 19. distin. c. ecclesia. de consti. Ideo hic dicitur, vt plenam roboris firmitatem obtineant.

c ¶ *Innouationis*] Sicut papa potest reuocare iura edita, ita & innouare. cle. dudum. in prin. de sepult. c. 1. de præben. in 6. vide in rub. hæc constitutio innouat const. colla. 8. & glo. fin. & Doct. in cle. in plerisque de electio.

d ¶ *Approbationis*] Quod papa approbat, vel reprobat, & nos

approbare

approbare, vel reprobare debemus, c.1.19.dist. vbi glo. citat alia iura huic rei affinia, ergo omnes sanctiones apostolicæ sedis recipiendæ sunt, tanquã ipsius diuina voce Petri firmatæ, c. sic omnes, 19. dist. quod facit contra hæreticos constitutiones ecclesiæ nõ recipientes, sed traditiones hominũ vocãtes, & per hoc seipsos diabolis tradentes, vide glos. seq.

Sedis apostolicæ sanctiones recipiẽdæ, & seruandæ.

robur adiicimus, vt eo[a] firmius illibata perdurent [b] quo sæpius erunt nostra authoritate [c], ac etiã generalis concilij præsidio communita, efficacémque operam circa eorundem cõseruationem libenter adhibemus, vt reges & ipsorum regnorum personæ [d]

a ¶ [*Eo firmius*] Nam apostolicæ sedis sententia tanta consilij moderatione concipitur, tanta patiẽtia & maturitate decoquitur, tantáque deliberationis grauitate profertur, vt nec immutari necessarium ducat, c. apostolicæ, 35.q. 9. & inter scripta illa sequenda sunt quæ sedes apostolica nobis per manus tradidit, c. in canonicis, 19. distinct.

b ¶ [*Perdurent*] Quia in speculum & exemplum Romana ecclesia præposita est ab omnibus, quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuò quidem & irrefragabiliter obseruandũ est, c. enim verò 19. dist. sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus quisquis apostolicis voluerit contrariare decretis, c. nulli ibidem.

c ¶ [*Authoritate*] Vt autem nostra diffinitionis sententia inuiolabiliter obseruetur, eam apostolico duximus patrocinio roborandam, c.1. de eo qui mitti. in poss. caus. rei seruandæ.

d ¶ [*Personæ*] Hic patet concordata esse facta tã ad regis, quàm ad regnicolarum vtilitatem: & ideo videtur quòd papa & rex non debeant derogare his concordatis, inquantum sapiunt regni vtilitatem, per ea quæ no. Alex. & Ias. in l. qui Romæ §. flauius, ff. de ver. oblig. & per c.1. de reg. iur. Si ergo nollent nominationes graduatorum in regno habere locum, eas tamẽ (salua pace dicam) non possent tollere: nam vtilitatem regnicolis iam acquisitam sine eorum facto nõ possunt tollere, regula id quod nostrum est, ff. de reg. iur etiã quia sine scandalo non posset fieri, quod summopere ipsi ac omnes vitare debẽt, c. nihil. de præscrip. vbi Feli. multa congerit vt scandalũ vitetur. Et in euangelio habetur. Væ homini per quem scãdalum venit. Pauci essent tamen qui auderent eis dicere, domini cur ita facitis. Et sic iu-

Concordata ad regni vtilitatem facta sunt.

dices debent secundum concordata iudicando, inspicere regni vtilitatem,& intellectum vtilitatem regni respicientem insequi. Item in dubio iudices regni debét fauere graduatis & nominatis.teste Domi.in concil.37.dubitabatur,col.3.quia habere viros literis præditos in regno concernit fauorem fidei & vniuersalis ecclesiæ exaltationem.c.super specula, de magist.ca.cum ex eo.de electio.in 6.& probaui infra in pręf.ad rubr.de

Fauendum est graduatis & nominatis.

concesſionibus,priuilegiis,ª statutis,& ordinationibus huiusmodi in domino plenè gaudentes b

colla.quod est valde notandú cótra eos,qui nominatos vel graduatos odio prosequuntur,quia scientiá odio habere videntur, & qui odit scientiá,odit & Christú,qui est sciētia. c.si iuxta.38. dist.Imò membrum diaboli magis quàm Christi est,qui discere atq; agere bona recusat:vt in d.c.si.Ibidé,& hoc faciunt collatores ignari,quia similis similé diligit, vt in tracta. dico nominationú,& quãta sit vtilitas ꝓuidere doctis, scripsi in interpre. authéticæ habita.C.ne filius ꝓ patre, in priuilegiis scholastico.

a ¶ *Priuilegiis*]Ecce hæc cócordata data in priuilegium Regi,& regno,& per viam contractus,vt infra patet in rub.de firma.& irreuoca.concorda.stabi.§.1.In multis enim continent Priuilegium,vt infra.licet videre tam in rub.de reserua.quàm alibi : vt percurrendo cernere licebit,hic cónumerarem,ni timerem glo. metas excedere,& quilibet inter legédú hęc perscrutari poterit.

Quæ generẽt gaudiũ.

b ¶ *Gaudentes*] Plenum ergo gaudium est in domino. Ioan.16. cap.Petite & accipietis,vt gaudium vestrum sit plenum. & ad Philip.4.c. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Et quatuor generant illud gaudium, quæ theologi eliciunt ex illo dicto Matth.2.c.Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde,& intrantes domum, inuenerunt puerum cũ Maria matre eius,&c.Primò generat gaudium visus. Prouerb. 15.Lux oculorum lætificat animam.Et Ioan.20.ca.Gauisi sunt discipuli viso domino, sic cum quis per gratiá illuminatur, ibi, videntes stellam:& Act.8.c.in fine dicitur, quòd postquam ille eunuchus fuit baptizatus,& per fidem illuminatus, ibat per viá suam gaudens.De Zachæo legitur Matth.19.c. quòd festinans descendit de arbore, & excepit Iesum gaudens, & hoc gaudium datur iusto.

¶ Primò, quantum ad se,quando videt se sanum factum.

¶ Secundò, quantum ad proximum,quem videt saluatum.

¶ Tertiò

¶ Tertiò quantū ad deum, quem videt placatum, qui verò non vident, sunt tristes. Thob. 5. ca. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video. sic qui per peccatum isto lumine sunt priuati, tristes incedunt, ita quòd peccatores, maximè hæretici nunquam perfectè gaudent, quia semper synderesim deferūt. Ideo scribitur. Psal. 40. Nō gaudebit inimic⁹ me⁹ super me. Secūdò gaudet quis quādo est bene hospitatus. quod probat litera, ibi, intrātes domum. nam peregrinus deuius & in periculo constitutus, gaudet cum intrat domum. sic iustus dum intrat domum ecclesiæ per fidem, extra quā non est salus. Matth. 25. Intra in gaudium domini tui. Et 1. Machabeorum. 14. c. Gauisi sumus in introitu. Tertiò, gaudet quis ratione inuentionis, ibi, inuenerunt puerum cum Maria matre eius. & Lucæ. 15. c. Congratulamini mihi, quia inueni dragmam quam perdideram. Et Matth. 13. ca. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, &c. & hoc gaudium non est in hoc mundo, sed erit in paradiso. Thren. 2. cap. Hoccine est vrbs perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ: habet tamen iustus in mundo magnam in corde lætitiam. Dauid Psal. 4. Dedisti lætitiam in corde meo, quæ omnes alias superat, vt plenè Florent. in 1. parte summæ, titul. 6. cap. 5. §. 3. describit. Vltimò gaudemus ratione bonæ societatis, quę melior esse societas potest, quàm habere puerum cum Maria matre eius, dum inueniemus plenè in domino gaudebimus. O bone Iesu, te humili corde precor, vt hoc plenum gaudium inuenire possim. quò mihi dicatur videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Ioan. 16. c.

in pacis [a] & tranquillitatis, ac amœnitatis dulcedine cōquiescāt, & in eorū solita erga eandem sedem deuotione feruētius perseuerent. Nuper siquidem vt ecclesia

a ¶ *Pacis*] Quæ est tranquilla libertas. Archi. in ca. noli. 23. q. 1. & centum vnde viginti priuilegia pacis congerit Corset. in tracta. de potesta. regia. q. 41. quæ postquam rectè sunt ibidem cumulata, non curo transcribere. & D. Brelcius in suo dialogo, *du bien & l'vtilité de la paix, & calamité de la guerre*, vbi verbis Galicis rem pulchrè aperit. Sex causas ob quas pacem nō habemus scribit glo. in verbo pacem. in ca. ad apostolicæ. de re iudi. in 6.

Deus optimus maximus nobis eam concessit per secula (si rectè viuamus) duraturam.

a ¶ *Vnione*] Vide quæ dixi in bulla cœnæ domini in principio, in verbo vnitatem, & in extrauag. vnam sanctam. de maio.& obe. in extrauag.communibus, plenè scribit de hac vnitate Præposi. in summa. 15. dist. colum.1.& seq. Alua. in tract. de planctu ecclesi. lib.1.artic.54.

sponsa nostra in sancta vnione [a] conseruaretur, & per Christi fideles sacris [b] canonibus à Romanis pontificibus, & sacris generalibus cóciliis duntaxat editis vterentur, quasdam constitutiones quas de cætero loco pragmaticæ sanctionis & cótentorum in ea in regno Franciæ pro bono pacis & cócordiæ, ac illius communi & publica [c] vtilitate cum charissimo in Christo filio nostro Francisco Frácorum Rege christianissimo, dum Bononiæ cum nostra curia essemus tractatas, & cũ eisdé fratribus nostris diligenter examinatas, & de eorum [d] consilio cum præfato Re-

b ¶ *Sacris canonibus*] Et sic quilibet sacros canones, ac in eis statuta seruare debet. ca.1.de constitut. vbi plenè omnes docto. tradunt, & Christi fideles vti canonibus à papa editis, ac sacris generalibus conciliis, quod facit contra iudices iudicantes secundum consuetudinem omissis canonibus & legibus, per rationem in aëre fundatã, vel in eorum capite momentaneo quiescenté, de quo nõ nihil in ordina. reg. annotaui.

Contra iudices.

c ¶ *Publica vtilitate*] Hæc concordata facta sunt pro communi, & publica regni vtilitate, & ad publicum ipsius commodum referri ac intelligi debent, quod infra sæpius induco ad multas quæstiones, & supra eodem in verbo, personæ dixi: ideo hic liber regno & regnicolis magno vsui futurus esse debet, extra tamen amissionem electionum.& sententia vtilitati rerum consentanea approbatur à iuriscon. in l.si remunerandi.§.fin.ff.manda.& in l.secunda.in fi.de statu liber.

Concordata pro publica regni vtilitate edita.

d ¶ *De eorum consilio*] Et sic papa non debet ardua explicare sine consilio fratrum, id est cardinalium.c.per venerabilem.§.rationibus.qui filij sint legitimi.ibi, sunt autem sacerdotes Leuitici

Papa ardua sine cõsilio cardinaliũ an explicare possit.

tici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis oficij coadiutores existunt, &c. plenè Barb. in tract. de præstan. Cardina. in 2. q. primæ partis. Feli. Decius, & alij in rub. de constit. & hoc procedit de honestate: vt dicit gl. in c. ad apostolicæ. de re iudi. in 6. & l. humanum. C. de legib.

ge concordatas, & per ipsius regis legitimum procuratorem acceptatas, de eorundem fratrum consilio, & vnanimi consensu, statuimus & ordinauimus, prout in nostris literis de super confectis plenius continetur, quarum tenor sequitur, & est talis.

ca. fundamenta. §. decet. de elec. in 6. Ego dicerem quòd de necessitate tenetur requirere consilium, vt bene omnia prosperè gubernentur. per d. l. humanum. non tamé tenetur sequi si in melius sua sententia declinet, quod probatur in euangelio. Vnde ememus panes vt manducent hi? &c. vbi Christus petebat consilium ab apostolis. Et etiam hodie inoleuit stylus Ro. curiæ, vt videlicet requirendum sit cósilium Cardinalium in arduis. Ioan. Monac. in c. super eo. de hær. in 6. his verbis præfatur. Scio quòd cœtus Cardinaliũ erat in hac possessione, quòd ardua negotia erant de eorum consilio tractãda & terminanda, imò si papa irrationabiliter moueretur, & notoriè appareret, possent cardinales suæ voluntati resistere, vtpote si vellet alienare reliquias sanctorum sine necessitate, vel si scandalum immineret toti ecclesiæ. Card. in ca. in istis. 4. dist. Paul. consi. 414. in facto. col. 4. in 1. vol. Boscus de codecha. in rub. de const. col. 21. debet ergo creare cardinales omni exceptione maiores, & ecclesiæ vtiles non ignaros aut pueros. reliqua hic plena manu scribit Io. Dayma, ego verò his contentus sequentem titulum aggredior.

Cardinales qui creandi.

De constitutionibus.

Quomodo capiatur, et vnde dicatur cóstitutio, et an ab ea appellari possit.

CONstitutio hic propriè accipitur pro constitutione Papæ & Regis, alibi pro constitutione Regis tantùm, vel Imperatoris. c. constitutio. 2. distinctio. l. 1. ff. de constitu. princi. §. sed & quod principi placuit. instit. de iure natur. gentium & ciuili. In genere tamen capitur pro constitutione. tam à superioribus, quàm ab inferioribus facta. c. cum omnes, de cóstit. Et pro lege, interdum sumitur in l. Sequitur. §. Sequitur, & §. seq. ff. de verb.

obl.& Dec. in rub.eiusd. tit. Et dicitur constitutio quasi communis statuitio, seu cōmune statutū quod sit lex cōmunis Gallis hominibus, vel simul statuitio: nam quo ad regis subditos simul statuit ꝑpter plures simul ligādos. Panor. & alij in rub. de cōsti.

¶ Nota quòd à constitutione vel lege generali non potest appellari, quando est edita ab eo à quo non potest appellari. tex. & ibi doct. in ca. quia nos de appella. l. si res. & ibi Bart. col. 2. ff. de appel. recipien. l. si qua pœna. de verbo. sign. Dec. in c. consuluit. 3. glo. vlti. de appella. Et ideo solent practici in hoc regno appellare ab executione literarum regiarum, non à concessione, *non de l'octroy, mais de l'execution*: & ita de literis emanatis à sede apostolica vidi seruari in practica, & fuit latum arrestum, anno. 1526. dic. 29. Iunij. facit lex prima, §. 1. ff. de appella. & l. iubemus. C. eo. Si tamen vnus de populo qui læditur contradicat, statutum iniquum non nocebit eidem. Bart. in d. l. si res. Aretinus in rub. de constitut. in fin. plenè Barba. in c. cum omnes, col. 4. & seq. ibidem. quod est notandum pro consuetudinibus approbatis, exceptis certis articulis, in quibus sunt oppositiones. quod intelligerem in consuetudinibus vel statutis, secus in legibus ab ipso principe editis, quia vnus non poterit contradicere, vt nota. in dicto. c. 1, de constitut. & in cap. 1. §. fi. in fina. de electio. in Pragm. Nec est omittendum quòd à legibus, & à legum latoribus semper præsumitur dolus abesse. Bald. in c. consultationibus. col. vlt. de offic. deleg. Idem dicerem in interpretibus & cōmentatoribus, cum ad hoc tendant vt mentem legum eliciant. vel consuetudinum, seu alterius dispositionis. & de his legum commentatoribus loquitur imperator in §. fin. de noxal. actio. in insti. Dolo tamen fit aliquando tam in contractibus, quàm in testamentis, quámque in legibus, qui facto intelligitur. L. 1. in fi. ff. de doli except.

Arrestum. Ab executione literarum appellatur, nō à cōcessione.

LEo episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. primitiua illa ecclesia [a] in angulari petra à saluatore nostro Iesu Christo fundata, Apostolorum præconiis e-

Triplex est ecclesia.

a ¶ *Leo, &c. ecclesia*] Quæ triplex est, quædam malignantium, in qua cōueniunt maligni, & significat quascunque congregationes & conspirationes ipsorū. Dauid Psa. 25. Odiui ecclesiā malignantium, & cū impiis nō sedebo. Altera est militantiū, & illa

est in qua côueniunt iusti militantes.& est propriè ecclesia militans, quæ est congregatio iustorũ fideliũ, de qua inducit celebrẽ mentionẽ.tex.in.c.ecclesia.i.catholicorũ collectio.de côse.dist. 1.& Ecclesiasti.3.c.Filij sapientiæ ecclesia iustorum. & iste tex. Alia est ecclesia triũphantiũ,& illa est status glorię sempiternę, de qua dicitur: Cãtate dño canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorũ.plenè in summa. 15.dist. per Præpo.aliis etiã modis sumitur per glo. traditis in.c.fin.ne prela.vices suas.& glo. in.c.scire.7.q.1.& in.c. cũ clerici.de verbo.sig.

lata, martyrúmque [a] sanguine consecrata & aucta, vbi primum iuuante domino per orbem terrarũ lacertos mouere cepit: prouide attendens quãtum oneris [b] humeris impositũ haberet, quot oues pascere, [c] quot custodi-

a ¶[*Martyrũ*] Hic multa de martyribus prosequitur Io.Dayma,& de indulgentiis, de quibus si quis velit multo plura videre, recurrat ad vnũ tractatũ de indulgẽtiis, vbi plenis oculis videre multa quis poterit,& in glo.extrauag.vna.de pœni.& remis.in communibus, & ad Fely.in se.mo.de indulgentia plenaria, vbi quòd semel animo exciderit, si legites, quasi postliminio in mentem reuocabis.

b ¶[*Oneris*] Quod est impositũ etiã cuilibet magistratui & habenti dignitatẽ.c.mandata.de pręsumpt. Primò dicitur papę & aliis rectoribus animarum, animã pro anima dabis, hi enim tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exẽpla transmittũt.c.præcipuè.11.q.3.habet enim papa & quilibet prælatus onus & curã medẽdi.c.omnis vtriusq; sexus.de pœn.& remis.c.sacerdos.3.q.7.ideo est eis necessaria scientia.c.sit rector. 43.dist.& quæ dico infra tit.2.in verbo eminẽtis.& vita innoxia, alioqui dicitur prelato, medice cura teipsum. Luc.4.& Mat. 7.Eiice trabẽ de oculo tuo,&c. De hoc dixi in.§.1.in verb.precatiõis de coll.infra. Secũdò debet habere curã pascẽdi, de quo dicã in gl.seq.pascere. Tertiò curã imbuẽdi subditos bonis moribus & virtutibus.d.c.sit rector. c.sapiẽs & seq.de pœni.dist.2. ecce quãtũ oneris humeris prælatorũ, maximè summo pontifici impositũ sit, ꝙ si rectè (vt decet) gerãt, eos de meliore nota cõmẽdare debemus, dicẽtes ꝙ diuus scribit Bernar. O vtinã prælati tã vigiles reperirẽtur ad curã, q̃ alacres currunt ad cathedrã.

Triplex onus papæ & prælatis est impositum.

Tripliciter prælatus habet pascere subditos.

c ¶[*Pascere*] Habet ergo papa pascere oues Christi. Fuit enim Pe

tro & successoribus eius dictũ. Io. vl. Pasce oues meas. &. c. significasti. de elect. & dicitur prælatis. 1. Pet. vl. c. pascite qui in vobis est, gregẽ Dei. Primò debet etiã quilibet prælatus oues pascere exẽplo bonę cõuersationis, plus enim mouẽt (dicit Greg.) exẽpla, q̃ verba. & Christus primò cœpit facere, postea docere. Actu. 1. dixi in gl. prędicationis. §. 1. infra de coll.

re, ad quot etiã remotissima loca oculos intendere cogeretur,ª

¶ Secundò debet eos pascere verbo prædicationis, quia inter cætera quæ ad salutem populi Christiani spectant pabulũ verbi Dei permaximè sibi noscitur esse necessariũ c. inter cętera. de offi. ordin. c. sit rector. 43. dist. nã. 3. Reg. 20. c. scribitur: Custodi virũ istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius: & pastor qui nõ increpat delinquẽtes, eos procul dubio tacẽdo occidit. Greg. in. c. Ephesis. 43. dist. Hiere. 3. c. Dabo vobis pastores secundũ cor meũ, & pascẽt vos scientia & doctrina: & sic patet ibi, ꝙ prælatus debet à Deo dari, vt dicit tex. dabo, Deus non dat aliquẽ per pecuniam, & sordes: & ideo illi qui sic dati sunt, non sunt à Deo, & debet esse vtilis subditis, quod probatur in tex. vobis, qui est casus datiui, importans vtilitatẽ. l. furioso. ff. de re iud. debẽtq; dari is qui est iuxta cor domini, non mundi, & sic non vitiis irretitus, & is datus debet pascere subditos sciẽtia prædicationis, doctrinæ, & vitæ. ecce qualis debet esse prælatus, alia dicam infra tit. 2. & Exod. 23. scribitur: Ego mittam angelum meum qui custodiat te in via, & precedat te. debet ergo custodire populum sibi commissum episcopus, & præcedere eum in bonis moribus.

Pastores pro subditis orare debent.

¶ Tertiò prælatus pascere oues fructu orationis debet, & sic orare pro subditis. 1. Reg. 12. Absit à me hoc, vt cessem orare pro vobis, Moyses & Aaron pro populo orare non desinebant. hodie in malos pastores dicebat quidam hos versus.

Poscendo à gregem, non à pascendo merentur
Pastores ouium nomen habere suum. Concludendum est igitur ꝙ pręlati debent pascere gregem, non seipsos, vel canes, seu meretrices. alioqui dicit illis dominus Deus. Ezech. 24. c. Væh pastoribus qui pascebant semetipsos. Nónne greges à pastoribus pascuntur? Exponit Florent. in. 3. parte summæ tit. 19. c. 11.

a ¶[*Cogeretur*] Instigante officio. l. monente. C. de delatori. lib. 10. vbi patruus meus Rebuffus no. officiũ monere officialem, vt adimpleat ea quæ ad suum officiũ pertinent: & si quis laudabiliter

liter exerceat officiũ ſuũ,ad illud diuinitus, vocatus cenſetur.c. cum deputati.de iudic. Vnde ſi quiſpiá propter neceſsitaté officij accuſauerit aliqué,excuſatur à pœna præſumptę calúniæ ratione officij,nó à calumnia probata. l.2. C.qui accuſa.nó poſſ. Bar.in.l.2.§.ſi publico.col.3.verſ.1.eſt.ff.de adult. ideo ſi iudex ſormauerit ĩquiſitioné pręcedéte fama,excuſatur à pręſumpta calumnia. nec tenetur ad expéſas,quia proceſsit ex neceſsitate officij. Io.Fab.huius rei memoriá refricauit.in.l.ſeueriter.C.de excu.tut.Bal.in.l.iubemus. in prin.C.de prob.& in.l.obſeruare.§. proficiſci.q.16.ff.de offi.proconſul.facit.l. qui cũ maior. § ſi patris.ff. de bonis libert. Auffre.in deciſio.Tholoſa. q.6.itẽ,&c. ſi procurator. & Barb. conſil.47.ſcribitur.col.2.& ſequen.in.1.volumi.multa in hanc partem verba fecit.tu illum(ſi non graueris)videto. *Officiũ à præſumpta calumnia excuſat officialem.*

diuino quodá cóſilio parochias a inſtituit, diœceſes diſtinxit, epi-

a ¶[*Parochias inſtituit*] Et ſic per hunc tex.ibi, diuino quodá cóſilio,&c.patet ꝙ beneficia ſunt de iure diuino inſtituta,cótrariũ tamen firmat Panor.in.c.cóſtitutus.nu.13.cũ ſeq.de relig.domi. vbi dicit titulos beneficiorũ eſſe de iure poſitiuo : & ideo papa poteſt diſponere de eis,prout vult.idé ſentit in diſputatio.incipiéte epiſcopus,col.2.per tex.in.c.122.diſt.vbi papa inſtituit patriarchas,archiepiſcopos,epiſcopos, & alios in dignitate eccleſiaſtica cóſtitutos.c.in illis.80.diſt.plenè Io.de Selua in trac.de beneficio.in.1.par.q.4.nec obſtat hic tex.quia nó dicit nutu diuino,ſed diuino quodam cóſilio, vt in ſimili dicitur in.l.fi. C. de quadri.præſcriptio.& c.qui pio.1.q.2. & ſic Deo cóſulente. Iacob.1.vnde dicit hic tex.ꝙ primitiua eccleſia inſtituit diuino quodá cóſi.parochias,diœceſes diſtinxit,epiſcopos creauit,&c. *Beneficia an ſint de iure diuino*

¶Ex quo infertur,ꝙ omnia beneficia,déptis papatu & epiſcopatu,ſunt de iure poſitiuo.per text.in.c.1.13.q. 1.c.paſtoralis.de his quæ fiunt à pręlato.vbi Dionyſius papa inſtituit parochias & eas diuiſit.Panor.in repet.c.extirpandæ.§.qui verò.col.2.de præb.c.cum olim.de conſuet.de cardinalatu quo iure ſit introductus. Tradit plenè Barb.in tracta. de præſtan.Cardi.in.1.q. primæ partis.nec refragatur iſte tex. dum dicit quòd primitiua eccleſia creauit epiſcopos.Reſpon. verum eſſe,ſed non epiſcopatus,ſic papa modernus epiſcopos creat, ſed non epiſcopatus, qui ſunt de iure diuino,vt dixi ſupra,& cardinales creant papá, ſed nó papatum.c.vbi periculũ.de electio. in 6.& per prædicta

elisa est opinio contraria.vide Hierony. gigantem in tracta.pẽsio.q.2.vbi etiam pensionẽ iure positiuo introductam firmat.

Metropolitanus & archiepiscopus nõ differunt.

a ¶[*Metropolitanos*] Hic Io. Dayma instat, dicens metropolitanos ab archiepiscopis differre, ꝑ tex.in.c. cleros. 21.dist.qui hoc mihi ex sentẽtia nõ probat, quia licet sint diuersa nomina, sunt tamen synonima. probatur in summa.9.q.3. nisi archiepiscopus sumatur ꝑ primate, quia tunc differt à metropolitano.teste Card.Alexá.in.d.c.cleros: sed ꝙ

Al.corpori

scopos creauit, & metropolitanos [a] præfecit, vt tãquã membra capiti [b] obsequẽtia cũcta secũdũ eius voluntatẽ salubriter in do-

metropolitanus & archiepiscopus sint idem, firmat tex.in.c.referẽte, ibi, ad metropolitanũ videlicet Remẽsem archiepiscopũ appellauit.de præbend.c.hæc quippe.ibi, ad Turonen.archiepiscopũ, ipse enim est metropolitanus, &c.3.q.6. quid adhuc egemus testibus? cum prædicti tex.planè probent. Itẽ tex.in.c.licet. in corrigendis.de officio ordinarij vocat archiepiscopũ Senonen.metropolitanũ.in.c.fina.de his qui fiunt à pręlat.vocat archiepiscopũ, ergo sunt idẽ.hoc etiã probat tex.in ca.cum ex officij.de præscriptio.ca.vt litigantes, ibi, archiepiscopus iure metropolitano.de offic.ordina.in 6. idẽ dicitur in ca.penul.de arbitr.ca.1.de offic.lẽg.c.suffraganeis.& ibi Panor.in 2.no.de ele. Item metropolitani possunt frui, aut primatum, aut archiepiscõporum nomine.ca.1.in fi. 99.dist.&.c. sequen. hoc etiam admisit cõmunis vsus loquendi, ita quòd nudis tantum verbis differunt archiepiscopus & metropolitanus.tex. in extrauagan.vnæ. in verbo archiepiscopi.de censi. in extrauag. communibus.hodie solent archiepiscopi esse primates & eo iure vti.

Subditi debent obsequi principi.

b ¶[*Capiti*] Et sic membra mystica debent diligere, & obsequi capiti, & ab eo non discedere.c. cum non liceat à capite membra discedere.de præscrip.c.1.& ibi Card.11. dist.quòd maximè in duobus esse debet, in vnitate affectus, & vnitate effectus.vnitas affectus est, vt idẽ velint mẽbra, id est subditi, quod caput, id est papa vel princeps. Paulus ad Ephe.4.c. Soliciti seruare vnitatẽ spiritus, scilicet eiusdẽ volũtatis, prout exponit glo.ibi. Vnitas effectus est, vt membra vnanimiter impleant voluntatem sui capitis & principis, & qui implet volũtatem illius in eo manet. Ioan.15.c. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, & qui non remanet in illius vnione mittetur foras, & arescet,

ſcet, & in ignem mittetur, & ardebit, d. cap. 15. Ioan. & ideo ſubditi ex debito fidelitatis tenentur ſeruare præcepta, & ordinationes capitis ſui. Io. 14. cap. Si quis diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit: & qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat: & hoc expreſsim tenuit Ioan. de terra rubea in tract. contra rebelles regñ. art. 3. tertij tra. vbi plenè probat. & Præp. in c. quanuis. 21. diſtinct. ſcripſi in bulla cœnæ domini. in gl. vnitatem, niſi illa præcepta ſint contra deũ. c. ſi dñs, & ſequen. 11. q. 3.

mino gubernaret, & tanquam riuuli [a] à perenni fonte Romana, videlicet eccleſia deriuãtes, ne angulum quidem dominici agri irrigatum dimitteret: vnde ſicut alij Romani põtifices prædeceſſores noſtri ſuo tempore omni ſtudio curarunt, vt dicta eccleſia vniretur, & in ſancta vnione huiuſmodi ſine ruga & macula cõſeruaretur, & omnes vepres [b] ab eadem eccleſia abolerentur, cuius proprium eſt (diuina opitulante gratia) virtutes colere, & vitia radicitus extirpare, ita & nos tempore noſtro & præſenti durante conſilio ea facere & curare debemus, quæ vnioni & conſeruationi eiuſdem eccleſiæ conducere videntur. Eapropter omnes vepres [b], quæ vnioni huiuſmodi obſiſtunt, & ſegetem domini pullulare non ſinunt, tollere prorſus & extirpare, ac virtutes in vinea domini inſerere ſatagimus.

a ¶[*Riuuli*] Sicut omnes riuuli a fonte, ita omnes eccleſiæ à Romana deriuantur. c. fin. xj. diſt. c. loquitur. 24. q. 1. Ipſa enim eccleſia Romana eſt caput omniũ eccleſiarum ratione principij inſtitutionis & prelationis. c. quãuis 21. diſt. c. j. 22. diſt. Præpoſi. per illũ tex. in ſumma. 15. diſt. & in. c. 1. 22. diſt. & dicitur domina in c. oportebat. 79. diſ. & mater. c. qui abſtulerit. 12. q. 2. c. fin. de foro cõpe. vbi etiã magiſtra dicitur, quòd præcipuã curã aliarum habeat. l. quibus, vbi ſcripſi. ff. de verbo. ſignifi. & à papa omnes dignitates procedunt. c. 1. in 22. diſt. Decius conſi. 573. in caſu col. prima.

Romana eccleſia mater, caput & domina aliarũ eſt eccleſiarum.

b ¶[*Vepres*] hoc dicẽdi ſchemate vtitur tex. in. cle. dudũ. §. j. de

sepult.& tex.in rub.de authoritate generaliũ concilio.in Prag.

Tractatus non attenditur, sed conclusio. a ¶ *Tractatus*] Multa tractantur inter partes, quæ non veniunt ad conclusionem, nec effectum.l.si ex causa.§.nunc videndum. in fine.ff. de mino.cap.dudum. de rebus ecclesiæ non alienã.& multa dicuntur quæ non fiunt.l.sciendum. §.1.ff. de edilitio edict. Bal. in l. multum. per illum tex. C.si quis alteri vel sibi. Decius consil.xj. quoniam. colum.1. vnde ea ratione testes deponentes de tractatu contractus, nõ probát, nec sufficit probare tractatus & præambula actus. Ias.in cõsil.22. in quæstione. in fi.& consil. 24.in causa.col.7.in tertio volu. Nec aliquod ius ex tractatu queritur partib⁹, donec res fuerit firmata cap. tua de his quæ fiunt à prælato. sic consuluit Alexand. consil. 28.visis.col.1.in primo volu. ideo tantum attenditur conclusio cõtractus.text. in l.si voluntate. C. de rescin. ven.& sic dies, conclusionis actus, & locus conclusionis in instrumento debent describi, quia sola conclusio dicitur contractus & actus. Bal.in l. contractus, per illum text.C.de fide instru.Barb.in repet. rub.de fide instru.col. 61.in paruo.volu. Item in libello attenditur conclusio. Bal.in l. præscriptione.in fi.C.si contra ius.& in l.domũ. col.1.de rei vendi. Idem in rescripto dicit Innoc. & alij in c.super literis de rescrip.

Sane inter arcana mentis nostræ reuoluentes quot tractatus [a] inter piæ memoriæ Piũ.2.Sixtũ.4. Innocentium.8.Alexandrum.6.& Iulium.2.Roma. pontifices prædecessores nostros, & claræ memoriæ reges Frãciæ Christianissimos super abrogatione certæ constitutionis in dicto regno Franciæ vigentis, quæ pragmatica vocatur, habiti fuerunt. Et licet Pius.2.Sixtus.4.prefatus nunciis ad claræ memoriæ Ludoui.11. Franciæ regem Christianissimum destinatis tãtis eidem persuaserit rationibus, vt rex ipse pragmaticã sanctionẽ huiusmodi tãquã in seditione & schismatis [b] tẽpore natã suis patentibus

Schismatici tribus modis dicũtur. b ¶ *Schismatis*] Quod scissuram sonat. cap. schisma. 24. quæstio. 1. Et schismatici sunt hi, qui ab vnitate Roma. ecclesiæ se segregant, constituendo sibi ecclesiam, & ordinando sibi clericos

ricos & sacerdotes.cap.inter.24.quæst.3.Panorm.& alij in rubri.de schisma. vbi sic propriè capitur. Largissimè schismatici dicuntur omnes in mortali peccato costituti.ca.audi.11. quęst. 3. Large verò excommunicati schismatici vocantur, quia sunt extra ecclesiam & communionem fidelium. cap. cum excommunicato, & sequé.11. quæst. 3. abũdè scribit de schismate Conrad. in suo tract.de schisma te ad regem Carolum per totum. vide multa de hac Pragma. in defenso.concord.in 5.ratione maximè, ego cũ iam sit abrogata eam aliis rationibus nó impugno.

literis abrogauerit [a], tamẽ huiusmodi abrogatio nec etiam literæ Apostolicæ præfati Sixti super cócordata, cum oratoribus præfati regis Ludouici ad præfatum Sixtum prædecessorem destinatis habita, expeditæ per prælatos & personas ecclesiasticas dicti regni receptæ [b] non fuerunt, nec ipsi prælati & personæ ecclesiasticę illis parere, nec monitis Innocẽtij & Iulij prędictorum aures præbere, sed eidem Pragmaticæ constitutioni inhærere voluerũt, vnde præfatus Iulius prædecessor in pręsenti cõcilio Lateranensi vniuersalem ecclesiá repræsentante per eũ legitimè indicto abrogationis Pragmaticæ sanctionis huiusmodi negociũ, & illius discussionem venerabilium fratrum suorum cardinaliũ (de quorũ numero tũc eramus) & aliorũ prælatorum cõgregationibus, relationémque discussorũ sibi & eidẽ concilio facienda cõmisit: Gallicósq; [c] p̃latos,

a ¶[*Abrogauerit*] Et sic tempore Sixti pragmatica fuit antiquata, & quędam concordata facta, sed non fuere in regno recepta, vt dicitur hic, & in præfa.ad rub. de colla. infra scripsi.

b ¶[*Receptæ*] Ergo non ligauerunt cum leges ex alia ratione nos nó teneant, quam quòd iudicio populi sunt receptæ. l. de quibus. ff. de legibus. vide glo. in §. præfatíque ordinarij, in ver. post pręsentium acceptationem. infra de colla.

c ¶[*Gallicósque prælatos*] Quãdo apparet cõtradictor, is primo per hũc

Citandus est nominatim is cuius interest, fallit vt infra.

tex.citandus est postea generaliter omnis cuius interest. c.fi. de electio.in vj.cuius verba sic habeāt,vocationē autem huiusmodi nodi nominatim vbi est coelectus, vel apparet oppositor, aliâs generaliter in ecclesia,in qua electio facta est,&c.

¶Item hęres conficiens inuentarium debet citare legatarios & creditores nominatim , si certi sint, alioqui generaliter. Barto. Bald.& Ias.in l.fi.§.j.col.3.C.de iure deliberand.Panorm.consil.73.in quæstione.colla.3.in 2.volum.& Antho.capyti. in decisio.Neapol.q. 101.quanuis Bart.contrarium teneat in l. si eo tempore.C.de remiss. pig. Et quando non defenditur pupillus citandus est tutor nominatim,si sit:vel affines, & consanguinei primò nominatim:& postea omnes quorum interest.l.hæc autem.§. 1.quibus ex cau. in pos. eatur. & hæres institutus citandus est,si sit certus,alias debēt citari generaliter illi,quos proxima successionis causa tangit.l.1.§. denunciari. ff. de ven. inspicien.l.si curatoris. C. de iure deliberandi. Bar in l. si quis instituatur.§.item si conditioni.ff.de hæred.institu.Barb.con.18.clementissimi,&c.mihi videtur.col.3.in 1.vol.& consil.28.scripsit. col.9.ibidē.Hippol.sing.256.generalis citatio. idem in vassalis consuluit Card.con.74.dominus.alioqui citatio generalis non valeret. Docto.in authēti.si omnes.C.si minor ab hæred. se abstineat.Imol.in ca.in nostra.col.pe.de procura. Albert.Brunus. con.87. circa.in fin.in materia feudali. Hippo.in repe.l.de vno nume.179.ff.de re iudi.& in rubr.de proba.fol.44.col.2.

¶Proinde adiudicationem factam in solutum , non citato possessore certo nominatim quando erat,non valere,licet generaliter citatus sit aduersarius,consuluit Alexand. cōsil. 5.in causa. in 2.volumi.& con.98.super eod.col. vltim.in 7. volum. Soci. cons.13.insignis.col.3. in fi.cum seq.in 4.vol. Quando minor vult petere restitutionem in integrum aduersus creditores pręsentes,id est in ciuitate existētes, debēt hi nominati citari quādo certi sunt,si incerti,vel absentes generaliter. auth. si omnes: & ibi Bal.& Iac.C.si minor se ab hæred.absti.Pręterea si res vi aquarū ad fundū meū tracta. & portata sit , debeo domino denūciare,vt tollat, si certus sit.l. prætor.§. fi.ff. de dā. infecto, si dominus sit incertus potero generaliter proponere, ꝙ quicūq; fuerit dominus,veniat,& tollat intra certū tempus in citatione prestitutū,& tunc,si nō cōparuerit is cuius est res,cēsetur habita pro derelicto.Fede.cō. 107. domine Fran.& seq. vide Iac.in l. pars.ff.de iu. idē debet fieri de rebus inuētis & animalibus oberrantibus

De rebus oberrantibus, & vi portatis, quid sit faciendum.

errãtibus(quæ expaua vocamus)de quibus Io.Fab.in §.examẽ. inſt.de rerũ diuiſio. Lucas de penna,in l.1.C.de coarta.lib.12.& plenè D.Chaſſa.in conſue.Burg.rub.1.§.1.idẽ in executione bo norũ tradũt Bar.& Iaſ.in l.decẽ.ff.de ver.oblig.& Barb.cõ.28. ſcripſit.col.8.& ſeq.in 1.vol.Idẽ in remedio.l.fin. C. de edicto di.Ad.toll.vbi abundè nota.Et in teſtamenti publicatione idẽ cenſet Bal.in l.publicati.col.2.q.6. C.de teſt. Et in proteſtatione nõ omiſit Bar.& alij in l.nõ ſolum.§.morte,ff. de noui ope. nuntia. Feli.& alij in c.cum M.col.14.nu.28.de cõſt. Et in vſurarum reſtitutione ſic faciendum eſſe conſuluit Anch. conſil. 306.efficax. Et quando eſt vnio reuocanda ſeruandã hanc practicã firmat Petrus de Peruſ.in tracta.de reuoca.vnionis.c.6.in fi. Et quãdo procurator eſt conſtitututus contra titiũ,ſi reuocetur intimaio eſt Titio faciẽda, ſi generaliter ſit conſtitutus generalis intimatio ſufficit. Feli.in c.ex parte decani. col.11. in 4. regula.de reſcr.& regulariter ſeruatur hæc practica.

¶Quam amplia tã in criminalibus quàm in ciuilibus. Bar.in extrauag.ad reprimẽdum.in ver. per edictum, circa finẽ,quomod. in læſæ maieſta.crimi proced.

¶Secundò,amplia etiam ſi reus non ſit principio certus,ſed eſt de facili certificandus, adhuc nominatim & ſpecialiter debebit citari. Domi.in d.c.fi.Alex.con.5.in cauſa,col.1.in 2.vo.Feli.in c.2.col.6.ver.& poſſent iſta de conſtit.

¶ Tertiò, intellige etiam ſi ſtatutum vel conſuetudo ſeu ordinatio dictaret proximiores vel conſanguineos citandos: debet enim intelligi vt hic,& ſecundum ius commune,prout conſuluit Alexand.conſil.107.perſpectis. columna,1. in 5.volu. per l. 1. §. denunciari. ff. de vent.inſpiciend. quia per prouiſionem ſtatuti non cenſetur eſſe derogatum iuri, niſi hoc appareat.l. quoties.ff.de actio.& obli.Bar.in l. prætor vlt. ff.de vi bon.rap. Bal.in l.eũ.C.de furt.Panor.& Dec.in c.de cauſis,de off.deleg.

¶Quartò, extende quòd hæc citatio nominatim poteſt fieri in perſonã ſi perſona inueniri poſſit,alioquin ad domum, in qua degit citãdus,l.4.§.prætor.ff.de damno infect.Alex. vbi ſupra, & d.conſil.107.colum.2.5.volu.

¶Quintò, procedit etiam ſi per reſcriptũ mandetur vocatis vocãdis procedas,adhuc debet fieri citatio ſpecialis,ſi aduerſarius ſit certus,c.exhibita.de iud. Decius conſi.275.ideo fuit annulatus proceſſus in cauſa ferrarienſi commiſſa vni iudici à Roma. pontific.contra Titium & alios ſua putantes intereſſe,eo quòd

specialiter non erant citati,licet essent certi.Feli.in c. cum inter col.7.versi.nam licet papa.de except.

¶ Sextò amplia etiam si superior mandet, quòd citentur omnes,quorũ interest, adhuc debebit citari nominatim certus aduersarius,& aliàs generaliter. Soci.in tract.de citatio.art.5.q.13. Inno.pulchrè in c.dilecti.colla.1.de excep.quod intellige quando mandaret tribuendo iurisdictionem,secus si iudex seruienti cõmitteret, vt citet omnes, quorum interest,tunc non poterit, ne mandatum excedat,in specie citare.Nicola. Millius,in verb. citatio.q.66.de Rota.deci.419,si impetretur,in nouis. Ego tamen contrarium dicerem,quia id videtur ei commissum, prout de iure.c.cum in iure.de offic.delega.

Generalis fit citatio in his casibus.

¶ Primò limita,quãdo citandus esset incertus,nec de facili certificãdus,tunc potest fieri citatio generalis,seu monitio.c.1. qui matri.accusa.poss.Anch.& alij in d.c.fi.de elect.li.6.vbi dicunt colligi regulam,quòd quando aduersarius nõ est certus,sufficit generalis citatio.ratio est,quia tunc pars diuinare non cogitur. l.si putator.ff.ad leg.aquil.Barb.cõsil.vlt.1.dubio.in.4.vol.col. 6.vbi dicit constare de certitudine personæ per famam.

¶ Secundò fallit in facto generali.l.si eo tempore.C.de remissio.pign.vt quando imminet venditio fundi qui potest esse alij obligatus,ignoratur tamen an & cui, tunc satis est generalẽ facere citationẽ,ꝙ qui sua putauerit interesse, tali die habeat cõparere.Innoc.in.c.humilis.de maio. & obed. vel quãdo natura rei seu causę respectu petitionis non dirigitur contra certã personã,vel propter ignorantiã citandorũ,vel aliàs. Innoc.in c.cũ in tua.qui matri.accus.pos.c.fi. de clandest. despõsa.Imol.& alij in c.ex tuæ,col.4.de cleri.nõ residen.Bald.in.l.fi.col.10.q.4. C.de edict.di.Adr.tol.Ang.in.l. vacãtia.C.de bonis vacantib. li.10.& sic scholaris volens recedere de loco studij potest proclama.facere,quod quicũque voluerit aliquid ab eo petere,cõpareat intra certũ tẽpus gl.in.l.vna. C.vt nemo inui.agere.Panor.& Pręposit.in.d.c.fi. col.1.qui matri.accus.pos.Et hoc debent facere episcopi in studiis existentes,& abbates maximè,cũ multos habeant famulos,qui creditoribus possent(ob subitum domini discessum) fraudẽ facere, ꝙ nõ debent permittere.Sed hodie bene multi scholastici recedunt de nocte,sicut noctuæ,& creditore insalutato,imo quòd peius est socio. solet etiã apponi comminatio,quòd si intra terminũ non se opposuerint,non audientur. Soci.vbi supra.art.22.q.5. An requiratur sententia, quòd

Episcopi ab studiis ante proclama.discedere non debent.

quòd nullus audietur de cætero? Inno.in d.c.fi.qui matri.accusa.poss. tenet quòd sic, vt deinceps non audiatur opponere volés, ante verò poterit se opponere, quàm decretũ sit interpositum, vt supra dixi, & donec res est integra: vt d.c.fina. vel silentium impositum. Alioqui secus, nisi fuerit ignorans. Feli.in c.2. col.6.de constitu.vel nisi peteret se restitui in integrum. Et hoc literis (vt solet in Francia fieri) à cancellaria impetratis. Imol.in c.in nostra.col.vl.de procu. Et debét tres interuenire citationes, nec vna pro omnibus sufficeret. Io. And.in c.ex tuę.de cle.non residé. Bal.in d.l.fi.q.4.C.de edict.diui. Adria.tollend.gl. in cle. 1.de vita & honesta.cleri. Sal.in d.l.fi. distinguit, vide eum.

¶ Tertiò restringe, quãdo iudex ex officio procederet, tunc generalis citatio valeret. Inno.& Imol.in d.c.humilis.de maio. & obed.intelligendo vt supra.

¶ Quartò modera, quãdo non interesset alicuius principaliter, sed generaliter. Card.consil.74. Dominus abbas, col.2. vt quãdo citátur scabini, decuriones, & alij ad cõsilium ciuitatis: quia nõ interest principaliter vnius, sed generaliter, ideo valebit citatio generalis.l.2. C.de decurio.lib. 10. quod in Francia nõ substineretur. Idem in matrimonio. Innoc.in c.fi.qui matri.accusa. pos.vbi no.tunc habere locum citationem generalem, vbicunque admittuntur plures ad agendum & contradicendum, vt in matrimonio, restitutione, adoptione, & similibus.c.lator.qui fil. sint legi.& d.authen.omnes.C. si minor se ab hære.absti. ratio est, quia nescitur quæ persona debeat citari, sicut de electione actionum.l.1.§.quia autem.ff.quorum legato.

¶ Quintò limita quando esset multitudo personarum citanda. Bart.in extrauag.ad reprimédum, in ver. citatum. Ias.in l.decé. col. antepenul.nu.39.versi.limita tamen.ff.de ver.obliga.dicens esse menti tenendum, quia paucis notum, vide ibi.

¶ Sexto non procedit, vt per Petrum de bellapertica.in q.434. quando agebatur de iure reali sibi cõpetente declarari, quod resultabat ex persona solius petentis, allegat.l.intra.ff.de mino. & l.ad rem.de mun.& honori.vide an probent.

¶ Septimo limita in talleis, tributis & collectis, in quibus nullus ordo iuris requiritur, nec citatio: sed valent pręcepta generalia, & denunciationes, quòd quicunque debet soluere taleas, vel collectas, soluat. gloss.ordina. in l.incola. in 2.ff. ad municipa. Bal.consi.434.licet.in 4.vol.vide alia in glo.seq.

¶ Et debét istæ citationes literis constare, népe an.1533.die.24. *Arrestum.*

Cõmissiones literis cõstare debent.

Martij, fuerũt cõmissiones à iudicib⁹ verbo cõcessæ seruiẽtibus reprobatę. Et fuit dictũ equũ alicuius malè arrestũ per seruientem, qui verbo à iudice hoc impetrauerat. quod est notandum contra iniquos iudices, qui literis vix aliquid concedere volũt: ne iniquitas eorum deprehẽdatur, sed vt iniustè semper absque pœna pderere possint.

Citatio contra interesse prætendẽtes, an et quãdo valeat.

a ¶ [*Interesse putantes*] Et sic de iure valet citatio, compareant prętendentes interesse, vel compareas si tua putaueris interesse. gloss. sing. in l. ea quidem. in fi. C. si mancip. ita fuc. alic. vt manu. secũdum Panor. in ca. 1. col. 2. de causa possess. Alexand.

capitula, ecclesiarũ & monasteriorum conuentus ac parlamenta, & laicos illis fauentes cuiuscunque dignitatis, etiam si regalis existerẽt sanctione prædicta: vtentes, seu illam approbantes, omnésque & singulos alios sua cõmuniter vel diuisim ĩteresse ᵃ

in l. de pupillo. §. meminisse. in fi. ff. de noui ope. nuncia. Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. colũ. 3. de offi. procons. vbi in hanc partem multa verba facit. Item valet citatio, si velis intersis productioni testium, vel alteri actui. c. significauit. de testib.

¶ Illud autem certo certius est, quod præcisè & simpliciter nemo in ciuilibus citatur, sed sub modo præscripto, scilicet si vult cõpareat, alias procedetur vt iuris fuerit & rationis. arg. c. quia propter. de elect. c. 1. illo tit. lib. 6. Specu. eo. tit. §. sequitur. versic. illud. Nec impugnatur hæc citatio, licet vsus eam non receperit, cõpareas, si de iure tuo cõfidis, vel de defensionibus tuis. l. diffamari. C. de ingenuis & manumis. Valet etiam citatio, compareas si in pœnam incidisti. per glo. in d. l. ea quidem, secundũ Bal, in marg. in verbo citatio. q. 59. Stylus tamen Franciæ eam nõ admisit, vel si censeris te grauatum compareas. c. ex parte. 2. de verbo. signific. Panor. in d. ca. 1. vel soluas sub pœna excommunicationis, aut alia, nisi causam allegare in contrarium velis, ad quam, &c. glo. in l. de pupillo. §. meminisse. de noui ope. nũcia. Iaco. in l. ad peremptorium. col. vlt. ff. de iudic. & hæc exercetur in curiis ecclesiasticis maximè.

Hæc citatio quando possit fieri, & quid prosit.

¶ Quæro quando possit fieri hæc citatio? Respon. quando dubitatur cuius intersit, quia si esset certum, nominatim deberet fieri: vt supra in glo. proxima dixi. nam citatio nunquam facienda est de aliquo, cuius non intersit. l. ille à quo. in prin. ff. ad trebell. gl.

bell.gl.in l.3.§.si in causa.de bo.posses. quia eo fit,vt citatus cõpareat,& de iure suo doceat.c.fi.de elect. lib.6. si nõ interesset, non admitteretur.l.titia.ff.solu. matri. Bal. vbi supra in verbo citatio,q.12. Et cum sit incertum, fit generaliter vt hic. Ancha. consilio 260.visis actis.

¶ Secundò quæro quid operetur hęc citatio? Respon.Primò si non compareat is qui interesse prætendit, procedetur in causa nonobstante contumacia.Soci.vbi supra.quæst.14.non tamen reputatur contumax ad hoc, vt possit mulctari, nec ad hoc vt possit excommunicari.Bal.in ca.vno. col.4. ver. & nota quòd non potest.nume.36.de mili.vassa.qui cõtu. est.Ratio est,quia deficit conditio sub qua fuit citatus,videlicet quia putat sua nõ interesse,ideo non debet reputari contumax. Iaco. in l.ad peremptorium.colum.vltim.de iud.ff.nec condemnatur in expensis,nisi iudex comminationem expensarum in citatione apposuerit.c.fi.de maio.& obedien.quod non solet fieri.Item comparens citatus sub illa clausula non potest petere se relaxari,seu, vt practicè loquar,congedium, ita fuit prolatum arrestum, vt patet per Aufre.in stylo parlaméti,in quarta parte,arresto. 63. sequitur Boerius in repetitione.l.consentaneum,in quinta oppositione.& in addi.C.quomodo & quando iudex,quia nõ cẽsetur citatus,nisi conditionaliter.ita in q.per arresta.q.109.arrẽsto.4.per Io.Gallũ,quippe non tenebatur comparere,si noluisset.De Rota decisio.419.si impetretur.circa finem,in nouis. *Arrestum.*

¶ Insuper licet clericus nõ possit citari compariturus coram iudice seculari. ca. si diligenti.& ca. significasti, de foro competenti,etiam si consentiret vt ibidem patet,tamen quando citarentur omnes sua putantes interesse, clericus adstringeretur ad comparendum, quia potius est quædam admonitio, quàm citatio.secundum Bald. Ias. & alios.in l.testamenta. col.2. C.de testamen. Anchar.consil.333.an dubia.Bald.in ca.fina.de offic. iud. vbi infert quòd si testamétum sit insinuandum coram potestate loci,citatis creditoribus,si aliqui sint clerici,poterint citari per illam clausulam,si sua putauerint interesse, cùm non sit citatio præcisa, sed monitio, quæ non arguit superioritatem monentis, sed pari potest fieri,secus in alia citatione, glos. Panorm.& Barb.in cap.cum causa.de offic.deleg.sequitur Iacob. in l. 1. colum. 4.ff. de iud. Maleret. in tractatu de elect. fo. 34. versic. secundum dictum est, plus dicens quod factũ proclama per iudicem secularem,quòd compareant, quorum interest ta- *Clericus quãdo possit coram iudice seculari citati.*

lem carceratum non relaxari, comprehendit etiam clericos. Tutius est tamen secundum eum quòd iudex secularis requirat ecclesiasticum, vt moneat clericos si velint aliquid opponere, & sic transit cum doctrina Iaf.in d.l. testamenta. hæc tamen requisitio non est solita fieri, vt ibi dicit Paul.se consuluisse. Idem tenet Sali.in l.consulta diualia, de testa. & Feli.in c. cum inter. col. 7.in 2.limitatione.de except.& in c.ecclesia sanctæ Mariæ. de cõsti.& sic vidi in forensi iudicio seruari. Præterea tenetur sic citatus probare sua interesse, secus si simpliciter esset citatus. Bal.in l,fi.q.5.C.de edict.diui Adria.tol.Soci.in l. Libertus col. 2.ff.de in ius vo. Feli.in c.cũ super.col.6.de re iud.& incõtinẽti hoc probari debet. Panor.in c.veniens.in 2.no.4.de testi.sufficit tamen semiplena probatio, quia iudicium est summarium. Deci.in d.l.fi.nu.45.versi.circa primam conclusionem.

Citatio quãdo habilitet personã citati.

¶ Notandũ est ꝙ licet citatio nominatim facta habilitet personã citati, ita vt cõtra ipsum nihil postea possit inhabilitatis opponi. Inno.& alij in d.c.cũ inter.de except. Bar. in l.cũ mulier, col.2.ff.solu.ma.Io.de Anani.in c.intelleximus.col.8.versi. nec obstat si dicatur.de adulte. Hyppoli.in l.qui ignorãs.colla.2.ff. ad leg.Cor.de fal.limi.quãdo citaretur sub cõditione, si sua putauerit interesse, quia videtur esse defẽsio volũtaria, & nõ necessaria, teste Roma.in l.de pupillo.§.1. ff.de no.ope. nuncia.

Retractus quãdo post tẽpus fieri poßit.

¶ Ex quo infertur, quòd stãte cõsuetudine generali regni Franciæ, vt cõsanguineus posſit offerre precium pro re vendita extraneo intra annum, vel intra recisius tempus secundum consuetudines, & elapso tempore exterus cõueniat cõsanguineum si velit retrahere rẽ quod offerat preciũ, si postea videat tẽpus lapsum, nõ poterit hoc opponere: quia ex quo reus fuit citatus, cẽsetur habilitat⁹, hoc pulchrè tradit Cepola, caut.68.& si petẽs se mitti.sequit Iaf.in d.l.de pupillo. §. Seruo.in fi.quod est not.

Praxis vtilis.

¶ Secũdo si statuto caueatur, quòd ciues omnes in prima instantia, non extrahantur extra ciuitatem, vt in Montepessulano est & ego conuenio quendam tanquam ciuem, non possum postea opponere, quòd non sit ciuis, quia habilitatus cẽsetur. Ideo secundum eum sis cautus in practica, quòd nunquam facias aliquem citare simpliciter, sed conditionaliter, si sua putauerit interesse, vel si habeat ius comparendi, cõtradicendi, opponendi, vel aliud simile, tunc non censetur habilitatus, quod est notandum secundum Paul.& alios, in l.libertus, in 1.ff. de in ius vocan. idem tenet Cepol.caute.293.si facias aliquem,&c.

Tertiò

¶Tertiò licet excommunicatus reus possit esse iudicio, quando specialiter citatur.c.intelleximus,de iudi.d.c. cũ inter, secus si sit citatus cum illa clausula,si sua putauerit interesse, cum voluntarius sit defensor,Feli.& Dec.in d.c.cum inter.vbi limitát. vide Alex.in l.3.§.fi.ff.de no.oper. nuncia.in curiis secularibus Franciæ illum vix(& male)depellerent. Etiá in aliis casibus per ea quę scribit Ioan.Fab.in §. fi.de curato.in instit.de quo alibi dixi.& Antho.Capyti.in decis. Neapol.q.8.in causa reuerendi.

Excommunicatus reus non potest esse in iudicio.

¶Quartò si fecero citare testem, nó potero postea illum reprobare,quia citatio eum habilitare videtur. Baldus & Imo.in l.ad testium.§.conditionem.ff.de testa. Sequitur Hyppoli.in rub.de fideiuss.in 2.quæst.nume.69.

¶Vltimò si producam instrumentum,videor,etiam approbare personam illius notarij, qui conscripsit,esse habilem. Ias.in l.1. §.editiones.in 3.col.ff.de edendo, vbi plura similia adducit, tu illum videto.& Boer.q.252.in decisio.Burdegal.

Producens instrumentum approbat notarium.

¶Et non solùm personam sed etiam videor confiteri omnia cótenta in d.instrumẽto esse vera,tam expressa,quàm præsumpta. tex.in l.iurisgentiũ.§.quod fere.ff.de pact.& cõnexa & copulata.l.cũ de lanionis.§.1.ff.de fundo instruct. Bal. expressim.in c. præsentium.col.1.de testib. Si tamé quis citaretur,si sua putauerit interesse non videretur illa approbare per supradicta.

¶Limita quando faciens citare ignoraret causam,quamobrem citatus posset repelli, quia tunc etiam personam suam poterit impugnare,nonobstante citatione, argu.cap. pastoralis de except.& ca.nulli. de electio. in 6. & talis ignorantia iuramento probabitur.ca.vt circa.de elect. lib. 6. Feli.in ca. super his. col. 8.in fi.2.conclus.de accusat. Sequitur Hyppoli.in l.si quis.num. 46.ff.de quæst.quod intellige, quando vitium erat per partem remissibile,glo.in §.& licet.in verb. & suppliciis. in authen. de testib.colla.7. Vel intellige nisi veniret pro interesse publico.Feli.& alij in d.c.cum inter.& d.c.super his.

¶In causa tamen beneficiali notádum est,quòd si interesse prætendens probationes in illa causa factas videat posse sibi prodesse,bonum est vt veniat ad illam causam pro suo interesse, & hoc si sit comprehensus in commissione,vel si sit iudex ordinarius, tunc impetret literas à cancellaria si de possessorio tractatur coram iudicibus secularibus,hoc in regno , prout est cósuetum.Guido.quæst.1.in decisio.delphi.In quibus petat se admitti pro suo interesse,& processui adiungi. Ita seruatur in hoc re-

Praxis in beneficialibus.

gno.vide in form.aduo.curiæ Roma.lib.1.c.16.

Citatio per edictum quãdo posit fieri, & per quos, & contra quos.

a ¶[Edictum] Citatio per edictum quando posit fieri probatur in cle.1.de iud.videlicet quando non patet tutus accessus,vt hic dicitur,cũ ad partes illas tutus non pateret accessus,&c.& quando citãdus impedit per se,vel per alios, ꝙ citatio ad cũ nõ perueniat.d.cle.1.& gl.in c.1.§.facta.in verbo vocetur. de elect.in Prag. & extr. vna de dolo & contu.in cõmunibus.& anteq̃ fiat hæc citatio, debet examinatio fieri, an locus sit citationi faciẽdæ per edictũ.& an qualitates.d.cle.1.de iudi.interueniant. arg.l.de ætate.ff.ad Treb.Barto.in extrauag. ad reprimendũ in ver.per edictũ.& in hac examinatione nõ requiritur citatio partis.Soci.in trac.de citatio.q.5. licet hodie ex consuetudine non fiat hæc examinatio, sed nuncij referũt citasse in valuis,quia locus nõ erat tutus,vt in cõseruatoribus apostolicis uidi seruari. de quo abũdè scripsi in trac.de cita.in ord.reg.in 3.cõmẽt.tom.

putantes.Per edictum a publicũ (quum ad partes illas tutus non pateret accessus) in certis ecclesiis tunc expresis, affigendum moneri & citari,intra certũ com

¶Tamen fuit annullata citatio facta in domo cãtoriæ Pictauis in causa nouitatis,vbi in persona famulorum citabatur cantor, qui erat cõsiliarius in curia suprema Parisien.Et hoc notorium erat.Sicfuit pronunciatum pro D.Iacob.mesnager.regis consiliario,anno.1518.die.21.Aprilis.quãuis Boer.in decisio.Burdegalẽ.q.11. quemadmodum dicat valere citationem in loco originis,licet citatus officium alibi habeat,vt de.1.præside Parisiẽ. ibi speciem tradit.

Arrestum.

Fit etiam aliquando hæc citatio per edictum contra subditum,vel exterũ commorãtem in patria nõ subdita regi,citanti tunc voce tubę,die fori seu(vt dicunt)mercatus citabitur talis in ciuitate subdita proxima illi ciuitati.In qua residet citandus,& postea affigitur citatio cum expletis portæ ciuitatis,per quam itur ad citandũ,vt ad eius notitiã peruenire possit.& vocatur hæc citatio per authorsationẽ de qua Ioan. Botelier in sua summa Rurali. fol. mihi. 4.& Cassãdo. decis.6. de dolo.Et ista nõ fit, nec concedi debet, nisi diligenti inquisitione facta de inueniendo partem, vel eius domicilium, vt fuit in senatu pronunciatum,Anno.1534.die 2.Iuni.

Citatio per authorsationẽ de extero quomodo fieri poßit.

Arrestum.

¶Item citatio per edictum potest fieri per papam, & principes, & etiam per iudices ordinarios, & delegatos à papa vel à princi-

vel à principe, sed pedaneus iudex vel alius infimus non potest citare per edictum. Bart. in d. verb. per edictum, & in l. sancimus. C. de iudiciis. refert. d. Boerius in repeti. l. consentaneũ, in 3. oppositio. fo. 10. C. quomodo & quand. iudex. & istud in practica seruatur teste patruo meo Iacob. Rebuffo, in l. locorum. C. de omni agro deser. li. 11. vbi dicit magnos tantum magistratus hac citatione vti.

petentem terminum ᵃ præfigendum, ad comparendum coram

¶ Sed per edictum quis citari possit. respon. omnis cuiuscũque status, conditionísve sit. d. cle. 1. & Soci. in d. tractatu de citatio. arti. 23. vbi tradit quot modis accipiatur edictũ, & multa ibi de eo videre est, & per glo. in d. §. facta. in verbo, vocetur. de elec. in prag. Et quamuis olim in albo affigeretur, tamen hodie debet affigi in valuis ecclesiæ cathedralis, aut ecclesiæ maioris ciuitatis illius loci, vbi degit citandus, vt hic, aut in valuis palatij seu scholarum, si scholasticus sit citãdus, vel in aliis locis vbi verisimile sit quòd perueniet ad noticiam citandi. tex. in l. iubemus. ibi, in frequentioribus ciuitatum locis proponendi. C. de defensor. ciuita. Soci. vbi supra. q. 9. Barto. in d. extrauagant. in verb. publice. Bal. in c. dilecti, in fin. de exceptio.

Vbi affigi debeat Citatio.

¶ Effectus huius citationis est, vt sic citatus debeat comparere, alias contumax reputabitur. d. cl. 1. Hyppoli. in repeti. l. de vno. num. 192. ff. de re iud. Feli. in cap. quoniam. §. porro. vt lite non contest. alia quæ in forensi iudicio in Francia seruantur, scripsi in dicto tracta. de cita.

a ¶ [*Terminum*] Et sic patet hic, quòd in citatione requiritur terminus certus per tex. in l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. & ibi Bart. l. per interuallum. de iudic. l. ita stipulatus. & ibi docto. de verb. obligat. l. 2. in verb. certo dierum spacio. C. vbi in rem act. & in l. consentaneum. ibi, certis temporibus, vbi Boerius. C. quomodo & quand. iudex. & quæst. 235. adiornamẽtum, per decisio. Burde. l. fin. ibi, certum tempus de iure. domi. impe. Soci. in repe. rubri. de dilatio. arti. 20. quæstio. 10. Et hanc sententiam approbat consuetudo generalis curiarum regni Franciæ tam ecclesiasticarum, quàm secularium. & vidi sic in forensi iudicio seruari, quamuis contrarium teneat Specul. in tit. de citatio. §. sequitur, ver. quid si non præfixeris, &c. per tex. in c. cũ parati. de appel. & ca. cum dilecti. de dolo. Feli. in c. consuluit. de officio deleg. sed Pau. Alex. & Ias. conciliant opiniones in l. li-

In citatione an requiratur terminus.

ber homo.§.1.ff.de ver.oblig.tenc tamen primam.Et hic terminus est arbitrarius,& debet concedi secundũ stylum & consuetudinem curiarum,in quibus citationes conceduntur, considerata loci distãtia.d.cle.1.& gl.& ibi Aluaro,in c.1.col.3.de mili.vassal.Ro.consi.497.diligenter Berber.in viatorio iur.rubr.de iud.in 4.part.ver,quęro respectiue.Bal.in authẽ,& qui iurat. C.de bonis aucto.iud.possid.

¶ Fallit in literis emanatis à principe, vel à sua cancellaria in causa appellationis, in quibus dicitur,cites vel adiournes ad diem certam & competentem,& seruiẽs postea præstituit terminum,ne sub in certo vagetur. Bouhic. in c,cum parati, in fi. de appel.& hoc in practica seruatur.

In literis cancellariæ an terminus apponatur.

eo in concilio præfato, causásque [a] dicendum quare sanctio præfata in cõcernẽtibus authoritatem,dignitatẽ & vnitatẽ ecclesiæ Romanæ & apostolicæ sedis,sacrorũque canonũ,& ecclesiasticæ libertatis violationẽ nulla & inualida declarari, decerni,& abrogari non deberet,

¶ Secundò etiam si citatus sine termino non compareat,quàm cito commode poterit,de contemptu puniri poterit. doct.d.c, cum parati,vbi sic intelligunt illum text.sed in practica respuetetur,nec sic citatus nõ comparens mulctaretur, nec cõtra eum per hanc citationem procederetur.

¶ Tertiò valebit citatio iuris etiam sine termino,c.quáuis.circa medium.de off.ord.in 6.c.cupientes.§.1.de elect.ibidem.In citatione etiam generali idem tenet Ias.in l. liber homo.§.decẽ, in fi.ff.de verb.oblig.allegat.Ange.in l.1.§.hæc stipulatio,si cui plus quàm per leg. falc. Et idem in requisitione extraiudiciali, tradit gl.in cle.1.in verb.requisierint.de hæret.Boerius in d.repeti.l.consentaneum.q.1.Feli.& alij in c.2.de testib.cogen,

In citatione requiritur causa.

a ¶ [*Causas*] In citatione requiritur causæ expressio,vt hic.& l.2, §.legatis.& ibi Iacobi. ff.de iudic.l.2. si quis in ius voc.non ierit.gl.in c.si episcopus.3.q.2.& in c.cum contumacia.de hæreti. in 6.vbi Peru.& Specu.in ti.de citat.§.1.versi.item quod in ea, vbi Io.And.in addit.ad hoc multos tex.allegat.& huius sententiæ est.Bal.& Boer.in d.l.consentaneum. C. quo.& quando iudex. Soci.consi.10.insignis.in 4.vol,cum consi.seq.Auffr.in stylo parlament.in 1. parte.rubric. de adiorn.hære.mor.§.1. ratio est, vt paratus reus veniat responsurus. c. fi.5.q.2. & vt citatus instrui

instrui plenè possit,super quibus conuenitur.cle.vlt.vt lite pen. ad hæc si citatio non habeat causam,censetur nuda.& indiscreta:ideo nó valet,quia debet esse certa.l.2.§.circa.ff.de doli exceptio.Bald,in pract.sua rub.de citatione. q.3.ideo Lud.12.ordinauit,vt patet in rub. *que les laiz ne seront conuenus par deuant les iuges d'eglise*.art.5.

Et quum super his in forma iuris [a] in præfato concilio Lateranensi procederetur,dictúsq; Iulius prædecessor, sicut domino placuit,rebus fuisset humanis exemptus,nósque diuina fauente clementia ad summi apostolatus apicem assumpti fuissemus, & contra prælatos, capitula, conuentus, & personas huiusmodi ad nonnullos actus processissemus,tandem considerantes pacem esse vinculum charitatis, & spiritualem virtutẽ qua saluamur, dicente domino,qui biberit aquã, quam ego dabo ei bibere,nó sitiet in æternum, & quod in pace consistat salus vniuersorum, Casiodoro testãte,omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas in qua & populi proficiunt, & vtilitas gentium custoditur. Matura deliberatione cognouimus, non per nuncios aut legatos nostros, sed in præstatione obedientiæ [b]

quod de cætero iudices ecclesiastici nó citẽt laicos,nisi causam exprimãt in citatione,vt citatus possit perpendere,an cognitio illius causæ ad iudices ecclesiasticos pertineat, néc ne. Ibi dixi in 3.tomo cómenta.in constit.reg. plenius, his nunc contentus ero.

a ¶ *In forma iuris*] Ergo cócilium, siue sit generale, siue synodale,debet procedere in forma iuris, vt probatur in ca. 1. de iud.vbi docto.plenè de hoc alibi dicam.

b ¶ *Obedientia*] Rex est obediens sanctæ sedi, & semper fuit, considerans id quod dicitur.1, Reg.15.ca. Melior est obedientia quàm victimæ.c. sciendum.8.quæst.1. August.in lib.14. de ciuita.dei. Obedientia est(inquit)mater quodammodo,custósque omnium virtutum: ideo pontifici conuenit id quod dixit quondam Pharao Ioseph, Ad tui oris imperium cunctus populus obediet,Et alibi dicitur, Obedite præpositis vestris, etiam

Multa de obedientia hic vide.

discolis. Obedientiam autem inferiores ex ordine superioribus debent: summo enim pontifici ea debetur ab omnibus obediētia, vt nulli liceat ei communicare, cui pro actibus suis inimicus ipse extiterit, nec in ecclesia esse poterit, qui cathedram eius deserit. vide Alua. in tracta. de planctu ecclesiæ. li. 1. in fin. fo. 79. & seq. & fol. 22. & peccatum quippe paganitatis incurrit, quisquis (dum se christianum esse asserit) sedi aposto stolicæ obedire contemnit. cap. si qui presbyteri. 81. distinct. & Eccle. 3. ca. dicitur, filij sapientes ecclesia iustorum, & natio illorum obedientia & dilectio: & hæc obedientia debet esse humilis, deuota, festina, iucunda & perseuerans, quæ prosequitur Alua. in d. tract. de planctu. eccle, li. 2. art. 68. & tredecim effectus obedientiæ cumulat Floren. in 4. parte summæ, ti. 5. c. 11. & in §. vl. in summa. 93. distinct. dicit Præposi. quòd in his in quibus est obediendum, summo pontifici prius & magis est obediendum ei, quàm cuiuis alteri humanæ potestati. Bald. in c. pastoralis. §. fin. col. 1. de offic. deleg. arg. l. contra. §. fi. de re iudic. quia est omnibus superior, licet multi potius obediant potestatibus secularibus, quàm sibi, imò potius quàm deo, quod est illis periculosum: & hæc obedientia est actus intellectus, & voluntas humiliter obtemperans superiori ex debito, & consistit in mandatis. Bal. in l. liberi. col. 2. C. de operis liberto. vbi dicit obedientiam debere esse cum reuerentia, quæ frenat animos & vitia compescit, imò ex lege veteri Deutero. 17. cap. qui non obediebat imperio sacerdotis, qui eo tempore ministrabat domino deo suo, ex decreto iudicis mori debebat, & extra castra positus lapidabatur à populo. ca. absit. 11. q. 3.

filialis, quam charissimus in Christo filius noster Franciscus, Francorum rex christianissimus, personaliter nobis prĕstitit hæc cum maiestate sua corā discutere, eūque paternis [a] hortati monitis, vt ad laudem dei & sui honorem prompto animo libens ac volens dictæ pragmaticæ sanctioni

Principes & iudices erga subditos qualiter habere se debeāt.

a ¶ *Paternis*] Papa, qui est pater omnium, debet paternè monere, & tractare suos filios, vt hic facit, quia tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nos si subiecti fuissemus, nostros velemus esse præpositos. Sunt verba Grego. tradita in ca. quorundam. 74. distin. Et iudices debent se habere circa subiectos,

ctos,sicut patres erga filios. §.eos,in authē,vt iudices sine quoque suffrag. col.2.vnde dicitur. In iudicando esto populis misericors,sicut pater.Ecclesiastici.4.ca. Decurio,consul vel scabinus, etiam pater ciuitatis nuncupatur. l.vna. C.de ratioci.oper.publi.& de patrib.ciuita.& ibi glo.& l.qui conditioni,C. de his qui sponte publica numera sube. libr.10. vbi dicit Lucas eos dici patres, quia debent subditos sibi commissos iustitiæ iugo subdere, & in cæteris virtutum operibus eos erudire,

abrenuntiaret,& secundum leges sanctæ Romanæ ecclesiæ, quemadmodum cæteri christiani viuere,ac mādatis apostolicísque à sede apostolica pro tempore emanarent parere, ac [a] obedire vellet,

sicut patres spirituales filios suos, non solum gubernaculis tueri,sed etiam doctrinis ædificare.cap.in decima.18.q.2.& defensores ciuitatum debent patris vicem exhibere plebi. l. 4. C. de defenso.ciui. Sic & comites,barones, & alij domini rusticos & vassalos eorum debent ad fidem seu dei cultum & salutem animarum suarum adducere, vt deo per obseruationem iustitiæ à peccato liberi præsententur,alias de ipsorum animabus reddere rationem tenentur,teste Luca,vbi supra.vnde Gregor.in registro,lib.3.c.23.de his loquens,sic ait:Quas rationes omnipotēti deo de subiectis vestris reddituri estis aspicite.Ad hoc quippe illi vobis commissi sunt,quatenus & ipsi vestræ vtilitati valeant ad terrena seruire, & vos per vestram prouidentiam eorū animabus, quæ sunt æternæ, prospicere:sic & princeps dicitur communis pater omnibus hominibus,in authen. neque virum quod ex dote,in fi.colla.8. maximè illis qui sibi nequeunt auxiliari.in authen.vt hi qui oblig.in fi.colla.6.ecclesia verò est cōmunis mater,cap.pen.de consecra,distinct.1.iuncta.glo.

Superiores ad fidē & dei cultum subditos allicere debent.

a ¶ *Parere*] Non immerito,quia parere quilibet christianus tenetur,etiam suis episcopis,vt habetur in c.sacerdotes,& reliqui sacrę ecclesiæ ministri,omnésque plebes episcopos suos diligere debent,& eorum præceptis obedire,etiam si ipsi aliter(quod absit)quàm debent,agant,nisi in fide errauerint.2.q.7.& c.nōne.8.quæst.8.vnde August. his verbis vtitur si conculcetur ecclesia,ad cuius cōfugiemus auxilium? vbi relinquemus gloriam nostram? ca.aliorum.9.q.3.non recalcitro, quia extra eam gratia dei misericordia dei non est, si (quod absit) iniustè iudicat

Parere papæ & suis episcopis subditi debent.

Extra ecclesiā quis saluus esse non potest.

suffero, si iustè veniam peto, sed non apostato, nec à petra recedo. c. in memoriã. & c. ita dominus. 19. dis. ne ab ea collidar, & quo irem? & vbi communicarem? Ioan. 6. cap. in fine, & c. audiuimus. 24. quæst. 1. & vbi viuerem? c. quemadmodum. 23. quæst. 7. & vbi saluarer? cap. quicunque. 24. quæst. 1. extra arcam diluuium est. ca. quoniam.

¶ De electionis derogatione.

ibidem, extra hortum conclusum diuisio est.

¶ Et cum ex electionibus [a], quæ

cap. omnibus. ibidem, sine tunica inconsutili algesco frigore. ca. sicut. 16. q. 7. mẽbrum sum putridum, si separer à corpore. d. c. quemadmodum. extra domum agnum non comedam. c. quia. 24. q. 1. extra domini vineam vinum non bibã. Dauid psal. 59. Refert Aluar. in d. tract. lib. 1. in fi. Ideo rex Franciæ, verus ecclesiæ filius papæ monstis parere voluit, vt verus Rex obediẽtię passim nuncupari possit.

De electionis derogatione.

a *Sex tempora in electionibus consideranda.*

E*T cum ex electionibus*] Notandum est, quòd à principio ius eligendi erat, prout est apud Deum, qui suo filio domino nostro Iesu Christo facultatẽ exercendi in mũdo dedit, quam exercuit, vt patet Luc. 6. c. vocauit Iesus discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit. & in summa. 21. dist. & aliis in nõ paucis locis, hãc demũ potestatẽ Christus papæ, tanquã suo vicario concessit. cap. 1. dist. 22. quã ex humilitate diuus Petrus collegio apostolorũ & seniorum exercere permisit. Actuũ. 6. & 15. c. & alibi sæpius. Vnde beatus Iacobus in archiepiscopũ Ierosolimitanũ à sanctis Petro, Iacobo & Ioanne electus extitit, c. porro. 66. dist. & post Iacobi obitũ, Simõ Cananeus ex consensu omniũ apostolorũ etiã ecclesię Ierosolimitanæ prẽfectus fuit. At mortuo Iuda (qui episcopus erat, vt in Psalmo. 108. scribitur, Episcopatũ eius accipiat alter) apostoli, cum duos idoneos haberent, dubitaréntq; vtrũ in locũ Iudæ proditoris sufficerent, tunc sors cecidit super Matthiã, Actuũ. 1.

Quando à clero et populo electio facta fuit.

¶ Secundum tempus subsequens fuit, in quo gens efferata cœpit excrescere, & clericis nolle obedire, & per consequens neminem velle recipere, nisi ab ipsis approbatus fuisset, quod longo tollerarunt tempore summi pontifices, vt fides christiana augeretur, & per populum tueretur. Ideo aliquoties per clerum & populum electio celebrata, & per vniuersam turbam extitit, sal

tem

tem de consensu populi electio à clero fiebat.c. plebs.& c.seq. 63.distin.vnde statuit Nicolaus papa episcopos non esse consecrandos, nisi post electionem vel consensum cleri & populi.c. episcopos.63.distin.ibi, cleri plebísque consensus requiratur, ne plebs inuita episcopum non optatum contemnat,aut odiat. c.fi.ibidem.c.in nomine.23.dist.quandoquidem ipsorum interest habere bonum episcopum, sub quo non patiantur famem, nec sitim. Anchar.in.c.1.in fin.de parroch. Sed quia vulgus aliquando ad acclamationem ignaros,seu populares nulla ratione habita probitatis eligebat,argu.glo.in.l. decurionum.C.de pœnis.Ideo hac vsurpatione fuit priuata,& prohibita,ne deinceps electioni interesset,vt sequitur.

¶ Tertiũ tẽpus successit,in quo reges & principes ecclesię grati fuerunt,& erga illã benemeriti. Ideo papa Carolo regi Francorum & imperatori facultatem eligendi summum pontificem permisit,ac omnes archiepiscopos,& episcopos per suas prouincias ab eodem inuestituram accipere deffiniuit.ca. Adrianus.& seq.63.dist.c.hinc est etiam.16.q.1.Et idẽ priuilegium fuit concessum regi Hispaniæ.c.cum longè.63. dist.repræsentabãtur ergo electiones clericorum principibus,vt illorum authoritate roborate,nullus hęreticorum vel schismaticorũ auderet cõtraire, vt ipsi principes tanquam deuotissimi filij in eum cõsentirent, quem sibi in patrem eligi viderent, vt eis in omnibus suffragatores existerent.ca.vota.§.fi.63.distin. Deinde huic priuilegio renunciarunt principes.c.ego Ludouicus,& sequen.63.distinc. etiam imperatores modũ suum ignorantes,non in numero consentientiũ,sed primi distribuentiũ, imò verius exterminãtiũ esse voluerunt,frequenter etiam in hæreticorũ perfidiam prolapsi, catholicæ matris vnitatẽ ecclesiæ impugnare conati sunt. Ideo sanctorum patrũ statuta aduersus eos prodiderunt, vt semet electioni non insererẽt.& quisquis eorum suffragio ecclesiã obtineret,anathematis vinculo innodaretur,tex.in.c.quia sancta.§. verum.63.dist. Maleret. in tracta.de electione. fo.54.Panor.in c.venerabilem.nu.18.de elect. ¶ Et quia plurimas perturbationes in ecclesia oriri,imò ruinã sanctæ religionis cognouit Gregorius:Ideo in synodo generali hoc prohibitum extitit in hæc verba, Decernimus vt nullus clericorum inuestituras episcopatus,vel abbatiæ,vel ecclesiæ de manu imperatoris,vel regis,vel alicuius laicæ personæ,viri,vel fœminæ,suscipiat:quòd si præsumpserit,recognoscat inuestituram illam apostolica authorita

Ad reges & principes quãdo electio pertinuit, & cur fuit reprobata.

te irritam esse,& se vsque ad dignam satisfactionem excommunicatione subiacere.c.quoniam inuestituras.16.q.7.vt sequitur.

Beneficia a secularibus nō accipienda.

¶Quartum tempus aduenit,in quo electio omnino secularibus principibus fuit prohibita. fuítque statutum, vt quicunque electioné ecclesiastici ordinis tentauerit,anathema sit,donec obediat,& consentiat, quicquid ecclesia de electione & ordinatione proprij præsulis se velle monstrauerit.c.1. & seq.63.dist.nec valet consuetudo in contrarium. c. massana.de elect.imò recipientes beneficia à manibus secularium principum sunt fures & latrones,cum sine titulo illa posside ant: quia laicus illa non potest dare,his verbis vtitur Præpo.in.c. imperium. col.2.10.dist. allego.text.in.c.dudum.2.col.1.de elect. & quia non intrat per ostium,vt in euangelio habetur. & in.c.relatum. de iure patrona.& Panor.in.c.præterea.illo titu.nisi laici hoc habeant ex priuilegio,vt hic.

Canonicis & religiosis quando electiones cōcessæ fuerint.

¶Quintum tempus proximum fuit,in quo canonicis & religiosis simul concessæ sunt electiones episcoporum, & archiepiscoporum.c.sacrorum.63.distin.Quòd si exclusis religiosis electio fieret,irrita habebatur.c.obeūtibus.ibidem . & Panor.in.c.1.de electio.& ad electionem adhuc archiepiscopi ecclesiæ Viennensis vocari erant soliti religiosi sancti Theodori,dum fiebant electiones ante ista concordata,fuit tamen postea separatim electio singulis concessa in eorum ecclesiis,quia melius cognoscebant singuli in suis ecclesiis viros iustos & sanctos,quam extranei,ideo eos eligere poterant.ca. in Genesi.& ca.cum terra ac. c.cum ecclesia.& ibi glo.de elect.postea cōsilium Basiliense approbauit,vt vnaquæque ecclesia aut collegium, seu conuentus, sibi prælatum eligeret,vt in Pragma. sanct. .patet.rubric. de electi. hinc dicit Bald in.l.quicunque. C.de bonis liberto. quòd episcopus nō debet esse datiuus,sed electiuus,vt refert Bertach. in tract.de episco.in.3.parte.lib.1.in prin. veruntamen quia canonici,& alij electores abutebātur,vt in hoc tit.dicitur,& propter abusum perditur priuilegium.c.vt priuilegia.de priui.Ideo electionibus fuerūt priuati,vt hic patet . Nam dicitur auferetur sceptrum à vobis,& dabitur genti facienti fructum.

¶Sextum tempus est horum concordatorum,in quo datur nominatio regi Fráciæ de archiepiscopatibus, & episcopati.abbatiis & prioratibus verè electiuis,prout in ti.seq. sancitum est,& redditū est ad tertiū tépus supra eo.descriptū.Cauēdū erit tamē ne per abusum ω,aliquando reuolet ad α.c.ab exord.35,dist.

¶Ca-

a ¶[*Cathedralibus & metropolitanis*] Quæ sit cathedralis & metropolitana? dixi in. §.1. infra de colla. hic non repetam.

b ¶[*Pericula*] Quòd in genere explicat, postea sigillatim causas more boni oratoris recenset, prout est de senten. glos. in. §. fina. institu. de liber.

in ecclesiis cathedralibus [a] & metropolitanis ac monasteriis dicti regni à multis annis citra fiebant grandia animarum pericula [b] prouenirent, cum pleræque [c] per abusum secularis potestatis,

c ¶[*Per abusum*] Tum dicitur fieri per secularis potestatis abusum, quando de consilio vel cósensu laicorú electio celebratur. vtpote cum electores requirunt cósensum principis secularis super certa persona eligenda. c. cum terra. de electi. vel cóuocant laicos, vt intersint electioni episcopi, vel alterius prælati, & eos recipiút ad electioné. c. Massana. de elect. vel quia minis alicuius singularis personæ potétis quépiá eligút. Collect. Inno. & alij. in. c. quisquis. de elect. Et dicitur abusus cótra rei naturam vsus. Bal. ibi. vnde tales sic electi per hunc secularis potestatis abusum, efficiuntur intelligibiles ad alias dignitates, & adhuc ista electio est ipso iure nulla. c. quoniá. 16. q. 7. imò si recipiés dignitaté à laico, postea eam impetraret à papa, nó facta hac expresione, illá nó posset obtinere, quia subrepticia est impetratio. Panor. in. c. preterea. 1. de iure patro. & d. c. quisquis. Auffre. decisi. Tholo. q. 483. de viassio. in directorio electionú. in. 1. parte. c. 10. adeo ꝙ is qui inuestiturá de manu laici recipit, nullatenus inter episcopos habéri debet. c. si qui. deinceps. & c. cóstitutiones. 16. q. 7. quia hæc quippe electio est cótra canonicam libertatem, vt. d. c. quisquis. nec valet cósuetudo ꝙ electio de voluntate secularis potestatis vel laici fieri debeat. d. c. cú terra. de elec. népe detraheretur substátię actus, qui postea nó potest remanere. c. cú ad monasteriú. de stat. reg. l. cú precario. ff. de precario. & gl. fin. in. c. 2. de cósue. in. 6. Ná eligere est vnú ex pluribus assumere, quod nó possent facere ij qui ad voluntaté alterius eligere haberent. Maleret. in trac. de elec. fo. 47. ver. 5. principaliter quæro. & fol. 61. vide Roma. in sing. 286. vbi allegat cle. cum terra. & debet allegare cle. statutú. de elect. nisi propter seditioné vitandá cócederetur laico, vt electioni interesset, vt alias regi Francorum. c. hinc etiam. 16. q. 1. Cautela est, quando laici se violéter ingerunt electioni,

Electio quando dicatur fieri per abusū secularis potestatis.

& canonici non audent illos expellere, quod protestẽtur Ioan. And. Panor. & alij in. c. cumana. de elect. vbi plus dicunt, quòd si violentia esset magna, ita ꝙ non auderent protestari, excusarentur sine protestatione, per not. in. c. veniens. 2. de sponsa. Cepola caute. 250. cum dubitatur. De alio tam horrendo secularis potestatis abusu tradit tex. in. c. clericis. de immunitate eccl. in 6. ibi, quilibet intueri potest.

nonnullæ [a] verò præcedentibus illicitis [b] & simoniacis [c] pactio-

Simoniaci per Christum à templo sunt eiecti.

a ¶[*Nonnullæ*] Secundum periculum deterius cæteris. Nam humani generis redemptor omnes ementes & vendentes de templo eiiciens, cathedras vendentium, columbas euertit nummulariorum, pecunias effudit. Matth. 21. nusquam reperitur (quod sciam) dominum tanta seueritate, tam districta censura iustitiæ peccantes corripuisse, non solùm eloquio increpans, verumetiã facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de templo. Per columbarum venditores illi denotantur, qui sacrã manus impositionem vendere conantur, sic per nũmularios ecclesiastici beneficij venditores designantur, qui domum Dei speluncam latronum efficiunt, tex. in. c. ex multis. 1. q. 3. & istorum sicut stultorum infinitum esse numerũ vulgò iactatur, quis enim locus tutus, & quæ causa poterit esse excusata. si venerãda Dei templa pecuniis expugnẽtur? quem murum integritatis aut vallum fidei prouidebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proserpat? l. si quenquam. C. de episco. & cleri.

b ¶[*Illicitis*] Multa pacta sunt illicita, quæ non sunt simoniaca: ideo dicit hic illicitis & simoniacis, vel dic, &, id est simoniacis, cùm pactiones simoniacæ sint illicitæ: ideo is qui fecit aliquod pactum cum eligentibus, non potest eligi. gl. & doct. per illum text. in. c. per inquisitionẽ. & c. venerabilem. de elect. c. 1. & seq. 8. q. 3. Bertach. in tract. de epis. in. 2. lib. q. 11. text. in. c. ex diligenti. & ibi Ancha. de simoni. sed quotusquisque est electus ab hoc exemptus munere? pauci quos equus amauit Iuppiter, aut ardẽs erexit ad æthera virtus.

Pactiones simoniacæ vsu sæpius venientes.

c ¶[*Simoniacis*] Has pactiones simoniacas bene intelligebant olim canonici, vt hic dicitur, quia pro suffragio, seu vt dicunt, voce danda in electione, aliquid passim recipiebant, & sic simoniam cõmittebant. c. Matthęus. de simonia. vnde qui dat simoniacus vocatur, qui recipit pro spirituali quippiã gieziticus, ab illo Giezi, qui in veteri testamento salutem Naamã regis Syriæ ven-

vendere pertentauit,vt est.4.Reg.5.c.& in gl.in summa.1.q.1.& in.c.sicut.2.de simoni. sed nos indiscriminatim vtimur verbo simoniacus,tam pro dante, quàm pro recipiente: quippe promissio beneficij,vt quis eligatur, est simoniaca.ca.de hoc.de simo.gl.in verb.tẽporalis. §. & cũ humanæ.de elect. In pragma. vel si aliquid promittatur pro habẽda præsentatione seu nomi natione.c.cum super.de confess.c.veniens.1.de testibus.consuluit Roma.consil.317.circa propositum,Decius consil.118.viso. col.1.etiá si promitteretur pro fabrica, & pauperibus: nam qui malè accipit vt bene dispenset,potius grauatur quàm iuuatur.c ex multis.in fi.1.q.3.& talis electio simoniaca est nulla.ca.sanctorum.1.q.1.ca.si alicuius. de elect. etiam si commissa sit cum vno ex eligentibus,dum tamen non ab inimicis, vt electio impediretur.c.nobis.de simo.& ibi doct.

¶Item dicitur simonia,in cõtractu.facio vt facias, vt si promittam te eligere,& tu me,vel si dicá,eligas meum nepoté nunc,& ego eligam tuũ in prima electione:nã & patrui,& nepotes sciẽtes sunt simoniaci,omnis nẽpe pactio est in spiritualibus prohibita.c.quàm pio.1.q.2.Ioan.de Selua.in tracta. de benefic.in.1. parte.q.7.num.64.idem si eligatur aliquis, vt habeat tali nominato prouidere,vel ei beneficium conferatur, vel tales compensare,vt dicunt,quod multoties fit,testis in hac re erit nobis Petrus Viassius in.d.direct.in.1.parte.c.14.& in.2.parte.q.28.vide Roma.consil.359.Quia beneficij, idem si cõferatur beneficium famulo ob compensationem seruitiorum. Innoc.in.c.tuam.de æta.& qual.idé si promittatur pensio vel stipẽdia quousque de beneficio prouiderit.Boer.in addit.ad Bened. plùbi.in.l.Cassij caij.ff.de fideicom.liber. vide tamẽ Hostien. & Panor.in.c.nisi essent.de præben.& tales sunt excommunicati, qui gratiam aut iustitiam donis obtinent.extrauagan.1.de senten.excom.in cõmunibus:isti casus frequenter committebantur,maximè in hoc regno Franciæ.c. fertur.1.q.1.ideo electiones fuerunt sublatæ. Hodie Alex.papa sic scribit episcopis in.c.ex multis.1.q.3.multis tẽporibus hoc detestabile malum in vestra ecclesia inoleuisse cognouimus,vt nulli vnquam clerico quáuis religioso,quanuis scientia & moribus prædito, ecclesiasticum beneficium con cedatur.nisi ei qui prophano pecuniæ munere illud emere studuisset,fiebátque ecclesia & res eius ita venalis, velut quædam terrena,& vilis merces negotiatoribus ad vendẽdum exposita, &c.vide Paul.Parisi. consil.29.contra in 2.vol.

Collatio vt quis nominato prouideat, vel famulo ob compensationem seruitij symoniaca.

Beneficia symoniacorum impetrari possunt.

¶Et beneficia istorũ simoniacorũ etiã ante declarationẽ impetrari possunt, cum ipso iure vacẽt. glo. in regu. cancel. 27. & hoc in simonia reali, quando aliquid datum est, secus in mentali, vel conuentionali, Cassado. teste in deci. 5. const. rub. de const. vide eum, deci. 1. de simonia. Sed quid fiet istis? qui hæc perpetrãt? dominus dicit ad eos, Ite in ignem ęternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius, &c. ô vox semper tremenda, & in singulos saltẽ dies cogitãda. sed stomachari in eos desinamus, & castra nostra repetamus, cum pauci collatores (vt quidã dicunt) sine hac labe quiescant, vide tamẽ quæ dixi in tracta. de pacifi. possess. nu. 198 & in praxi benefic. in 3. parte titul. de symo. in resigna. & quis possit cum simoniaco dispensare? scribit glo. in. §. simoniaci. in verbo perpetuo. de elect. in pragma. Alia permulta de hoc scriberẽ ni Io. Nauclerus edidisset huius materię pulchrũ tractatũ, & delectabilẽ, videlicet non simoniacis, sed ipsis multũ austerũ, quia vitia eorũ detegit, & pœnas tradit. Et ego vltra eas multas alias congessi in additionibus ad dictũ Nauclerum, quas si nõ graueris bone lector perlege, & exosum & detestabile hoc crimen habebis: vt sanctus habuit Ludouicus olim rex Frãciæ, qui à regno hoc crimen pestiferũ adimendũ iussit, & per hoc voluit iudices suos cognoscere, quo ad hoc vt regno expellatur. Et fuit cõstitutio edita anno. 1268. in mense Martio in hæc verba.

Ordinatio S. Ludo. cõtra simoniacos maximè.

LVdouicus Dei gratia Francorum rex ad perpetuã rei memoriam, pro salubri & trãquillo statu ecclesiæ, & regni nostri, necnon pro diuini cultus augmento, & pro Christi fideliũ animarum salute, vt quia etiam auxilium omnipotẽtis Dei, cuius soli ditioni atque potentiæ regnum nostrum semper subiectum extitit: & nunc esse volumus, consequi valeamus, quæ sequuntur hoc edicto consultissimo atque in perpetuum valituro statuimus & ordinamus.

¶Primò, vt ecclesiarũ regni, prælati, patroni, & beneficiorum collatores ordinarij, ius suum plenarium habeant, vnicuique sua iurisdictio seruetur.

¶Item ecclesiæ cathedrales, & alia regni nostri liberas electiones, & earum effectum effectualiter habeant.

¶Item simoniæ crimen pestiferum ecclesiam labefactans, à regno nostro penitus volumus & iubemus adimendum.

¶Item promotiones, collationes, prouisiones & dispositiones prælaturarũ, dignitatũ, & aliorum quorũcunque beneficiorum ecclesiasticorum, & officiorum regni nostri, secundum ordina-

tionem & determinationem iuris communis. Sanctorum conciliorum ecclesiæ dei, atque institutionem antiquorum sanctorum patrum fieri volumus, pariter ac iubemus.

¶ Item exactiones & onera grauissima pecuniarum, per curiam Romanam ecclesię regni nostri impositas, vel imposita, quibus regnum nostrum miserabiliter depauperatũ existit, siue etiam imponendas aut imponenda, leuari aut colligi nullatenus volumus: nisi duntaxat pro rationabili, pia, & vrgentissima causa, vel ineuitabili necessitate, & etiam de spõtaneo & expresso iussu nostro, & ipsius ecclesiæ regni nostri.

nibus aliæ [a] particulari amore &

¶ Item libertates, frãchesias, immunitates, prærogatiuas, iura & priuilegia per inclitæ recordationis Francorũ reges prædecessores nostros, per nos ecclesiis nostris, atq; locis piis, & religiosis personis, aut ecclesiasticis regni nostri concessas, & concessa laudamus, & approbamus per pręsentium tenorem, vniuersis iustitiariis, officiariis, & subditis nostris, & locatené. præsentibus, & futuris, & eorum cuilibet ad eum pertinuerit districtè præcipiendo mandantes, quatenus omnia, & singula prædicta diligẽter, & attentè seruent, custodiant, & teneant, teneri & custodiri inuiolabiliter faciant, nec aliquid in cõtrarium quouismodo attemptẽt, seu fieri vel innouari permittãt. Transgressores autem contra faciẽtes iuxta casus exigẽtiam tali plectãtur pœna, quòd cæteris cedat, in exemplum in quorum omnium & singulorum testimonium sigillum mitti fecimus. Datum Parisiis anno domini. 1268. mense Martij.

a ¶ *Aliæ*] Tertium inconueniens, & periculum: quia amore eligentes illicito inducebantur ad eligendum. c. Moyses. 8. q. 1. vbi in hæc verba dicitur, cernimus plurimos hanc rem facere, vt nõ quærant eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscãt ecclesiæ prodesse, sed quos ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent, muneribus impetrarunt. text. in ca. si quis neque. 1. quæstione 1. ibi, iniusto cordis amore, vbi glos. dicit, ex hoc collige omnem illum esse simoniacum, qui ductus amore alicui indigno confert beneficium. Vel dic particulari affectione ad aliquem, & quia hoc omnibus modis etiam fiebat, ideo electio antiquata est hic, quæ malum est hæc simoniaca labes? quæ tot ecclesias peruagata, in eis ha- ***Affectio illicita reprobatur.***

bitare non erubuit.& multi collatores sunt hoc dotati munere sed veh illis, sciunt enim quid faciunt.

Per quatuor portas intratur ad ecclesias.

¶ *Sanguinis*] hoc malum plus hedera serpebat in ecclesia. quia nemo vnus carnem suam habet odio. c. non existimemus. 13. q. 2. licet carnis affectio reprobetur in. c. graue. de præb. & Abachuc. cap. 1. Væh illis qui edificant ciuitatem in sanguinibus, ideo di

sanguinis [a] affectióe, & non sine

ctum extitit diuo Petro, Mat. 16. Beatus es Simó Bariona, quia caro & sanguis nó reuelauit tibi:& valde pauci inueniútur, qui carnis affectione non ducãtur, vnde per sanguinis affectionem eligitur non eligendus,& confertur beneficium alicui puero, & cómittuntur mille animæ Christianorú, cui cósanguinei nollét cómittere duo pira etiam non bona Christiana, vel alia quæcũque optima: vnde talis eligés vel cóferens acceptioné personarũ à deo reprobatá admittit,& infideliter agit, non gerens negotium domini, vti debet, Héri. Bohic. in. d. ca. graue. in. 1. dist. dicens, episcopú conferenté beneficiú consanguineo ratione sanguinis sola, esse simoniacú. Allegat Panor. in. c. nemo. de simo. quia simonia est aliqué fauore recósiliare, multo fortius fauore sanguinis, vide tamé quæ dico in. §. præfatique ordinarii, in gl. libere. infra. de col. vnde versus ad hanc ré alludunt sequentes,

Quatuor ecclesias portis intratur ad omnes,
Cæsaris, & Gyesi, sanguinis atque Dei.
Prima patet magnis, sed nummis altera charis,
Tertia sed paucis quarta patere solet.

¶ Nó multũ abhorrét huic materię, quę scripsi in pręf. ad Rub. de colla. infra. circa finé. Notádú est ꝙ Iepte princeps Israel ex meretrice natus, filiá propriá interfecit, virginem, & humilem. Iudicũ. 11. c. hoc népe denotat ꝙ hi, qui à meretrice, simonia videlicet, vel carnis affectione in ecclesia nascuntur, filiá suam, id est plebé sibi cómissam grauant, occidunt & prædantur, ac pauperes monachos humiles sibi cómissos spoliant. Petrus Bercho. his verbis vtitur in suo morali dictio. in verbo natiuitas. col. penul. vbi plus addit tales sic intrantes cómuniter malè viuere, scilicet iniustè, crudeliter, immundè & carnaliter, superbè & ignominiosè, ac instabiliter, prosequere, vt per eum ibidem.

Ex quibus cognoscatur prælatus qui malũ habuit ingressum.

¶ Vnde dicit Hostien. in. c. penul. in verbo venale, ne præla. vices suas. Quod si spiritualis sit promotio, spiritualia promotus quæret, si verò venalis, pecuniam, si carnalis, carnalia: quia natum

tum ex carne, caro est, natum ex spiritu spiritus est. Ioã. 3. c. & sic cognoscentur habentes dignitates ecclesiasticas, & à fructibus illorum, vt est in euangelio. Quomodo cognoscantur hæretici? scripsi in bulla cœnę domi. arti. 1. in glo. hæreticos. circa fi.

a ¶[*Cum electores*] Ecce quartum periculum, quòd electores iurabant, & tamen non seruabant iuramētum, quod describitur de electio. in. c. 1. in pragma sub hac forma. Ego. N iuro, & promitto omnipotenti deo, & N. sancto, vel sanctæ sub cuius nomine dedicata est hæc ecclesia, eum eligere, quem credam futurum ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus vtiliorē, nec illi vocem dare, quem verisimiliter sciuero promissione, vel datione alicuius rei temporalis, seu prece, per se aut per aliū interpositis, aut aliàs qualitercunque, directè, vel indirectè pro se electionem procurare, seu procurasse: & tamen omnes canonici sciebant electionem ab illis procuratam, & se iam promissionibus saltem repletos. Ideo periuri erant sic eligēdo, quamobrem electiones fuerunt eis sublatæ, quo ad prælatos, subinde casus in quibus aliquis iure suo priuatur, tradit glo. in. c. renouantes. 22. distinct. his versibus. *Iuramenti præstandi in electione forma.*

periurij reatu fierēt, cū [a] electores ipsi etiā si ante electionē per eos faciendam idoneiorem [b], &

Paupertas, odium, vitium, fauor, scelus & ordo:
Personas spoliant, & loca iure suo.

¶Vide ibi declarationem, procurent igitur electores in aliis in quibus electionē adhuc habent ecclesiis de idoneis prouidere, omissis vitiis supradictis, & quod ad me attinet eos talia perpetrātes semper macte virtute esse optaui, quod dij faxint. sed videndum est num maiora hodie ex his nominationibus.

b ¶[*Idoneiorē*] An quis teneatur eligere idoneiorem? quod videtur per ea quæ diuinitus scripta sunt Deute. 17. c. Eum cōstitues, quem dominus deus tuus elegit de numero fratrum id est eliges illum, qui habet spiritū dei in semetipso, & præcepta dei in cōspectu, quia ille est à deo electus. c. si ergo. 8. q. 1. Gene. 41. c. quia ostēdit tibi deus omnia, quæ locutus es, nūquid sapiētiorē & similē tui inuenire potero? tu eris super domū meam, & ad tui oris imperiū cūctus populus obediet. & 3. Esdre. c. 3. dicamus vnusquisque nostrū sermonē, qui præcellat, & cuiusque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna, purpura cooperiri, & in auro bibere. Et Num. 11. c. congrega- *Magis idoneus an sit eligendus.*

mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, ꝙ senes populi sint, id est meliores & sapientiores exponunt quidã Theologi. & 1. Reg. c. 15. Scidit dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Dauidẽ nempe Salomonem aliis fratribus iuniorẽ (quia sapiẽtior erat) prętulisse legimus. 2. Regum. 1. c. ꝙ nutu spiritussancti factũ esse nõ dubitauit. glo. in. c. Moyses. 8. q. 1. & Lucas de penna in l. fi. col. 2. & seq. C. de tyro. lib. 12. iure ipso canonico suadetur in. c. metropolitano. 64. dist. & in. c. licet ergo. 8. q. 1. vbi sic inquit Hieronymus, sciant omnes, & certi sint, quòd qui præstãtior est ex omni populo, qui doctior, qui sãctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur. Idem dicitur in. c. Moyses. ibidem. &. c. fi. de off. custo. vbi sic dicitur, ad hoc opus tales ordinẽtur, quales meliores, & sanctiores esse viderint. Iuri ciuili etiã non est dissonũ. l. 3. §. si tamen plures, ibi, eligendus est à prætore is, qui idoneior est. ff. de liber. ho. exhib. l. fœminæ. ibi, in quem contemplatione meritorũ liberalitatis suę. C. de secund. nup. ac rub. C. de potioribus ad munera nominandis, lib. 10. &. l. fi. de tyronib. lib. 12. & qui non eligit idoneiorem, & meliorem, peccat mortaliter, tum quia est infidelis domino suo, vt dicitur in euãgelio, fidelis seruus, & prudẽs, quem constituit dominus, tum quia cedit in detrimentum ecclesiæ, & dedecus. Graue est enim inexpertes dei seruitio applicare. c. monasteriis. 19. q. 3. glo. penult. in c. ad apostolicam de regula. & quia transgreditur canones. volẽtes meliorem eligi debere, & ius diuinum, vt supradictum extitit, & etiã quia est periurus, eo quòd iurauit eligere idoneiorẽ, vt hic. Subinde legitur de Leone papa, cui totos cũ quadraginta dies ad corpus beati Petri orasset, vt à domino remissionem peccatorũ impetraret, apparuit ei beatus Petrus, dicens, remissionem peccatorum sibi à domino obtinuisse, excepta manuum impositione, id est ordinatione & collatione indignis facta. de qua adhuc domino habes reddere rationẽ, hæc archiepiscopus Florẽ. in. 3. parte summę, ti. 20. c. 2. §. 1. itẽ narrat Grego. in dialogo. 4. c. 9. de Pascasio quòd fuit dãnatus, eo ꝙ partẽ Laurentij fouerat cõtra Simachũ eligendo illũ ad episcopatũ, cũ posset meliorẽ eligere. Refert Ioã. Lupus in repeti. c. per vestras, nota. 2. §. 26. de donatio. inter virũ & vxorẽ. Quod intellige meliorẽ secũdũ quid, videlicet ꝙ sit melior ad illũ statũ, ad quẽ eligitur nõ autẽ tenetur eligere meliorẽ simpliciter, qui est ille, qui est sãctior, & in charitate pfectior, probatur Actuũ. 1. de Ioseph, qui licet

Peccat non eligens idoneiorem.

Quis dicatur melior.

licet esset simpliciter melior & sanctior, q̃ Matthias, quia ille ꝓpter sanctitatem vitæ iustus dicebatur, tamẽ quia Matthias erat magis idoneus ad apostolatum, fuit à deo electus, hæc probat Leonard. de vtino sermone. 27. de sanctis. & hæc est communis opinio tenenda in conscientia secũdum Panor. & alios in c. cõstitutis. in 2. de appell. Adrianus in quolibeto. 9. & in 4. sentẽ. rub. de restitut. vers. Quia iam determinatum est. fol. 43. & seq. licet de iure canonico electio de digno valeat. c. cum nobis olim. de elect. c. fi. de offi. custo. Decius consil. 129. & pro tenui, nisi quis appellauerit quãdo videbat electores velle eligere dignũ, & est iusta causa, si idoneior inueniatur. c. cum nobis olim, & c. cum dilectus. de elect. glo. in c. 1. in verbo vtiliorem. de elect. in Prag. alia dico in c. postulastis. in 4. nota. de cleri. excommu. ministrã. vide Bercho. in verbo electio. Ista timeãt collatores, & suæ saluti melioribus conferendo prouideant, sed oculi eorum fortè sunt grauati, ne eos cognoscant.

non eum quem promissione aut datione alcuius [a] rei temporalis, seu prece vel precibus per se vel alium interpositis, electionem procurare didicissent eli-

a ¶ [*Rei temporalis*] Idem si detur res spiritualis, vtpote beneficiũ, vel promittatur pro habenda electione, vel nominatione. tex. in c. de hoc. de simo. c. Matthęus. & ibi Panor. & Fely. ibidẽ. dixi supra in verbo simoniacis. & sic cõmittitur simonia in dãdo, etiã si detur familiaribus, vel ministris collatorũ, vt dicitur in Giseo, qui fuit seruus Elisęi. gl. in summa. 1. q. 1. & in c. cito. ibidem. Item committitur simonia quando datur beneficium ad preces alicuius, vt hic. & in c. tua. de simo. quod declarat gloss. & doct. in c. tuã. de ætat. & qualit. idem quando pro obsequio datur, & seruitio. c. sunt nonnulli. 1. q. 1. & in summa. ibidem. & in c. cum essent. & ibi doct. de simo. ideo in defensorio concord. in prin. dicit in hæc verba. ꝓpter ipsam etenĩ Pragmaticã nulla libera, sed coactiua potius electio fiebat, & vt plurimũ beneficiorũ pollicitationes, munera & dationes ĩteruenieb ãt, mulierũq; precibus importunis & suasu assiduo sępiuscule factitabãtur electiones, & eligentiũ consanguinei aut amicitiæ nexu coniuncti, illas nonnunquam pro voto tractabant, electi insuper & ad electiones dirigẽdas nominati, non charitatis tẽtigine, sed insatiabilis æris epotandi ingluuiæ, aut quauis alia traducti corruptela eli-

Simonia cõmittitur dãdo quicquam famulis collatorum.

Precibus mulierũ renũciationes & electiones simoniace fiũt, & collationes.

gentiũ vota,& mẽtes inuertebãt,bellico etiã furore, & vi quodã armorũ,& more bacchantiũ,qui fœnũ in cornu gerũt.plerīq; animarũ suarũ salutis immemores ecclesiis iure vel iniuria intrudebãtur,& insiliebãt,ipsarũ dotes & patrimonia diripientes, ibidẽ alia multa tradit,quæ possunt videri,ecce quod precibus fœminarum fiebant electiones. hodie verò concubinarũ precibus multæ fiunt simoniacę renuntiaciones, collationes & pactiones illicitæ,vt qui in beneficio succedet, concubinam alat,&c.

gere spõte iurarẽt [a], iuramẽtum huiusmodi non seruarent,sed cõtra propriũ huiusmodi iuramentum in animæ suæ præiudicium venirent, vt nobis notoriè constat ex crebris absolutionibus [b],

a ¶[*Iurarent*]Istius iuramenti formam posui supra eo. in gl.cum electores,& quia iuramentum non seruabãt,erant periuri,& sic beneficiis priuati,aut saltem priuandi,vt dico in tract.de pacifi. possess.in 4.limi,nu.218.cũ seq.Nota quòd in prædictis casibus priuãtur eligẽtes ipso iure,& in casibus subsequẽtibus,videlicet in his,qui scienter eligunt hominẽ malæ vitę,vel illegitimũ seu ignarũ penitus.cap.cum in cunctis.& c.innotuit. & c.scriptum, de electio. Alius casus est,quando eligitur postulandus.ca,1. de postu.præla.qui sint postulãdi,habetur in c.fi.illo tit. Alius,qui scienter receperunt,postulatũ, vel electũ cuius nulla est electio vel postulatio.c.bonæ memorię Magunt.de elect.aliqui tamen dicunt non esse ipso iure priuatũ,sed priuandum,vel ex alia causa,ibi,erat priuatus.alius casus est, quando aliqui eligentes sunt priuati,seu suspensi,vel excommunicati.ca.cum dilectus. de postulat.præla. Alius,in illlis qui nõ eligunt intra tẽpus trium mensiũ.c.ne pro defectu.de elect. Alius quando post appellationem legitimã postulãt.c.bonæ memoriæ.de electio. secus si eligerẽt, quia electio est maioris fauoris,& magis innititur iuri.c.cõsiderauimus.de elect. Itẽ quãdo electio est nulla propter personam electam,electores sunt ipso iure priuati,si scienter elegerunt. c. cum in cũctis.in fin.de electio.secus si propter formę defectum, quia tunc erunt priuãdi.c.quia propter.de elect.vtilitas est,quia non vocatis priuatis tenet electio, & postulatio. Compostelanus in d.c.gratũ. de postula. præla. quod est menti tenendum.

Casus in quibus quis priuatur ipso iure.

b ¶[*Absolutionibus*]Quo ad iuramenta, vel quo ad crimina cõmissa, oportebat eos ante absolui, quàm rehabilitarentur, &

quando

quando ſunt ſimonaci in ordine, vel beneficio, ſunt excommunicati, & non poſſunt abſolui ab alio, quàm à papa, niſi in mortis articulo, extrauag. cum ſit deteſtabile. de ſimonia. in communibus, ſcripſi in praxi benefic. in 3. parte titul. de ſymo.

a ¶ *Rehabilitationibus*] Quo ad ſimoniam etiam ſolus papa rehabilitat. c. de ſimoniacc. de ſimonia. glo. in verbo perpetuo. §. ſimoniace. de electio. in prag. vel dic rehabilitationibꝰ, quo ad tenendum beneficia. Ná licet quis ſit abſolutus à ſimonia, non tamen erit habilis ad habenda beneficia, niſi rehabilitetur, vt hic dicitur, nec ad exercitiũ ordinũ: & ſic impetrabant iſti electores abſolutiones, & rehabilitationes, vt hic vult dicere tex. & hę rehabilitationes nõ dátur per breue, nec diſpéſationes, vt in regulis Alexandri 6. ſub rub. de ſign. gra. continetur. *Rehabilitatio quid & an per breue detur.*

& rehabilitationibus [a] à nobis & prædeceſſoribus noſtris petitis, & obtẽtis, idem Franciſcus Rex noſtris paternis monitis tãquam verus obedientiæ filius parere volens, tam pro bono obedientiæ (in qua magnum meritum vere conſiſtit) quàm pro communi & publica regni ſui vtilitate [b] in locũ dictæ pragma.

¶ Ex prædictis ſatis ſupérque dignoſci calamitas futura electionũ poterat, cũ electores tot crimina cõmittere ſuper his electionibus nõ vererẽtur, ſolet enim deus opti. max. cum aliquid diri, vel aduerſi imminet, plerũque portẽtis & prodigiis, ac ſignis euidẽtiſſimis exitiũ oſtẽdere, nam tũc tẽporis quo Tarquinius regno pulſus fuit, canẽ fuiſſe locutũ, & ſerpentẽ latraſſe. Gallis etiá Senonibꝰ ad vrbẽ ꝓperãtibus, in noua via auditá vocẽ que Gallos aduentare diceret, Liuius & alij retulerũt. aliáq; exẽpla tradit Alex. ab Alexá. in li. 3. genialiũ. c. 15. ſed de his criminibus ab electoribꝰ cõmiſſis hactenus dixiſſe ſufficiat, alia magis ſubiungamus quibuſdá arridẽtia hominibus, ꝑlegere enim delectabilius ſingulis (vt reor) erit, quę paulò poſt ſubiiciemus. Ex his malis ſublatę ſunt electiões, ſed mala corrigi debebãt, & electiones ſuſtineri, nec puto tutũ, qui toleret ordinẽ presbiterorũ, eo ꝙ quidá presbyteri delinquũt, ipſi vidẽt: ná occaſiones quærũt multi, vt mala palliẽtur, ſed iſtę fraudes nihil apud deũ proſunt, aliquando libri aperientur, & hoc videbimus, ne plura. *Futura calamitas electionum deſtruẽdarũ cognoſci poterat.*

b ¶ *Vtilitate*] Et ſic hæc cõcordata facta ſunt pro communi & *Pro regni*

rehabilitaçõ non se dão per breve

vtilitate edita concordata, & sic intelligenda. huius publica regni vtilitate, ad quod debét aduertere iudices, vt intellectum ad regni vtilitatem tendentem accipere habeāt, vt dixi in §.fi.infra. de reser.de legato. vt possit creare canonicum ad effectum, quia publicè vtile est regno. & alibi sæpius potest hic tex.pōderari, cui similis est tex.supra de approba.cōuento. circa. fi. vbi scripsi.

sanctio, ac singulorum capitulorum in ea contentorum, leges [a] & constitutiones infra scriptas inuicem tractatas, & cum fratrib' nostris [b] sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus diligēter examinatas, & de eorum cōsilio cū præfato rege cōcordatas per dilectum filium Rogerium Bar-

Quadruplex est virtus concordatorum. a ¶*Leges*] Hæc concordata sunt leges, ob id non erit absurdum allegare in l. vna. de reserua. Nam lex est sanctio sancta, iubēs honesta, prohibēs contraria. l.2. ff.de leg. Et sunt leges huius regni, & sicut legis virtus est imperare, vetare, permittere, & punire, l. legis virtus. ff. de legib. hoc faciunt istæ leges.

¶Primò imperant præbendam theologalem theologo cōferri, & beneficia qualificatis per totum. tit.de colla. vetant etiam hæ constitutiones in §.statuimus.2.de colla. ne parochiales ecclesiæ in ciuitatibus, & villis muratis sitæ conferantur, nisi qualificatis, etiam vetant. in §.monemus, & in §.volumus. de colla. & in rubr.de friuol.appel. & in tit.de publicis concubina. & titu. seq. aliquando permittunt, vt habentibus speciale priuilegium eligendi, eligere. §. fi. tit. seq. & duo mandata concedi in collatorem habentem collationes quinquaginta beneficiorum. rub. de manda.posto.in prin.de hoc vide pulchrè Bal.in rubr.C.de condictio.ex lege. Item puniunt in §.monemus. & §.fi.de col. & in rub.de publicis concubinariis. & in rub. de pœna temere venienti.contra concor.& alibi etiam est videre, ideo cum hæ constitutiones legum habeant effectum, merito nomine carere non debent. l. à nullo. C.de feriis. & an appellatione legum veniant statuta, & consuetudines, & iura canonica plenè tradit Feli.post Panor.in cap.ius generale.1.distinct.ex consuetudine tamen nō allegamus hic leges, sed paragraphos. & rub. vt in rub. de col. §. præterea. & sic de aliis.

b ¶*Fratribus nostris*] Cardinales omnes hic vocat fratres, sicut episcopos, & archiepiscopos. cap. quàm graui de crimine falsi

dix'

dixi in forma mandati in princi.in glo.fratri. vbi plenius vide. Nota etiã quòd canonici cathedralis ecclesiæ vocantur fratres episcopi,vel archiepiscopi.cap. nouit.& seq. de his quæ fiunt à præla. & sic eos episcopus & archiepiscopus tãquam fratres tractare debet, licet aliquando eos tanquam serpentes odio prosequatur,& fratres eum alibi habitãtem, & incognitũ, debito vix honore afficere possunt,sed tãquã scorpionẽ eũ habẽt,& inter hos fratres infinitos processus videmus.c.dilectorũ.de test. cog. per quos soluit intima fraternitas,& nascũtur diabolicæ dissẽtiões.

Canonici cathedralis ecclesiæ fratres episcopi vocãtur, licet inuicẽ parũ amicitiæ intercedat.

me Regium aduocatum [a] ora-

a ¶[*Regium aduocatum*] Officium boni aduocati est breuiter, & summatim loqui teste Aret.con.120. procedendo. & dixi in 2. nota.repet.l.vnice.C.de sententiis, quæ pro eo quod interest. nempe quia regij aduocati me aliquando priuilegiis honestare voluerunt.Ideo ego illos pro virili priuilegiis cõpensabo.& cõiungã procuratorem regium, sine quo aduocati sunt elingues. Aduocatus quidem fisci primum ab Adriano institutus est.secundum D. Budæum in suis annotatio. in Pandectas in l. fi.de off.quæstor.Duo quippe aduocati fisci fuerũt olim instituti, & nunc in parlamentis quibusdam adhuc sunt. l. binos. & l. post duos.C.de aduoca. diuerso iudicio. & illa priuilegia quæ conceduntur vni,cõceduntur & alteri,vt ibidem patet,dicitur procurator generalis in parlamento,alij speciales in seneschaliis & Balliuatibus secundum d. Chassagneũ in catalago gloriæ mũdi in 7.parte,consideratione. 34.nec potest dici generalis, nisi secundum quid procurator generalis Aquitaniæ,imò procurator regius parlamenti Parisi. vocat omnes alios suæ iurisdictionis seu ressortus substitutos suos,vt audiui in palatio sæpissimè.

Priuilegia aduocatorũ & procuratorũ regiorum.

Substituti vocantur procuratores regij curiarum inferiorum.

¶Primum ergo priuilegium eorum est, quod vterque aduocatus regius ac procurator sexcentos aureos pro stipẽdiis habere debet,ne post decursum celerem aduocationis, & labores gloriosos egeni exeant.l.per hãc.§.sexcẽti autẽ aurei. C.de aduoc. diuers.iud. & hæc stipendia etiamnũ dari sunt solita aduocatis singulis regis,& procuratori eius in senatu Parisi.quãuis Iustinianus in l.restituẽdæ,in prin.C.de adu.diuer.iudi.statuerit.lx. libras auri eisdẽ dari debere,& cũ habeãt iusta stipẽdia nil possunt nec debẽt recipere à partibus,vt est statutũ in ord.reg.rub. *des aduocatz & procureurs du Roy*. & hæc stipendia multò magis deberẽtur aduocatis pauperum in parlamentis existentibus, vt

Stipendia aduocatorũ & procuratorum regiorum.

in parlamẽto Aquen. cum ex publico etiam salaria eisdem debeantur. Bal. in l. vna col. 2. C. de suffragio. tum quòd sint regij aduocati, tum etiam quia pro pauperibus postulando, in vinea domini laborant, ad hæc quòd officium gerant dei optimi maximi, qui teste Dauid adiuuat pauperem de inopia, & Psalm. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationẽ cordis eorum audiuit auris tua. & Iob. 29. c. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissimè inuestigabam. Ideo his dicitur Ecclesiastici. 4. c. Congregationi pauperum effabilẽ te facito. & ibidem ca. 7. Pauperi porrige manum tuam. & hoc officio debet vti aduocatus regius, vbi non est aliquis pauperũ aduocatus: ipsi enim pauperum sunt tutores. vide Feli. in ca. 1. de off. iud. de his loquentem pauperum aduocatis, apud Nemausi senechali curiam. Est etiam egregius ac non mediocri eruditione commendandus D. Iacobus Bonaudus, qui egregias tracta. contra rebelles regum inseruit additiones.

Salarium aduocatis quando sit illis soluendũ, & an ad hæredes transmittunt.

¶ Secundum, quòd salarium non debet solui in fine temporis, sed Kalendis Octobris sine cunctatione. d. §. sexcenti, tamen si non soluatur salarium ex aliqua causa, non debent ob hoc causam fisci deserere. l. 1. de aduoca. fisci. sed possunt computare tẽpus instar amantum, vt est apud Ouidium:

Tempora si numeres quæ nos numeramus amantes,
Non venit ante diem nostra querela suum.

¶ Tertium, quòd illud salarium transmittit, ex quo illud officiũ peragere cœperit ad quoscunque siue suos hæredes, siue extraneos, siue ex testamẽto, siue ab intestato. l. post. duos. in fi. C. de aduoc. diuers. iudicum. l. iubemus. in fine. de aduoc. diuer. iudicio. & l. petitiones. in fi. illo. ti. Purpura in rub. de off. assesso. nu. 189. hodie salarium tãtum præteriti temporis hæredibus acquirit quilibet officialis Regius hoc in regno ex consuetudine.

¶ Quartum, est, quia est nobilis & in dignitate positus. l. nemo. C. de dignita. libr. 12. Chassa. in consuetu. Burgund. in rubr. *des droictz.* §. 19. in glo. 1. & in §. 4. rubr. *des enfans de plusieurs lictz.* gl. 1. idem in procuratore regio notat patruus meus Rebuffus in l. si quis. C. de decurio. lib. 10. l. vna. C. de manda. princi. Areti. in l. fori. de aduo. diuers. iudic. & aduocati fisci multis gloriosis nominibus à iure decorantur, dicuntur enim clarissima eloquentiæ lumina. l. restituendæ. C. de aduoc. diuerso. iudic. & facundissimi. ibidem. & clarissimi in l. 1. illo ti. etiam deposito officio, vt ibidem patet, & spectabiles in l. in sacris in tertia. C. de proximis

Quibus nominibus honestentur aduocati regij.

ximis sacro scrinio.lib.12.& in authen.de iud.§.quia verò competens.in fi.colla.6.l.laudabile.C.de aduocatis diuerso.iudicũ. ideo spectabiles,id est spectatione digni, quasi admirabiles. testis est nobis Purpuratus in l.1.nu.217.& seq.ff.de off.eius.Item comites.l.1.C.de aduo.diuers.iudic.l.laudabile. ibidem, quamobrem æquiparantur iurium comitibus,sed nõ in stipendiis. & iniuria atrox dicitur,quę illis fit.§.atrox.de iniur.in instit.vnde fuit condemnatus mercator,vt practicè loquar,ad emẽdam, & honorabilem & pecuniariam,quia dixerat aduocato regio, cui negotium erat datum visitandi ligna, quòd eum proiiceret in aquam,si suam ingrederetur nauim,anno.1418.die 3.Ianuarij.

Arrestũ cõtra eũ qui iniuriã protulit in aduocatũ regium.

¶ Quintum,debet mitti ad eos,sicut ad egregias personas.Bar. in l.1.C.de offi.diuerso.iudi.& ibi Aret.& Ias.in l.ad egregias. col.2.in fine.de iureiur.ff.

¶ Sextum,licet olim esset annale officium. l.cum aduocatis. & l.binos. C.de aduoc.diuers. iudic.aut ad summum biennale. l. sancimus.in 2.& l.fi.illo.tit. & l.iubemus.tit. seq.& ob id d.lex per hanc dicit celerem decursum,quia habenti magnam dignitatem celeriter currit tempus, litigantibus verò mensis pro anno habetur,sicut his qui sunt in purgatorio,quibus æquiparantur litigantes, & adamantes . Hodie est perpetuum in Francia, id est quandiu viuunt.Benedict.in repet.c.Raynucius.in verbo duas.nu.38. cum seq.de testa.nisi propter crimen depositi fuerint,vt Tholosæ quandoque fuit obseruatum.& hic.

¶ Septimum, vilia etiam sua sponte gerere non poterunt,ideo mimi,ioculatores,vel histriones esse non possunt . nec istorum officia exercere.l.cum aduocatio. C. de aduoca. diuers.iudi. & l.fin.vbi Azo in summa illius titu. & l.aduocatos. C. de aduo. diuer. iud.

¶ Octauum,non possunt postulare pro priuatis.l.pe.iuncta ibi glo.& Bal.C.ne fiscus vel respub.Paul.in l.cum allegas.C.illo. titulo. satis enim supérq; ad regia negocia occupati sunt, ideo negocia aliorum omittere debent.vt dixi in d.l.pen.

¶ Nonum, non debent cõsulere contra fiscum.l.2.C.de aduo. diuerso.iudi.l.1.C.de aduoca.fisci.& in ordina.regis Ludo. 12. primo publicatis,articu.34.rub. *des aduocatz & procureur du Roy.* articu. 11. alioquin priuantur & officio & stipendiis, vt ibidem patet.Idem dico in doctore vt priuetur lectura,clericus beneficio,miles militia.glo.in c.si imperator. 96.dist.& in c.1.1.q. vlti. Aretin.in d.l.3.ibi,tamen non prohibetur consulere quando

Aduocati regij ĩ quibus casibus consulere possint.

non consuleret contra regem, vel contra causam regis, ideo regij aduocati seneschalliarum, cum non habeant iusta stipendia, soliti sunt pro priuatis postulare, & consulere, in causis quæ nõ tangunt regem. nempe quod nõ prohibetur, permittitur. l. cum prætor. ff. de iud. alias egerent contra dictam. l. per hanc. §. sexcenti. C. de aduoca. diuer. iud. Præterea nec inuenirentur docti, qui id muneris vellent recipere, quia docti ad lucrum tendunt. c. 1. & ibi not. de præb. in 6. Sed quandoque rex ad tollendum dubium propter personæ excellentiam permittit etiam aduocatis fisci parlamentorum consulere ne egeni exeant. d. l. per hãc. §. sexcenti, vt fuit concessum multis tamen recusantibus egregiis, doctissimis atque facũdissimis viris dominis Liseto, Poyegio, & Montolonio, olim aduocatis regiis, nunc verò præsidentibus viris profecto omni laude dignis, Deus eos seruet incolumes. Fuit tamen alias in hoc senatu prohibitum D. Ioan. Rappeu aduocato regio consulere partibus, licet non haberet nisi quadringentas libras pro stipendiis, an. 1420. & die. 21. Februarij. vt est in regist. concilij. imò anno 1522. die 17. Iulij fuit prohibitum aduocato regio Castillon. in Turonia, ne de cætero pro priuatis postularet.

Arrestum.

¶ Decimum, quòd ista priuilegia cõceduntur ob reuerentiam studiorum, quod incitare debet scholares ad studiũ. l. quicquid & ibi Alber. C. de aduoca. diuer. iudicio.

¶ Vndecimum statuitur, vt nulla eis inspectio ingeratur, nullá-ve peræquatio, nulla operis instructio, nulla discussio, nullum ratiocinium imponatur, nullum denique eis mandetur præter arbitrium. l. sancimus. 1. C. de aduoca. diuerso. iudicio. & dicit ibi Alberi. quòd à legationibus excusantur, & aliis muneribus, & contra faciens punitur quinquaginta librarum auri pœna, vt habetur in dicta. l. sancimus.

Vagari aduocati & procuratores regis nõ debent.

¶ Duodecimum, extra ciuitatem vagari non debent. l. 2. & ibi Bal. C. de aduoca. diuerso. iudicio. habet etiam locum in procuratore regio, vt ibidem not. nam negociis regiis vacare debent, ne desertio negociorum regiorum & gaudiorum sectatio, luctũ afferat. Iuxta dictum euangelij Lucæ 6. c. Væh vobis qui ridetis nunc, quia flebitis & lugebitis.

An præsũptio calũniæ in eis sit.

¶ Decimumtertium, excusantur à pœna præsumptæ calumniæ, sed non probatæ. l. 2. C. de delatori. lib. 10. Bar. in l. 2. §. si publico. col. 3. ff. ad legem Iul. de adult. Bal. in l. iubemus. C. de proba. Auffrer. in decisio. Tholos. q. 6. Hippo. Marsil. in pract. in §. superest.

superest. Benedict. in verbo mortuo. 1. nu. 204. c. Raynutius. de testa. etiam procedit in procuratore, vt ibidem scribitur, & dico in dictis ordinationibus.

¶ Decimumquartum, quòd procurator regius omnia delicta prosequitur, quo ad vindictam & pœnam publicam, pars verò quo ad interesse. Benedict. vbi supra. nu. 359. licet de iure quilibet admitteretur regulariter ad accusandum per totum titulum de accusatio. ff. & C. qui accus. non possunt. sed hodie non admitteretur in regno pars accusans delinquentem, & concludés ad mortem, sed interesse tantum petere debet. *Pars nō accusat ī hoc regno.*

¶ Decimumquintum, non condemnātur in expensis, licet succumbant. l. fi. C. de fru. & liti. expen. l. in sacris. 3. vers. Et quoniá de proxi. sacro. scri. li. 12. Auffre. in. q. 6. si procurator. Benedict. in d. verbo mortuo in 1. nu. 169. l. per hanc §. fi. C. de aduocatis diuer. iudicio. quia ex debito officij prosequuntur, ideo excusantur. l. monente, C. de delato. lib. 10. ne timore expésarum ius Regis indefensum dimittant. l. illud. ff. de petitio. hęred. Hippo. in d. §. superest in practica criminali. Nec pars ipsis procuratoribus regiis cõdemnantur argu. illius rubr. quod quisque iuris. vnde cum procurator regius pontisare prosequeretur criminosum, qui appellauerat, & fuerat dictum malè appellatũ & bene iudicatum cum expensis, ideo receptor voluit exigere expensas, delinquens appellauit ad senatum, qui malè iudicatum pronũciauit, cum non debeantur procuratori regio expésæ, cum ipsæ parti non debeat. arg. c. primi. de iudic. in 6. Nisi quis receperit eos tanquam priuatos, dum suo abutuntur officio, committendo dolum, fraudem, vel concussioné, & túc potest accipere eos (vt practicè loquar) in partes formales. Guido papæ in deci. Delphi. quæst. 269. denunciator. Henricus Bouerius in sing. incipien. expensæ. q. 23. Vel quando iurisdictionem impediunt ecclesiasticam, vt fuit prolatum arrestum, anno 1525. vl. die vel pe. mensis Ianuarij, pro episcopo Beluacen. contra procuratorem regium ciuitatis Claremonten. *en Beauuoysi*, vt est videre inter arresta Auffr. num. 417. in stilo parlamen. imò si procurator regius vel fiscalis episcopi est iunctus cum parte, & succumbant, pars ad omnes tenetur expensas, & procurator ad nullas, vt fuit dictum in senatu, anno 1520. die 16. Aprilis pro magistro Antonio rebours, adiuncto, contra habitantes *de Terci en Brie*, & anno 1542. die secunda Octobris. *In expēsis quādo regius aduocatus condemnari possit.* *Arrestum.* *Procurator regius quādo in partē recipi possit.* *Arrestum.*

¶ Decimumsextum, non tenentur milites in domo suscipere,

l.iubemus.C.de aduoc.diuers.iudi.& ibi Salyc.quia illi possent instrumenta regis subripere.Ideo hi in camera debent esse,sicut passer solitarius in tecto.

Filij aduocatorum regiorum alijs praeferendi.

¶ Decimumseptimum,filij eorũ si sint sufficientes,caeteris sunt praeferendi, vt ibidem patet. & in l. petitiones illo tit.& gratis debent admitti ad officia patris, vel ad alia, quod nuper vidi obseruari in filio doctissimi ac facundissimi viri do. Daygua aduocati regij in parlamento Tholosano. Ista enim incitare debent regios aduocatos,vt suos erudiant filios.

Existẽs in dignitate an & quã do torqueri debeat.

¶ Decimumoctauum,hi aduocati & procuratores non debent torqueri,tanquam existentes in dignitate. Bar.& Aret.in l.1.C. de aduoca.diuer.iudi. quod in hoc regno Franciae non admitteretur,quia delictum omnem honorem excludit.l.1. C.vbi senator vel clarissi. Releuarentur tamen in hoc, quia sine magnis indiciis, & in crimine grauissimo non torquerẽtur,quum praesumptiones pro se habeant innocentiae.

Procurator fisci nihil debet cõcludere sine aduocatis.

¶ Decimumnonum,ꝙ procurator fisci non debet causam fisci agitare absente aduocato.l.fi.C.de aduoc.fisci.l.non intelligitur.§.diuus. & l. si fiscus. ff. de iure fisci. Guiliel. le Rouille in tracta.de descriptio.iusti.lib.3.c.6.de aduocato & procuratore fisci,eo quippe datus aduocatus regius, vt consulat procuratori,quid agendum sit, & si eius consilium respueretur, res fisci in irritum cedere posset,imò sententia non valeret absente aduocato,per d.l.fi.vbi Aret.not.& in d.l.si fiscus dicitur, nihil esse actũ,ideo ex integro cognosci oportere,quod est mẽti tenẽdũ.

Arrestum.

¶ Et ideo fuit annullata appellatio procuratoris regij ciuitatis Ambianen.qui appellauerat à sententia iudicis,eo quòd fuerat elargitus reus,cum consensu aduocati regij,& fuit ei praeceptũ factum, vt concluderet ad consilium aduocatorum regiorum, anno 1539. die 9. Iunij.

Procuratores regij ac aduocati omnibus aliis praeferuntur.

¶ Vigesimum priuilegium est,quòd omnibus aduocatis etiam doctoribus, & tempore antiquioribus debent praeferri, quia à principe sunt approbati ratione officij,l.2.& l.restituẽdae.in fi. C.de aduoca.diuer.iudi.ibi, nã qui à nobis digni iudicati sunt, ij multomagis in anterioribus sunt iudicãdi,& debent alij aduocati eos honore,& ipsi alios prosequi, meminisse debent patres quòd & filij fuerunt. §.haec autem.in authen. vt cum de appel. cognosci.coll.8.Etiam habet locum in procuratore regio,cum sit magnus magister in Francia. Io. Fab.in §.fi.insti. de except. & quandoque non absurdè aduocatus nuncupatur,quia aduocato

ſtato deficiente poſtulat, vt ſæpiſsimè vidi in hoc parlamento. eſt nobis teſtis glo.in l.non intelligitur. §. diuus Adrianus. ff. de iure fiſci:idem dico in regio aduocato magni conſilij, vt etiam iis priuilegiis decoretur, eſt enim magni conſilij angelus, nec excludò etiam eiuſdem procuratorem, cùm ſit tyriaca dicti ſacri magni conſilij.

De aduocato et procuratore magni cōſilij.

¶ Vigeſimumprimum, quòd à manu principis ſtrenas debent in ſingulas Ianuarij Calen. recipere. l.laudabile. C. de aduoca. diuerſo.iud.vide text.in c.legauit.37.diſt. & in c.non obſeruatis.26.q.vlti. vbi reprobantur illa dona. ideo hodie non ſeruatur hoc priuilegium, quod ſi fortè principi oſtenderetur, illud reciperet.& eis ſeruaret.

Strenas ſuſcipere à principe debent.

¶ Vigeſimumſecundum, poſſunt à principe illuſtri dignitate decorari,& vnus filius illorum,aut alius nomine ſuo.l.reſtituēdæ.§ ad hoc.C.de aduoca diuerſo.iudic.

¶ Vigeſimumtertium,quòd non tenentur ad cuſtodiam ciuitatis,nec ad excubias.tex.& ibi Bal.in l.ſancimus in prima. C.de aduoca.diuer.iudicio.niſi in ſubſidium.Aret.ibi.poſt glo. & ex cauſa neceſſitatis,vt nota.in l.ad inſtructionē.C.de ſacroſanct. eccle.quia ſatis ſupérque eos vigilare oportet pro cauſis regiis.

Aduocati ad cuſtodiam ciuitatis an teneantur.

¶ Vigeſimumquartum,quia ab omni onere ſunt exempti, tam ipſi quàm liberi eorum, etiam ante ſuſceptam aduocationem nati.l.aduocatos, & ibi Aret. C.de aduoca.diuerſo.iudi.etiam à tutela excuſantur.l.geometræ.& ibi Bar.ff. de excuſa. tuto.§. item diuus,illo titu.in lib.inſti.

¶ Vigeſimumquintum etiam poſt ſuum officium finitum vel renunciatum,vnam ex ſuis domibus habent exemptam ab onere imponendorum ſtipendiorum.tex.& ibi Aret.in l.iubemus.C. de aduoc. diuerſ.iudic. Fallit ſi propter delictum eſſet officium ademptū,quia delictum honorem excludit,vt ſupra dictū fuit.

¶ Vigeſimumſextum,non debent agere, vel conueniri,niſi coram præſide,id eſt coram ſeneſchalo,bailliuo,vel gubernatore. d.l.iubemus.& l.petitionum.ſed in hoc parlamento coram dominis ſupplicationum ſicut conſiliarij agunt, & conueniuntur, ſunt enim grande ſignori.

¶ Vigeſimumſeptimum eſt,quia eis ſalarium debetur,etiā tempore quo nō litigant, id eſt tempore vacationum.quia per eos non ſtat,& interim ſeruiunt regi in cōſiliis,hoc expreſſim Cardi.tradit in cle. ſtatutū.q.6.de electio.in procuratore eccleſiæ, cui æquiparatur procurator regius,quod ſecus in aliis regis of-

Salarium quocunque tempore anni iſtis eſt debitum,etiā in vacationibus.

ficialibus, vt super hoc extant regis ordinationes.

¶ Pro quibus facit text.iuncta glos.in l.titius. ff. de testa.milit. & in officialibus curiæ Rom.quòd non gaudeant prærogatiuis & priuilegiis, si tempore vacationum non exerceant actu sua officia.concludit Io.Staphile.in tracta. de literis gratiæ,fo.116. de prærogatiuis expectantium. Et fuit dictum in senatu, quòd hi procuratores regij non possunt habere nisi vnum substitutú, contra procuratorem regium castelleti. Idem dico in tempore valetudinis aduersæ, Bar.in l.1.§.diuus.ff.de variis & extraord. cognitio.doct.in d.l.diem functo.

Arrestum.

Vnum substitutū habet tantum procurator regius.

¶ Vigesimumoctauum,quòd à collectis & aliis impositionibus sunt exépti.l. actores. & ibi patruus meus Rebuff.C.de exacto. tributo.li.10. quia postquam laborant pro seruitio reipublicæ, debent collectam cum seruitio compensare. l.in rebus. §. possunt.ff.commodat.& in præstatione tributorum laboris & operæ ratio habenda est.l.nemo,cum l.seq.C.de decurio.li.10.vide Franciscum de Parma in tracta.de priuileg.fisci.q.penulti.

Adire hæreditatē an procurator regius possit.

¶ Vigesimumnonum, procurator Cæsaris potest hæreditatem fisco delatam adire, & est hoc præcipuum in procuratore Cæsaris.l.1.in fi.ff.de off.procur.Cæsaris,quanuis in alio procuratore,contrarium statutum sit in l.per procuratorem,quæ alias incipit Paulus.ff.de acquiren.hæredit.& de isto dicit glo. in l.fin. ff.de assesso.quod parum amicis & inimicis potest prodesse:sed aduocati & procuratores fisci & regij,multo amicis emolumento esse possunt,& inimicis plurimo nocumento, si velint, salua etiam conscientia, quæ omnibus rebus præponi debet, quam tanquam Palladium præ se habere quilibet,si Christiano nomine vti velit,debet.

Aduocati fisci à patria potestate liberantur.

¶ Trigesimum,viri eloquentissimi fisci patroni liberantur à patria potestate per huius adeptionem officij.l.fin.C.de decurionib.li.10.quis enim sub potestate eos dixerit? qui omnes homines,etiam per lasciuiam delinquentes,sub quadam potestate habere dicuntur?homines verò bene facientes à potestate eorum eximuntur.Nam vulgò dicitur:Fac bene, & nó timebis iudicē. Ad Roma.13. & ca.in cunctis.11.q.3.l.nulli.& ibi patruus meus Rebuffus.C.de agenti.in Reb.lib.12.Feli.in proœmio decreta. rex pacificus.col.1.Iusto enim non est lex posita.1.ad Thimo.1. c.quæ spiritu dei aguntur,non sunt sub.lege,c.licet.de regula.

¶ Trigesimumprimum,quod hoc nobile munus recipiens à cohortali conditione,tam ipsi quàm eorum liberi etiam ante of-

ficium

ficium nati liberantur.l.2.C.de aduoca.diuerso.iudic.

¶ Trigesimumsecundum, quod ad nullas sportulas in eorum causis tenentur, præter descriptas in d.l.per hanc.§.fi.C.de aduoca.diuerso.iudic.& l.petitiones.§.pro sportulis.ibidem.

¶ Trigesimumtertium, quod si filios ingenuos habeant, eos clarissimorum notariorum inseri consortio, sine quadam suffragij solutione concedit imperator in l. laudabile.§. & postquã. C.de aduoca.diuerso.iudic.

¶ Trigesimumquartum, quod in priuilegiis datis curiæ, aduocati & procuratores comprehenduntur, eo quòd sunt de corpore curiæ.& ita fuit pronunciatum anno,1416.die.20.Martij, vt indultum de non soluendis collectis datum curiæ extenderetur ad gentes (vt vocant regias) & indultum de nominatione consiliariorum & curiæ eos comprehendit.& reipubl. causa abesse censentur, l.abesse cum l.seq.ff.ex quib.caus.maio.

Priuilegia curiæ data comprehendunt aduocatos regios.

Arrestum.

¶ Vltimum præcipuum, illis est, quòd si aduocati vel procuratores fisci iniuriis & deprædationibus quemquam vexent, viui comburendi sunt.tex.sing.oculo toruo conspectus, in l.vniuersi.C.vbi causæ fiscales, & est melior iuris secundum Bal.in marga.in verbo damnatus. in 1. quæst.ratio illius text. est, quia illa delicta redeũt in principis ignominiam, cum à suis officialibus, qui alios corrigere, & instare vt corrigantur, debent, committantur, vnde dicit tex.in ca.primum itaque.25.distinct.quomodo enim potest præses auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruit? qua libertate peccãtem corrigere potest? cum tacitus ipse sibi respondeat eadem se admisisse, quæ corripit? debent ergo esse viri omni exceptione maiores, & sine macula, vt possint dicere illud euangelicum. Quis ex vobis arguet me de peccato? & supradicta decisio est iuri diuino conformis. Dauid Psalm. 119. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis, & Psalmo.131. Labor labiorum ipsorum operiet eos, cadent super eos carbones, in ignem deiicies eos, &c. nec possunt ipsi aut alij officiales impetrare à rege, vt pœna eis remittatur non facta mentione.l.mancipia, iuncta glo. C.de seruis fugitiuis. D.Ioannes Sainxon.in curia Delfi. præses.in ordina.Turonen.articu.38.in fi. prin.alia priuilegia vobis scribã, clarissimi aduocati, in ordina.Regiis, in quibus vos ephoris, qui erant apud Lacedæmonios, comparo. Interim hæc benigno suscipite animo, & meipsum vestrum agnoscite.

Aduocati & procuratores regij quales esse debeãt.

Casus speciale mandatum requirentes. a ¶ *Speciale*] Est ergo hîc vnus casus in quo quæritur speciale mandatum, videlicet vt acceptentur constitutiones, seu ordinationes in regno, nempe hoc arduum est, vel vt de nouo fiant. §. cúmque hoc deo, ibi specialiter in proœmio Insti.

Acceptatio beneficij mãdatum exigit speciale. ¶ Secundus, casus est in beneficij acceptatione. glo. & docto. in cle. vna. in verbo præsenti. de concess. præbend. & Rota. decis. 323. nota. Paul. in Antiq. Panor. & alij c. ac

torem suum ad hoc ab eodem Francisco Rege ad nos destinatum, habentem ad hoc speciale^a

cedens. de præb. Card. in cle. 1. q. 6. de procura. per text. in ca. si tibi absenti. de præb. in 6. quia inuito non acquiritur beneficiũ. l. inuito. ff. de reg. iur. Io. de Selua in trac. de benefic. in 3. parte. q. 55. Bertrand. consil. 226. Quæsitum. col. 2. vol. 3. secundum. impress. primam. Etiam quia per adeptionem secundi, & acceptationem pacificam vacabunt alia beneficia. cap. de multa. de præb. extra, execrabilis. eod. titu. Ioan. 22. dic vt scripsi in tract. nomina. q. 14. nume. 94.

In hæreditate, & in integrũ restitutione, & matrimonio speciale mandatum requiritur. ¶ Tertius, iussus super hæreditate adeũda specialis esse debet. l. si quis mihi bona. §. sed vtrũ. ff. de acq. hæredit. quia in ea paratur graue præiudiciũ, vel parari potest propter debita & credita, secundũ Angelum. ibi, sæpiuscule latet anguis in hæreditate.

¶ Quartus, absque speciali mandato in integrum restitutio non conceditur. l. illud. §. si talis. ff. de minor. quod est verũ, quando principaliter petitur, secus si incidenter. l. fi. C. vbi & apud quẽ cognitio in integrum restitu. agi debeat. gl. & doct. in. c. suscitata. de in integ. resti. quia agitur de retractando factum domini, quod non potest quis facere sine speciali mandato, nisi magna ex causa. Bal. in d. §. si talis per. l. si. hominem. ff. mandati. & tres rationes tradit Bal. in d. l. vna. C. etiam per procura. in fi. & in hac in integrum restitutione oportet exprimere causam, & personam, nec sufficit dicere constituo procuratorem ad petendũ in integrum restitutionem. Bart. in l. generali. ff. de ritu nuptia. Angel. in d. l. si quis mihi. §. sed vtrum, quod declara, vt per Bal. & Sali. in d. l. vna. C. etiam per procura. vide tamen Cassado. in decis. 1. de procura. & Aufrer. in decis. 55. in decis. Tholo.

¶ Quintus, matrimonium sine speciali mandato vnus pro alio non contrahit, & sine expressione certæ personæ. c. fi. de procura. in 6. l. generali. ff. de ritu nuptia. quia de perpetua hominis seruitute agitur. l. 2. ff. de libero homi. exibẽdo. & Neuisanus in

silua

silua nuptia.quippe sub pulchræ mulieris specie,interdum aspi dum latet venenum,vt apud cōiugatos in confesso est, requiritur etiam speciale mandatum in matrimonio spirituali , vt tradunt domini de Rota decisio.375.fuit dubitatum in nouis.

¶ Sextus, non facilè per procuratorem quis suspectus accusabitur.quoniam famæ causa est.l.non solum. §.fin.ff.de procur. scripsi in tract.de recusa.arti.1.in ordi.reg.

¶ Septimus,interdictum de libero homine exibendo. non instituit procurator,nisi nominatim eidem mandatum sit.l.Pomponius.in princip.ff.de procur.

¶ Octauus,qui duos procuratores omnium rerum suarum relinquit,nisi nominatim præceperit,vt alter ab altero pecuniam petat , non videtur mandatum vtrilibet eorum dedisse . l. qui duos.ff.de procurat.

Procurator quæ sine speciali mādato nō faciat.

¶ Nonus,nisi specialiter procuratori concessum sit pignus, remittere non potest.l. si consensit. §.1.ff. quib. mod. pignus vel hippoth.solui.nec etiam cōstituere.l. solutum.§.fi.ff. de pigno. actio.abundè declarat Antonius de Fano.in tract.de pigno. & hippoth.in primo membro.3.partis.nume.36.& seq.

¶ Decimus, per procuratorem, nec liberari, nec liberare quisquam acceptilatione sine speciali mandato potest.tex.& ibi gl. in l.per procuratorem.ff.de acceptila.vbi ratio traditur.

¶ Vndecimus,pacisci,nisi specialiter eidem concessum sit, procurator non potest.l.rescriptum,cum l.nam nocere.ff.de pact.

¶ Duodecimus.sine speciali mandato procuratori non soluitur.l.hoc iure ff.de solu.dic.vt in seq.casu.

¶ Decimustertius,iudicati actio procuratori ad lites non datur d.l.hoc iure, nisi habeat generale mandatum, & ad negotia & ad lites.l.2.& 3.ff.de administrat. tutor. Bald.in rub.de his per quos agere possumus.col.2.in institu.per glo.in l.puræ.§.actoris.ff.de doli excep. vel nisi liberam illius causæ administrationem haberet , quia tunc & ei solui , & transigere poterit . Mathessi.nota.30.nota quod licet procurator.

¶ Decimusquartus, procurator iuramentum deferre non potest,nisi totorum bonorum , vel nominatim eidem mandatum fuerit.l.iusiurandum quod ex conuentione. §.fi.ff.de iureiu.ca. qui ad agendum §.fi.de procur.in 6.

¶ Item procurator pro domino non iurat.l.quotiens prima.§. si tutor,de noxa. actio.

¶ Decimusquintus , iurare de calumnia sine speciali mandato

procurator non poteſt.c.fi.de iura.calumniæ.in 6.plenè Bar.& Alexand.in l.qui bona.§.ſi alieno.ff.de damno infect.

Fidelitas ſine ſpeciali mandato non fit, nec feudũ negatur domino.

¶ Decimusſextus, procurator fidelitatem pro domino abſque ſpeciali mandato præſtare non poteſt.c.tibi domino.63.diſt.& ibi Archi.Bal.in l.1.q.56.ff. de rerum diuiſio. Refert Boerius in §.10.de cõſuetu.feud.in cõſuetu.Bituricen.& Dominus Chaſſagneus in conſue.Burgund.§.2.in glo. *faire hommage*, Rub.*des fiefz*,vbi idem dicit in iuramento confirmatorio,& in iuramento per quod aliquis aſſerit ſe in negligentia,& in iuramento per quod poſitionibus reſpondetur,vt infra videre eſt.Idem in procuratore conſtituto ad negandum feudum moueri, ſeu teneri ab aliquo domino,ſeu(vt dicunt)*deſauouer*,quia tũc perdit feudum negans, niſi regem Franciæ confiteretur, vt ſcribit Boer. in §.13.in fi.de conſue.feud.& cenſual.in conſue.Bituri.& hæc negatio debet eſſe ſpecialis de rebus quas,vt dicunt,*deſauoue*,vt fuit iudicatum Anno.1520.die.8.Iunij.

Arreſtum.

¶ Decimusſeptimus,libellus obſcurus ſine domini ſpeciali mandato non poteſt declarari.Bar.& Angel.in l.inter ſtipulantem. §.1.ff.de verb. oblig. quia diuerſorum raro eſt vna voluntas.c. quia diuerſitatem.de conceſſ.præb. & ſolus deus eſt voluntatis ſcrutator.c.erubeſcant.32.diſt.

Non tranſigit procurator, nec cõpromittit.

¶ Decimusoctauus,procurator, niſi eidem hoc ſpeciatim conceſſum fuerit,tranſigere non poteſt, quia faceret contra mandatum ſuum,text.in l.mandato.ff.de procur.l.tranſactionis. C.de tranſact.Soci.conſi.255.viſa.col.2.in 2.vol.Limita,vt ibi,& per domi.de Rota.deciſio.62.Nota ꝙ vbi.in antiq.c.qui ad agendũ.in fi.de procura.in 6.& ibi addidi.& in l.interdum.2.§.Qui tutelã.ff.de furt.trãſactio tamẽ facta ad vtilitatem domini valebit.Corſe.ſingulari incip.Pupillus.Et ibi in additio.nec indebitum ſoluere.l.illud.ff.de minor.l.ſi procurator.de cõdic. indeb.

¶ Decimusnonus, compromittere ſine ſpeciali mandato procurator non poteſt.c.per tuas.de arbi.glo.in c.cum dilectus. de religio.domi.Bolog.conſil.6.viſo.

¶ Vigeſimus,in pace facienda exigitur ſpeciale mandatum.Speculator in ti.de treuga.§.1.ver.hoc quoque.Roma.ſingul.460. nunquid.

¶ Vigeſimusprimus, beneficia ſine ſpeciali mandato conferri (quia donare eſt)non poſſunt.c.fi.de offi.vica.in 6.& ibi multa addidi.& in praxi beneficiali in forma vica.epiſcoporum.

¶ Vigeſimusſecundus,non poteſt quis donare bona alterius ſi-

ne

ne ſpeciali mandato.l.filiusfamilias.ff. de dona. Fallit in.l.cum plures.§.fi.ff.de admi.tuto.& in aliis caſibus à iure expreſsis.

¶ Vigeſimustertius,eſt in prorogāda iuriſdictione, de qua tex. & doct.in.c.cum olim.in primo.de offi.delega. Guido papæ in deci. Delphina.q.285.ſtatuto.

¶ Vgeſimuſquartus,procurator non nuntiat nouum opus ſine ſpeciali mandato.glo.in.l.de pupillo.§. qui procuratorio.ff. de noui ope.nuncia.ſed ibidem cōtrarium tenent Bar.& Iaſ.videlicet ſufficere generale mandatum.

¶ Vigeſimuſquintus,eſt in denūciatione,q̄ mulier facere debet, ſi prægnātem ſe exiſtimet.l.1.§.1.& ibi Bar.ff. de liber.agnoſcē.

¶ Vigeſimusſextus,reſcripta ad lites ſine ſpeciali mandato impetrari non poſſunt, alioqui impetrans tanquam falſarius punitur,quia ſunt odioſa,& poteſtati prǫiudicant ordinariǫ.c.nonnulli.§.1.de reſcrip.illam tamē pœnam nunquam vidi in Frāncia imponi,cum paſsim ſine mandato impetrentur in ea. Et de conſuetudine impetrantur reſcripta ad lites, etiam ſine mandato,& curia,non ſolet illam admittere exceptionē defectus mandati:vt doc.dicunt in.d.c.nonnulli. ſcripſi abundè in tract.de reſcript.in ordi.reg.in 2.tomo commenta. *Reſcripta ſine ſpeciali mādato impetrari ſolent.*

¶ Vigeſimuſſeptimus, inſtrumēta vetuſtate conſumpta tranſſcribi,ac reparari non debent abſque ſpeciali mandato.c.fi.de fide inſtru.Spec.in ti.de procur.§.1.verſi.item opponitur, ibi,vndecimo in inſtrumentis.vide in.l. notionem,§. inſtrumentorum. ff.de verb.ſignifi.& quæ ibi ſcripſi.

¶ Vigeſimusoctauus,in beneficiorū renūciatione, Card.in cle. vna.de renun.col.1.quia quod noſtrū eſt,ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt,regula,id quod noſtrum.ff.de reg.iur.

¶ Vigeſimuſnonus,ad petendum diſpenſationē. Bal.in.l.illud. §.1.ff.de minor. Panor.in.c. innuit. col.2. de elect. hoc tamen non vidi ſeruari,alioqui pueris nō impetrarent parentes tot diſpenſationes,quia non valerent,ſed multa per patientiam tollerantur,quæ ſi venirent ad iudicium,non tollerarentur.c.cum iamdudum.de præben.

¶ Trigeſimus,votum vltramarinum ſine ſpeciali mandato papæ commutari non poteſt.c.ex multa.de voto.

¶ Trigeſimuſprimus,procurator nō habēs ſpeciale mādatū dominum ratione euictionis defendere nō poteſt.nota.in.c.fina. vt lite non conteſtat.& ideo curia parlamēti ordinauit, Anno 1323.quòd deinceps hi qui volūt euictionē aſſumere per alium *Euictio ſpeciale mādatum requirit. Arreſtum.*

potestatem hanc concedant procuratoribus, sic videlicet. *donnant & octroyant audict procureur plain & special pouuoir, & auctorité de faire adueu ou desadueu sans guarentise.* Auff. in stylo parlamenti in. 1. parte. rub. de dilatio. quæ datur pro garando, & citari debet ad euictionē dominus, & non procurator. Ioan. Gal. in q. per arrest. quæst. 54.

¶ Tricesimussecundus, iudex accusatus post officium depositum nō debet discedere, nisi dato procuratore instructo. l. vna. ver. quod si intra. C. vt omnes iudices tā ciuiles quàm militares.

¶ Trigesimustertius, quando papa vel rex sibi reseruat quicquā, tunc speciale mandatum exigitur antequam inferior de hoc cognoscere possit. cap. vt nostrum. de appella. Bal. in. d. rub. insti. de his per quos agere possumus, dixi in tract. de euoca. in ordi reg. in. 1. tomo commentari.

¶ Trigesimusquartus, tutor nō excusatur per libellos, id est per procuratorem generalē, per specialem sic. exponit glos. in. l. excusare. ff. de excusa. tuto. quáuis aliter exponi potest, sed de hoc alias in meis no. interpre.

¶ Trigesimusquintus, idem in alio officio, & ad petendum legitimationem. Bar. in. d. l. excusare. & Bald. in rubri. de his per quos agere possumus.

¶ Trigesimussextus, ad alienandum. l. si procurator. ff. de condict. indebi. nisi res tempore perituras. l. procurator totorum. ff. de procurato. vel si solitam alienationem fecerit. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. Bal. consil. 138. factū, in. 5. volu. vide eum consil. 181. eo. volu.

Procurator non renunciat appellationi.

¶ Trigesimusseptimus, non potest procurator sine speciali mandato appellationi renunciare Bal. in. l. fi. §. fina. C. de temporib. appella. Ias. in. l. cum procurator. ff. de noui operis nuntiat. potest tamen habito cōsilio in curia acquiescere, vt est in ordina. regiis videre. & quotidie ita in pract. seruatur, vt abundè trado in ordina. regiis. rub. de appella. in 3. tomo commenta.

¶ Trigesimusoctauus, procurator non debet aliquem nomine domini capere vel relaxare sine speciali mandato. l. non solum. §. fina. ff. de procurato. sic consuluit Soci. consi. 120. cum in præsenti. col. 3. cum seq. in 1. volu. Alexan. consil. 133. circa. in. 6. vol. vbi tenet hoc casu valere ratihabitionem, vel generale mandatum cum libera.

¶ Trigesimusnonus, speciale mandatum in absolutione petēda requiritur. nota. in c. cū desideres, de senten. excōmunica. Barb. con-

consi.7.visis dubiis,col.4.q.4.vol.3 Auffr.in decisio. Tholos. q.56.quia pœnitentia & confessio nō potest fieri per aliū Feli. in c.cum desideres.de sententia excommuni.

¶Quadragesimus,procurator non potest opponere crimina,& defectus sine speciali mandato.cle.2.de procura. *Opponere crimina,*

¶Quadragesimusprimus, in respondendo positionibus requiritur speciale mandatum.Imol.in.l.penul.§.ad crimen.ff.de publicis iudiciis,quem refert & sequitur Maria.Soci.consi.55.præstantissime,in fi.vol.primo. *vel respondere positionibus,requirūt speciale mandatum.*

¶Quadragesimussecundus, ad recognitionem schedulæ debet speciale interuenire mandatum,vt plenè docui in tracta.de chirog.recogni.in ord.reg.artic.:.nu.26.in 1.tomo.comenta.

¶Quadragesimustertius,libri scholasticorum sine mādato speciali alicui non sunt restituendi,nec tradendi. Alber.in.l.qui ita §.1.in fi.ff.ad Trebel. & dixi in priuilegiis schola.priui.114.vbi fusius videre est.

¶Quadragesimusquartus,nec venia ætatis impetratur sine speciali mandato.l.2. C.de his qui veniā ætatis impetra. scripsi in tracta.de regestis baptis.art.1.in 2.tomo comentari. in cōst.reg.

¶Quadragesimusquintus,non potest procurator sine speciali mādato ab executiōe sentētię appellare,quia dominus in pœnā incideret.l.ab executione.C.quorum appel.nō recipiunt. Auffrerius in decisio.capel.Tholo.q.476.sic hodie cū per ordinationes incidat in mulctam sexaginta librarum malè appellans.

¶Quadragesimussextus,ad accipiendū possessionem beneficij requiritur speciale mandatum.quando illa possessio multū habet iuris,secus si facti.Auffr. in decisio. Tholo.q.486. elucidat glo.in c.cum nostris.de concessio.præb.

¶Quadragesimusseptimus,idem in diuisione bonorū, nec sufficeret procuratoriū ad petēdū diuisionē, sed oportet quod inseratur,*pour iecter aux lotz.opter,& faire autres actes apartenās aux faictz de partage*;si diuisio sic fiebat, ita iudicauit senatus, anno 1543.die 7.August.quia diuisio pro alienatione habetur. *In diuisione speciale requiritur mandatum.*

¶Vltimò,in omni arduo & pōderoso negocio,& in aliis casibus in quibus reperitur tāta vel maior ratio, requiritur etiā speciale mādatū.Ioannes Fab.nuncupatim in.§. procurator.insti.de his per quos agere possumus,quē sequitur Auff.in stylo parlamēti,in.1.part.rub.de dilatio. quæ datur pro garando.§.item si adiornatus,vide glo.in verbo vel alterius in forma māda.vigintiquatuor casus tradit Speculator in ti.de procura.§.1.versi. *Arrestū.*

Item opponitur. intercise tamen. & glos. in d. c. qui ad agédum, sed non inueni vsquam, ita planè deductos, & hic huius finis gl. esto, dum prius dixerimus quando dicatur speciale mandatum? respon. tunc dici, quando ab omni verborũ generalitate est extractum, & nominatim cócessum. l. Pompo. ff. de procura. Iaco. in l. vna. col. 4. nu. 33. ff. de offi. procura. Cæsaris, & quanuis mandatum generale cum libe

Speciale mãdatum quando dicatur. & an sufficiat ratificatio.

& sufficiens a mandatum acceptauit.

ra æquipolleat speciali mandato. Fallit tamen, vt per Iaso. in. l. iusiurandũ quod ex conuentione, col. 1. & 2. ff. de iureiurand. & quando requiritur speciale, nec id potest ratificari, vt concludit Lauren. Calca. cósi. 77. in Christi. & c. primo. col. 2. facit glo. in c. nonnulli. in verb. sine speciali. de rescrip.

¶ Nec sufficit generale etiã cum libera. l. si quis mihi. §. iussum. ff. de acquir. hæred. Alex. consi. 133. circa. in 6. vol.

Sufficiens mãdatum quando dicatur.

a ¶ *Et sufficiens*] Tollit eáque not. in. c. 1. de appel. in 6. vbi procurator minus instructus nõ dicitur habere sufficiens mandatũ. Bal. in. l. illud. §. fin. ff. de minor. népe quádo métio fit de procuratore intelligitur de legitimè constituto, & cum sufficienti mã dato. Bal. in l. vna. col. 1. C. etiam per procuratoré causam in integrũ resti. agi posse. & si primò fuit generaliter cóstitutus, & is prosequatur causam requirentem speciale mandatum, si postea producatur speciale mádatum ante exclusionem productionis, conualidatur iudicium. Bal. in. l. falsus. col. 9. versic. ad tertiã. nu. 25. C. de furtis. ideo solent cauti demum scribere practici, talis constituit talem cum ratihabitione gestorum, &c. & dicitur tũc sufficiens, quando per illud potest facere ea quæ sibi mandata sunt. arg. eorum quæ notant. in cap. cum in cunctis. in princi. de elect. finem huic rub. impono.

¶ Rubr. de regia ad præla. &c.

Huius tituli diuisio

HIc titulus habet tres partes principales, prima præbet regi nominationé in cathedralibus ecclesiis, ac metropolitanis, certúmque tempus eidem præstituit, intra quod si non nominet, plena erit papę dispositio. In secunda quę est, ibi, monasteriis, idem statuit in monasteriis & prioratibus conuentualibus electiuis. tertia, ibi, per præmissa, &c. ecclesiis habétibus priuilegia eligendi electionem reseruat, & hęc sit huius tituli summa. de nominatione regia est tex. in c. quod sicut. de electio.

De

a ¶De eorum fratrũ consilio] Et sic papa ardua cũ consilio cardinaliũ explicat, tex. in c. per venerabilẽ, ver. si difficile, &c. qui filij sint legitimi, dixi tit. 2. supra eodẽ, in verbo de eorũ. Idẽ in episcopo, vt ex consilio canonicorũ ardua tractare debeat. c. nouit. &. c. quanto. de his quæ fiunt à prælat. & quæ dicantur ardua, relinquit arbitrio boni viri. Feli. in cap. causam 1. col. 2. de iud. Imperator etiã in arduis procedit cum consilio, vt in auth. habita. C. ne filius pro patre, vt dixi.

De regia ad prælaturas nominatione facienda.

¶Hic. §. primus sic diuiditur, imprimis prohibet electionem fieri metropolitanis, & cathedralibus. In secunda parte nominationẽ regi præbet faciendã de viro qualificato intra certũ tẽpus ibidem præstitutum. In tertia parte duos excipit casus, videlicet quando tẽpore præstituto non prouidit, & quando vacant in curia. In quarta parte annullat electiones factas contra præmissa. In quinta à qualificatione prædicta excipit regis consanguineos, & alios de quibus, ibi. secũda pars est, ibi, sed illarũ. tertia. ibi, alioqui. quarta, ibi, decernentes. quinta, ibi, cõsanguineis, & sit hoc, loco summarij ad istũ. §. primum, & cum forma nominationi regiæ data sit, optimum est ipsius interpretationẽ facere verbis eius relatis, vt in simili tradit Vlpia. in l. itẽ veniũt. §. præter. ff. de pet. hæred.

¶ Sic rex debet capere consiliũ pro republica, sicut pater ꝓ filiis suis. Bal. in. c. intellecto, nota. 2. de iureiu. vbi dicit regem debere tueri salutẽ reipub. imò quando cõstitutio regis tãgit populũ, debet requiri populi consensus, nõ totius, sed principalis. Nam decuriones, consules, & scabini vocari debẽt, arg. §. interim. in auth. de defenso. ciuita. colla. 3. Bald. expressim in cap. quanto. col. prima, de iureiur. & ideo gentes trium statuũ solent cõuocari in hoc regno ex consuetudine, licet Imol. in cap. fi. de maiori. dicat sufficere requiri consensum capitanei prouinciæ. alia hic multa tradit Ioannes Dayma, quę licet viderę. Multo maiora scribit Boschus de codecha in rubrica const. col. 16. cũ multis sequen. vbi tradit regulã de papa, ꝙ ardua cum consilio cardinaliũ tractare debeat cũ decẽ ampliationibus, & quatuor limitationibus, quæ omnia missa facio, tanquam sint in arca principum recondita, quando debeãt vocare, nisi iuri naturali nõ vocãdo derogarẽt,

Rex consilium capere debet pro republica.

DE eorundem a fratrum cõsilio, & vnanimi consensu,

prout scripsi in ordina.reg.rub.*des adiournemens personelz*.
a ¶[*Ex certa scientia*] Tunc papa dicitur scribere ex certa scientia, siue in literis exprimat.arg.c.si motu proprio. de præb.in 6. siue ex verbis eius elici possit. Panor.& alij in cap.adhæc.de rescript.Feli.in c.cum inter.de except.Ias. in l.si quis iniquum.in princip. col. 2. ff.de iurisdi.om.iud. multa hic de certa sciẽtia possem scribere, que addidi ad

ex certa [a] nostrà sciẽtia, & potestatis plenitudine [b], statuimus [c]

Alber.in dictio.in verbo clausula ex certa scientia, vbi sexcẽtas ferè allegationes inuenies. Item dum dicit hic Ioannes Dayma stãdum esse dicto summi pœnitentiarij, de his quę dicit sibi esse commissa viuæ vocis oraculo de consuetudine curiæ, secundò etiam in præiudicium tertij, intellige in his quæ respiciunt forũ conscientiæ, quia in illis non quærimus testes, sed procedimus simpliciter & de plano, in aliis secus crederem per. l. vnam.C. de manda.princip.& glos.in regula cancel. 37. tex.in ca.cum à nobis, vbi plenè docto.de testib.Barba. in tracta.de præstand. Card.in 1.quæst.2.partis.gl.& doct. in c.sicut, de sentẽ. excom. hodie ex cõmuni Francię praxi, nõ credimus etiam legato de latere asserenti se viuæ vocis oraculo dispensandi potestatem, vel aliam à papa habere, nisi eam ostendat, & in parlamẽtis eius potestas registretur: & postea qui ea indiget, potest habere exemplũ à registris parlamenti, & facit fidem, ac si originale produceretur, vt vidi sæpius obseruari in hoc Parisien. Parlamento, scripsi in rub.de registra.concord.in curiis facienda.infra.

Quãdo sit penitentiario credendum dicenti sibi commissum viue vocis oraculo.

b ¶[*Plenitudine*] Quæ est arbitrij plenitudo nulli necessitati subiecta, nullísque iuris publici regulis limitata, & nõ cõceditur nisi à deo. Bal.in l.si aquam.col.6.nu.38. & seq. C.de serui. & aqua.& hæc clausula solet apponi in legibus condendis, & ordinationibus, ac in arduis, quæ operatur, vt videatur princeps supra ius dispẽsare. c.proposuit.de concess.præben.cle. pastoralis. de re iud.in his tamen quæ rex præsumitur ignorasse, vt sunt iura partium, & possessiones, hæc clausula nihil proderit. c. 1. de cõsti.in 6.Bal.in l.fi.C.sentẽtiã rescindi nõ posse.Soci.cõ. 129. memini.col.7.in 3.vol.multa hic Dayma de hac clausula de plenitudine potestatis, de qua dixi in gl.iuramento. infra in forma mãda.apost.& in addi.ad Alber.in dictio.in verbo clausula, de plenitudine, siuæ si hic addere vellẽ, chartas multas implerem.

Clausula de plenitudine, quid sit, & quid operetur.

c ¶[*Statuimus*] De hoc verbo dixi in glo.1.§.1.de col.infra.& in inter-

interpre.vnicæ.nota.4.C.de senten.quę pro eo quod interest. vbi vide,si non graueris,abundè.

a ¶[*Ordinamus*] id est disponimus, & quasi in ordinem redigimus, aliquando tamen ordinare idem est quod consecrare.c. quia diligentia.de electio.vel ordinare, id est benedicere. c.2. de te-sta. aliquando ordines conferre. c. episcopus. de præbé.c. episcopus. 24. dist. interdum beneficium conferre. c. si tibi absenti.de pręben. in 6.c.nulla. & c. pen. de cóceß. præb. glo. in c.super eo.de offic. deleg.& aliquando instituere.c.1.16.q.5.& ibi glo. vel prouidere. c.nullam 18.q.2.licet glo.ibi exponat eligere, & aliquando sic sumitur,vt in c.cum in illis.& ibi Archi.de præb.in 6.aut institutionem confirmare.c.2. de arbit.c. postquam & ibi Præposi. 50.dist.vnde dicit gl.in verbo ordinationem.in extrauag. vna. de offi.deleg. in communibus verbum hoc esse multum generale cóprehendens quéuis modú, quo quis habet de re propria disponere iure suo,quod est notandum,vide tex.& glo.in l. sancimus.2.§.personis.C.de administra.tuto.& in proœ.ordin.in verb.*ordonnances.*1.tomo.commenta.dixi in glo.3. *Ordinare quot modis accipiatur.*

& ordinamus [a], quod decætero perpetuis futuris [b] temporibus loco dictæ Pragmaticæ sanctionis,ac omniú, & singulorú capitulorum in ea cótentorum,videlicet vt decętero cathedralibus [c]

b ¶[*Futuris*] Ergo ad futura tantùm hæc concordata extenduntur per hoc verbum,& verbum decętero hic positum de quo in c.non debet.de consang.& affi.& c.vno de postula.præla.in 6. & c.licet canon.de electio.eodem lib. c.detestanda. de conces. præbé. ibidem glo.in procem.clemen.in verbo decætero. & in cle.1. de vsur. quia natura legis est futuris dare formá negociis. c.fi.de consti.& ibi plenè Fely.& alij tradunt limitationes: haberet etiam locum in ecclesia vacante tempore horum concordatorum,per verbum.tex.núc & pro tempore, vt infra firmaui. *Verbú decætero quid significet.*

c ¶[*Cathedralibus.*] Reges in cathedralibus ecclesiis sunt patroni. Archi.teste in c.lectis.63. dist.& Bald.in procemio decreta. Rex pacificus.col.2.nu.12.& in c,quáto. in fi.de iudiciis, quod est verum quo ad protectionem ecclesiarum,& rerum ipsarum. c.principes.& c.res.23.q.5. sed non vt habeant potestaté eligendi,præsentandi,vel nominádi episcopos, vel archiepiscopos in illis.c.nobis.de iure patr.Card.in c.imperium.10. dist.& in d.c. *Reges in ecclesiis cathedralibus an sint patroni.*

lectis.vnde dicit Panor.in c.venerabilem.col.pen.nume.20. de electio.quod imperator est aduocatus, & defensor ecclesiæ, nõ patronus, sequitur Roch. Curtius.in trac.de iure patro.in verb. in ecclesia.q.1.vide Maleret.in tracta.de electio.fo. 19.& Boer. in deci.Burdeg.q.32.alia per nos.& q.46.nisi expressim eisdem concederetur à papa nominandi potestas, vt hic alias superflua esset hæc concessio, & omnes principes haberent, hanc nominandi potestatem, quod non est verum nisi expressè concessa fuerit, vt hic patet.

Rex an posit nominare ad ecclesiam cathedralem de nouo erectam.

¶Quid si aliqua nunc erigeretur in cathedralem? an rex posset nominare ad eam? videtur quòd sic, per verba huius tex. ibi pro tẽpore & ibi decætero,& quia verba cõueniũt, ergo & dispositio. Itẽ facit.l.placet.ff.de liber.& posthu. vbi institutio posthumi trahitur ad omnem posthumũ, etiam postea natum.& l.fi.§. fi.ff.de libera.lega.l.si cognatis de reb. dubiis.c.quanto.de censib. cum aliis multis quæ possent hic allegari.in contrarium tamen videtur, quòd rex non haberet nominationem, si non concederetur eidem expressè in erigendo, tum quia quod hic statuitur est odiosum ecclesiis, ergo debet restringi. l. cum quidã. ff.de liber. & posthu. tum etiam quia laicus non habet beneficiorum nominationem, vel collationem, nisi sibi expressè concedatur.c.si quis deinceps.16.q.7. Adhæc quia hæc cõcessio intelligitur de ecclesiis præsentibus,& non futuris. nam nominatio non potest dari ad ecclesiam, quæ non est, sicut seruitus nõ extenditur ad personas futuras.l.non modus.C.de serui.c.suggestum de dec.& sic verba huius text. quo ad hoc nõ trahentur ad futuros episcopatus. per clem.fi.& ibi docto.de rescript.tex. in l.si ita.ff.de auro & argen.lega.l.Iulianus.in fi. cum l.sequẽ. & l.vxori.§.1. de lega.3. multa adducit ad hanc rem. Fely.in c. cum adeò de rescript. scripsi de vniuersitate recenter erecta, in tracta.nomina.q.6.nume.10.maximè quãdo verteretur præiudicium alterius quàm concedentis.c. quia circa.de priuileg. vt est in hoc casu, quia esset præiudicium non solùm concedentis papæ, sed etiam ecclesiæ erectæ, ergo non extẽdetur, nisi aliter prouisum fuerit. & intellige regem in cathedralibus posse nominare, siue illa ecclesia fuerit regularis, vt Nemausen. Vticen. Salarten.& aliæ, siue secularis, quia constitutio loquens de ecclesia cathedrali comprehendit eam, siue sit regularis, siue secularis. Barb. in clemen.1. col.13. de electio.& sic seruatur. debebit tamen eo casu regularem nominare: quia verba debent intelligi

telligi secundum qualitatem personæ ad quam diriguntur. l. plenum. §. æquitij. ff. de vsu & habi. Bar. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condic. indebit.

& metropolitanis ecclesiis in dicto regno [a] delphinatu [b] & comitatu Diensi. ac Valentinẽ. nũc & pro tempore etiã [c] per cessionẽ

a ¶[*In regno*] Licet aliqui tradant differentiam quando dicatur de regno, vel in regno, quia generalius est dicere de regno Franciæ, quàm in regno Franciæ: nam Vasconia, Normania, & Britannia sunt de regno, non tamen in regno. Bonifa. in clementi. vlti. nume. 46. de priuileg. sic dicimus de exemptis ab episcopo, vt sint in diœcesi, non tamen de diœcesi, teste Panorm. in cap. abolendæ. nota. vlti. de sepult. tamen quando datur priuilegium regi & suo regno, vel habitantibus in regno, vel his qui sunt de regno, includentur omnes qui sunt sub ditione regis, & reginæ, & expressio facta in intitulationibus, videlicet dilecto filio regi Frãciæ, & cæt. censetur facta causa demonstrandi, cuius causa vel cuius hominibus indulgentia fiebat, non autem causa limitandi concessionem ad eos tantum. qui essent de regno vel in regno Franciæ. arg. l. penulti. §. quod vulgo. ff. de vi & vi arma. sed ideo expressit hîc Delphinatũ, & comitatum causa tollendæ dubitationis, vel quia sunt separati à regno. *In regno et de regno an differant.*

b ¶[*Delphinatu*] Dicitur Delphinatus ab Imberto Delphino, qui cum sine liberis esset, Philippum Valesium, Franciæ tum regem successorem, atque hæredem illius principatus fecit, nec multo post pecunia de qua conuenerat accepta à Philippo, mundo renuncians, prædicatorum ordinem Lugduni idem Imbertus professus est, & ibidem sepultus, & ab eo quidem tempore Imberto defuncto Franci Viennam, Delphinatúmque possederunt, si Gaguino credatur in lib. 8. de Philippi Valesij gestis scribenti, vnde primogenitus regis Franciæ filius Delphinus vocari est solitus, vt est omnibus obuium, quod pietate ac amicitia Delphini naturam sequatur, de quibus dicit Plinius lib. 9. c. 8. *Quare dicatur Delphinatus, & quomodo fuerit acquisitus.*

c ¶[*Etiam per cessionem*] Id est per resignationem quacunque, siue fuerit simplex, siue in fauorem, cum hic tex. simpliciter loquatur, & generaliter, ergo generaliter intelligetur de omni resignatione, etiam si quis resignaret pensione retenta, quia

procurator non potest.c.fi.de iura.calumniæ.in 6.plenè Bar.& Alexand.in l.qui bona.§.si alieno.ff.de damno infect.

Fidelitas sine speciali mandato non fit, nec feudū negatur domino.

¶ Decimussextus, procurator fidelitatem pro domino absque speciali mandato præstare non potest.c.tibi domino.63.dist.& ibi Archi.Bal.in l.1.q.56.ff. de rerum diuisio. Refert Boerius in §.10.de cōsuetu.feud.in cōsuetu.Bituricen.& Dominus Chassagneus in consue.Burgund.§.2.in glo. *faire hommage*, Rub.*des fiefz*,vbi idem dicit in iuramento confirmatorio,& in iuramento per quod aliquis asserit se in negligentia,& in iuramento per quod positionibus respondetur,vt infra videre est.Idem in procuratore constituto ad negandum feudum moueri, seu teneri ab aliquo domino,seu(vt dicunt)*desauouer*,quia tūc perdit feudum negans, nisi regem Franciæ confiteretur, vt scribit Boer. in §.13.in fi.de consue.feud.& censual.in consue.Bituri.& hæc negatio debet esse specialis de rebus quas,vt dicunt,*desauoue*,vt fuit iudicatum Anno.1520.die.8.Iunij.

Arrestum.

¶ Decimusseptimus,libellus obscurus sine domini speciali mandato non potest declarari.Bar.& Angel.in l.inter stipulantem. §.1.ff.de verb. oblig. quia diuersorum raro est vna voluntas.c. quia diuersitatem.de concess.præb. & solus deus est voluntatis scrutator.c.erubescant.32.dist.

Non transigit procurator, nec cōpromittit.

¶ Decimusoctauus,procurator, nisi eidem hoc speciatim concessum fuerit,transigere non potest, quia faceret contra mandatum suum,text.in l.mandato.ff.de procur.l.transactionis. C.de transact.Soci.consi.255.visa.col.2.in 2.vol.Limita,vt ibi,& per domi.de Rota.decisio.62.Nota ꝙ vbi.in antiq.c.qui ad agendū.in fi.de procura.in 6.& ibi addidi.& in l.interdum.2.§.Qui tutelā.ff.de furt.trāsactio tamē facta ad vtilitatem domini valebit.Corse.singulari incip.Pupillus.Et ibi in additio.nec indebitum soluere.l.illud.ff.de minor.l.si procurator.de cōdic. indeb.

¶ Decimusnonus, compromittere sine speciali mandato procurator non potest.c.per tuas.de arbi.glo.in c.cum dilectus. de religio.domi.Bolog.consil.6.viso.

¶ Vigesimus,in pace facienda exigitur speciale mandatum.Speculator in ti.de treuga.§.1.ver.hoc quoque.Roma.singul.460. nunquid.

¶ Vigesimusprimus, beneficia sine speciali mandato conferri (quia donare est)non possunt.c.fi.de offi.vica.in 6.& ibi multa addidi.& in praxi beneficiali in forma vica.episcoporum.

¶ Vigesimussecundus,non potest quis donare bona alterius si-

ne speciali mandato.l.filiusfamilias.ff. de dona. Fallit in.l.cum plures.§.fi.ff.de admi.tuto.& in aliis casibus à iure expressis.

¶Vigesimustertius,est in prorogāda iurisdictione, de qua tex. & doct.in.c.cum olim.in primo.de offi.delega. Guido papæ in deci. Delphina.q.285.statuto.

¶Vgesimusquartus,procurator non nuntiat nouum opus sine speciali mandato.glo.in.l.de pupillo.§. qui procuratorio.ff. de noui ope.nuncia.sed ibidem cōtrarium tenent Bar.& Ias.videlicet sufficere generale mandatum.

¶Vigesimusquintus,est in denūciatione,q̃ mulier facere debet, si prægnātem se existimet.l.1.§.1.& ibi Bar.ff. de liber.agnoscē.

¶Vigesimussextus,rescripta ad lites sine speciali mandato impetrari non possunt, alioqui impetrans tanquam falsarius puni tur,quia sunt odiosa,& potestati prę iudicant ordinarię.c.nonnulli.§.1.de rescrip.illam tamē pœnam nunquam vidi in Frāncia imponi,cum passim sine mandato impetrentur in ea. Et de consuetudine impetrantur rescripta ad lites, etiam sine mandato,& curia,non solet illam admittere exceptionē defectus mandati:vt doc.dicunt in.d.c.nonnulli. scripsi abundè in tract.de rescript.in ordi.reg.in 2.tomo commenta.

Rescripta sine speciali mādato impetrari solent.

¶Vigesimusseptimus,instrumēta vetustate consumpta transscri bi,ac reparari non debent absque speciali mandato.c.fi.de fide instru.Spec.in ti.de procur.§.1.versi.item opponitur, ibi,vndecimo in instrumentis.vide in.l. notionem,§. instrumentorum. ff.de verb.signifi.& quæ ibi scripsi.

¶Vigesimusoctauus,in beneficiorū renūciatione, Card.in cle. vna.de renun.col.1.quia quod nostrū est,sine facto nostro à nobis auferri non potest,regula,id quod nostrum.ff.de reg.iur.

¶Vigesimusnonus,ad petendum dispensationē. Bal.in.l.illud. §.1.ff.de minor. Panor.in.c. innuit. col.2. de elect. hoc tamen non vidi seruari,alioqui pueris nō impetrarent parentes tot dispensationes,quia non valerent,sed multa per patientiam tollerantur,quæ si venirent ad iudicium,non tollerarentur.c.cum iamdudum.de præben.

¶Trigesimus,votum vltramarinum sine speciali mandato papæ commutari non potest.c.ex multa.de voto.

¶Trigesimusprimus,procurator nō habēs speciale mādatū dominum ratione euictionis defendere nō potest.nota.in.c.fina. vt lite non contestat.& ideo curia parlamēti ordinauit, Anno 1323.quòd deinceps hi qui volūt euictionē assumere per alium

Euictio speciale mādatum requirit.

Arrestum.

potestatem hanc concedant procuratoribus,sic videlicet. *donnant & octroyant audict procureur plain & special pouuoir, & authorité de faire adueu ou desadueu sans guarentise.* Auff.in stylo parlamenti in.1.parte.rub.de dilatio.quæ datur pro garando,& citari debet ad euictionē dominus,& non procurator.Ioan.Gal. in q.per arrest.quæst.54.

¶ Tricesimussecundus, iudex accusatus post officium depositum nō debet discedere, nisi dato procuratore instructo. l.vna. ver.quod si intra.C.vt omnes iudices tā ciuiles quàm militares.

¶ Trigesimustertius,quando papa vel rex sibi reseruat quicquā, tunc speciale mandatum exigitur antequam inferior de hoc cognoscere possit.cap.vt nostrum. de appella. Bal.in. d.rub.insti. de his per quos agere possumus, dixi in tract. de euoca.in ordi reg.in.1.tomo commentari.

¶ Trigesimusquartus,tutor nō excusatur per libellos, id est per procuratorem generalē,per specialem sic. exponit glos.in.l.excusare.ff.de excusa.tuto.quáuis aliter exponi potest, sed de hoc alias in meis no.interpre.

¶ Trigesimusquintus,idem in alio officio, & ad petendum legitimationem. Bar.in.d.l.excusare. & Bald.in rubri. de his per quos agere possumus.

¶ Trigesimussextus,ad alienandum.l. si procurator.ff. de condict.indebi.nisi res tempore perituras.l.procurator totorum.ff. de procurato.vel si solitam alienationem fecerit.l.vel vniuersorum.ff.de pigno.actio.Bal.consil.138.factū, in.5.volu.vide eum consil.181.eo.volu.

Procurator non renunciat appellationi.

¶ Trigesimusseptimus,non potest procurator sine speciali mandato appellationi renunciare Bal.in.l.fi.§.fina.C.de temporib. appella. Ias.in.l.cum procurator. ff.de noui operis nuntiat.potest tamen habito cōsilio in curia acquiescere, vt est in ordina. regiis videre & quotidie ita in pract.seruatur, vt abundè trado in ordina.regiis.rub.de appella.in 3.tomo commenta.

¶ Trigesimusoctauus,procurator non debet aliquem nomine domini capere vel relaxare sine speciali mandato.l.non solum. §.fina.ff.de procurato.sic consuluit Soci.consi.120.cum in præsenti col.3.cum seq.in 1.volu. Alexan.consil.133.circa.in.6.vol. vbi tenet hoc casu valere ratihabitionem,vel generale mandatum cum libera.

¶ Trigesimusnonus,speciale mandatum in absolutione petēda requiritur.nota.in c.cū desideres.de senten.excōmunica. Barb.

con-

consi.7.visis dubiis,col.4.q.4.vol.3 Auffr.in decisio. Tholos. q.56.quia pœnitentia & confessio nō potest fieri per aliū Feli. in c.cum desideres.de sententia excommuni.

¶Quadragesimus,procurator non potest opponere crimina,& defectus sine speciali mandato.cle.2.de procura. *Opponere crimina,*

¶Quadragesimusprimus, in respondendo positionibus requiritur speciale mandatum.Imol.in.l.penul.§.ad crimen.ff.de publicis iudiciis,quem refert & sequitur Maria.Soci.consi.55.præstantissime,in fi.vol.primo. *vel respondere positionibus,requirūt speciale mandatum.*

¶Quadragesimussecundus, ad recognitionem schedulæ debet speciale interuenire mandatum,vt plenè docui in tracta.de chirog.recogni.in ord.reg.artic.1.nu.26.in 1.tomo.comenta.

¶Quadragesimustertius,libri scholasticorum sine mādato speciali alicui non sunt restituendi,nec tradendi. Alber.in.l.qui ita §.1.in fi.ff.ad Trebel. & dixi in priuilegiis schola.priui.114.vbi susius videre est.

¶Quadragesimusquartus,nec venia ætatis impetratur sine speciali mandato.l.2. C.de his qui veniā ætatis impetra. scripsi in tracta.de regestis baptis.art.1.in 2.tomo comentari. in cōst.reg.

¶Quadragesimusquintus,non potest procurator sine speciali mādato ab executiōe sentētię appellare,quia dominus in pœnā incideret.l.ab executione.C.quorum appel.nō recipiunt. Aufferius in decisio.capel.Tholo.q.476.sic hodie cū per ordinationes incidat in mulctam sexaginta librarum malè appellans.

¶Quadragesimussextus,ad accipiendū possessionem beneficij requiritur speciale mandatum.quando illa possessio multū habet iuris,secus si facti.Auffr. in decisio, Tholo.q.486. elucidat glo.in c.cum nostris.de concessio.præb.

¶Quadragesimusseptimus,idem in diuisione bonorū, nec sufficeret procuratoriū ad petēdū diuisionē, sed oportet quod inseratur,*pour iecter aux lotz,opter,& faire autres actes apartenās aux faictz de partage*;si diuisio sic fiebat, ita iudicauit senatus, anno 1543.die 7.August.quia diuisio pro alienatione habetur. *In diuisione speciale requiritur mandatum.*

¶Vltimò,in omni arduo & pōderoso negocio,& in aliis casibus in quibus reperitur tāta vel maior ratio, requiritur etiā speciale mādatū.Ioannes Fab.nuncupatim in.§. procurator.insti. de his per quos agere possumus,quē sequitur Auff.in stylo parlamēti,in.1.part.rub.de dilatio. quæ datur pro garando.§.item si adiornatus,vide glo.in verbo vel alterius in forma māda. vigintiquatuor casus tradit Speculator in ti.de procura.§.1.versi. *Arrestū.*

Item opponitur.intercise tamen.& glos.in d.c.qui ad agédum, sed non inueni vsquam,ita planè deductos,& hic huius finis gl. esto,dum prius dixerimus quando dicatur speciale mandatum? respon.tunc dici,quando ab omni verborũ generalitate est extractum,& nominatim cõcessum.l.Pompo. ff.de procura.Iaco. in l.vna.col.4.nu.33.ff. de offi.procura. Cæsaris,& quanuis mandatum generale cum libera æquipolleat speciali mandato. Fallit tamen, vt per Iaso.in.l. iusiurandũ quod ex conuentione,col.1. & 2.ff.de iureiurand.& quando requiritur speciale,nec id potest ratificari,vt concludit Lauren.Calca.cõsi.77.in Christi. & c.primo.col.2. facit glo.in c.nonnulli.in verb.sine speciali.de rescrip.

Speciale mãdatum quando dicatur. & an sufficiat ratificatio.

& sufficiens a mandatum acceptauit.

¶ Nec sufficit generale etiã cum libera.l.si quis mihi.§. iussum. ff.de acquir.hæred. Alex.consi.133.circa.in 6.vol.

Sufficiens mãdatum quando dicatur.

a ¶ [*Et sufficiens*] Tollit eáque not.in.c.1.de appel.in 6.vbi procurator minus instructus nõ dicitur habere sufficiens mandatũ. Bal.in.l.illud.§.fin.ff.de minor.népe quãdo mẽtio fit de procuratore intelligitur de legitimè constituto,& cum sufficienti mãdato.Bal.in l.vna.col.1. C.etiam per procuratoré causam in integrũ resti.agi posse. & si primò fuit generaliter cõstitutus,& is prosequatur causam requirentem speciale mandatum,si postea producatur speciale mãdatum ante exclusionem productionis, conualidatur iudicium.Bal.in.l.falsus.col.9.versic.ad tertiã.nu. 25.C.de furtis. ideo solent cauti demum scribere practici,talis constituit talem cum ratihabitione gestorum,&c.& dicitur tũc sufficiens, quando per illud potest facere ea quæ sibi mandata sunt.arg.eorum quæ notant.in cap.cum in cunctis.in princi.de elect.finem huic rub.impono.

¶ Rubr.de regia ad præla.&c.

Huius tituli diuisio

HIc titulus habet tres partes principales, prima præbet regi nominationẽ in cathedralibus ecclesiis, ac metropolitanis,certúmque tempus eidem præstituit, intra quod si non nominet,plena erit papę dispositio.In secunda quę est,ibi,monasteriis,idem statuit in monasteriis & prioratibus conuentualibus electiuis.tertia,ibi,per præmissa, &c.ecclesiis habẽtibus priuilegia eligendi electionem reseruat,& hęc sit huius tituli summa.de nominatione regia est tex.in c.quod sicut.de electio.

De

a ¶[De eorum fratrũ consilio] Et sic papa ardua cũ consilio cardinaliũ explicat, tex. in c. per venerabilẽ, ver. si difficile, &c. qui filij sint legitimi, dixi tit. 2. supra eodẽ, in verbo de eorũ. Idẽ in episcopo, vt ex consilio canonicorũ ardua tractare debeat. c. nouit. &. c. quanto. de his quæ fiunt à prælat. & quæ dicantur ardua, relinquit arbitrio boni viri. Feli. in cap. causam 1. col. 2. de iud. Imperator etiã in arduis procedit cum consilio, vt in auth. habita. C. ne filius pro patre, vt dixi.

¶ Sic rex debet capere consiliũ pro republica, sicut pater ꝓ filiis suis. Bal. in. c. intellecto, nota. 2. de iureiu. vbi dicit regem debere tueri salutẽ reipub. imò quando cõstitutio regis tãgit populũ, debet requiri populi consensus, nõ totius, sed principalis. Nam decuriones, consules, & scabini vocari debẽt, arg. §. interim. in auth. de defenso. ciuita. colla. 3. Bald. expresſim in cap. quanto. col. prima, de iureiur. & ideo gentes trium statuũ solent cõuocari in hoc regno ex consuetudine, licet Imol. in cap. fi. de maiori. dicat sufficere requiri consensum capitanei prouinciæ. alia hic multa tradit Ioannes Dayma, quę licet viderę. Multo maiora scribit Boschus de codecha in rubrica const. col. 16. cũ multis sequen. vbi tradit regulã de papa, ꝙ ardua cum consilio cardinaliũ tractare debeat cũ decẽ ampliationibus, & quatuor limitationibus, quæ omnia missa facio, tanquam sint in arca principum recondita, quando debeãt vocare, nisi iuri naturali nõ vocãdo derogarẽt,

Rex consilium capere debet pro republica.

De regia ad prælaturas nominatione facienda.

¶ Hic. §. primus sic diuiditur, imprimis prohibet electionem fieri metropolitanis, & cathedralibus. In secunda parte nominationẽ regi præbet faciendã de viro qualificato intra certũ tẽpus ibidem præstitutum. In tertia parte duos excipit casus, videlicet quando tẽpore præstituto non prouidit, & quando vacant in curia. In quarta parte annullat electiones factas contra præmissa. In quinta à qualificatione prædicta excipit regis consanguineos, & alios de quibus, ibi. secũda pars est, ibi, sed illarũ. tertia. ibi, alioqui. quarta, ibi, decernentes. quinta, ibi, cõsanguineis, & sit hoc, loco summarij ad istũ. §. primum, & cum forma nominationi regiæ data sit, optimum est ipsius interpretationẽ facere verbis eius relatis, vt in simili tradit Vlpia. in l. itẽ veniũt. §. prætor. ff. de pet. hæred.

DE eorundem [a] fratrum cõsilio, & vnanimi consensu,

prout scripsi in ordina. reg. rub. *des adiournemens personelz*.

a ¶[*Ex certa scientia*] Tunc papa dicitur scribere ex certa scientia, siue in literis exprimat. arg. c. si motu proprio. de præb. in 6. siue ex verbis eius elici possit. Panor. & alij in cap. ad hæc. de rescript. Feli. in c. cum inter. de except. Ias. in l. si quis iniquum. in princip. col. 2. ff. de iurisdi. om. iud. multa hic de certa sciētia possem scribere, que addidi ad

ex certa[a] nostrà sciētia, & potestatis plenitudine[b], statuimus[c]

Alber. in dictio. in verbo clausula ex certa scientia, vbi sexcētas ferè allegationes inuenies. Item dum dicit hic Ioannes Dayma stādum esse dicto summi pœnitentiarij, de his quę dicit sibi esse commissa viuæ vocis oraculo de consuetudine curiæ, secundò etiam in præiudicium tertij, intellige in his quæ respiciunt forū conscientiæ, quia in illis non quærimus testes, sed procedimus simpliciter & de plano, in aliis secus crederem per. l. vnam. C. de manda. princip. & glos. in regula cancel. 37. tex. in ca. cum à nobis, vbi plenè docto. de testib. Barba. in tracta. de præstand. Card. in 1. quæst. 2. partis. gl. & doct. in c. sicut, de sentē. excom. hodie ex cōmuni Francię praxi, nō credimus etiam legato de latere asserenti se viuæ vocis oraculo dispensandi potestatem, vel aliam à papa habere, nisi eam ostendat, & in parlamētis eius potestas registretur: & postea qui ea indiget, potest habere exemplū à registris parlamenti, & facit fidem, ac si originale produceretur, vt vidi sæpius obseruari in hoc Parisien. Parlamento. scripsi in rub. de registra. concord. in curiis facienda. infra.

Quādo sit pœnitentiario credendum dicenti sibi commissum viuæ vocis oraculo.

b ¶[*Plenitudine*] Quæ est arbitrij plenitudo nulli necessitati subiecta, nullísque iuris publici regulis limitata, & nō cōceditur nisi à deo. Bal. in l. si aquam. col. 6. nu. 38. & seq. C. de serui. & aqua. & hæc clausula solet apponi in legibus condendis, & ordinationibus, ac in arduis, quæ operatur, vt videatur princeps supra ius dispēsare. c. proposuit. de concess. præben. cle. pastoralis. de re iud. in his tamen quæ rex præsumitur ignorasse, vt sunt iura partium, & possessiones, hæc clausula nihil proderit. c. 1. de cōsti. in 6. Bal. in l. fi. C. sentētiā rescindi nō posse. Soci. cō. 129. memini. col. 7. in 3. vol. multa hic Dayma de hac clausula de plenitudine potestatis, de qua dixi in gl. iuramento. infra in forma māda. apost. & in addi. ad Alber. in dictio. in verbo clausula, de plenitudine, siuæ si hic addere vellē, chartas multas implerem.

Clausula de plenitudine, quid sit, & quid operetur.

c ¶[*Statuimus*] De hoc verbo dixi in glo. 1. § . 1. de col. infra. & in inter.

interpre.vnicæ.nota.4.C.de senten.quę pro eo quod interest. vbi vide,si non graueris,abundè.

a ¶[*Ordinamus*] id est disponimus, & quasi in ordinem redigimus, aliquando tamen ordinare idem est q consecrare.c. quia diligentia.de electio.vel ordinare, id est benedicere. c.2. de testa. aliquando ordines conferre. c. episcopus. de præbé.c. episcopus. 24. dist. interdum beneficium conferre. c. si tibi absenti.de pręben. in 6.c.nulla. & c. pen. de cõcess. præb. glo. in c.super eo.de offic. deleg.& aliquando instituere.c.1.16.q.5.& ibi glo. vel prouidere. c.nullam 18.q.2.licet glo.ibi exponat eligere, & aliquando sic sumitur,vt in c.cum in illis.& ibi Archi.de præb.in 6.aut institutionem confirmare.c.2. de arbit.c. postquam & ibi Præposi. 50.dist.vnde dicit gl.in verbo ordinationem.in extrauag. vna. de offi.deleg. in communibus verbum hoc esse multum generale cõprehendens quéuis modũ, quo quis habet de re propria disponere iure suo,quod est notandum,vide tex.& glo.in l. sancimus.2.§.personis.C.de administra.tuto.& in proœ.ordin.in verb.*ordonnances*.1.tomo.commenta.dixi in glo.3. *Ordinare quot modis accipiatur.*

& ordinamus [a], quod decætero perpetuis futuris [b] temporibus loco dictæ Pragmaticæ sanctionis,ac omniũ, & singulorũ capitulorum in ea cõtentorum,videlicet vt decętero cathedralibus [c]

b ¶[*Futuris*] Ergo ad futura tantùm hæc concordata extenduntur per hoc verbum,& verbum decętero hic positum de quo in c.non debet.de consang.& affi.& c.vno de postula.præla.in 6. & c.licet canon.de electio.eodem lib. c.detestanda. de concess. præbé. ibidem glo.in procem.clemen.in verbo decætero. & in cle.1. de vsur. quia natura legis est futuris dare formã negociis. c.fi.de consti. & ibi plenè Fely.& alij tradunt limitationes: haberet etiam locum in ecclesia vacante tempore horum concordatorum,per verbum.tex.nũc & pro tempore, vt infra firmaui. *Verbũ decætero quid significet.*

c ¶[*Cathedralibus.*] Reges in cathedralibus ecclesiis sunt patroni. Archi.teste in c.lectis.63. dist.& Bald.in proœmio decreta. Rex pacificus.col.2.nu.12.& in c.quãto. in fi.de iudiciis, quod est verum quo ad protectionem ecclesiarum,& rerum ipsarum. c.principes.& c.res.23.q.5. sed non vt habeant potestatẽ eligendi,præsentandi,vel nominãdi episcopos, vel archiepiscopos in illis.c.nobis.de iure patr.Card.in c.imperium.10. dist.& in d.c. *Reges in ecclesiis cathedralibus an sint patroni.*

lectis.vnde dicit Panor.in c.venerabilem.col.pen.nume.20. de electio.quod imperator est aduocatus, & defensor ecclesiæ, nõ patronus, sequitur Roch. Curtius.in trac.de iure patro.in verb. in ecclesia.q.1.vide Maleret.in tracta.de electio.fo. 19.& Boer. in deci.Burdeg.q.32.alia per nos.& q.46.nisi expressim eisdem concederetur à papa nominandi potestas, vt hic alias superflua esset hæc concessio, & omnes principes haberent, hanc nominandi potestatem, quod non est verum nisi expressè concessa fuerit, vt hic patet.

Rex an possit nominare ad ecclesiam cathedralem de nouo erectam.

¶Quid si aliqua nunc erigeretur in cathedralem? an rex posset nominare ad eam? videtur quòd sic, per verba huius tex.ibi pro tẽpore & ibi decætero, & quia verba cõueniũt, ergo & dispositio. Itẽ facit.l.placet.ff.de liber.& posthu. vbi institutio posthumi trahitur ad omnem posthumũ, etiam postea natum.& l.fi.§. fi.ff.de libera.lega.l.si cognatis de reb. dubiis.c.quanto.de censib. cum aliis multis quæ possent hic allegari.in contrarium tamen videtur, quòd rex non haberet nominationem, si non concederetur eidem expressè in erigendo, tum quia quod hic statuitur est odiosum ecclesiis, ergo debet restringi. l. cum quidã. ff.de liber. & posthu. tum etiam quia laicus non habet beneficiorum nominationem, vel collationem, nisi sibi expressè concedatur.c.si quis deinceps.16.q.7. Adhæc quia hæc cõcessio intelligitur de ecclesiis præsentibus, & non futuris. nam nominatio non potest dari ad ecclesiam, quæ non est, sicut seruitus nõ extenditur ad personas futuras.l.non modus.C.de serui.c.suggestum de dec.& sic verba huius text. quo ad hoc nõ trahentur ad futuros episcopatus. per clem.fi.& ibi docto.de rescript.tex. in l.si ita.ff.de auro & argen.lega.l.Iulianus.in fi. cum l.sequẽ. & l.vxori.§.1. de lega.3. multa adducit ad hanc rem. Fely.in c. cum adeò de rescript. scripsi de vniuersitate recenter erecta, in tracta.nomina.q.6.nume.10.maximè quãdo verteretur præiudicium alterius quàm concedentis.c. quia circa.de priuileg. vt est in hoc casu, quia esset præiudicium non solùm concedentis papæ, sed etiam ecclesiæ erectæ, ergo non extẽdetur, nisi aliter prouisum fuerit. & intellige regem in cathedralibus posse nominare, siue illa ecclesia fuerit regularis, vt Nemausen. Vticen. Salarten.& aliæ, siue secularis, quia constitutio loquens de ecclesia cathedrali comprehendit eam, siue sit regularis, siue secularis. Barb. in clemen.1. col.13. de electio.& sic seruatur. debebit tamen eo casu regularem nominare: quia verba debent intelligi

telligi secundum qualitatem personæ ad quam diriguntur. l. plenum. §. æquitij. ff. de vsu & habi. Bar. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condic. indebit.

a ¶[*In regno*] Licet aliqui tradant differentiam quando dicatur de regno, vel in regno, quia generalius est dicere de regno Franciæ, quàm in regno Franciæ: nam Vasconia, Normania, & Britannia sunt de regno, non tamen in regno. Bonifa. in clementi. vlti. nume. 46. de priuileg. sic dicimus de exemptis ab episcopo, vt sint in diœcesi, non tamen de diœcesi, teste Panorm. in cap. abolendæ. nota. vlti. de sepult. tamen quando datur priuilegium regi & suo regno, vel habitantibus in regno, vel his qui sunt de regno, includentur omnes qui sunt sub ditione regis, & reginæ, & expressio facta in intitulationibus, videlicet dilecto filio regi Fräciæ, & cæt. censetur facta causa demonstrandi, cuius causa vel cuius hominibus indulgentia fiebat, non autem causa limitandi concessionem ad eos tantum. qui essent de regno vel in regno Franciæ. arg. l. penulti. §. quod vulgo. ff. de vi & vi arma. sed ideo expressit hîc Delphinatũ, & comitatum causa tollendæ dubitationis, vel quia sunt separati à regno. *In regno et de regno an differant.*

& metropolitanis ecclesiis in dicto regno [a] delphinatu [b] & comitatu Diensi. ac Valentinẽ. nũc & pro tempore etiã [c] per cessionẽ

b ¶[*Delphinatu*] Dicitur Delphinatus ab Imberto Delphino, qui cum sine liberis esset, Philippum Valesium, Franciæ tum regem successorem, atque hæredem illius principatus fecit, nec multo post pecunia de qua conuenerat accepta à Philippo, mundo renuncians, prædicatorum ordinem Lugduni idem Imbertus professus est, & ibidem sepultus, & ab eo quidem tempore Imberto defuncto Franci Viennam, Delphinatúmque possederunt, si Gaguino credatur in lib. 8. de Philippi Valesij gestis scribenti, vnde primogenitus regis Franciæ filius Delphinus vocari est solitus, vt est omnibus obuium, quod pietate ac amicitia Delphini naturam sequatur, de quibus dicit Plinius lib. 9. c. 8. *Quare dicatur Delphinatus, & quomodo fuerit acquisitus.*

c ¶[*Etiam per cessionem*] Id est per resignationem quacunque, siue fuerit simplex, siue in fauorem, cum hic tex. simpliciter loquatur, & generaliter, ergo generaliter intelligetur de omni resignatione, etiam si quis resignaret pensione retenta, quia

ſemper dicitur ceſſio,& ceſſio indeffinitè hic reſeruatur regi,ergo omnis,etiam quia regis intereſſe poteſt in hac ceſſione facta a retenta penſione,de qua dixi in tract.de pacifi.poſſeſ.in 19.amplia.ſicut in aliis. & quãdo papa vult intelligere de ſimplici reſignatióne tantùm,hoc exprimit,vt in §.volúmus.infra de colla.& in regula cancel.18.& ceſſio in fauorem alicuius facta ceſſio eſt,ergo hic comprehenditur,cum nõ excipiatur, nec poteſt aſſignari ratio,cur de vna magis quã de aliis hic intelligatur,ergo de omnibus hic intelligitur.arg.tex.& ibi Panor. in 1.nota. in c.ſuper eo.de parro.vbi dicit illum tex.loquentem de pręſcriptione,intelligendum de omni,ſiue cum titulo,ſiue ſine titulo, & quia hic nihil excipit,cum potuerit excepiſſe,ergo. c.quia circa.de priuileg.

Rex an poſsit nominare ad epiſcopatũ vacantem per ceſsionem cauſa permutationis factam.

¶Idem intelligo in ceſsione facta cauſa permutationis per ſupradicta,cum tunc dicatur vacare,ergo conſenſus regis(quem *le placet du* Roy dicunt)requiretur,cùm poſſit nominare occurrente vacatione,vt hic dicitur.facit gl.in cle. vna de rerum permuta.huc accedit quòd in permutatione requiritur pręſentatio & conſenſus patroni.tex.in c.cum dilectus. & ibi Ancha. in 4. nota.de iure patro. ſic & in hoc regno in permutatione epiſcopatus requiretur regis aſſenſus.Item capitula non poſſunt procedere ad electionem quando vacat archiepiſcopatus , vel alia dignitas,de qua hic per ceſsionem,ergo rex nominabit,quia in ſuum fauorem ſunt ſublatæ electiones,& ne vna res diuerſo iure cenſeatur,l.eum qui ędes.ff.de vſucapio.& ita ſeruatur,vt audiui à ſummæ notæ viris.

¶Idẽ ſi ceſſio fieret per vnum ex collitigãtibus lite pendente, tunc etiam ex regis cõſenſu alter admittetur in eo ſtatu, in quo inuenit litem pẽdere.c.ſi.vt lite pendẽte in. 6. probatur in hoc tex.ibi,in manibus noſtris factam, ergo quãdocunque fit in manibus papæ ceſsio,rex nominare poteſt.ſic ſemper, cùm in manibus aliorum epiſcopatus cedi non poſsit. c.pe. & ſi.de trãſla. epiſco.& ſic ex hoc tex.patet quòd licet per Pragma.ſanctionẽ ceſsio epiſcoporũ à ſolo papa recipi poſſet.§.quibus. & ibi gl. de electio.in Pragma.& de iure ad ſolum papã pertinet admittere reſignationes epiſcopatuum.c.niſi.in ſi.de renuncia.tamen per hæc concordata ex conceſsione papæ. rex nominat ad epiſcopatum vacantem etiam per ceſsionem,vide infra eo.in gloſ. vacantibus.& Domi.in conſil.125.dubia.q.3.

¶Notare debemus ſolẽne verbũ , quòd ſi quis cõſtituerit procuratorem

curatorem adsignandum beneficium coram papa, non poterit interim resignare coram ordinario, nisi prius notificaret resignationem procuratori, & hoc propter elusioné & variationé clericis maximè prohibitá. cle. vna. de renuncia. vbi etiam glos. tenet qp siue expressè siue tacitè procurator reuocetur, oportet qp fiat notificatio. vt dicitur in tex. ibi, duxerit quomodolibet reuocádum. Reuocat tacitè, quando coram ordinario resignat post constitutionem procuratoris primò factam, vt in curia resignetur, & illuditur papæ, quando resignatur corá ordinario: & sic coram inferiore, sic expressè consuluit Barb. consil. 48. clementissimum. in 4. volu. per tex. sing. in c. bonæ. 2. in fine. ibi, si enim postquam postulatio subscriptionibus postulátium roboratur, & præsentatur Roma. pontifici approbanda, possent ab ea recedere postulantes, nobis frequenter illuderent, & iudicium nostrum ex eorum pendere arbitrio videretur, de postula. præla.

Facta constitutione procuratoris ad beneficium resignandum corã papa, non potest interim coram alio resignari.

¶Et ita seruat parlamentum Parisié. teste Petro Biassio in tracta. de electione. in 3. parte. c. 1. & sic fuit iudicatum in supremo senatu Burdegal. vt testatur Boer. in in decisio. suis. quæst. 207. ad secundá. Et ideo infert Panor. in c. cú, olim col. 6. ver. quæro quid intendit. de re iud. quòd si habens collationem benificij à papa postea ab inferiore recipiat alteram, super eodem beneficio, papa poterit illum priuare eo beneficio, quia est quædá ingratitudo, & delusio erga superiorem, propter quas inducitur legitima causa priuandi eum, & in hoc casu non debet multiplicari titulus. Feli. in c. in nostra. col. 3. versi. titulus multiplicatur. de rescript. quem ad verbum transcribit, non correctis quidem verbis Ioannes de Selua. in tracta. de beneficio. in 3. parte. q. 19. Item dicunt regalistæ, quòd si quis collationem à rege iure regali habuerit, & postea ab ordinario, vel ab alio, alteram, debet priuari vtraque, quia indignum se facit collatione regia, qui alteram recipit, quod non firmo maximè quádo à papa haberet. Ad hæc subdiaconus papæ assumés alios ordines ab inferiore, potest deponi ab inferioribus, quia videtur renunciasse priuilegio, secus in ordinato à papa, qui nó potest deponi, nisi à papa, Bal. & alij in c. illud. de maiori. & obedien.

Arrestum.

Regalistæ quando ab alio collatione habent, an priuentur.

¶Quæro quidam resignauit coram papa episcopatú in fauoré nepotis: & sine nominatione, & regis cósensu, papa isti prouidit: demum rex alium nominat. An resignans possit regressum habere ad suum episcopatum, per illam clausulam non aliter nec alias, quæ denotant actum in cótrarium non valeret. gl.

Resignans episcopatũ sine regis nominatione, an ad illum redire possit.

notabilis in l.siquidem, C.de except. Ias.consil. 86.in causa. in fi.volu.3.respódeo in hoc casu, quia partes non vsæ fuerunt cócessione iuris, non reuertentur ad sua beneficia. cle. vna de rer. permuta.vbi glos.& docto.aiunt, quòd si resignatio non potest sortiri effectum propter dolum, vel culpam compermutátium, tunc resignatio & vacatio firma remanet. docto.i c.licet. de re. permuta.in 6. vbi docto.

in manibus[a] nostris, & successorum nostrorum Romanorum

plenè explicant.sed resignans & resignatarius erant in dolo, volentes priuare regem sua nominatione; aut saltem in culpa lata ignorâdo hæc iura. gl.sing.in l.quod te.ff.si cert.peta.cum quilibet teneatur scire iura cómunia, vt ibidé dicitur, & in l.leges. C.de legib. Et si vnus erat in culpa, alter non is, qui non erat in culpa, ad suum beneficiũ redire poterit. Bonifa.in d.cle.vna.col. vl. Et culpa resignantis deprehenditur, si in instrumento in quo constituit procuratores ad resignandũ episcopatum, non sit apposita aliqua clausula nominationis habendæ, vel cósensus regis, quia per hoc fraudare velint regé sua nominatione, & hoc casu potior erit nominatus à rege, & ista sunt magni ponderis, quę fieri nó debét sine prudétũ cósilio, quo his obuiari poterit.

Non valet constitutio procuratoris ad resignandum, nisi sit procurator certus & nominatus.

¶ Notandum est tamen, quòd in constitutione procuratoris maximè ad resignandum, debet nominari procurator cóstitutus, & certus esse debet, nec valeret si nullus esset certus, sed in albis, id est sine scriptura. text. notab. in l.2. ibi, dummodo certus sit, qui datus intelligitur. ff. de procura. Et hoc est de substantia, aliâs ferè tolleretur facultas reuocandi, & intimandi reuocationem procuratori, quia nescirem cui procuratori intimare reuocationem possem, vt in clemen.vna.de renunciatio. Et ista sunt notanda, nempe sæpius de his fui consultus. Tamen recipi in albis & approbari à curia Romana scribit Boer. in decisio. Burdegalen.q.274.an valeat.

Manus regia quando imponi debeat, & de quo prosit.

a ¶ [*In manibus*] Hoc dicêdi schemate sæpius vtitur papa, vt in c.penult.& vltimo.de renuncia.c.cum pridem, de pact.c.fin. de excess.præla. c.cum accessissent. & ibi Decius. col.1. de constituti.post Barba.in clem.vnic.de renuncia.& alibi multoties. & tunc accipitur pro potestate.vel authoritate, vt Dauid Psalmo 118. Anima mea in manibus meis semper. Ecclesiastic.15.c. Deus ab initio côstituit hominem, & relinquit eum in manu consilij sui. cap. 2. de arbi. & quando beneficium est contentiosum in hoc

hoc regno Franciæ, ne partes veniant ad arma, iuxta. l. æquissimum. ff. de vsufruct. solet poni ad manum regiam: & multa alia ponuntur ad manum regiam, & saisiuntur in hoc regno, sicut olim omnia manu regia gubernabantur. l. 2. in princ. ff. de origi. iur. vnde vsurparunt iudices regij, & in practica seruatur, quòd nulli iudici ecclesiastico competit manum iniicere, seu vt dicunt practici saisire, nec sequestare, ne partes veniant ad arma, nisi fuerit iudex regius, & si contrarium fiat, vidi appellari tanquam ab abusu, anno. 1537. die prima Iunij, & fuit dictũ bene appellatum, & abusiuè cõcessum per archiepiscopum Senonen. qui sic cõcesserat, pro quo facit singulare dictum Bal. in ca. significasti. de offic. delega. asserentis episcopum posse pronunciare de dote restituenda, sed non mittere in possessionem laicalem, nisi per iudicem secularem, quia non habẽtes territorium non possunt mittere in territorium. l. iubere cauere. ff. de iurisd. omnium iudic.

Saisire an possit iudex ecclesiasticus.

Arrestum.

¶ Et hodie nimis cito iudices ponunt res ad manum curiæ, siue ad manum regiam, teste Pet. Iacob. in pract. sua. rub. de statu curiarum. ver. item est aduertendum, &c. & sistere pecuniam & arestare non pertinet ad iudicem ecclesiasticum in territorio regis, vt regales dicunt, & ita seruant in forensi iudicio. Tamen spiritualia capi & saisiri nõ debent, etiam pro debito curati. vt fuit decisum, in anno. 1533. die. 8. Maij. hæc manus regia dicitur quidam murus defendens à violentiis & oppresionibus subditos, si rectè fuerit imposita, vt in somnio virida. lib. 1. c. 26.

Spiritualia saisiri non debẽt.

Arrestum.

¶ Et solet poni man⁹ regia. ne vis fiat inter Gallos homines, vt prouerb. 31. Manum suam misit ad fortia. & quatuor facit.

¶ Primò protegit ne ligantes occidantur, vt dixi. & Esaiæ. 15. ca. In vmbra manus meæ protexi te. & Dauid. Psal. 137. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me, & super irã inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. Nam securitatem litigãtibus præbet, & timentibus offendi, nota in l. præsenti. §. sanè. C. de his qui ad ecclesias confugiunt, plenè Ioannes Raynault. in comprehen. feuda. in tract. de securitate.

Effectus manus regiæ.

¶ Secundò, hæc manus regia destruit iniquos, & delinquentes. Dauid, Manus tua gentes disperdidit, & istã sicut dicitur Genes. 22. ca. debet habere princeps, nam Abraam portabat in manibus suis ignem & gladium, ignem correctionis, quo delinquentes coquantur, & emendentur: gladium verò occisionis, vt

proterui & pertinaces scindátur,& euellantur,vel ignem in hæreticos,& gladium in alios scelestos.l.quisquis.in princ.ibi, gladio feriatur.C.ad leg.Iuliam maiesta.l.cum vir,ad leg. Iuliam. de adulter.

¶ Tertiò adiuuat pauperes, Dauid Psal. 88. Manus enim mea auxiliabitur ei.

Manus regis an singulas res conseruet.

¶ Quartò cōseruat ius habenti, quia eo manum regiā nō tollitur possessio alicui,sed cōseruatur ius habenti. Henric. Bouhic. in.c.examinata.de iud.sequitur Ioan.de Selua in tract.de beneficio.in.2.parte.q.9.col. 2.Si tamen manus regia fuerit imposita generaliter super successione, & hæreditate , non conseruat singulas res.si vnus aliquā rem hæreditatis possideat,nempe ille manutenebitur,secus si fuerit imposita super re singulari , vt hic,& an in leuatione manus debeat pars cuius interest , citari, quod nō,cōcludit Fran.marc.in suis deci.q.66.in 2.parte. vide quę scripsi in §.1.de senté. executo.in ordi.reg.in 1.tomo.

¶ Vltimò hęc man⁹ regia ꝓhibet,ne quid fiat cōtra hāc manus appositioné,alioqui cōtra faciés infringit manū regiá, & is qui hoc facit,etiá si fuerit clericus,puniri solet per iudices regios, dicétes esse casū priuilegiatū,vt tueátur eorū iurisdictioné etiá pœnali iudicio.vt permittitur in l.vna.ff.si quis ius dicéti nō obtéperaue & habetur in stylo parlamenti,in 1.parte. rub.quorū cognitio specialiter spectat ad regem.§. item de factis contra . Et postea facta reuocantur tāquam attentata in causa appellationis.de quibus in c.non solum.de appellatio.in 6. Item quando est manus regia apposita.prouisus non debet ante manus leuationem administrare, vt idem asserit Francis. marc. in decisio. 44.in 2.parte.quanuis Feli.teneat hoc non valere.in c.ecclesia. q.11.de constitu. hoc tamen iure vtimur in hoc regno & aliquādo hostiarij parlamenti, vel alij commissarij regij,alicui rei affigunt manum ferream,per quam prohibetur, ne quid fiat aut attentetur,quòd si contra fiat , crimine læsæ maiestatis puniūt. Hostien.notat in summa de sacramen. nō reiteran. §. & qualiter.in fine, pulchrè D.Guillel.le Rouille in consuetudi. Cenomanen.in prima parte,arti.1.gloss.2.vbi iura ad regem spectantia congerit.

¶ De manu militari loquitur tex.in l.qui restituere.ff.de rei vēdic.l.3.§. 1.ne vis fiat ei. De manu ministrorum in l.1. si ventris no. Ex quo dicunt practici,quòd manus armata à principe datur,manus verò fortis à senatu.tex.tamen in c.licet de voto,dicit

cit manum regis,manum fortē, & ſic confunditur illa differentia. Manus aliquando accipitur pro inſtrumēto corporis, vt in l.ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omnium iudic.& in ca. ſi quis ſuadente.17. quæſt.4.& Eccleſiaſtes.9. ca. Quodcunque facere poteſt manus tua,inſtanter operare,& alibi dicitur:Vęh manibus malefacientibus.

pontificum canonicè [a] intrantiū

& manus dicitur organum organorum.& omnia opera manibus attribuuntur,ſecundum Ariſtot.3.de anima.de multiplici manu ſcripſi in l.mulieris. §. abeſſe.ff. de verbo ſignific.

¶Poſtremò nota quòd in cōfirmatione ſolet epiſcopus manu percutere maxillā eius,quē confirmat,vt deinceps reminiſcatur. Sed miles quando creatur percutitur in ſignū,quod in futurum ſuſtinebit malum. Bald.in l.1.§. fina.ff. de teſta. milit. Idem in ſpōſo, quando ſponſalia contrahit.gl.in verbo rapiſmata. in l. fina.C.de emācipatio. Libero.C.Boer.in §.1.Rubr.de cōſuetu. matri.& doërij,in additio.ad conſue.Bitur.Quid ſi detur alicui domus ea lege, ne exeat à manibus ſuis, declarat Claudius de Seyſello,in l.manumiſsiones.colum.1.ff.de iuſti.& iure. *In cōfirmatione & ſponſalibus cur quis percutiatur & miles.*

a ¶*Canonicè intrantium*] Elicitur ex ca. ego N. ibi, ſucceſſoribus canonicè intrātibus.de iureiur.& tunc dicitur canonicè intrare,quando ſecundum regulas canonicas eligitur, & quando intrat per oſtium,c.relatum de iure patro.& quando eſt electus à duobus partibus cardinaliū,vel à maiori parte,& iure.ca.licet de vitanda.de electio.c.vbi periculum,illo tit.in 6.alioqui anathemate cum ſuis authoribus,fautoribus, & ſequacibus à liminibus ſanctę dei eccleſiæ ſeparatus abiiciatur,ſicut antichriſtus, & inuaſor & deſtructor totius Chriſtianitatis.c.1.colū.3.diſtin. 23.dixi in gloſſ. quilibet.in §.1. de manda. apoſto. infra, illi ergo,qui canonicè intrauit ęſt facienda nominatio, non alij,vt hic,etiam ſi alter vi eſſet in poſſeſsione, quia non canonicè intrauit, vt hic requiritur, alioqui eſt fur & latro,qui non intrat per oſtium, vt eſt in euangelio, etiam non dicitur papa, qui non intrat per oſtium, ſicut nec omnes,vel prælatus, qui non eſt de iure. Refero verba Bal.in §.marchio,in princi.qui feud. dare poſſunt,dixi in repet.l.vnicę,in præfa.nū. 76.C.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt,& in dubio præſumitur,quòd canonicè intrauerit, quia delictum non debemus præſumere. l. merito.ff.pro ſocio.maximè in papa, qui vices Dei in terris gerit, *Quando dicatur canonicè intrare.*

vt non semel scripsi supra,& in praxi benefic.post princ.

Actus quãdo dicatur sponte vel metu factus,& an & quando valeat.

a ¶ *Sponte*] Secus si quis coactus sit abire sacerdotio vel prælatura,quia túc sicut resignatio nó debet recipi per papã,ita nó debet Rex nominare,imo non obstante tali resignatione metu facta, poterit is qui resignauit repetere episcopatum , vel aliud beneficium metu resignatum.
c.abbas. & c. ad aures. & cap. seq.de his quę vi metúsve causa fiunt.

sponte [a] factã vacãtibus [b]

scripsi in tracta.de pacific.posses.limita.4.nu.230.& in praxi.benefic.in 3.parte quippe metu gesta,rata non habentur.l. 1.& per totũ.ff.quod met.causa.& sic verbũ spõte,excludit omné metũ , adeo quod actus postea factus nó valebit, teste Barb. con.60.sapienter.in 1.volu.vbi dicit actũ esse túc ipso iure nullum,quando sponte debebat fieri,& nó fit. Vel quando voluntas & libertas debent interuenire,ideo concludit ordines receptos metu vel professionem factã coactè,esse nullã, vnde infert Bal.in §.iniuria.col.penulti.de pace iuramen.firm. notariũ cõmittere falsum , si dicat reum coram tormentis spõte cõfessum, sed volũtarie cõfessum, potest scribere per.l. velle non creditur ff.de reg.iur.dicens esse nouũ.& in magarita,in verbo notarius. q.23.ideo solét in instrumentis notarij apponere, talis N. non vi,non dolo,nó metu coactus,sed spõte &c.*& de leur bon grè & vouloir.*facit gl.in c.2.& quæ ibi notát doctores de capellis monacho.in verbo sponte.& non præsumitur metus,nisi præcedát verba,vel verbera , quia metus est res extra naturam innatæ libertatis : & ideo non præsumitur cadere præsertim in animum sapientis,nec præsumitur inferri à sapiente, nisi probetur, quia delictum est. Bal.verbis vtor in c.causam.1.de offi.delega.

¶ Quid si coactè quis resignauerit,postea facta prouisione recipit prouisum,an cõualescat resignatio?Respon.non,per regulã non firmatur,de reg.iur.in 6.& regulam quod in initio.ff. illo tit.quia fuit intrusus,qui executionem non habet.c.si quis deinceps.16.q.7.vide gl.in c.1.§.ad tollendum , in verbo procedatur de elect. in pragma . & in verbo non violentus. de pacifi. possesso.ibidem plenè prosequitur Petrus Falco.olim collegij Eduen.primarius in tract.de appetitu prælaturarum , & earum multitudine sacris canonibus inimica , quem inueni in bibliotheca eiusdem collegij Parisien.vbi nunc habito.

An ex quali bet vacatione nominatio regi competat.

b ¶ *Vacantibus*] Quomodocunque tum quod hic indefinitè tex.loquitur,indefinita autem æquipolet vniuersali.ca.vt circa,

de ele-

de electio.in 6.tum etiam quia iste text.in versi.alioqui,excipit hos casus,videlicet quando vacat in curia per obitú,& quando rex non prouidit intra nouem menses,ergo illa exceptio firmat regulam in aliis casibus nó exceptis,iuxta.l.1.ff.de reg.iur. Dy. in proœmio, regula sexti,ita vt hic tex.velit dicere, quòd quomodocunque vacabit episcopatus,vel alia dignitas,de qua hic, canonici non possint eligere,nec alij prouidere de illa dignitate,nempe verbum vacare adaptatur cuilibet vacationi. l.si quis sic stipuletur.ff.solu.matri.glo.in c.si propter.de rescrip.in 6.gl. in verb.vacantia.§.statuimus primò.infra. de collation. Ioan. Franciscus in tract.de offi. & potestate. capit. sede vacante, in vltimo prælu.col.2. Bal.nuncupatim in c.ex parte.1. per illum tex.colum.1.de offic.deleg.scripsi in §.sequen.

¶ Ex quo infero glo.in §.quibus.in verbo clausis.de electio.in Prag.perperá hoc tempore sensisse, dum dicit tráslationes episcoporú posse per Romanú pontificé tantú fieri, in quo errore etiam perstitit Guillerm.de Montserrat.in 3.par.super Pragm. sanctio. cú iste translationes episcoporum fiát pro cómuni personarum & ecclesiarú vtilitate, vel necessitate.c.scias.& c.mutationes.7.q.1.&.c.quáto.de translat.episcopi. & publica vtilitas & necessitas semper dicitur excepta.c.veniétes.de iureiur.etiam quia hæc translatio habet vim permutationis: & ideo secundú eum cum hæc tria æquiparantur à iure,videlicet cessio,depositio,& translatio, solus papa in his casibus prouidebit per reseruationem in corpore iuris clausam, gl. in c.inter corporalia de transla.episcopi.c.nisi cú pridem,de renúciat.& seq.& canonici in his casibus nó possunt eligere,ergo nec rex nominare,hæc gl.& Mótserrat,vbi supra poterant adducere tex.in ca.1.ibi, ac per hoc tráslationes episcoporú ac sedium mutationes ad summum potestatis antistitem de iure pertineant.de transla.episco. *Reprehenditur glos. prag. quo ad translationes faciendas cú regis consensu.*

¶ Ego verò puto regem posse nominare etiam in reseruationibus iure exceptis,tum ꝙ in d.ver.alioqui.infra.eo.excipitur tantum reseruatio vna in corpore iuris clausa,ergo aliæ excluduntur, quia papa reseruauit sibi tantum quando vacaret per obitú in curia,ergo quando alio modo vacabit,etiam reseruatione in corpore iuris clausa,nominatio pertinebit ad regem, qui vnum excipit,aliud videtur concedere.c.nónne,de præsump.& si voluisset papa ob alias reseruationes in corpore iuris clausas prouidere,sibi retinuisset,sicut vnam sibi retinuit.c.ad audientiam, de decimis,& longa in hoc est differentia inter Prag.sanctio.&

concordata. In pragmatica enim papa non consenserat, & etiã sunt alia verba. nam concilium retinet prouisionem papæ in reseruationibus clausis in iure, quod non facit hic papa, potuisset si voluisset. Item regula sub generalitate omnes casus comprehendit. Vnde si aliquis casus speciatim excipitur, alij sub regula remanebunt, arg. l. cum prætor. ff. de iudic. hoc nuncupatim. tenet Decius in l. 1. nu. 27. ff. de reg. iur. Rom. con. 337. quo ad primum. col. 2. etiam quia reseruationes sunt in hoc regno sublatę ex sententia. tex. in rub. de reserua. infra, vbi abundè scripsi.

¶ Ex his patet, quòd sine regis consensu papa non transfert in regno Franciæ episcopos, cum sapiat permutationem, quam diximus non posse sine regis consensu fieri, etiam si fieret ex causa publicę vtilitatis, vel necessitatis, cum in hoc regno magis intersit regis & regnicolarum, & concordatum etiam in vtilitatem regis & regni promulgatum est, vt supra patet, nec obstat dict. c. 1. quia translationes per papam fiebant illo iure. sed hoc iure nouissimo concordatorum secus per hunc textum, vbi occurrente vacatione, rex potest nominare.

¶ Item si episcopatus vacet per ca. auaritiæ. de electione. in 6. videlicet quando electus ante confirmationem administrauit, vel alio modo est priuatus (nisi per breue eidem cócedatur administratio, vt fieri aliquando solet) etiam tunc regi competet nominatio, quia vacat prælatura: idem, quádo vacat per regulá cancellariæ, vt quia non leuauit bullas intra sex menses. sed non vidi seruari illam regulá in Francia, quod ob hoc quis priuetur.

Dans aliquid pro habẽda nominatione est simoniacus.

¶ Item si quis procurauerit habere nominationé per simoniá; dádo alicui petéti pro eo nominationé à rege mille, tũc nominatio de illo est irrita. c. si alicuius. & c. nobis. de simonia. Ideo rex qui nõ peccauit, poterit iterũ nominare papæ aliũ idoneũ; & hic simoniacus repelletur: imò est excómunicatus, & non potest absolui ab alio q̃ à papa, nisi in mortis articulo. §. si verò, de electio. in prag. & in extraua. cum detestabile, de simonia in cómunibus, vt supra ti. proximo plenius dixi. & in praxi benef.

Quãdo episcopus est captus à Turcis solus papa coadiutorẽ dare potest.

¶ Item si matrimonium contraxerit episcopus, poterit rex ad illum episcopatum nominare, quis vacat. c. Ioannes. de cler. cóiug. Rom. cons. 483. dubitatur primo. col. 2. idem dicens si matrimonium esset nullum, quia fecit quod potuit. dixi in tract. nom. q. vlt. nu. 13. Et regulariter quomodocunque vacet, rex poterit nominare. Fallit quando episcopus esset captus à scismaticis, vel à turcis, tunc papa poterit dare coadiutorem sine regis

nominatione,ca.si episcopus de supplen. negligen. præla.in 6. quia non verè vacat episcopatus.& vacantibus,rex tantum nominat eadé ratione. Item si episcopus valetudine perpetua, vel morbo detineatur,vel alio modo,papa sine regis nominatione coadiutorem dabit.c.vno.§.si autem.de cleric.ægrotan.in 6.

illarum capitula.[a] Et canonici [b] ad electioné seu

a ¶[*Et canonici*] Expone pro,id est capitulorum canonici.per glo.in rubr. C.de vindicta & libert. & ibi cumulaui multas glos. in C. meo antiquo,& sic vult dicere tex.quòd vacáte ecclesia, pastore,capitula & canonici.i,canonici capitulares,& cætus, seu congregatio canonicorum non possunt procedere ad electioné futuri prælati,quia regulariter alij extra canonicos non eligunt, ideo de his tantum dicit.nota.in c.cum ecclesia de causa posse. c.nouit.de his quæ fiunt à præla. Nam curia Romana tenet,q͏ soli canonici faciunt capitulum cú prelato. Compostella.in c.1. col.2.de elect.Ioan.Franc.in trac.de offi.& potestate.c. sede vacáte,in 5.prælud.col.1.vbi multa vide de capitulo,& eo dicit capitula & canonici,quia tantú illis vult prohibere electiones,secus ergo si electio spectaret ad alios,q̃ ad canonicos,vt infra dico in glo.seq.& hoc quo ad ecclesias metropolitanas,& cathedrales,de quibus iste §.loquitur.

b ¶[*Ad electionem*] Quæ est alicuius personæ ad prelationem canonicè facta vocatio,vel est quædam ad prælaturas vel beneficia vacantia,ab his ad quos pertinet ritè facta optio. aliam diffinitionem scribit D. Boer.in decis.Burdegal.q.1.vbi multa de electione. Doct.in rub.de electio.& infra dicetur in §.fi.&ideo hic códitores præmiserunt electionem,quia prius,si posit,fieri debet q̃ postulatio, & frequentius prouidetur ecclesiis per electionem,q̃ per postulationé. D. Boerius in addit.ad Mádagot, in tract.de elect.in 1.par.c.53.& prius etiam prohiberi debet,vt papa hic fecit,quia est de iure cómuni,postulatio verò innititur gratiæ,sed fortius est ius cómune,quàm priuilegium. l.eius militis.§.militia.ff.de testa.milit.licet contrarium seruauerit papa in decretalibus,prius tractans de postulatione prælatorú, quia est præparatoria electionis,ideo ad docendú præparatum prius præparatoria edoceri debent.Bal.in l.ordinarij. C. de rei véd. quòd secus est hic. Alia de electione dicam in §.fi.infra eo. *Quid sit electio.*

¶ Et si collatio episcopatus iure speciali spectaret ad aliqué,rex nó posset nominare ad illú,tum quia hic tátum prohibetur ele- *Vbi est collatio nó est nominatio*

ctio

ctio & postulatio, collatio nō, cùm sint diuersa.c.cū in illis.§.1. & seq. de præb. in 6. quod rarū est, ideo prohibuit electiones, & postulationes quæ frequenter in ecclesiis cathedralibus fiebant, & vnius appellatione nō venit aliud.d.c. cum in illis.§.primo. nec electionis appellatione venit postulatio.gl.in cle.1.in verb. eligatur.de electio. c.indēnitatibus. in verbo eligatur de elect.in 6.ideo hic vtrūque expresit:& quia hic non fecit mentionem, nisi de capitulo, & canonicis, ergo de aliis nō intellexit.arg.ca.nónne.de præsumptio.l.cum prætor.ff.de iud. in §.seq.fusius fortè tradetur, & sic aliis non prohibuit, vt non conferrent sicut capitulis, quod est notandum. facit c. cum venissent.& ibi doc.de in integrū resti.Imol.Perus.& alij in d.ca. cum in illis, dicunt intelligi tantum de electione requirente cōfirmationem, si canonici eligendo cōferrent, non censeretur hic prohibitum.per.§.seq. hoc expresse dicentem, & dixi in glos. quanuis aliam, in §.præfatíque ordinarij.de col.infra.

postulationē [a] inibi futuri præ-

Postulatio quid sit.

a ¶ *Postulationem*] Quæ est gratia quædam à superiore facta, de promouendo aliquem ad prælaturam, ad quam de iure communi propter aliquod impedimentum eligi non poterat. doct. in rub.de postul.præla.& ibi Hosti. in summa tradit vnam diffinitionem, glo. alteram, & aliam habes in capite Osius.61.dist. tu eas (si lubet) videto.

¶ Primò dicitur gratia, nam postulatio de gratia admittitur, nō de rigore iuris, c.1.ca.bonæ.& per totum de postu.præla.postea dicitur à superiore in definitione, quia à superiore qui super tali defectu dispēsare potest cōcedi solet.gl.in c.fi.de postu.præl.& in c.indēnitatibus.in verbo eligatur.de elec.in 6. demū dicitur ad prælaturam, per rub.de postu.præla.in aliis etiam potest habere locum postulatio.Imo.& alij in c.1.de oblig.ad ratio. Decius in rub.de postu. præla.col.1.refert. Postea dicitur propter aliquod impedimentum, non dicit delictum, quia criminosus regulariter non potest postulari.c.1.& fi.eo.tit.de postu.præl.

¶ Vltimò dicitur eligi non poterat, quia si eligi posset, non debet postulari, ca.vno.eo.tit.in 6.glo.in d.c.fi.eo.tit. Ideo si aliquis illegitimus fuerit dispensatus, vt posit obtinere episcopatum, non tamen poterit eligi, sed postulari: quia adhuc remanet illegitimus, & sic impedimentum. Bal.in c.fi.col.1. de transla.episcopi.& duplex est postulatio, vt notat glo.in §.sed quod per electionem.in verbo postulationibus.de electio.in prag.

a ¶ Non

a ¶ *Non poßint*] Per hoc verbum posſint precedente negatiua vt hic, tollitur omnis potentia eligendi, & poſtulādi, niſi canonici habeant priuilegium, vt in §. fin. infra eo. nam negatiua præcedens verbum poteſt inducit neceſſitatē. glo. in c. 1. de reg. iur. in 6. l. non poteſt. ff. de furt. l. non poſſunt, de legibus. Bar. & alij in l. gallus in princi. ff. de li ber. & poſthu. Corſ. in ſingu. incipien. poteſt. Barb. conſil. 52. ſcripſit. col. 4. 2. vol. Hippo. conſi. 57. perlecto. nu. 9. & reddit actum de iure impoſſibilem. c. 1. de cauſa poſſeſ. c. 1. de fide inſtru. & ſi con tra fiat, non valet actus. Bal. in l. vlt. nu. 22. C. de fideicō. & huic conſtitutioni partes renunciare non poſſunt. Barb. con. 43. præclare, col. 11. in 1. vol. & con. 70. illud. col. 5. in 3. vol. & huic ſententiæ eſt ordo comitum longiſſimus, quem trahit D. Tiraq. in tract. de legib. connub. in gloſ. 2. actum eſſe nullum aſſerens, vbi aufertur potentia, etiam ſi electores eſſent ſancti viri, & vellent eligere ſanctum virum, eligere tamen non poterunt, nam licet rationes omnes ſupra in titulo proximo ceſſent in electione ſancti viri, tamē non ceſſabit hæc diſpoſitio, quia illæ rationes ſunt impulſiuæ, quibus ceſſantibus non ceſſat lex. glo. in l. 2. §. fin. ff. de dona. docto. in ca. cum ceſſante. de appel. l. 1. §. ſextū. ff. de poſtuland. Etiam ſi papa permitteret, quia ſicut vnus ſine altero non poteſt tollere totum concordatum, vt infra dico in præfa. ad rubri. de col. ita nec partem, cum totius ad partem ſit bonum argumentum. l. quæ de tota. ff. de rei vendicat. Nec obſtat ca. generaliter. 7. q. 1. vbi papa ſolus dat facultatem eligendi. Fateor quando eam non ſuſtulerit per contractum, quia tūc contractui vnus ſolus non poteſt derogare. l. 1. C. quando liceat ab emptio. diſcedere.

Electores an poßint eligere de cōſenſu papa vel regis.

lati procedere non poſsint,[a] ſed illarum [b] occurrente [c] huiuſ-

b ¶ *Sed illarum*] Aut illius, nam ſi occurrat vacatio cathedralis tantum rex nominabit, vel ſi occurrat vacatio Metropolitanæ eccleſiæ, etiā rex nominare poterit, ſed vſus eſt numero plurali, vt comprehenderet quod vtraque vacante rex nominare poterit, & pluralis locutio etiam in vno multotiēs procedit, per tex. in l. 4. §. 1. ff. de nego. geſt. c. literis. & ibi gloſ. de præſumpt. dixi fuſius in §. præfatíque graduati, in gl. nominationis. de col. infra. & Iaſ. in l. qui filiabus. §. 1. not. 2. ff. de lega. primo. & conſil. 145. Beatiſsimus. in fi. vel. 2. Dec. conſi. 50. quia verba.

c ¶ *Occurrente huiuſmodi vacatione*] Et ſic Rex ad vacantem epi-

Nō potest rex ad episcopatum vacaturū nominare.

scopatum nominare potest,& quoties occurret vacatio,non ad vacaturum,quia vacatio non occurrit,vt hic requiritur,& quia episcopatus esset duorum,quod esse nō potest.c.cum non ignores.de preben.c.quoniam.de iure patro.& sicut collatio de vacaturo,vel electio non potest fieri,vt dixi supra in glo.alieni fati in procemio. sic nec
nominatio & si fieret, modi vacatione rex Franciæ a
nó valeret:ideo rex ite-
rum occuréte vacatione posset nominare. Nec rex promittere debet aliquem nominare,antequam episcopatus vacet.per.c.2. de concess.preb.q̄ si fecerit,nullius est mométi, vt dixi in.d.gl. alieni,supra in procemio.& ob importunitatem fecisse videtur, quamobrem reprobatur in. l.1. C.de petitis bono.subla.lib.10. est tamen turpe nó adimplere promissum,maximè regibus quibus conuenit dicere quod dixi,dixi:& quod scripsi,scripsi.

Delphino, vel reginæ matri, regis, an cōpetat hæc nominatio

a ¶[*Rex Franciæ*] Ergo Delphinus,vel alius extra regem, etiam si esset regina,vel mater regis,nominare non poterit: quia non est rex Fráciæ,cui cóceditur nominatio hic, non alij.ideo dicit tex.in.l.seruus si hæredi.in fine princ.ibi,personæ dútaxat eius, qui demóstratus est adhæret.ff.de statu.liber. quia priuilegium regiæ dignitati est concessum,quamobrem ad dignitatem tantum transit.c.quoniam abbas.de offi.delega. sed hoc potest rex etiam ante coronationé,quæ in æde sancti Remigij Remé.fieri solet,nempe imperator ante coronationem priuilegia concedit.Bar.& alij in procemio digestorum, quæ ad coronationem attinent,magis honoris causa vel officij fiunt, quàm vel necessario, vel vt ex hac coronatione quicquam iuris regibus accedat,teste Hierony.Balbo in tract.de corona.impe.fo.68,rationes,&c.per text.& ibi not.in.c. venerabilem. de elect.Lucas de penna.in.l.vna.col.2.C.de reis postula.lib.10.idem asserit.

Filij regis eo viuo an reges vocari possint.

¶Nec refragatur quod filius regis viuente etiam patre dicatur rex.c.fi.& ibi glo.24.q.1.Bolog.in secúdis interpret. per illum tex.in.l.cum quasi.§.plerunque.ff.de fideicom.libert. Corsc.in tract.de potestate regia.q.25.& filij imperatorum Augusti. & Cæsares etiam parentibus eorum viuis vocantur.tex.cú glo.in c.Adrianus primo.63.dist.ibi,ad Basiliú imperatoré,& ad filios eius Leonem & Cóstantinum Augustos &c.etiá filij comitum & Baronú,comites & barones viuentibus parentibus nominátur.Lucas de péna in.l.vna.col.2.C.de reis postula.lib.10.quia quodammodo domini sunt.l.in suis. ff.de liber. & posthu.Re-

ſpon.verum eſſe ſpe,& nõ re. Archi. in d.c.ſi.vel fictè & impropriè,& quo ad nomẽ,ſed reges dicuntur minimè quo ad veritatem & effectum.per.d.l.in ſuis.ibi. quodámodo.&.§.ſui.inſtit. de hęred.quali.& diff.ibi,dictio quodámodo importat improprietatẽ,vt dixi in trac.meo de fictio . vbi tradidi verba fictionem importátia,& huius ſentẽtię eſt Iaſ.poſt alios in. d.l. ſuis . & in

pro tempore [a] exiſtens [b] vnum [c]

conſi.192.in præſenti.col.pen.in.2.volu. Item in.d.c.ſi.24.q.1. non dicitur ſimpliciter rex, ſed rex iuuenis,cũ adiuncto.vel,ibi, fortè habebat aliud regnũ quàm patris. Lucas de pẽna.in rub. C.de auro coronario.col.1.lib.10. quod eſt diuinare, & in hoc regno Fráciæ,filius regis primogenitus,vel alius,nõ ſolet vocari rex viuo patre,ſed primogenitus vocatur dominus ſimpliciter & Delphinus,ſecũdo genitus vocatur dux Aurelianen.tertius dux Engoliſmẽ.& ſic nõ vocátur de cõſuetudine reges,ergo ipſi nõ poterunt nominare ad epiſcopatus, vt aſſerit Iacob. Bonaud.in addit.ad Ioannẽ de terra rubea. in tract.contra rebelles regum.fo.23.conclu.6.quod eſt notandum. an poſsit rex hoc ius cedere alteri, dicam ſi operæpretiũ fuerit alibi.

Filij regis Franciæ viuo patre quibus nominibus vocari ſoleant.

a ¶*Pro tempore*]Id eſt tunc temporis quando vacabit prælatura,& complectitur totum actum à principio vſque ad finẽ.tex. & ibi not.Bal.in.c.cum terra.col.2.de elect.& ſignificat temporis aptitudinem. Bald.in.c.veniens primo.col.1.de teſt.& in ca. cum inter.nu.7.col.2.de re iudic.

b ¶*Exiſtens*]Id eſt apparens.l.quotiens.§. ſi tutor. ff.de noxa. actio.vnde ſi rex nõ appareat,vtpote quia eſt à Turcis captus, ꝙ Deus auertat,tunc dicunt quidá quod gerens vices in regno poterit nominare,per ea quæ notat Archi.in c.reatina.63. diſt. dicens,ꝙ ſi requiratur cõſenſus regis ad electionem , ſi ſit extra regnum,vicarium requirẽdum, quod an ſit verũ decidas,vt per Maleret.in tract.de electio.fo.75.verſic.quæro duodecimo.Iſte tamẽ tex.loquitur in rege Frácię.ergo in alio nõ procedit,ideo fortè tunc nõ eſſet abſonũ,quòd eccleſiæ Franciæ eligerẽt,quia electiones ſunt ſublatę in fauorẽ regis,vt nominare poſsit,quo nõ exiſtente melius eſt quòd eccleſiæ eligát, ſicut dixi nominatis nõ exiſtẽtibus collationẽ aliis poſſe fieri.§.teneátur.de coll. infra.cogitandum eſt,egeret enim declaratione conditorum.

Vicegerẽs an rege abſente poſsit nominare.

c ¶*Vnum*] Non ergo duos,vel plures, vt omnes admittátur ſimul,poterit rex advnum epiſcopatum nominare,per tex.in.c.1.

26.distinct.&.cap.licet vniuersis.de testib.l.si ita relictū.in princi.ff.de legat.2.quia episcopatus vnius,& non duorū esse debet c.cum non ignores.de præben.c. ecclesias,13.q.1.scripsi in §.1. in glo.vni magistro.de colla.infra.

Vnū quot modis dicitur.

¶Nota tamen quòd vnum pluribus modis dici potest: Primò ratione viuificationis,vt Christus & ecclesia sunt vnū corpus, vna anima,& vnus spiritus,id est vno spiritu coadiuuantur.

¶Secundò vir & mulier vnum dicuntur, videlicet vna caro, & vnum corpus quo ad sobolem procreādam, quia materia duorum unum gignit, licet quādo se verberibus afficiunt sint duo.

¶Tertiò etiam dicitur vnum quo ad consensum,vnde in definitione matrimonij habetur,viri & mulieris coniunctio,&c.

¶Quartò quo ad veritatem , vt electio & consecratio faciunt vnum episcopum,scilicet iustum per electioné, verum per consecrationem. Archi.& Præpo. in c.sicut.40. dist. omitto quòd dialectici vnū in cōmuni seu in generali, alterū per numerū dicunt,vt memini me aliquando legisse in lib.prędica.Potest igitur rex tépore vacationis vnum tantū nominare, qui si per papā recusetur,alterū,vt infra est videre,& si nominauerit duos simul.primò nominatus præfertur per cap.eā te. de rescript.&.c. si eo tépore.eo.ti.in 6.l.quotiens.ff.de vsufr. etiā si secundo nominato fuerit primò prouisum.Ratio est,quia rex non poterat nominare secūdū,nisi à die recusationis primi,vt in hoc tex. patet.ergo si nominauerit,illa nominatio non valet,nisi prior recusetur,qui si non recusetur,etiā post prouisioné factam secundo,valebit prouisio facta primo:& sic est differentia inter hanc nominationé & præsentationé,quæ potest fieri cumulatiuè,secus in hac nominatione per istū tex.& Panor. in.c. quod auté. &.c.cū auté,per illū tex.de iure patro.glo. in clemen.plures.illo tit.in nominatione quòd non sit locus variationi. concludunt Domi.de Rota.deci.22.nota quòd vbi ordinarius, in antiq.& deci.35.ibdem.i.35.ibidé.per.l.apud.ff.de optio. leg.nisi hoc fuerit expressè cōcessum,vt hic dicitur,si nó appareat de ordine,vel de prioritate,papa gratificare poterit.ar.c.duobus.de resc.in 6.

Prouisio facta secū do nominato quando valeat.

Vnus ad plures episcopatus nominari nō debet.

¶Et sicut ad vnum episcopatum, vnū debet rex,non plures nominare,ita vnum nō debet ad plures episcopatus, abbatias,vel prioratus, nominare , quia ille solus ad duas ecclesias,nec officium valet persoluere, nec rebus earum necessariam curam impendere.c.vnio.10.q.3. pulchrè scribit D. Grego.in.c.singula. 89.distin.vt nullus presbyter duas habeat ecclesias.c.per laicos. 16.q.

16.q.7,cap.quia in tantum.& c.de multa. cum multis aliis quæ possem adducere.de præbē.quia nemo potest duobus dominis seruire.c.1.21.q.1. & vix vni ecclesiæ dignè quis valet deseruire. c.1.de consuetud.in 6.ideo hi plurales tā in prælaturis, quàm in aliis beneficiis à Deo maledicuntur.Esa.5.c. Væh qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis

grauem [a]

vsque ad,terminū loci,nunquid habitabitis vos soli in medio terrę? Et is qui habet duos episcopatus, vel episcopatū cū abbatia,dicitur bigamus,quia carnē suam diuisit in plures.glos.in.§.primo.in verb. pluralitatis. de colla.in Pragma.vbi refert Paul.2.pontificē summū cuidam supplicanti pro filio regis vt ad duos episcopatus secū dispensaretur, dixisse,absit(inquit)vt in ecclesia Dei ponā bigamiā,quo ergo ibi anima huius pluralis in beneficiis? ex prędictis apparet,ne plura.

a ¶[*Grauem*] Nō intelligas obesum & pinguem vel superbum, sed grauem,id est, maturum ex grauitate,& temperantia morū. 4.q.3.c.si testes.ver.in testibus.&.l.2.ff.de testib.vel dicitur persona grauis,id est,non leuis ingenij,sed bonæ famæ & opinionis.glos.in cap.licet ex quadā.de testib.cap.cum in tua, de sponsa.vnde solemus dicere hos leuis ingenii homines de tribu Leui emanasse.Graues etiam dicuntur seniores à quinquagesimo anno. Archidi.cap.estote.1.q.1.seniores enim figere pedem grauius,& meliores existimantur.c.si officia.50. distinct. & maior in eis sapientia præsumitur.c.porro.84.distin.& maior morum grauitas.c.primo.12.q.1.l.fi.ibi tuę grauitati. C.vectiga.inst.nō pos.Isti ergo archiepiscopi & episcopi debent esse graues,id est maturi,honesti,humiles & virtutibus,ac peritia præditi. de ista grauitate loquitur Apostolus ad Titum 2.capi. Teipsum præbe exemplum bonorum operum,in doctrina, in integritate, & grauitate.capit.cum in cunctis. de elect. momentaneus nanque episcopus nescit humilitatem seruare, & modos personarum, & sese contemnere,non ieiunauit, non fleuit, non se correxit, non pauperibus erogauit.in summa. 48.distin. vnde dicit text. in cap.fina.41.distinction. in incessu autem debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris mentisq; maturitatem ostendat. incompositio enim corporis (vt ait Augustinus) inæqualitatem indicat mentis, isti nempe archiepiscopi & episcopi graues,id est maturi,volunt inferius descendere per humilitatem, subsistere per perfectionem,nec facilè moueri possunt per tentationem,& hi grauitate ista prędit nominari debent,teste Pe-

Graues qui dicatur.

Episcopi quales esse debeant.

tro Bercho.in suo dictio.morali,in verbo grauis, faxint dij vt tales semper nominétur,& ecclesiæ bene habebunt, & regétur. Quia pueri hodie multis solét ecclesiis præfici in periculum animarum præficientis,& præfecti,quæ malum,&c.

magistrum [a] seu licentiatum [b] in theologia, aut in vtroque, seu

a ¶[*Magistrum*] Hi magistri dicuntur, quibus præcipua rerum cura incumbit, & qui magis quàm cęteri diligentiá,& solicitudiné rebus,quibus præsunt, debent.l.quibus.vbi plenè scripsi.ff.de verb. signifi. quippe cuiuslibet disciplinæ præceptores magistri vocari possunt, vt dixi in.§.1.in glo.magistro.infra,de collationib.ideo hic tex.declarat magistrum in theologia,& sic propriè in theologia dicitur magister,vt dixi in glos. magistro. quia maiorem curam & solicitudinem de regimine ecclesiæ,quàm alij habere debent,episcopum nempe doctoré esse debere testatur diuus Paulus.1. ad Timot.3.c.vnde dicebat etiam Côstantinus episcopus Cypri, nô oportet nos qui episcopi sumus,indigere doctrina,sed aliorum doctores esse.c.conuenientibus.1.q.7.doctor & doctus debent esse tam episcopus quàm archiepiscopus.cap.cum in cunctis.de electio. Et in quibus sit examinandus est,tex.in. c.qui episcopus.23.dist.

Quis dicatur magister, et quã obrem.

Episcopus doctor esse debet.

b ¶[*Seu licentiatum*] Ad regem ergo pertinet optio,an velit nominare in theologia doctorem,vel licentiatū, quia dictio seu alternatiua capitur.c.si quis presbyterorū.& ibi Barb. de reb.ecclesiæ nô alienand.dixi in glos.seu in forma mand. apost.infra, & in alternatiuis est electio debitoris.l.3.ff.de eo quod certo loco.&.l.plerunque.de iure dotium. Etiam eligere poterit rex,an velit doctorem theologum,aut iurium,seu in altero, vel licentiatum in theologia,aut in altero iure nominare,& pręsentatus huius qualitatis non debebit recusari per papam,dummodo aliàs sit idoneus,& qualitatis hic requisitæ.

Optio regis, est vt doctorem vel licentiatum nominet.

¶Quæro an rex teneatur præferre theologum doctori iuris canonici? Respon. quòd si pullulent hæreses in dicto episcopatu, vel sit hæreticis vicinus,tunc debet theologum nominare,aliàs si in illo loco magis ventiletur causarum cognitio,præferet canonistam.c.1.& ibi Hostien.& alij.de côsang.vbi his verbis dicit Pet. Ancha. ꝙ theologus per suam theologiam nesciret populo & clero prouidere, nec téporalia gubernare,nec ecclesias & personas regere,& vidi plures theologos præsertim mendican-

Iuris canonici doctor quãdo theologo præferendus sit.

cãtes promotos ad episcopatus,& maiores dignitates. per quos nec bona ecclesiarũ, nec clerus, nec populus bene regulati sunt, nec ius reddere sciunt, & credentes scire præ cæteris intricant, & canonistas secundum ius procedentes odio habent, de casibus dubiis interrogati contra iura sæpe respondent. Aliud inconueniens nascitur,

in altero iurium [a] doctorem aut licentiatum [b] in vniuersitate

quod eorum ordines propter istas promotiones in bonis fratribus deficiũt, ex digno igitur religioso & venerabili episcopus qualis qualis efficitur, hæc ille. si ergo rex mistũ inueniret, illum nominare magis esset iuri cõforme. per nota. in ca. clerici. de iudic. sed non passim inueniuntur, sicut mendatia & lunatici.

a ¶[*Doctorem*] Et sic probatur hic, quòd doctores in theologia dicuntur magistri, in iure vero canonico & ciuili, doctores. Si tamen papa promiscuè scribat doctoribus alicuius vniuersitatis, solet omnes vocare doctores, vt in procemio decreta. patet. ibi, Gregorius seruus seruorum Dei, dilectis filiis doctoribus & scholaribus vniuersis Bononiæ commorantibus. sic dicitur in procemio sexti, & clemen. Aliquando tamen magistri solét vocari doctores cuiuslibet facultatis. ca. 1. de loca. & hôc maximè procedit apud Parisios, qui omnes vocant magistros nostros, licent. in glos. magistro. infra. in. §. 1. de col. dixerim cõuenire tantum doctoribus theologiæ, ideo excludit iste tex. medicos, quia scientia eorum non tendit ad ecclesiæ gubernationem, vt dixi in. §. præterea. de col. infra. & in tracta. nomina. quæst. 21. num. 42. male se haberet ecclesia, si in manibus medicorum esset, sicut dicimus de iurisdictione commissa medico, de qua exemplum in Montepessulano olim videri poterat, & hic tex. vult doctorem nominandum esse, non doctorculum magis sumptuosum quàm quæstuosum, nec doctorem de placebo, sed doctorẽ deo placere, non hominibus, instar diui Pauli affectantem. *Doctores vocantur magister, & qui.*

a ¶[*In vniuersitate*] Regni, & Delphinatus, quia hæc concordata sunt in fauorem regni & regnicolarum, vt supra satis supérque dictum est, introducta, non esset fauor regni, quòd quisque sumeret gradum extra regnum, & postea in regno virtute illius gradus episcopatus haberet, sicut dixi in. §. præterea. infra. de colla. nec est hic credendum Ioanni Dayma, quia gradum sumpserat vltra montes sub decio eo vocat illum patrem, & suum gradum tueri volebat. Item præcedentia declarant se- *Promotus extra regnum non potest per regẽ nominari.*

quentia,& econtrario.l. si seruus plurium.§.fina.ff. de lega.primo.sed supra est locutus de regno & Delphinatu, ergo de vniuersitatibus regni & Delphinatus ac comitatus intellexit,& de promotis in illis,sic indefinita ista restringetur per pręcedétia, & per regni ordinationes, vt plenè dico in tracta. nominatio. quęst.10.quia certę qualitates positæ in §.pręterea.infra,de collat. sunt seruandæ in istis

famosa a & cum b rigore examinis, & in.27.suæ ætatis anno ad

graduandis in vniuersitatibus Franciæ, quas nó obseruant aliæ vniuersitates,ergo promotus omissis his solennitatibus non erit aptus ad regni priuilegia,& regis nominationem. & in pragma.dicebatur,in vniuersitate priuilegiata.videlicet ad hoc,sed vniuersitas extra regnum,ad hoc non est priuilegiata.Igitur nó potest quo ad hæc priuilegia promouere , sed concordata successerunt in locum pragma.vt supra non semel visum extitit.ergo,&c.Item promotus sub bulla,non est huius regiæ capax nominationis,cum non fiat ab vniuersitate,vt dixi in glo. doctorem.§.statuimus.1.de col.& in tract.nomi.q.decima.

¶Sed vtinam alia nó obstarét nominato,quia facilè recipiendus esset,si qualitates alias requisitas haberet,vt dixi in trac.nomina.q.10.

Famosa vniuersitas quæ dicatur.

a ¶[*Famosa*]Dicitur quælibet vniuersitas regni famosa,in qua est literarum exercitium,vt dico in §.præterea. infra de collat. Ioannes Dayma,hic famosas vniuersitates regni nominat,& vniuersitates extra regnum non,quasi nó sint famosę,quo ad huius text.priuilegia, licet quoad exercitium dicantur famosæ,& egregiæ,vbi sunt soliti semper doctissimi viri iura interpretari, & cum magnis stipendiis.

Clausulæ quæ solent poni in literis licentiæ.

b ¶[*Cum rigore examinis*]Examinatũ intellige,& oportet ꝙ hęc qualitas sit inserta in literis licentiæ, vt talé &c.licentiatũ cũ rigore examinis nomino,alioquin non censetur eius qualitatis. Ná hæc qualitas,cũ sit extrinseca,nó præsumitur nisi probetur. c.si fortè.& ibi glo.de elect.in 6.l.quæcunque.§.1. ff.de public. in rem actio.valeret etiam nominatio dummodo res ita se haberet,licet in literis non esset expressa illa qualitas examinis.

¶Quid si vniuersitas non est solita concedere gradum licétiæ, cum hac clausula de rigore examinis , sed tantum cum clausula de gratia,pro ignaris,vel de bona iustitia pro mediocriter doctis,vel de bona & mera iustitia pro diuitibus & ciuibus,vel de

bona & mera iustitia,& benemerito pro doctissimis, vel fauorem habentibus.nunquam tamen vel raro concessit cum rigore examinis, sicut vniuersitas Tholosana, Montispessulani,& Cadurcen.quero an talis licentiatus sic promotus sit capax huius regiæ nominationis? videtur quòd non,quia vbi non conueniunt verba,nec dispositio.l.4.§.toties.ff.de damno infecto: sed non côueniunt verba huius tex.ergo, nec dispositio,quandoquidem hæc verba non debent esse superfluè posita,cum in constitutione non debeat poni aliquod verbum siue virtute operandi,teste Bal.in rub.C.de contrahend.emp. quæst.9. Item qui debet admitti,vt talis,debet se talem probare.l. non ignorat.C.qui accusa.non pos.quod nô potest facere ille qui talem non habet qualitatem,alioqui sequeretur quòd tá ignari quàm docti admitterentur.

¶In contrarium inclino, quia conditores se retulerunt ad loca & vniuersitates,vbi hæc facta sunt concordata, seu dictata: sed dictata fuerunt in Francia, vbi omnes licentiati sine discrimine fiunt cum rigore examinis, ergo nolunt alios excludere: nam si conditores cogitassent,quòd in aliis vniuersitatibus regni,vt Tholosæ,& alibi,non promouerentur cum rigore examinis,idem in illis sic promotis statuissent. Ergo & nos dicere debemus.l.titius.§.1. ff.de libe. & posthum. glosa in.l.tale pactum.§.fina.ff. de pact.alioqui has leges in fauorem certarum personarum alicuius loci tulissent, contra ea quæ dicuntur supra de approba.conuento.ibi, regnorum personæ & in procemium circa finem.ibi, regno ac potentatui supradicto vbique præbitura. & in cap.cum omnes.de const. & in dubio beneficium principis debet esse vniuersale, non locale.tex.in. §.1.vbi Ange.nota.institu.de vsucapione.Item nô est verisimile quòd rex & regnum acceptassent hæc concordata in priuilegium vniuersitatum aliquarum Franciæ, & in aliarum præiudicium,& quòd locale esset concordatum, contra ea quæ dicta sunt in proximo titulo,ibi, pro communi & publica regni sui vtilitate acceptauit.& idem habetur titulo.2.supra. & ibi,vbique prębitura,&c.sed credo per hoc verbum cum rigore examinis,conditores velle intelligere, quòd sit per doctores examinatus, & quòd sine examine ad gradum non sit receptus.& ita bene examinabitur Tholosæ, & in aliis vniuersitatibus regni,quàm in his consuetudinariæ Franciæ vniuersitatibus, ergo sic examinati nominari poterunt per regem,etiá si essent facti sub titulo

Clausula de rigore examinis.

de iustitia,dú modo in literis licentiæ nó sit illa clausula de gratia,quia doctores non possunt in hoc casu facere gratiá examinis,etiam si ille esset notoriè doctus, quanuis aliàs contra,per text.& ibi docto.in cle.vna.de iureiur.cum hic detur rigor examinis,cautè igitur iste textus non expressit promotum, quia licet quis nó fuerit promotus cum rigore examinis, sed de bona iustitia,vel cum alia clausula necessaria,dum tamen fuerit cum rigore examinis receptus & examinatus sufficit.& ideo non placet.id quod Ioan. Dayma supplet promotum , quia per hoc excluderet omnes promotos Tholosæ,vel in aliis vniuersitatibus,quæ non vtuntur hac clausula, cum rigore examinis in promotione.Ideo ego intelligo regem debere nominare vnum grauem doctorem , aut licentiatum in vniuersitate famosa,& cum rigore examinis examinatum,quanuis non sic promotum,quod est notandum.

minus constitutum [a], &

Annus an debeat esse completus.

a ¶[*Constitutum*] Et sic videtur requiri annus vigesimusseptimus completus,per hoc verbum cóstitutus,probatur in.c.2. & c.indecorum.de æta.& quali.& per hoc verbum ad minus.Item có stitutus in minoribus requiritur,quòd habeat ordines minores totos.c.præterea.&.c.tua.de æta. & qua.sic & totum tempus. Ad hæc derogat iste tex.ca.cum in cunctis , in princi.de elect.c. presbyter.78.distinct.vbi requirebantur.30. anni completi,ergo & hic,& non est verisimile quod in duobus voluerint corrigere iura,& in ætate & quod annus non sit completus. Contrarium tenet Ioan. Dayma,hic dicens hunc annum haberi pro completo,per hoc verbum constitutum, quia is qui annum incepit vigesimumseptimum,est iam in ea ætate constitutus,elapso vigesimoseptimo anno , non est amplius constitutus in vigesimoseptimo,sed in vigesimooctauo, probatur in.c.constitutus.de appel.nec obstant tex.supra allegati,illi nempe verbo infra vtuntur,non verbo constitutum,vt hic. Nec retragatur verbum ad minus,quia verificatur in eo,qui est in ætate vigintiseptem annorum,licet non compleuerit.nam adminus debet esse in vigesimoseptimo suæ ætatis anno , nec obest dictum c. cum in cunctis , vbi episcopus debet compleuisse. 30. annum instar Christi. qui in ea ætate baptizatus fuit, & cœpit prædicare.c. presbyter.78.dis.ibi,enim hoc est expressum, hic cótrarium per hoc verbum constitutum,vide extrauag.vnam.de postul.prela. in cómunibus,per quam hic tex.videtur declarari.ibi,illum,qui vigesi-

vigesimumseptimum non attigerit annum,ad cathedralem postulari edicto perpetuo prohibemus, & sic sufficit attingere:& ideo non requiritur annus cópletus.& huic séntétiæ subscribo.

a ¶*Aliàs idoneum*] Id est de iure communi, vltra sequentia hic requisita.

aliàs a idoneum, ¶Primò,hic requiritur,quòd archiepiscopatus,vel episcopatus vacet, quod probatur in hoc tex.ibi,occurréte huiusmodi vacatióe &c.& ibi dixi.

Qualitates requisita ad hoc, vt quis possit per regem nominari.

¶Secundò,requiritur quòd vacet in regno,vel Delphinatu,vel comitatu Dien.vel Valen. si ergo vacaret in prouincia, vel in Britannia,non procederet hic tex. ibi, in regno dicto.&c. cùm ibi concordatum non sit receptum.

¶Tertiò,quòd ille archiepiscopatus vel episcopatus spectaret (si electio fieret)ad electionem, vel postulationem capituli, & canonicorum,aliàs si collatio vel electio ad alios spectaret iure speciali,nó haberet locum nominatio,quod probat hic tex.ibi, illarum capitula.& canonici ad electionem seu postulationem &c.& ibi dixi.

¶Quartò,requiritur quòd rex Franciæ nominet,non Delphinus,vel alius,ibi,rex Franciæ,& supra in eodem verbo scripsi.

¶Quintò,quòd nominet papæ,seu sedi apostolicæ, hoc elicitur ex tex.ibi,nobis & successoribus nostris Roma. pótificibus, seu sedi prædictæ nominare,&c.

¶Sextò,quòd fiat Romano pontifici canonicè intranti.alioqui si per violentiam,aut aliàs indignè intraret, nominatio eidem fieri non debet,ex tex.legitur.ibi,canonicè intrantium,vbi plenius scripsi.

¶Septimò,requiritur quòd nominatus per regem sit magister in Theologia,vel in ea licentiatus,aut doctor iurium,seu in altero,vel licentiatus,nec sufficeret quòd esset bacchalaureus etiam formatus,vel vtriusque iuris,vel doctor in medicina, cum tantum hic admittat doctores,& licentiatos.ibi,magistrum seu licentiatum in theologia,&c.quod non procedit in consanguineis regis,& aliis ibidem descriptis in versi. consanguineis,infra eo.vbi plenius elucidatur.

¶Octauò,quòd sit grauis persona, honestæ vitæ, & non leuis capitis,vel iudicij.in tex.ibi,grauem,&c.& ibi declaraui.

¶Nonò,quòd rex nominet vnum,nó duos.ibi, vnú &c.alioqui dic,vt in glos.vni.in.§.1. de col.infra. & supra dixi in verbo vnum.

¶ Decimò, quod sit graduatus in vniuersitate, ergo graduatus sub bulla non posset nominari, vt probatur in tex. ibi, vniuersitate, vbi dixi.
¶ Vndecimò, quòd illa vniuersitas, in qua sumpsit gradum, sit famosa, vt in tex. ibi, famosa, &c.
¶ Duodecimò, quòd in vniuersitate regni, vt supra dixi in verbo vniuersitate.
¶ Decimotertiò, quòd sit examinatus. ibi, cũ rigore examinis, si ergo aliquis esset sine examine factus, caligatus doctor non gauderet hoc priuilegio nominandi. ibi, probat tex. cum rigore examinis, vbi dixi. facit text. in. c. qui episcopus, vigesimatertia distin. vbi sic inquit tex. qui episcopus ordinãdus est, antea examinetur, licet de alio examine loquatur, de quo infra, versi. 17. Quia magistri & custodes canonum dicũtur, ideo eos scire debent. c. cum quibus. in fi. 24. q. 3.
¶ Decimoquartò, quod talis nominatus saltẽ sit cõstitutus in. 27. suę ætatis anno. ibi, ĩ 27. suę ętatis anno ad minus cõstitutũ, &c.
¶ Decimoquintò, quòd fuerit nominatus intra sex vel nouem menses, vt infra patet in hoc textu.
¶ Decimosextò, quòd nominatio regis præcedat prouisionem papæ, vt infra versi. alioqui. ibi, præcedẽte nominatione. & in. § seq. in verbo expectata, quanuis Dayma duo requisita tantum ex tex. eliciat, ætatem videlicet, & gradum, sed ponderando celebrius tex. vides alia multo plura. Et hodie per regis edictum & declarationẽ non valet nominatio regia, ob fraudes vitãdas, si intra sex menses non fuerit papæ præsentata, & expedita: & ideo secunda postea valebit, vt audiui esse in magno consilio publicatum, non tamen vidi.
Requisita in episcopo de iure.
¶ Decimoseptimò, requiritur quòd aliàs sit idoneus, scilicet de iure cõmuni, & quando dicatur idoneus de iure cõmuni? declarat text. in. c. qui episcopus. 23. dist. cuius verba sunt, qui episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, docilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si peruigil, si semper suis negotiis cauẽs, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege domini instructus, si in literarũ sensibus cautus, vel acutus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia si fidei documenta verbis simplicibus asserat, &c. Hodie dicebat quidam hos versus pręsulibus quibusdã conuenire.
Præsul amat marcham plusquam distinguere marchum,
Plus amat & lucrum, quàm facit ipse Lucam.

Item

¶ Item nõ debent nominari, qui in hæresim lapsi sunt, vel defe ctum membrorum habent, vel fornicarias, seu concubinas habuerũt, seu qui ambitu honorem quærunt, qui honorem muneribus obtinere molliuntur, qui à decessoribus in sacerdotiũ eliguntur. hæc & alia describũtur in c. fi. 51. dist. Nullus etiam per ambitum ad episcopatus honorẽ permittatur accedere. c. nullus itaque. 1. sed debet quodámodo inuitus promoueri, meritis tamen suffragantibus. c. in scripturis. 8. q. 2. Itaque castus, & humilis nostris tẽporibus eligatur episcopus, vt locorum quocunque peruenerit omnia vitæ propriæ integritate purificet, nõ precio, sed precibus ordinetur antistes, tantũ ab ambitu debet esse depositus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi, profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. tex. pulcher. in l. si quenquã. C. de episc. & cle. Bertach. in tract. de episc. in 1. par. 2. lib. 2. nõ enim nomen facit episcopũ, sed vita. c. plerunq;. 2. q. 7. & sicut dignitate præcellunt, sic & religione debent aliis præminere. Vtor verbis tex. in c. ex multa. in fi. de voto. vnde his verbis dicit Barb. in c. literas. col. 5. de iura. cal. vtinã regnaret illa antiqua bonitas, quæ nihil ambiebat, imò donata recusabat, nec valuit episcopus Bononiẽ. tũc temporis inuenire aliquẽ, qui vellet acceptare canonicatũ illius ecclesiæ cathedralis extra vnũ sartorem clarũ & honestũ virũ, hodie inuenirentur ferè tot acceptantes, quot in orbe figuræ. vide per Alua. in tract. de plãct. ecclesię. lib. 1. c. 69. & per Petr. Falc. in suo tract. de appet. præla. vbi plenè prosequitur. Itẽ natus ex illegitimo matrimo. etiã non idoneus. c. cũ in cũctis. in prin. de elect. vel patiens aliquẽ defectũ ex his quos scripsi in trac. de pacifi. posses. in 4. limita. vide etiam in epist. 1. ad Tim. 3. c. & ad Tit. 1. c. & in Prag. sanc. ti. de cle. §. deinde verò si fuerit nominatus aliquis nõ ido neus, poterit p papã recusari, vt in hoc tex. habet. Sed timeo ne interdũ lupis potiꝰ q̃ pastoribus cõmittantur, sed quid grauius, quid intollerabilius, & periculosius, quã vt detur lupus loco pastoris, dissipator loco tutoris, homicida pro medico, tyrannus pro defensore, inimicus pro aduocato, hoc expresse scribit Panor. in c. dilecti. 2. col. 2. de except. per c. ne pro defectu. de elec.

Castus & sine ambitu fiat episcopus.

Acceptantes beneficia olim non inueniebãtur.

¶ Vltimò, nota ꝙ antequã prelatus in hoc regno habeat exercitium suæ prælaturæ, solet præstare iuramentum fidelitatis regi Franciæ. cle. vna. & ibi Bonifa. not. 11. §. porro. de iureiur. & in c. nimis. ibidem. vbi dicit Bald. quòd per hoc iuramẽtum cle-

Prælati regni Frãciæ præstant regi fidelitatem.

ricus nō efficitur subiectus laico, vel eius debitor, nempe qui iu rant ratione ordinariæ iurisdictionis, vt prælati, nō dicūtur vas salli, sed domini iurisdictione dominica & in capita, quia nō faciunt pro ea aliquod seruitiū notabilis quātitatis, sed solius recognitionis. c. indignum, de reg. iur. Bal. in rub. de iud. nu. 15. in prima lectura decreta. vide. c. Adrianus, 63. & per extrauag. iniuncte. de elect. in communibus, quę omnia notes, quia nō passim tacta inuenies.

intra sex menses a

a ¶ *Intra sex menses*] Hic additur ad ca. ne pro defectu. de elect. vbi electio in his maioribus dignitatibus intra tres menses fieri debebat, c. postquā. 50. dist. c. obeūtibus. 63. dist. sed hic dantur sex menses regi ad nominādū ratione loci distātis lōge à Francia, intra quos si non nominauerit, vel inhabilē, adhuc intra tres mēses nominare poterit, vt sequitur in tex. Itē patronus clericus intra sex menses presentare tenetur, laicus verò patronus intra quatuor, vtrunque probatur in c. vno, de iure patro. in 6. qui cō putātur à die notitiæ veræ vel præsumptæ, Rota decisio. 263. si propter. in nouis. gl. in verbo cōputandū. §. visum. de colla. in prag. Ioan. de Selua in. tract de benefi, in. 3. parte. q. 59. vel à die quo de nouo cōstructa est ecclesia, vel cōsecrata. Federi. cō. 129. casus talis est testator. facit cle. fi. de rescri. vbi doc. Et mādatarius ratione clausulæ motus proprij habet decem dies ad eligēdum beneficiū pinguius, iuxta. c. si pluribus de præb. in 6. optio intra viginti dies fieri debet. c. fi. de consuetu, in 6.

Tēpus requisitū in omnibus electionibus & collationibus & quibuscunque prouisionibus.

De collatione, & intra quod tempus fieri debeat.

¶ Alia verò beneficia regulariter conferri debēt intra sex menses, alioqui collatio ad proximum superiorem deuoluitur. ca. 2. de concess. præb. & ibi dixi. Et tam primus collator hos sex habet menses, quàm quilibet alius alios sex menses, per c. fi. de supplen. negli. præla.

¶ Idem in electione, vt intra sex mēses, nisi in maioribus dignitatibus fieri debeat, tradit Panor. in c. cū nostris, per illum textum. in 2. not. & c. dilectus, & c. postulastis. in 3. nota. de conces. præb. Item conferri per id tempus debent tam per episcopum, quàm per alium collatorèm. Panor. in d. c. cum nostris, etiam si collator fuerit exēptus. cle. vna. de supplen. negli. prælato. etiā si iure deuoluto conferat. d. c. 2. & c. licet. ibidem, siue collator sit in diœcesi, siue extra, c. nouit. de officio lega. etiam si fuerit in curia. Ioan. And. in c. si apostolicæ. de præb. in 6.

¶ Legatus verò tandiu poterit conferre, qāndiu alij prelati suæ

legatio-

legationis iure proprio vel deuoluto possunt, sed si collatio sit deuoluta ad prælatum extra legati collationé existentem, tunc non poterit legatus cóferre, donec sit deuolutio facta ad papá. Imol.& alij in d.c.2.& d.c.licet.Ioá.de Selua.in trac. de benefi.q.54.in 3.parte.& Brunellus in trac.de dignit.lega.q.19.

¶ Papæ verò cum non habeat superiorem qui possit supplere eius negligentiam, non est aliquod tempus præfixum.c.cum nostris.de concess. præb.c.aliorú.9. q.3. nisi in beneficiis vacantibus in curia, quæ si non cóferat intra mésem, poterit is ad quem spectat collatio, cóferre papa non excluso.c.statutum. de præb. lib.6.item papæ executori non est à iure præstitutum tempus ad conferédum, si non fuerit eius potestas limitata.cle.1.de con cess.præben.glo.& doct.in cle.si de beneficio.de præb.gloss. in §.visum.in verbo respectiue.de colla. *Papa non est præstitutum ad cóferendum tépus, nec eius executori.*

¶ Quod tamen tempus non currit, quando collator ordinarius esset impeditus.c.quia diuersitatem.de concessio.præben. idem si non inueniret idoneum glo.in c.bene nouit.61.distinct. & in §.in ecclesiis.in verbo poterunt.de col.in prag. quod in regno non posset allegari, cùm in eo bene multi periti reperiantur, vel quando lis super collatione duraret per annum, & postea per sententiam fuerit dictum collationem ad talem N.&c.pertinere, is adhuc poterit intra sex menses conferre cum tempore litis non fuerit negligens, non curret eidem tempus, quod secus est in præsentatione.d.c.quia diuersitatem, sic expressè cósuluit Feder.cons.232.casus talis,&c.cui sententiæ subcribit per illa iura Panor.& alij in c.quoniam.& c.cum propter.de iure patro.

¶ In institutione quippe nó est certú tépus à iure pręfixú, sed si is ad quem pertinet institutio fuerit negligens, poterit superior eidem pręstituere terminú ad instituendum.gl.in reg.cácel.40. Pan.in d.c.2.Roch.de curte.in trac.de iure patro. in verbo honorificum,q.25.& Paul.de citadinis in eo.trac.parte.6.q.53. *De institutione.*

¶ Idé in cófirmatione, vt is qui debet cófirmare nó habeat à iure certú præstitutú tépus, secus in eo qui eam petere debet, hoc enim intra tres menses facere tenetur.gl.& doct.in c.cú in cunctis.§.1.de elect.c.quá sit.illo tit.in 6.idem tempus datur ad petendum consecrationem, quod cóputatùr post cófirmationem obtentam.c.quoniá.75.dist.c.quoniam.100.dist.idem ad petendú palliú. c 1.c.100.dist.idé in permutatione, vt superiori nó sit præfixum tépus ad eá approbandá.gl.in d.§.visum.in verbo respectiue, in prag.& Nicol.Milius.in verbo beneficium.q.46. *De confirmatione.*

¶Item quando non est certus præbendarũ numerus, potest cõferri præbéda post sex menses. c.cx parte.de cõceff.præb.glo.in verbo tẽpus.in d.§.visum.idem in collatione hospitaliũ. Vt certum tẽpus ad prouidendum illis nõ sit præfixum. tradit Feder. de senis,in tracta.de permuta.benefi.q.26,& 64.Feli.in cap.de quarta. col. 4. de p̃scri.

De collatione hospitalium.

Io.de Selua in d.3.parte.q.64.intellige vt traditur per tex.& not.in cle.quia contingit.de religio.domi.quãdo hospitale nõ datur in beneficium,vt dixi in trac. nomina. q. 15.versi.6.nu.12.& seq. alioqui sicut beneficium conferri debet, & intra sex menses,per d.c.2.

à die vacationis [a] ecclesiarum

Nominatus intra sex menses requirere debet.

¶Vltimò, nominatus & graduatus intra sex menses beneficiũ requirere debet,alioqui excluditur ab illo beneficio,non à suis nominationibus. gloss.in §. item quod vniuersitates. in verb. scilicet.de colla.in prag.dixi in tract.nominatio. q.17. in princip . & sic summatim habes intra quod tempus beneficia conferri,vel de illis prouideri debeat , quæ nota,quia alibi non sic inuenies breui descripta.

Episcopus quãdo administratorem beneficio præficere possit.

¶Postremò figẽdum est mẽti , quòd eo casu quo episcopus nõ valet conferre,vel prouidere de beneficio,vt pote quia est reseruatum,vel deuolutum ad papam, si non sit aliquis , qui interim valeat illis beneficiis p̃uidere,poterit episcopus deputare administratorem idoneum,donec per papam fuerit prouisum.arg.c. regenda.10.q.1.hæc est pulchra decisio.Pan.in c.cũ nobis olim. vlt.nota.de elect. quã sequitur Probus in addi.ad Ioan.mona. in c.2.in fi.de præb.in 6.& est notanda,quia episcopis vtilis.

Tempus currit à die vacationis quãdo hoc dicitur in constitutione.

a ¶*A die vacationis computandos*] Etiam si non haberetur notitia vacationis,quia quando lex exprimit,vel alia constitutio,vt tempus computetur à die vacationis, vt hic,tũc stabitur dispositioni cõstitutionis,etiã extra notitiã.tex.est formalis in c.statutũ.de preb.in 6.cuius Ioã. Day. memorẽ nõ fuisse miror.& ibi gl.singula.dicit currere tũc tẽpus ignoranti , quãdo fuit statutũ in fauorem,vt hic videlicet in fauorem ecclesiarũ regni, ne diu vacent,& ne gregi dominico diu desit cura pastoris.ca.oblatæ. in fi.de appella.secus quando tempus fuit statutum in odiũ negligentis,tunc ignoranti non currit,quia nõ est negligẽs.c.quia de conceff.præb. qui tex. decepit Ioan. Day.& primæ sentẽtiæ fuit Panor.in repeti.c.cum esses.col.vl.de testa..& omnes doct. in d.c.statutum,facit.c.placuit.2.ibi à die conuentionis. 16.q.3. & l.eos

& l.eos.ibi. à die condẽnationis. C.de vsur.rei iudic.l. in dotibus.de dote cauta.ibi,à morte mariti,vel mulieris, vel missione repudij.&.c.quã sit,ibi à tempore presentationis huiusmodi.de elec.in 6.c.licet canõ.ibi,infra annũ à sibi cõmissi regiminis tẽpore numerandum.ibidem.l.fi.C.de posthu.hære.inst.l. hæc oratio.ff.quib.ad liber.procla.nõ licet.l. quinquaginta. de excus. tuto.l.j.§.quod dictum est.de separa.l.ait prætor.§.annus. ibi, ex die venditionis,quæ in fraud.cred.l. mariti. §.sex mensiũ,de adult.& l.quinquẽnium ibidem.l.annus.de requirend.reis.

¶ Itẽ hic bis repetitur cõputari tẽpus à die vacationis, ergo ista geminatio declarationem saltem operari debet, iusta.l. balista. ff.ad trebel. & longa est differentia si assignetur tempus certũ, ad constituendum aliquem in negligentia, vtpote quòd intra sex menses debeat beneficiũ cõferre,& tũc tempus, quia simpliciter profertur,debet intelligi à die notitiæ, & sic etiam.c. 2. & c.quia.de cõcess.præben.& alia iura loquentia de tempore simpliciter.aut iura loquuntur quicquam esse faciendum intra sex menses à tali tempore computãdos,vt pote à die vacationis, & tunc nõ quærimus notitiam regulariter,vt hic.& d.c.statutum, alioqui conditores dixissent à die notitiæ.c. ad audientiam. de decimis.Itẽ quia expressum est hic.ideo faciet cessare tacitum. l. fi.C.de dotis promissio.l.cum filio.§.filio.ff.de vulga. & in certis non est locus coniecturis.l.continuus.§.cum ita,ff.de verbo. obliga. hic certum est computari à die vacationis, ergo non à die scientiæ,& sic patet istos sex mneses computari à die vacationis, etiam ante notitiam, alias esset loqui contra hunc tex. expressim dicentem computari à die vacationis. Item quia pro certo habuerunt cõditores,quòd intra sex menses rex bene poterit scire,quod si ignorauerit, habet adhuc tres alios mẽses intra quos si non nominet imputetur ei,nam diu vacarent ecclesiæ Franciæ, & lupus tempore vacationis triumpharet, vt dicit Bal.in ca.ne pro defectu.de elect.ideo constanter dicemus hos sex menses à die vacationis computandos. *Refellitur Ioã. Dayma decisio.*

¶ Fallit quando rex esset iusto impedimento detentus, vel sedes vacaret,quia ei non valanti nominare, non curret præscriptio,arg.l.vnicæ.C.de anna.excep.nota. in d. c. quia quod an fuerit iustũ,relinquetur arbitrio boni viri, extra illa quæ sunt à iure expressa.gl.in c.si quis iusto.de electio.in 6.vide glo.in verbo impedimento.§.1. de collatio.infra. & dies vacationis non cõputatur.gl.in d.c.statutum,& in l.datio.§.fi.ff. de actio. empti.doc.in c.super. eo.in 2.de appella.

a ¶ *Nobis*] Ergo hæc nominatio non poteſt fieri alij, quàm papæ, vel ſedi apoſtolicæ, vt infra dicitur, nec etiam legato à latere, cum à ſede apoſtolica differat. c. ſi apoſtolicæ ſedis. de præb. in 6. & ſi legatus poſſet per idem omnia quod papa, non eſſet differentia niſi nomine, & multi eſſent papæ, ad verbum refert Bal. in c. 1. de offi. lega. ſed poterit hæc nominatio fieri ſucceſſorib9 papæ eo mortuo, ſi tamen cederet dignitati, iuxta. ca. 1. de renun. in 6. nominato fieri deberet ſucceſſori, quia retinuit ſibi tanquam pontifici, vt ſupra eo. ibi, in manibus noſtris & ſucceſſorum noſtrorum Roma. pontificum canonicè intrantium, & ſic tanquã ſucceſſori in pontificatu, nó tanquam ſucceſſori bonorum per ca. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. Et probatur hic & ſucceſſoribus noſtris Romanis pontificibus.

earundem computandos nobis [a] & ſucceſſoribus noſtris Romanis pontificibus, ſeu ſedi prædictæ nominare, [b] & de perſona

¶ Nec etiam vacãte ſede poteſt nominatio fieri collegio cardinalium, tum ꝙ hæc verba nó congruunt, tum quòd collegium nó poſſit conferre. c. 2. ne ſede vacãte. cle. ne Romani. in princ. de elect. Ad hæc ſi collegiũ cardinalium hoc poſſet, fortè differrent prouiſionem Romani põtificis, vt aliquam vtilitaté ex his nominationibus haberét, quod eſt prohibitum. c. vbi periculũ. de elect. lib. 6. & quia collegium cardinalium ſede vacante non ſuccedit in his, quæ ſunt ordinis, vel iuridictionis papalis. d. cle. ne Romani. vbi Bonifa. dicit eo eſſe, quia cũ celeritatate deſideret prouiſio ſedis apoſtolicæ, vt eidé celeriter prouideatur omnis materia eſt amputanda cardinalibus, per quam nollent, aut differrent, aut nó poſſent facere electioné, arg. l. 1. ff. de dã. infect. niſi fortè inſtaret ſumma neceſſitas, vt quia non permitteretur eiſdé cardinalibus eligere papam, vel ſi duo eſſent in diſcordia electi, & neſciretur vter eorum eſſet verus põtifex. nã neceſſitas facit licitum, quod alias eſt illicitum. c. ſi quis propter. de fur. cũ multis congeſtis per Gerard. ſing. vlt. & multa ego ipſe addidi ad l. 1. ff. de offi. conſi. ita tradit hic Dayma, quem videas, vel fortè melius eſt tenere capitula poſſe túc eligere, vt occurratur diutinæ vacationi. de qua in c. quàm ſit. de elect. in 6. hæc declaratione conditorum indigerent, ſunt enim ſupra caput.

An collegio cardinaliũ nominatio fieri ſede vacante per regem poßit.

b ¶ *Nominare*] Intellige debeat, quod verbum eſt infra poſitũ. certè ſi rex nominare velit, debet ſic qualificatũ nominare, tamen

men nõ tenetur nominare, si nolit, quia ad factum præcisè quis compelli non potest. l. si quis ab alio. ff. de re iudi. & lege stipulationes non diuiduntur. de verb. oblig. sed si nõ nominet lapso tẽpore, papa prouidebit, prout statuitur hic. Et vtilius fortè esset animabus, si spiritualia spiritualibus relinquerentur, & temporalia rectè administrarentur ab ipsis secularibus, & non miscerẽtur sacra prophanis.

per regem[a] huiusmodi nominata per nos, & successores nostros, seu sedem prædictam prouideri[b]

a ¶ *Per regem*] Ergo per aurum vel argentũ non debet quis nominari, sed per regẽ Frãciæ, vt hic habetur, permittat ergo quilibet, vt rex libere nominet, nõ verò instigatus per alios, sed spiritus sancti nutu hoc faciat. argentũ enim vel aurum pro nominatione rex nunquã reciperet, sed de adstantibus quibusdã dubitatũ est, ideo hic text. dicit per regẽ, & non per alium. Quid si rex esset pupillus? Responde si maior sit infante, requisito prius consilio (si suæ conscientiæ prouidere velit) sui confessoris, tutoris, & præceptoris, is ipse poterit nominare instar patroni. de quo per Panor. in c. fi. de concess. præben. si minor infante fuerit; canonici interim liberè eligent, cũ hic sublatæ sint electiones in fauorem regis, si ipse nõ nominet, ecclesię regni eligere poterũt, cũ habeant electiones, nisi rege nominante, vt supra ti. proxi. dixi. in prin. vel tutor instar patroni, nomine tamẽ regio nominabit, per ea quæ dixi in tracta. nominationum. q. 17. nu. 20. scribitur Ecclesiastes 10. c. in fi. Vęh tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedũt, &c. prima tñ ecclesiis vtilior tenẽda potius esset.

Rex pupillus, an & quãdo nominare possit.

b ¶ *Prouideri*] Adde verbum debeat, quod est infra, quia papa debet prouidere nominato per regem, si sit idoneus, & qualificatus, aliàs papa poterit eumdem recusare, vt sequitur.

¶ Et sic ex isto tex. patet requiri papæ prouisionem, alioqui si à rege nominatus receperit fructus episcopatus ante papæ prouisionem, aut abbatiæ, seu prioratus, amittit ius nominationis, & dicitur intrusus, quia sine titulo valido fructus recepit. tex. in c. auaritiæ, de elect. in 6. inde poterit rex postea alium nominare, cum iste sit sua priuatus nominatione, & iure, siue fructus receperit sub manu regia, siue tanquàm procurator, vel alio colore, vel aliter se ingesserit administrationi per illum tex. & ibi abũdè doct. scribunt. & non dicitur pastor sed prædo nisi de nouo sibi prouideatur.

Intrusus est qui recipit fructus ante papæ prouisionẽ.

Rex si sciẽter inhabilem nominauerit, an alterũ poterit nominare.

a ¶ *Contingeret*] Fato vel aliàs quomodocũque. l.1.§.1.ff.de lega.3.siue scienter, siue ignoranter, cum hic tex.generaliter loquatur.& indistinctè, tum quia papa hoc concessit regi, quæ concessio parum operaretur, si intelligeremus secundum ius commune:& ideo debemus intelligere, quod aliquid addit, vt in simili tradit Bart.in l.4. §.prætor.ff.de damno infect. Item quia papa

Et si cõtingeret[a] præfatum regẽ

reseruauit sibi approbationẽ personæ nominatæ, ergo quocũque modo nominauerit rex primum, habebit post illius recusationẽ à papa tres alios menses. Præterea patronus laicus potest variare, si præsentauerit indignum. c.quod autẽ, de iure patro. fortius in rege, cui expresse per hũc tex.cõcessum extitit per viã contractus. huc accedit ꝙ rex præsentando scienter non qualificatum arbitratur papam velle cum isto per eum nominato dispẽsare, si ergo non posset alium nominare, videretur iniquum, & nihil prodesset ista cõcessio, vt alium nominare posset, denique antequam rex præsentasset secundum, oporteret quod iuraret an scienter, an ignoranter præsentasset primum, ad quod iuramentum tex.eum non astringit, igitur nec ego regem ad id astringam. Item nõ inuenio in hoc casu pœnam statutam, ideo ego non statuam, vt dicit tex.in l. at si quis. §.diuus.ff.de relig. & sumpti.func. Nec est aliqua constitutio tale quid dicens. §. cum igitur.in authen.de non eligen.secun.nub. colla.2.nec papa hoc dicit, ergo non est nostrum addere.l.si seruum.§.prętor ait.ff.de acquiren. hæred. nec pœnam priuationis extendemus ad casus non expressos.glo.in c.fi.de iure patro.

Reprobatur sententia Ioan. Dayma.

¶Nec refragatur primo quòd eligẽtes scienter indignum, sint priuati prima electione facienda.c.cum in cunctis.§.fi. de elec. cap.cum Vintonien.ibidem.vbi Panor.not.vlt. Idem in nominatione videtur dicendum, vt nominans scienter indignum, sit priuatus potestate nominandi pro prima vice, vt dicunt nostri, & sic concludit Ioan. Dayma. in verbo computandos, quod non est verum: nam hic expressim conceditur, vt si rex nominauerit non qualificatum, quòd possit alium nominare, sed in electionibus & aliis nõ sic permittitur, imò prohibetur, & priuantur, vt dixi, eligentes potestate eligendi, & contra suam sententiam est tex.in c.perpetuo, de elect. in 6. vbi sunt hæc verba perpetuo sanctionis oraculo declaramus, quòd scienter in electionibus nominantes indignum, propter suffragium in scrutinio

nio præstitum, nisi adeò in eo perstiterint, quòd ex votis eorũ electio subsequatur, nequaquam potestate eligendi priuentur, sed rex nominando scienter indignum, si postea nominet alium, non persistit in prima nominatione, ergo non erit priuatus potestate alium nominandi etiam de iure.

personam taliter non qualificatam [a] ad dictas ecclesias sic vacantes [b] nominare nos & successores seu sedes, [c]

¶ Nec me mouet quòd rex non debet ex suo (vt dicit Ioan. Dayma) dolo reportare commodum. cap. sedes. & seq. de rescript. respon. nõ potest notari dolus malus in permissis. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. quia quod fit legitimè nullam meretur pœnam. l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adult. sed rex secundo nominat hac constitutione permittente, ergo non potest in eo notari dolus, nec meretur pœnam priuationis, etiam si nominauerit scienter inhabilem: sed conscientiæ suæ caueat, si alium indignum nominauerit. Et sic constanter teneo contra Ioan. Dayma, contrarium asserentem in glos. vltim. cui per prædicta sufficienter responsum esse arbitror, & ista est mera veritas iuri & æquitati consona, videlicet quòd rex Franciæ possit nominare secundum, etiam si primò scienter nominauerit inhabilem, quem papa recusauit, aliàs de nihilo prodesset vt secundum posset nominare primo recusato vt prædixi.

a ¶ *Non qualificatam*] Id est, non habentem qualitates requisitas supra, quas tradidi in glos. aliàs, vnde dicitur qualificatus, quasi factus qualitatis requisitæ, & ideo nominatos ritè & graduatos vocamus qualificatos, quando habent qualitates requisitas in his concordatis. §. præfatíque ordinarij. §. si quis verò. §. volumus. & seq. de colla. infra. quæ sunt notanda ad declarationem illius tituli. *Quis dicatur qualificatus.*

b ¶ *Vacantes*] Ergo ad vacaturas non potest rex nominare, nec illas debet promittere, vt dixi supra, eo. in glos. occurrente vacatione. & in glo. alieni fati. supra in prooemio.

c ¶ *Sedes*] Et sic papa non debet prouidere indignis, vt hic, & mirabile videtur continere iste text. cum sedes ipsa sit res inanimata voluntate carens, sine beneplacito, teste Archi. in c. si gratiosè. col. 2. de rescriptio. in 6. & tamen potest prouidere, vt hic: sed dic quòd sedes aliquando capitur pro dignitate. §. sic igitur. in authenti. vt iudices sine quoquo suffrag. collatio. 2. quæ *Sedes apostolica quid, & de regali, imperiali, & alia.*

non moritur.d.c.si gratiosè. Nam licet habens papatum sit corruptibilis,tamē papatus imperium,& dignitas,semper sunt,nec corrumpuntur.c.cum venissent.de insti.l.proponebatur.ff.de iudic.Ioan.Monac.& Arch.in d.c.si gratiosè.de sede apostolica, imperiali,regali,cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporū, episcoporum,abbatum,& aliorum,abundè scribit Ioan.Franc. in tracta.de offi.& potest.c.sede vacan.in 6.prælud.scripsi in l. in lege censoria.ff.de verb.signifi.

¶ Quærebat aliquis nū magis peccet rex nominando indignū, quàm papa recipiendo? magno se iudice quisque tuetur. Primò, quòd rex magis peccet,probatur,quia fons peccati est,& origo: vt in simili dicitur per Hostien.in summa.§.fi. vbi dicit eligentes ista ratione magis peccare quàm confirmantes. Item in Euāgelio dicitur,qui me tradidit tibi,maius peccatum habet. & sic qui nominat maius habet peccatū,quia tradit papæ,& papa de illo confidit. Tertiò,qui nominat indignum, cōtra conscientiā agit.c.perpetuo.in fi.de elec.in 6.verba ipsa subiiciam,licet pro eo quòd indignum nominando scienter cōtra cōscientias suas agant,& diuinam vindictam,& apostolicæ vltionis metum nō immerito possunt reformidare,& pręsumitur sciēter nominare, cum cognoscere eum debeat.regu.qui cum alio. ff. de regu.iur. saltem per relationem boni viri.glo.in l.mulieri.ff.de condit.& demonst.glo.in c.cupientes.in verbo notitiā.de elect.in 6.Bal. in patrono,vt videatur scienter pręsentare indignum:ita scribit in c.cum vos col.2.de offi.ordi.& qui eligit aliquem ad beneficium,vel officium præsumitur ipsum habere notum.Bart.in l.si patronus.ff.de confirman.tuto. Deci.in c. cum in cunctis.§.fi. in prin.de elect.vnde imperator.in §.1.in authen.quomodo oport.episc.colla.1.his verbis fatur. Sancimus igitur sacras per omnia sequentes regulas,dum quispiam sequenti omni tempore, ad ordinationem episcopatus adducitur, considerari prius oportet eius vitam secundum sanctum Apostolum, si honesta & inculpabilis,& vndique irreprehensibilis sit, & in bonis testimonium habeat,& sacerdotem decens,&c.

¶ Imò videtur,quòd papa plus peccet, quia maior plus peccat q̄ minor.c.inter.§.de transla.episco.ibi,& quanuis iidē archiepiscopi tanquam maiores plus excesserint in præmissis,&c. Secundò,qui perfecit delictum,magis tenetur, quàm qui incepit. Nā Celsus scribit in hæc verba, Si alius mortifero vulnere percusserit,alius postea exanimauerit; priorem quidem non teneri,

quasi

quasi occiderit, sed quasi vulnerauerit, quia ex alio vulnere periit, & posteriorē teneri, quia occiderit. l. item mela. §. sed & si seruum. versi. Celsus. ff. ad leg. Aquil. Tertiò, papa potest non admittere nominatim à rege indignum, ergo si admittat magis peccare videtur. Dicam cum Marone. *Non nostrum inter vos tantas componere lites.*

huiusmodi de persona sic nominata eiusdem [a] ecclesiis minimè prouidere debeat. [b] Sed teneatur [c]

¶ Sed vterque sibi caueat, quia de his reddituri sunt deo exactam rationem, vt plenè scripsi in interpretatione ca. postulatis. in glos. de cleric. excomm. ministran. & tenentur de omni damno & dispendio, quod per eos acciderit. c. Valentinianus. vbi glo. 63. dis.

a ¶ *Eisdem ecclesiis*] Ergo de aliis ecclesiis poterit papa isti nominato prouidere, quia si nō sit habilis ad episcopatum, vel ad archiepiscopatum, erit fortè habilis ad beneficium simplex. Anto. in c. ex ratione. col. 1. de æta. & quali. vel ad aliud non requirens tot qualitates, sicut prælatura, de quibus supra dictum extitit. & tradunt doct. in c. cum in cunctis. de elect. ideo hic text. expressit eisdem ecclesiis.

b ¶ *Debeat*] Et sic à contrario sensu papa debet prouidere nominato à Rege, quando est qualitatis requisitæ per hunc tex. alioqui contractus non seruaretur, quem non seruare nō est egregij animi, vt dixi in præfat. ad rubri. de colla. infrà. & si aliter prouideret, nulla esset prouisio, vt patet infra. in versi. decernentes. Et posset rex resistere illi prouisioni factæ per papam. Inno. in ca. quod sicut. de elect. refert & sequitur glo. in regula cancel. 40.

¶ Quid si papa nollet admittere nominationem de idoneo factam? posset fortè rex nominare aliquem illi capitulo, quod episcopum poterat ante hæc cōcordata eligere, & tunc capitulum eliget illum nominatum per regem, & tantum proderit quantū nominatio facta papæ, vel fortè capitulum tunc poterit liberè eligere, quia electio non fit contra qualificationem hic positā. & in versi. decernentes. infra eo. annullantur electiones factæ cōtra præmissa, id est quando rex nominauit, & papa prouidit, non ergo si aliàs factæ sint, id est quando papa non prouidit, vt hic quod cogitandum relinquo, super his quippe effari periculosum est, cum nec caput nec pedes habeant. *Quādo papa recusat nominatū per regem recipere, quid faciēdum sit.*

c ¶ *Sed teneatur*] Si velit ex sua nominatione prouideri ecclesiis, & tenetur intra tres alios menses, post non, & ad hoc refer-

tur verbum teneatur hic positum, non tamen tenetur rex nominare, si nolit, vt supra dixi.

Vacãte sede ad quẽ spectet beneficiorum collatio.

¶ Sed dubitaret quis, ad quem spectet vacantium beneficiorum collatio, interim sede vacante? responde si rex iure regali habuerit priuilegium conferendi, vt in quibusdam habet episcopatibus, in illis poterit conferre beneficia episcopatus, vel archiepiscopatus,

idẽ [a] rex infra tres [b] alios mẽses

simplicia per ca. generali. de electio. in 6. Si autẽ iure regali hoc sibi in fundatione, vel aliàs ex priuilegio concessum non fuerit, sed tantum quod vacante sede illos capiat fructus, vt futuro reseruentur successori, tunc conferre non poterit: sed papa, aut legatus, tunc conferet, vel archiepiscopus post sex menses iure deuoluto. c. 2. de concessio. præbend. Et quanuis capitulum succedat episcopo sede vacante, tamen beneficia conferre regulariter non poterit. c. illa, ne sede vacan. nisi, vt dixi in tracta. nominatio. in collatione necessaria.

Dictio idẽ quomodo capiatur.

a ¶ *Idem rex*] Etiam eo mortuo alius, Nam idem dicitur, sicut idem populus Parisien. qui abhinc mille annis fuit. l. proponebatur. ff. de iudi. quia dignitas non moritur. c. si gratiosè. de rescript. in 6. maximè regalis Franciæ dignitas, quæ diuinitus est instituta, & diuinitus conseruatur, & dictio idem potest referri ad genus, vt in l. 2. in princ. & ibi doct. si cert. pet. vbi in mutuo, idem in genere debet reddi. Aliquando refertur ad speciem, & in dubio. Bart. in l. hoc legatum. ff. de lega. 3. Quádoque dicitur idem numero, vt hic, & in d. l. proponebatur, & per hoc excluditur alius extra regem, vt supra dictum extitit. vide quid si rex moriatur post præsentationem, seu nominationem, per Bal. in c. cum adeo. in princ. de rescript.

An rex possit iterũ nominare, qñ nominatio suũ non est sortita effectum.

b ¶ *Tres alios menses*] Quos rex habebit, quando non qualificatum prime nominauit, qui fuit per papam recusatus, si tamen prima nominatio per regem non fuerit plenum sortita effectũ, vtpote quia nominatus (quod raro euenit) consentire recusat, vel post consensum renunciat iuri suo, aut fortè diem clausit extremum, seu propter occultum eius vitium nominatio irritatur, tunc rex intra alios sex mẽses nominare alium poterit, ac si vacatio noua esset. text. elegans in ca. si electio. de electio. in 6. Nam correctionem iuris non debemus facere. l. vna. C. de inoffi. dotib.

¶ Nec refragatur, quòd si episcopus vel alius habens potestatẽ

no-

nominandi vnum canonicũ in prima sui creatione, si nominauerit vnum, qui acceptauit, & postea renunciauit, nõ poterit iterum nominare, postquam nominatio est semel sortita effectum. De Rota, deci. 22. nota quòd vbi ordinarius, in antiq. & Feli. in cap. innouamus. col. 2. not. 5. de treuga. quia debet intelligi quando ille habebat potestatem nominandi vnum tantũ, secus quando datur facultas nominandi semel, & iterum, vt hic, tunc poterit iuxta potestatem datã nominare, successiuè tamen, non simul, vt supra dixi. Item cùm sint hic taxati tres menses, vltra non habebit rex, etiam si primum præsentauerit intra duos menses, & adhuc supererant quatuor menses de sex qui primo præstituti sunt, tamen à die recusationis primi nõ dantur nisi tres menses, vt hic.

à die [a] recusationis personæ nominatæ non qualificatæ solicitatori nominationem non qualificatam

a ¶ A *die recusationis*] Ecce quomodo hi tres nouissimi menses computantur, videlicet à die recusationis intimatæ solicitatori regis, vel alterius, vt in glo. seq. nec dies termini computatur in termino. glo. in ca. statutum de præben. in 6. & hic plenè Ioan. Dayma, tractat. de dictione, A. Et intellige recusationis vnicæ, nam non poterit rex nisi semel nominare à die recusationis, per hoc verbum recusationis, non dicit recusationum, per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. significa.

¶ Quid sit inhabilis fuerit iterum ignoranter nominatus, qui non fuit per papam recusatus, sed admissus, faciendum erit? Respon. si notoria est inhabilitas, tunc ecclesia poterit se opponere. Nam hæc concordata sunt facta inter papam, & sedem apostolicam ex vna, & regem, & regnum, ex altera: licet videantur papa & rex consentire, tamen ex magna causa adhuc regnum vel vnus ex regno poterit se opponere, & audiri debebit in magno consilio, si sua intersit. glos. in l. iubemus. §. sanè. in verb. œconomis. C. de sacros. eccle. text. in ca. si quis presbyterorum. ibi, sed etiam licet quibuscunque eclesiasticis personis vocem contradictionis afferre. de reb. eccle. non alie. Federic. consi. 95. super quæstionum, col. 1. Feli. plenè in c. cum olim. col. 2. de testib. papa quidem & rex non intendunt prouidere inhabilibus, si contrarium faciant, sunt circunuenti. Bald. in c. cum olim. de re iudi. Et ij tres menses currunt regi, siue ipse sciuerit recusationem, siue non: quia postquam recusatio est intimata solici-

Si nominatus fuerit inhabilis potest ecclesia se opponere.

tatori regis, is debet certiorem facere regem, quod si non fecerit, imputetur regi, & de se quæri debet, qui parum diligentem solicitatorem sibi assumpsit. §. fi. Institut. pro socio. prout dixit de aliis sex mensibus in gl. contigerit. supra eo. & si fuerint plures solicitatores, sufficit vni intimare. arg. l. de pupillo. §. si plurium. ff. de noui. ope. nun.

prosequēti [a] cōsistorialiter [b] fa-

facit quod scripsi in tractatu nominationum. q. 14. nume. 62. quod si sint plures vicarij, sufficit vni insinuare. vide ibi alia huic rei confinia.

Solicitatore regis mortuo Romæ cui debeat recusatio intimari.

a ¶ *Prosequenti*] Et sic solicitator regis debet prosequi nominationem factam per regem. sicut dictaui in nominatis in §. fi. de colla. infra. & per hoc infertur quòd rex tenetur habere Romæ solicitatorem, qui nominationem hanc prosequatur. Quid si solicitator regis mortuus fuerit? Respon. putarem nominationem posse intimari procuratori nominati, vel illi cui directæ sunt literæ, arg. cle. causam. de elect. fortè etiam posset eo casu recusatio intimari protectori Galliarum, vel alteri negotia regis Romę gerenti, vel alteri solicitatori prosequenti hanc nominationem: nam si nominatus recusatus habeat Romæ solicitatorem, ad prosequendum hanc nominationem, illi poterit intimari hæc recusatio, & ideo cautè. dicit iste text. solicitatori. non exprimendo regis, vel alterius, & sic generaliter poterit intelligi. postquam non distinguit. l. de precio. ff. de public. in rem act. & si solicitator productus sit testis, an recusari possit, dixi in tracta. de repro. & salua. test. in verbo solicitator.

Nominatio per regem facta consistorialiter, recipitur vel recusatur.

b ¶ *Consistorialiter*] En ergo quòd hæc nominatio solet præsentari papæ consistorialiter, scilicet præsente collegio cardinaliū, & per papam sic recusari, posset tamen papa istam nominationem domi recipere instante necessitate, & collegium cardinalium ibidem congregare. arg. nota. in l. 1. ff. de offi. consu. tamen stylus ecclesiæ Romanæ est in his maioribus dignitatibus, vt consistorialiter recipiantur, vel recusentur, per nota. in c. quod translationem. de off. lega. vnde consistorium propriè est papę. glo. in c. Romana. in princ. & ibi Archidia. de appella. in 6. 10. Montagne in tracta. de authoritate magni consilij. versic. 3. pro magno consilio, vel principis. glo. in §. ad hæc in authen. de appel. collat. 4. Nec debet intelligi hic tex. vt quidam contorquebant, dicentes papæ recusationem debere intimari cōsistorialiter, sed recusatio nominationis secundum quosdam consistoria-

ria-

rialiter fit, & sic debet tex. ordinari, à die recusationis personæ nominatæ, non qualificatæ factæ, consistorialiter intimãdæ solicitatori prosequenti nominationem non qualificatam, &c. vel dic melius prosequenti consistorialiter, videlicet quod solicitator debet nominationem consistorialiter prosequi, & hic est germanus (vt reor) ad hunc tex. sensus.

ctæ intimãdæ [a] computãdos aliũ [b]

a ¶ *Intimandæ*] id est, exhibendæ seu denunciandæ, & debet fieri hæc intimatio solicitatori, vel alij, vt supra dixi in glo. prosequenti. nec sufficeret domi solicitatoris fieri, quum hic dicatur solicitatori, non domi, per nota. in clem. causam. de elect. vbi vide abundè. quamuis domi facta citatio regulariter non inuenta persona valeat l. 1. §. 1. ff. de libe. agnosc. alibi scripsi plena manu in tract. de cita. in 3. tomo. commenta. in consti. reg.

b ¶ *Alium*] Et sic videtur quòd rex possit tres nominare per hanc distinctionem alius, quæ tria requirit. glos. in l. ancillæ. C. de furtis, dixi in glos. ad alium. in §. si quis verò. infra de colla. & sic primo vnum nominabit rex, si papa eum recuset, rex alterum nominabit, si iterum papa eum recuset, alium. & sic tertium nominare poterit. Contrarium teneo, nam patronus laïcus licet possit variare, non tamẽ vltra semel, quia vbi licita est variatio non permittitur, nisi semel. tex. in l. si quis iusiurãdum. C. de iureiurand. Bald. in authent. habita. col. 8. nume. 35. C. ne filius pro patre. Alexand. in l. si ex toto. §. fin. col. penulti. ff. de lega. primo. & ita in propriis terminis consuluit Calde. consil. 16. an laicus. rubric. de iure patrona. & sic rex non poterit post secundam recusationem alium nominare, argu. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signific. & vt infinitas vitetur. de qua plenè dixi in interpreta. l. vnicæ, no. primo. C. de senten. quæ pro eo quod inter. & sic quum non possit primo nominare nisi vnum, vt tex. supra dicit vnum grauem &c. ita hic non poterit nisi alterum nominare, ideo post primam recusationem, non habebit nisi tres menses, quum hic tex. non concedat vltra. quod concederet si à die cuiuslibet recusationis posset alium nominare. Nec obstat dictio alius, quia aliquando ad duos tantum refertur ca. quum autem. de iure patrona. dixi in d. glos. ad alium. & sic per hoc verbum non debet rex nominatum primo recusatum nominare, sed alium, vt hic vltra nominatum primum, quod est notandum.

Rex quot possit nominare.

Secundus nominatus per regem qualitates in tex. expressas habere debet.

a ¶ *Supradicto modo*] Ergo secundo nominatus per regem debet habere qualitates supra descriptas in glo. alias idoneũ, alioqui recusari potest per papam: ideo hic monet regem, vt alium supradicto modo qualificatum nominare habeat, & hoc declarat etiam dictio alium, quæ implicat similitudinem. cle. 1. de rescrip. & erit sensus, vt facta recusatione primi nominati, ali⁹ qui sit similis qualitatis supra scriptę debeat nominari. non verò intelligas, quòd alius similis primo nominato nominari debeat, quia si primus esset ignarus, vel aliàs inhabilis, in secunda nominatione posset præsentari similis inhabilis, quod hic reprobat text. dum dicit supradicto modo qualificatum.

supradicto [a] modo qualificatum nominare [b].

Quãdo rex non nominat intra sex mẽses, an poßit postea.

b ¶ [*Nominare*] Si rex non nominauerit intra sex menses aliquẽ, videtur quòd non possit postea, quia alij tres menses dantur ratione recusationis factæ per papam quando rex inhabilem, fortè circunuentus nominauit, vt variare posit nominando habilem, nam nominatio quæ non est sortita effectum, quia recusata non debet eidem regi esse damno. c. perpetuo. de elect. in 6, probatur in hoc versi. si verò contigerit, & ibi à die recusationis, & in verbo semper, &c. potuit enim rex esse deceptus nominãdo inhabilem, ideo papa voluit eidem morem gerere, concedendo vt intra alios tres menses alium nominare possit, quod non est quando non nominauit aliquẽ, quia tunc negligentiam supplebit papa post sex menses, quia cõcessio facta in vno casu nõ extendetur ad alium. l. cõmodissimè. ff. de libe. & posthu. & vt dispendiosè vacationi ecclesiarũ consulatur. c. q̃ sit. de elect. in 6. ¶ Contrarium tamen videtur tenendum per hunc tex. ibi, alioqui, & ibi tunc sic vacanti, & quia facti appellatione nõ factum comprehenditur, quãdoquidem qui non facit quod facere debet, videtur aduersus ea facere, quia non hoc facit. l. qui non facit. ff. de reg. iur. scripsi in gl. prout. in repet. l. vnicæ. C. de sentẽ. quæ pro eo quod interest. & postquã papa voluit cõcedere regi nouẽ mẽses in casu, quo inhabilẽ prę sentauit, fortius & quãdo nõ nominauit intra sex mẽses, vt etiã postea alios tres mẽses habeat. Nam illud debemus dicere, ꝙ statuẽtes (si interrogati fuissent) statuissent. l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthu. & verisimile est ꝙ sic statuissent, & per hoc tolluntur in contrariũ allegata, quia non procedũt quãdo fortior est ratio in casu omisso, vel qñ verisimile est ꝙ sic ꝓuidissent, per gl. in l. tale pactũ. §. fi. ff. de

ff.de pact.Iaſ.in.l.1.col.4.ff.de vulg.facit tex. ſolēnis.in.§.porro.ibi, ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis, ſeu maior,&c. quæ fuit prima cauſ.benefi.amit. & diſpendioſa vacatio hic vſque ad nouem menſes tolleratur, & in hanc partem etiam videtur inclinare Dayma hic,licet ita expreſsè non decidat.

Alioquin [a] (vt diſpendiosè [b] eccleſiarum huiuſmodi vacationi preceleriter conſulatur) eccleſiæ tūc ſic vacāti per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu ſedē huiuſmodi

a ¶ *Alioquin*] Tres limitationes hic deſcribuntur. Prima eſt quando rex intra tēpus præſtitutum non nominauit,vel inhabilem. Secunda eſt, ibi, necnon quando per obitū epiſcopatus vacat in curia,& in iſtis caſibus papa liberè prouidet. Tertia pars,ibi,conſanguineis tradit de regis conſanguineis,& aliis ibidē conſcriptis,vt poſſint à rege nominari, etiam ſi non ſint qualificati,vt ſupra deſcriptum extitit.

b ¶ *Diſpendioſè*] Quàm ſit diſpēdioſa eccleſiarū vacatio,declarat rerum magiſtra experientia.c.quàm ſit.de elect.in 6.nam ex defectu paſtoris gregem dominicum lupus rapax inuadit.ca.ne pro defectu.de elect.& ſic per hāc rationem non tenebitur papa poſt recuſationem ſecūdam expectare finem trium mēſium, ſi rex iterum nominauerit inhabilem,quòd probat etiā verbum celeriter,in hoc tex.poſitum,& verbū liberè, & quia fruſtra expectaretur finis,qui nihil operaretur. *Papa ante tres vltimos mēſes finitos, an poſſit prouidere.*

¶ Non obſtat.c.commiſſa.de elec.in 6.quem tex.allegat glo.in cle.vt hi qui,in verbo conſtitutus.de æta.& quali. vbi ante finē termini nō poteſt ſuperior prouidere. Nā ibi ideo eſt , quia ius non eſt deuolutū ante lapſum terminū ad ſuperiorē. ergo finis termini expectatur ibidē, hic verò ſimul atque rex præſentauit ſecūdum inhabilem,& papa recuſauit illū, papa habet ius prouidendi,per verbū liberè,& verbum celeriter, & vt diſpendiosè eccleſiarum vacationi conſulatur,& ſic non tenetur aliud tempus expectare,nec refragatur gloſ.in.c. vbi periculum.in verbo decē.de elec.in 6.quæ dicit cardinales Romæ exiſtentes,teneri expectare decē dies,alios cardinales abſentes, etiam ſi appareat illos non poſſe venire intra illum terminum , quàm gl.ſequitur Bald.in.c.licet de vitanda.de elect.& Iaſ.in.l.non omnis.col.3.nu.8.ff.ſi cer.peta.Reſpondeo eſſe verum, quando rex non nominaret poſt primam recuſationem, tunc papa ante tres mēſes

non posset prouidere, & sic debēt intelligi iura supra adducta, secus si iam nominasset, & secūdo nominatus recusatus fuisset, vt in casu isto,& ita intelligitur casus sequēs,quia fortè ante finē termini per legem pręfixi rex prouidebit,& sic etiam appellatio non dicitur deserta, nisi totum tempus effluxum fuerit.c. personas.ibi,ex tunc. de appel. quod facit ad intellectū ordinationis regiæ permittētis iudici à quo sententiā exequi post desertionē,vt non possit exequi etiā si vnus dies superesset,& appareret appellantē intra illud tēpus non posse releuare.Ias.in c. cum stipulatus sim mihi.col.pe.prin.ff.de verbo.oblig.

Sententia ante desertionem nō est exequēda.

¶Concludendū ergo est,quòd papa nō poterit prouidere ante finem trium mensiū,quādo rex nō nominauerit aliquē à die recusationis primæ.secus si nominauerit.& inhabilem, quia tunc papa poterit prouidere statim à die istius secundæ recusationis, siue sint elapsi tres vltimi menses,siue non. Et ideo si rex nominauerit Petrū,& mandauerit solicitatori, vt si papa recusauerit Petrum,quod ipse nominabat Ioannem,tunc à die illius secundæ nominationis, & recusationis per papam factæ,papa liberè prouidebit,non expectato alio tempore, nec alia regis nominatione,vt hic probatur.

Regula cācellaria de viginti diebus an habeat locū in papa et rege.

¶Quæro,rex nominauit vnū ad episcopatū vacātē per resignationē,papa prouidit illi,siue vacet per resignationem,siue aliàs quouismodo derogando regulæ.18.dicenti, quòd si resignans moriatur intra viginti dies,de ipsa infirmitate,beneficium censeatur vacare per mortem.moritur resignans ante viginti dies, an rex iterum possit nominare,tanquā vacet per mortem? videtur quòd non: quia postquam semel nominauit,& nō fuit recusatus nominatus per regē,ergo non poterit alium nominare,cū hic sibi concedatur nominare alium quando recusatur primus, ergo si non recusetur,nō poterit rex alium nominare. Item illa cancel,regula non loquitur in episcopatibus, vel abbatiis,ergo in illis non habebit locū,quia episcopatus vel abbatiæ non veniunt appellatione dignitatis.tex.in c.venerabilis, de præb.gl. in c.2.illo tit,in 6.Præterea papæ est derogare illi regulæ cācellariæ,quam ipse edidit,derogauit,& sic valet illa derogatio.in cōtrariū me trahit tex.supra,vbi dicit regē posse nominare,quādo episcopatus vacat per resignationem,etiā quando vacat per obitum,sed si nominauerit ad episcopatū vacātem per resignationem,non censetur nominare quando vacat per obitū. Ergo papa non debuit prouidere,aliàs prouisio est nulla,vtpote facta

sine regis nominatione,vt patet in versi. decernentes. Ná actus agentium nó operantur vltra eorum intentioné.l. non omnis. ff.si certú peta.sed regis nó erat intentio, vt nominaret,si vacaret per morté, quæ intentio probatur si post morté alium nominauerit.vt in simili nota.in c.susceptum. de rescrip.in 6.gl.in verbo aliam.in forma manda.infra.

¶Et per hoc dixi illá regulam cácellariæ.18. habere etiá locum *Reg. cancel.de 20. diebus an in præsentatione locú habeat.* in institutione facta ab ordinario, vt si patronus presentauerit ad beneficiú vacans per resignationem,si resignás moriatur ante viginti dies,poterit iterum præsentare,quia non præsentauit in casu mortis,& prima præsentatio est nulla, ergo non præstabit impedimentum alteri presentationi,licet contrariú consuluerit Deci.consi.224 cui respon.in tracta.nominat.q.17. nu.5. Item si patronus presentauerit ad beneficium vacans per priuationé,si alio modo vacet,nó videtur p predicta presentasse,ideo poterit iterú presentare,licet cogitádú relinquat Rochus Curt. in tra.de iure patro.in verbo honorificú.q.51. alioqui céseretur esse facta institutio sine præsentatione. & sic non valeret.c.decernimus 16.q.7.c.illud.de iure patro. sic & prouisio in hoc casu mortis céseretur esse facta sine regis nominatione, quádo vnus tantú modus vacádi.in d.nominatione, vel præsentatione esset expressus,& quod dicta regula cancel.18. habeat etiá locum in collationibus factis per regé,fuit(vt dicút)in hoc senatu decisú die prima Decébris,anno 1494. in causa possessoria pendente super capella sancti Laurentij in ecclesia Meldensi. Ná alia est *Arrestum.* vacatio per morté,alia per resignationé.ca. susceptum. de rescr. in 6.& illa regula cácellariæ est facta ad vtilitatem omniú collatorú,& eorú,qui habent præsentare,seu nominare,ergo illi fauori possunt renunciare collatores, nec solius papæ derogatio potuit præiudicare nominationi per regé faciédæ in casu mortis:ná & si papa possit illi regulæ derogare in aliis beneficiis,tamen in his dignitatibus hîc expressis nó solet sine rege,ratione contractus sic facti,& illa regula loquens in beneficiis etiá habebit locum eadem ratione dictante in episcopatibus,abbatiis, & aliis in hoc tex.positis, per glo.in regula. 1.de regul.iur.in 6. Et sic patet q in nominatione facta per regé ad episcopatú vacantem per resignationé,debet exprimi,vel aliàs quocúque modo vacet, cú derogatione regu.de xx.diebus,aliàs per mortem non obstáte regulę derogatione facta per solum papam poterit rex in casu mortis iterú nominare.& ita fuit decisum in magno

cõsilio in causa abbatiæ de villa lõga, cõtra eũ qui sic habuerat per resignationẽ, cum dicta clausula, & aliàs quouismodo, &c.
Arrestum Imò in eodem concilio fuit pronunciatum pro domino Ioãne gay, iurium doctore, & recredentia illi adiudicata, quanuis alter habuisset prouisionem per resignationem cum consensu regis. Sed non acceperat possessionẽ, nisi eo die quo mortuus fuerat resignans: quãuis probasset se per sex horas antea recepisse: quia videbatur quędã fraus per nota. in. l. filiæ. ff. solu. matri. alibi dico.

de persona, vt præfertur qualificata,[a] necnon per obitum[b] a-

a ¶[*Qualificata*] Et sic quando deuolutio fit ad papam, ipse de persona, vt supra dictum est, qualificata, prouidere tenetur, vt dixi in glo. qui eisdem. §. si quis vero. infra. de colla. idem si vacet per obitum in curia, per hoc verbum, necnõ per obitum. &c. & quia vna dispositio determinat hic duo, ergo ea pariter determinare debet. l. iam hoc iure. ff. de vulg. secus quando prouidet consanguineis regis vel personis sublimibus, seu religiosis reformatis, vt infra excipitur, & illa exceptio in nõ exceptis firmat regulam, vt. l. 1. ff. de reg. iur. Et sic antequam papa sine regis nominatione prouidere possit, requiritur ꝙ rex nõ nominauerit intra sex vel nouem menses, vel quòd nominauerit inhabilem, & is sit recusatus, nam regis nominatio canonica esse debet. c. bonæ. 1. in fi. de postula. præla.

Requisita antequam papa sine regis nominatiõe prouideat.

¶Secũdò, quòd post recusationem rex nõ nominauerit aliquẽ intra tres mẽses à die recusatiõis coputãdos, vel ꝙ nominauerit alterum inhabilem, qui iterũ fuit reiectus, vt supra dictũ extitit.
¶Tertiò, reqritur ꝙ papa prouideat post tẽpus elapsum & nõ ante, aliàs nõ valeret, nisi, vt dixi supra eo. in verbo dispẽdiosè.
¶Quartò, quòd prouideat de persona qualificata, probat text. ibi, de persona, vt præfertur, qualificata, nisi vt dicetur infra in versi. alioquin.
¶Quintò, requiritur quod episcopatus vacet in curia Romana, vt sequitur in glo. seq.

Episcopatus vacantes in curia per obitũ papa sine regis nomi natione cõfert.

b ¶[*Per obitum*] Si ergo episcopatus, vel alia dignitas hic affecta vacet in curia per resignationem, nõ potest prouideri sine regis nominatione, quia hic sibi tantũ papa reseruauit vacationẽ per obitum in curia factã, ergo alios vacandi modos exclusit. arg. l. cũ prætor. ff. de iudi. c. nónne. de presump. Quia superius vacantia per cessionẽ fuerũt regis nominationi reseruata. & licet benefi-

neficium in curia resignatũ, in curia dicatur vacare.glo.in cle.1. vt lite pendente, non tamẽ episcopatus quoad hunc tex.& ad hoc vt papa solus prouidere possit.glo.in §.quibus.in verb.causas.de elect.in prag.& quáuis mortis appellatione veniat, etiam mors ciuilis.glo.in.c.susceptum.de rescrip.in 6.in casibus à iure expressis.gl.in c.placuit.16.q.1.doc.in l.gallus.§ & quid sit tantum.ff.de lib.& posthu.tamen appellatione obitus non venit cessio, vel alia mors ciuilis.tex.in.c.1.24.q.1.l.fi. C.de silentiar.lib.12.nota.in c.fi.de secun.nupt.

pud sedem [a] prædictam vacan-

Obitus appellatione non venit mors ciuilis.

¶ Item si episcopus, vel abbas, propter hęresim, vel aliud delictũ priuaretur apud sedẽ prædictã, eo casu sine regis nominatione de hoc episcopatu non prouideretur, aliàs prouisio esset nulla quia non vacaret per obitum, & vacatio per obitũ, tantum papæ, hic reseruatur, etiam si condemnaretur, ad perpetuos carceres, nisi ad mortem cõdẽnaretur, sine aliqua sentẽtia priuationis antea lata, quia tũc dũ moritur in curia, dicitur in curia vacare. Bal.in.l.siquis sub conditione.ff.de test.tute. Perus.in d.c.præsenti.§.sanè.vide Barb.in cõsi.82.Clemẽtissimi.vol.4.in primo dubio, quòd priuilegiũ cõcessum cardinalibus, vt beneficia vacantia per obitum suorũ familiariũ non possint impetrari, non habeat locũ quando beneficia vacant per priuationẽ. Etiã à papa conferri possunt cũ derogatione indulti, quia maiorẽ sibi potestatem retinuit quàm concesserit.c.dudum.de præb.in 6.

¶ Nec hic comprehẽduntur episcopatus vel abbatiæ curialiũ, si non moriãtur apud sedem apostolicam: nam licet dicantur vacare in curia, extrauag.ad regimen.de præb.in cõmunibus, & in regu.cancel.tamen non debet prouideri eisdem, sine regis nominatione, si non vacent per obitũ, vt hic intellige hic per obitum quomodocunque contingentẽ, morte violenta, vel etiam delbocone, vel alia cum hic non distinguatur. glo.in §.1.in insti.de capi.diminut.

a ¶ *Apud sedem*] Tũc dicitur apud sedẽ vacare, etiã si in locis vicinis per duas dietas moriatur, siue ibi occasione curiæ moraretur, siue alia causa apud sedẽ prædictã esset, tex. elegãs in.c.præsenti.de præb.in 6.quáuis dictio apud aliquãdo significet corã & in præsentia.tex.in.l.de iure. ff.ad municipa.l.eum pro quo. ff.de in ius vocando, tamẽ aliquando etiam accipitur pro prope, vt d.cap.præsenti, & ita dicit Alexand.& Ias.in l.1.princip.

Dictio apud quid significet.

ff.de acqui.possess. abúdè scripsi de hac dictióe in l.penes. ff. de verb.sig. & sic papa túc sine regis nominatióe ꝓuidere poterit.

Rex an possit nominare ad episcopatus vacantes in curia post mensem.

a ¶ *Semper*] Et sic rex ad hunc episcopatum in curia vacantem non poterit nominare, etiam si papa non prouideat intra mensem, sicut alius ordinarius de aliis beneficiis prouidet per.c.statutú. de præben. in 6. & probatur per hoc verbú semper, & hoc verbú liberè, vt sit sensus huius tex. quod papa intédit semper ꝓuidere sine regis nominatione metropolitanis & cathedralibus ecclesiis, quando vacát per obitum in curia semper, id est omni tépore, & omni casu, ita exponit. glo. in l.1.ff.solu.matri.& l.semper. de iure immunitatis. cap. sacerdotibus. ibi, semper sacerdotibus castitas obseruanda præcipitur.31. distinct. & monachus semper debet ferre habitum monachalé, etiam si sit factus episcopus. c. sanctimonialis.& ibi docto.23.dist.c.decretum.10.q.1. ita & papa poterit prouidere semper sine regis nominatione, quando episcopatus vacat in curia per obitum, & intellige semper siue intra mensem, siue post. vel potest intelligi quòd papa poterit prouidere semper intra tempus iuris videlicet intra mensem, post nó, & ista expositio suadetur ex.c.1.de in integ.rest.& glo.vlti.in c. contingit. de transact. vbi ecclesia semper illæsa seruari debet, id est legitimo tépore, ita exponit etiá Lucas de péna in l.vna. col, pe. C. de castré. om. pala. pec. libr.12. faciunt nota. in procemio decre. Rex pacificus.& per Iacobi. in l.1.ff. de iure dot. tamen præcedens intellectus est magis textui conueniens, pónderando verbum hic positum nulla nominatione, & sic excludit in hoc casu omnem regis nominationem, siue fieret intra mensem siue post, per l. quemadmodum nulla. ff. de acq. poss. l. nulla. de reg. iuris. Et de his dictionibus semper continuo, & aliis dicetur plenius (deo auspicante) in tit. de verb. signi. ff.

De dictione semper.

tibus semper [a] nulla dicti [b] regis præcedente [c] nominatione

b ¶ *Dicti regis*] Nec alterius, videlicet delphini, aut regentis, seu legati seu cuiusuis alterius, quod probatur in verb. liberè, & verbo nulla, &c. Nec poterunt etiam capitula eligere post mensem à die vacationis cóputandum, alioqui papa non semper prouideret. nec liberè, vt vult hic tex. nisi dicas, vt in gl. dixi proxima.

Præcedere debet nominatio prouisioné.

c ¶ *Præcedente*] Nec subsequente, per hoc verbú nulla & verbú liberè: sed hoc ideo dicit vt demonstraret regis nominationem præcedere debere papæ prouisionem in casibus in quibus debet interue-

bet interuenire,vt supra dixi in glo.aliàs.sicut præsentatio institutionem præcedit,tex.in c.decernimus.16.q. 7. aliàs non valet.nota.in cap.cum ex offici.de præscript.scripsi in glo. disposuerit.in versi.2.infertur.in §.si quis vero.de col.infra.

a ¶[*Liberè*] Id est sine regis nominatione,& sine alicuius contradictione, aliquãdo tamẽ denotat quãdam prærogatiuam absolutam,& dominiũ super actum cui adiicitur.l.procurator cui libera.ff.de procurato.c.cum nobis olim.in fine de elect.Petr. Ancha.in ca. cum liberũ.col.2.de sepult. & de hac dictione multa scripsi in §. præfatique ordinari,in glos.liberè.infra. de col. Nota quòd is qui suo arbitrio & liberè nõ potest vti frui re sibi concessa, dicitur in ea turbari,ideo interdicto vti possidetis experiri poterit tex. in l.vim facit.ff.de vi & vi armat.sic expresim consuluit Francisquinus Curt.consi.2. Vassallus.col.1.post tractatũ feudorum, dixi fusius in ordina.regiis,in rub. *des maticres possessoires*, vbi etiam scripsi quot modis quis dicatur turbari. *De verbo liberè.*

liberè [a] prouideri [b] posit

b ¶[*Prouideri posit*] A papa vel à sede, posset etiam papa in his casibus regis nominationem acceptare,sed non tenetur ,vt hic, dum dicit liberè prouideri posit. *Nominatio regis post tẽpus recepta an valeat.*

¶Sed si semel acceptaret,nõ posset postea alteri conferre liberè.vt fuit iudicatum me præsente, Anno 1539.die verò 29. Decembris,per dominum cancellarium,pro aliquo nominato per regem post tempus nouem mẽsium, qui fuerat admissus per papam ad regis nominationem,postea tamen papa iure deuoluto alteri liberè contulerat,certè prior in possessione fuit defensus, & sibi adiudicata plena possesio,quod notandum. *Arrestum.* Posset etiam rex Franciæ in hoc casu,quando vacat per obitum in curia,contra prouisum per papam se opponere, & excipere, si timeret de coniuratione,seu proditione patriæ,seu reuelatione secretorum suorum ratione patriæ, vnde prouisus est oriundus,vel propter parentes suos,qui semper regi fuerunt infesti, & tunc esset audiendus,quia satis prosequitur interesse proprium, teste Innocen.in cap.super his.col.3,nume.13.de accusa. vbi Panor. dicit esse singulariter notandum in practica. & idem in ca. cum terra.col.2.& cap.quòd sicut.de ele.interpretes in cap.reatina.63. distin.Idem tenet Francis. Marc. in decisio.delphinali.q.44.& sequen.in 2.parte. *Rex quãdo posit se opponere contra prouisum per papam.*

¶Item si archiepiscopatus vel episcopatus in curia vacans esset

in partibus limitrophis regni, nullus ad eum recipi deberet sine regis consensu, sicut Narbonæ, & Carcassonæ, per textum. & ibi glo. in l. 2. C. de fundis limitrop. lib. 11. quia istud. priuilegium censetur semper esse exceptum per tex. in authent. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oporteat. Benedict. in repet. cap. Raynutius. in verbo & vxorem. numero 405. de testa. ná quando ecclesia habet feudum à rege, tunc ratione feudi, vel quando est patronus, debet requiri regis assensus post electionem celebratam. cap. sacrosancta. in fine. de electio. cap. nobis. de iure patrona. docto. in cap. cum inter vniuersas. de electio. Maleret. in tracta. de elect. quæst. 8. limita. 3. & sic post prouisionem papæ, requireretur regis assensus in his casibus, qui per fidelitatem à prouiso factam regi declaratur. hoc etiam firmat Boer. in decisio. 2. Burdegal. col. antepen. Nota igitur in quibus casibus papæ rouisio valet sine regis nominatione.

Decrnentes [a] electiones contra

In quibus casibus prouideatur extra regis nominationem.

¶ Primus est, quando rex est negligens ad nominandum intra sex, vel nouem menses, prout supra dixi.

¶ Secundus, quando primo nominauit non qualificatum, & intra tres menses à die recusationis nominauit alium etiam non qualificatum, & vterque à papa fuit reiectus.

¶ Tertius, quando intra tres nouissimos menses nullum nominauit post primi recusationem.

¶ Quartus, quando episcopatus vacat in curia, vt hic, necnon per obitum apud sedem, &c.

¶ Quintus, quando ecclesia habet speciale priuilegium eligendi, vt in §. fi. infra eo. vbi dicetur, sed tunc papa non prouidet, sed ecclesia, seu capitulum eligit.

¶ Sextus, quando episcopus esset à Turcis captus, vel perpetuo morbo laboraret, tunc papa sine regis nominatione coadiutorem dare poterit, vt supra dictum extitit. in glos. vacantibus. in fine.

¶ Septimus casus est, quando collatio iure speciali spectaret ad fundatorem, vel alium, quia tunc is poterit sine regis nominatione conferre, vt supra eo. in glo. electionem declaraui.

Electiones hodie fieri posse non ambigitur.

a ¶ *Decernentes.*] Hic annullantur tam electiones capitulorum, quàm prouisiones factæ per papam, aliter quàm supra fuerit statutum, & si superueniret confirmatio ad electionem sic factam, non conualesceret. c. auditis. de elec. glo. in c. quorundam. in fi. illo

illo tit.in 6.si ergo fieret electio de nominato per regẽ hic non annullatur,quia hic tex.dicit cõtra pręmissa factas,sic adhuc potest hodie capitulum eligere,dum tamẽ modo eligat nominatum per regẽ.Sed de quo prodest illa electio? Responde, si prouisio esset nulla,saltẽ ex electione posset obtineri prælatura, & quia potest quis pluribus iuuari titulis se defendendo. c. post electionem.de cõcess.præben.& vt capitula sua seruẽt electiones, & eligendi possessionẽ. c. si verò.de iure patro.vbi patronus,qui euicit ius patronatus,pręsentat post præsentationem & institutionem admissas, vt possessionem præsentãdi acquirat,licet non possit aliũ præsentare, quàm iam institutũ, vide ibi Panor.& alios.& Roch. Curt. in tract. iurispatro. in verbo competens .q.19.& vt electus magis gratus sit canonicis,& his qui eum elegerunt.

præmissa attentas, ac prouisiones per nos, & successores nostros,seu sedem huiusmodi factas nullas [a] & ĩualidas existere.

a ¶ Nullas] Et sic tã electio quã prouisio papæ est nulla, si cõtra prædicta fiat per hũc tex.& potuit sibi papa imponere legẽ contractus per hãc clausulã decreti.Bal.in prælu.feud,col.8.ver.expedita.allegat Io.Monach.in c.1.de cõst.in 6.gl.in reg. cãc.40. in fi.Itẽ per hocverbum dicũt quidã prouisiones,seu electiones in cõtrarium factas non esse coloratas,quia quod nullũ est,non dicitur habere colorem, & sic qui possederit episcopatum hoc modo per triennium non iuuaretur decreto.de pacifi.possessor. ¶ Cõtrariũ videtur,nam hæ electiones sunt nullæ, si quis petat eas declarari nullas,& prosequatur intra triẽnium, sicut dixi de beneficio villæ muratæ.in trac.de pacifi.possess.amplia.13.facit ꝙ licet lex velit aliquid competere ipso iure,tamen intelligitur si petatur.l.2.C.de iure emph.l.si cõstat.de cõpens.l. scimus. gl. ipso iure.C.de ineff.testa.not. Lãcello. Galiaula.in repe.l.cẽturio.col.118.versi.13.conclusio.ff.de vulg.dixi in glo.ipso iure, in §.si quis verò.de colla..infra.tamẽ ne decętero cõtra præmissa fiãt electiones per eos,qui eligẽdi priuilegiũ nõ habẽt,fuit in sacro magno cõsilio(vt fertur)pronũciatũ oẽs electiones futuras nõ iure factas ĩ coloratas dici,& sic possidẽtes ꝑ triẽniũ decreto. de pacifi.poss.deinceps nõ iuuari,ne fiat cõtra hęc sacra cõcordata,qđ probaĩ per ea quę no.Barb.in cle.1.col.2.de elec.vbi dicit, ꝙ si papa cõcesserit, quòd abbas nõ possit cõferre beneficiũ

Electiones an sint colorata.

regulare clericis secularibus,& apposuit decretum,si postea abbas conferat secularibus tempore longissimo,non orietur consuetudo,nec præscriptio propter clausulã decreti,per quæ limitatur.c.cum de beneficio.de præben.in 6.ista sunt notãda,quia frequentia.primæ tamen sentẽtiæ,si non petatur inhærerem.

Qui dicãtur regis consanguinei.

Consanguineis [a] tamen

a¶ *Consanguineis*] Hic traduntur personæ exceptæ à qualificatione supradicta. Primò consanguinei regis excipiũtur,qui dicũtur à con & sanguine, quasi communem habentes sanguinem , & communi sanguine nati. glo.in §.1.institu.de legit. agnat.succes. Hostien.in summa.de consanguin.§.& vnde dicatur.& Ioan.And.in declaratione arbo.consangui.& ibi dixi.Soci.in repeti. l.cum auus.col.2.ff.de cond.& demonst.

¶Quæro qui dicantur hic cõsanguinei? quidam dicebãt vsque ad quartum gradum,per.c.non debet.de consang. glos.in c.requisisti de testa. Alij vsque ad septimum,,per glo.sing.in l.si fœmina.C.ad senatuscon. Turpi.tex.in c.ad sedem.35.q.5. glos.in c.postremo.de appell. Quidam verò vsque ad decimum gradũ protẽdebant,cùm in agnatis successio locum habeat vsque ad illum gradum.§.fi.insti.de legi.agna.success. Alij dicebant eos cõsanguineos,qui ex vtroque latere nati essent, vel ex latere patris tantum.l.post cõsanguineos.ff.de suis.& legi.hæred.;& hoc magis propriè. Alexan.in l.cum quidam.§.1.ff. de acqui.hæred. Ego verò puto hic vocari consanguineos omnes,qui quoquomodo regi sanguine iuncti sunt,per rubr.de consangui.ex sententia expressa.Perusi.in c.si pater.versic.23.num. 114. de testa. lib.6.Item communis vsus loquendi Franciæ vocat consanguineum quocunque modo sanguine coniunctum. Bart. in l.cum quidam, §.primo.nu.2. ff.de acqui.hæred.etiam si essent vulgo quæsiti,quia ex eodem sanguine exeunt .Hostien.vbi supra,maximè quando essent legitimati.glos.in verb.filiis in extrauagã. execrabilis.de præben. Ioan.22.vbi idem dicit, siue consanguinei essent nati antequam esset rex.vel postea. per l.senatoris filium.ff.de senat.l.2.§.in filiis.de decurio.

¶Etiam ex latere materno ex communi vsu loquendi , licet nõ de propria significatione.Barb.in repe.l.cum acutissimi.col.52. versi.quid si testator dicit.C.de fideicõmiss. etiã hoc modo posse capi in statutis affirmat Paul.in d. §.1. quod intelligit Alex. quãdo constitutio fieret à papa,si verò à principe, debet intelligi

ligi ſecundum iuris ciuilis conſtitutiones, quod eſt notandum ſecundum eum.imò quando conſtitutio non eſſet pœnalis,venirent affines regis,alioqui contra,ſed non in hoc tex. vt in gl. ſeq.dico.Ioã.And.in c.ſciant.de elect.in 6.Barb.in repet.l.cum acutiſſimi.col.52.C.de fideicom.

¶Quæro an conſanguineus regis, vel ſublimis perſona, licet nõ ſit qualificata,poſſit nominari ad abbatias? de quibus in §. ſeq.ſicut poteſt ad archiepiſcopatus & epiſcopatus, videtur quod ſic,quia hi ſunt excepti à qualificatione præmiſſa,& clauſula hic poſita refertur ad ſequentia.l.talis ſcriptura.ff.de leg.1.c.2.requiris.de appell.Item excepit eos in maioribus, videlicet in epiſcopatibus, & archiepiſcopatibus, ergo in minoribus videtur eos excepiſſe per authẽ.multomagis.C.de ſacroſanct.eccle.&.c.cui licet quod eſt plus,vtique licet quod eſt minus.de reg.iur. in 6. Tertiò,iura fauent conſanguineis regũ,& ſublimibus perſonis. c.de multa.de præb.extrauag.execrabilis Ioan.22. illo tit. ergo & hic.In contrarium videtur, quia hic conſanguineos regis excipit à præmiſſa prohibitione,ergo non à ſequente,ibi, in textu ſub prohibitione,præmiſſa minimè comprehẽſis.Item in textu dicitur dictis eccleſiis poterit liberè prouideri, ergo non dicẽdis,ſic arguit in ſimili Alexãd.cõſi.140.viſo dicto col.2.in 6.volu.& ſic cum prioratus & abbatiæ nõ ſint dictæ,nec expreſſæ ſupra,non comprehendẽtur hic,ideo non poterit his ſublimibus non qualificatis vel conſanguineis regis prouideri de iſtis abbatiis.Præterea hoc probat.§.ſequẽs,dum ſemper loquitur de religioſo qualificato,ibi prioratus verò perſonis,vt præfertur qualificatis duntaxat conferri liberè poſſint,ergo aliis perſonis nõ, quia dictio dũtaxat limitat & reſtringit.l. ſolutum. §. ſi in ſortem.ff.de pigno.act. & eſt dictio excluſiua. Bar. & alij in l.1.in princi. ff. ſi quis ius dicenti non obtempera. ergo excludit alias perſonas non qualificatas. alioqui conditores dixiſſent, ſi voluiſſent & excepiſſent in §.ſequen.ſicut in hoc.§.

Conſanguinei regum nõ qualificati, an poſſint ad abbatias nominari.

Dictio dũtaxat limitat & reſtringit.

Nec refragatur primum quod ad omnia hic verſic. conſanguineis referatur, reſpondeo tunc clauſulam in vno loco poſitam non referri ad alia,quando facta eſt per materias diuiſio. & paragraphos,gloſ.in c.vno.de poſtul.præla.in 6.ca. vt circa.de elect.eo. lib.& cle. 1. de ſepult. ſed hic eſt facta diuiſio de materiis per.§§.nã.§.monaſteriis.eſt ab iſto diuiſus, ergo hæc clauſula ad illum.§.non extendetur,etiam quia eſt dare diuerſam rationem in.§.ſeq.vt infra dicã,& eſt diuerſa materia. Igitur hæc

clausula ad eum.§.non extendetur, vt plenè dixi in repeti.l. vnicę.in glo,& nó ex quibusdam.C.de senten.quæ pro eo quòd inter.vel non refertur ad proxima,quando constat de mente,vt hic per verbũ à præmissa prohibitione.&c.ergo non à sequēte.
¶ Nec obstat regula,cui licet plus. Respondeo , quòd plus est præficere religiosis secularem , qui regulam non est expertus, quàm eidem concedere archiepiscopatum secularem,nam dicitur abbatibus,& aliis administrationem habentibus.3.Reg.20. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit erit anima tua pro anima eius.& ad Heb.vlt.c.ipsi peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Vnde monachus potest eligi ad episcopatum in ecclesia seculari , sed secularis in ecclesia regulari, non.cle.1.de cle. quia clericus secularis non est instructus in regula monachali,sed monachus cùm sit clericus,est instructus in officio clericali,ideo eligi non prohibetur.& in hoc sunt melioris conditionis monachi.glo.1.in c.cum ad nostram.de elect.& in magistrum assumi non debet,qui formam discipuli nó assumpsit,nec est præficiendus,qui subesse non nouit.c.cum in magistrum.de elect.c.nullus.eo.titu.in 6. & prius quis debet esse discipulus,quàm magister.c.ordinatos.59.dist.c.miserũ.61.dist.facit.c.presbyteros.16.quæst.1. & qui sub tutela aliorum esse debet,videlicet ad professionem faciendam,alios sub tutela habere non debet.l.fi.C.de legi tut.

Qualis debet esse abbas.

¶ Vnde in cócilio Triburien.fuit statutum in hæc verba.si quis abbas cautus in regimine, humilis,castus, misericors, discretus, sobriúsque nó fuerit, ac diuina præcepta verbis & exemplis nó ostenderit,ab episcopo,in cuius territorio consistit,& à vicinis abbatibus,& cæteris deum timentibus , à suo arceatur honore, etiam si omnis congregatio vitiis suis cósentiens,cum abbatem habere voluerit.c.si quis abbas.18.q.2.& August.de abbatibus, & aliis prælatis sic scribit , seipsum scilicet prælatus bonorũ operum præbeat exemplum,corripiat inquietos,consoletur pusillanimes,suscipiat infirmos,patiens sit ad omnes, disciplinam libens habeat,metuendus imponat , & tamé magis amari à subditis appetat , quàm timeri. hæc prosequitur Floren.in 3. parte summæ.titu.16. c.7.§.1.& sic abbas debet esse Roscius , hoc est mirę(vt apud Romanos vulgò dicebatur)& perfectæ probitatis homo. An ergo magnũ in abbate periculum,nam expers regulæ quomodo poterit monachos inducere ad regulam? quidem certè deuotionem potius tollet , & monasterium euertet,
discutiat

discutiat bonus, ac doctus iudicet. ego verò sic tam in foro seculi, quàm poli iudicarem, & sic iudicare debemus, si veræ religioni fauere (vt tenemur) volumus. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fune.

a ¶ *Præfati regis*] Secus in consanguineis reginæ per hunc text. qui tãtum regis cõsanguineos excipit, & consanguinei reginę non sunt regis consanguinei, quia non sunt ex eodem sanguine nati, & quãuis Augusta gaudeat eisdẽ priuilegiis quibus Augustus. l. princeps. ff. de legib. quod est verum, nisi concedatur regi tantum, vt hic præfati regis, quia tunc personale priuilegium nõ egreditur personam. Reg. priuilegiũ, de reg. iur. in 6. & quanuis Augustæ priuilegia extendi possint, verum est per principem, sed non per iudicem, vel doctorem. Lucas de penna in l. 3. col. vlt. C. de præpos. sac. cub. lib. 12. fallit quando haberent qualificationes supradictas, & etiam in aliquibus crederem esse eis deferendum, vt pulchrè loquitur text. in ca. fin. de offi. delega. in 6. & c. ne aliqui de priuileg. eo. lib. in hæc verba regibus & reginis, qui sicut dignitatis altitudine prę eminent, sic prærogatiua gratiæ ipsos conuenit anteferre. *Cõsanguinei reginæ non qualificati, an poßint nominari.*

præfati regis,[a] ac personis sublimibus[b]

¶ Et posset papa eos pro regis consanguineis acceptare, vel saltem loco sublimium vt sequitur. Multas prærogatiuas regum tradit Corse. in trac. de potesta. reg. vbi licet videre, ne solius transcriptoris persona fungar.

b ¶ *Sublimibus*] In qualificatione supra posita, non comprehensis, vt patet infra, & fundatur in c. de multa in fin. de præb. vbi papa erga sublimes in pluralitate beneficiorum dispensat. Dicuntur enim sublimes personæ nobiles in altum eleuatę, dictę à limine superiori, quod est supra nos, sicut sublimes personę sunt supra nos. Card. in d. c. de multa. circa finem. vbi dicit sublimes sunt nobiles magni status. arg. c. solite. in prin. de maior. nam sublimis dicitur excelsus, quasi supra limen eleuatus, & sic qualificationes supra positæ non requiruntur in his. *Qui dicãtur sublimes, & quæ idoneitas in illis requiratur.*

¶ Quæro in istis exceptis quę idoneitas requiratur? Respõdeo, illa quæ traditur in epistola Pauli ad Titum. c. 1. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, nõ superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, iustũ, sanctum, continentem, &c. & alia quæ sunt de iure communi,

quæ tradidi supra in glo.aliâs.in versi.17.quia istis remittuntur qualificationes hic positæ,quas in d.glo.aliàs enumeraui. Aliæ verò quæ sunt de iure diuino,vel positiuo,nõ remittuntur hic, nec sufficeret quòd hic nominandus esset magnus grámaticus, vel orator,sed tali sciẽtia præditum eũ esse decet, qua sciat soluere quæstiones , quæ habent ven-

ex causa rationabili[a] &

tilari in curia sua,& in hoc canonista prefertur philosopho.verba subiicio Bald.in c. cùm in cunctis. col. 2.de elect. licet hodie multi sacram theologiam, & iura relinquant propter fucos verborũ: vel medicinã,quanuis non quæramus medicum eloquentem si curare nesciat.

¶An papa posit sine acceptione personæ ad petitioné regum & principium aliquem promouere ad prælaturam ecclesiasticã? vide per Augusti.de Anchona. in tracta. de potesta. ecclesiastica.q.47. versi.ad quintum.non tamen requiro hic vtrunque,videlicet ꝙ sit cõsanguineus & sublimis simul: licet ista dictio,ac in textu posita videatur contrarium notare,sed cõiungit, vt cõsanguinei sint excepti à qualificatione supra posita,ac sublimes personæ:& sic loquitur hic de magnis nobilibus , nõ de omnibus nobilibus,sed de principibus,vel filiis principum,in quibus etiam relaxatur ius canonicum.in cle.vna.de baptismo.ca.fi.de pœnis,quia hi Gallicũ loquendi ornatum, & fucum verborum à pueris didicerunt,& pro scientia sibi retinuerunt.vide glo. in verbo sublimitatem,in d.extrauagan. execrabilis Ioan. 22. Benedict.in repet.c. Raynutius.in verbo & vxorem.nu.385.de testá.& omnes consanguinei regis sunt sublimes,sed omnes sublimes non sunt consanguinei regis,vt omnibus est obuium.

Causa rationabilis quæ dicatur, & an in regis cõsanguineis requiratur.

a ¶[*Rationabili causa*] Rationabilis dicitur, quæ non est pro libito volũtatis,sed ex ratione,cle.vna.circa princ.de excessi.prę lat. Guill.de Mõtserrat.in quarta parte sui tracta.super prag.sanctio.vel dicitur rationabilis,id est iusta. c cũ plures.& c. statuimus.& ibi Archid.de offi. deleg.in 6. An sit rationabilis statur iudicio papæ,qui habet nominatum per regem admittere.arg. l.1.ff. de iure deliberand. & postquam est facta prouisio , de his personis exceptis , pręsumitur ꝙ iusta causa & rationabilis interuenerit, quũ ab honestis & prouidis viris,videlicet à papa & rege factum extiterit.c.nisi.de pręben. Nam quis dubitat illum honestum & prouidum,quem apex tantæ dignitatis attollit?c.1.40.distinct.ideo prouisus nõ tenetur aliàs probare istam causam,

ſam,poſtquam erat in literis expreſſa, & ſic intelligitur hic tex. quod ſublimes perſonæ ſint exceptæ. ex cauſa tamen rationabili & legitima. Nam vltra ſublimitaté requiritur ſecúdú quoſdam in eis cauſa rationabilis,& legitima,quæ in conſanguineis regis non exigitur. ſed ſufficit conſanguinitas: Nec in aliis ſequétibus requiritur alia cauſa, quàm eminés ſcientia & reformatio, quia vtraque cauſa eſt rationabilis,ideo hic adiecit cauſam ad ſublimes,quia qui plures ſint in Frácia,ex cauſa rationabili,vtputa,quia perpetuo grati eccleſiæ fuerunt, & ex alia cauſa nominabitur ſine qualificatione præcedente.

legitima [a] in nominatione & apoſtolicis literis exprimenda [b],

¶ Alij cauſam tam in regis conſanguineis quàm in ſublimibus requirunt,ſed nó eſt veriſimile regem ſuos conſanguineos velle vti iure aliorú,& tantum dilexiſſe extraneos,quàm ſuos conſanguineos. Ná in dubio nemo preſumitur carné ſuam odio habere,ca. non exiſtimemus.13.queſt.2.vel poteſt intelligi, quòd hic cóſanguinei regis & ſublimes cenſeátur excepti à qualificatione prædicta ex cauſa rationabili in literis expriméda,ſcilicet cóſanguinitate & ſublimitate. Volens dicere tex,quòd ex cauſa rationabili & legitima hi conſanguinei ac ſublimes ſunt excepti à prædicta qualificatione. Nam rationabile eſt,quod his prouideatur,vt ſupra probaui,& cauſa eſt legitima,id eſt,à iure approbata in c.de multa.de præben.& in extra. execrabilis Io.22.illo tit.hæc tamen cauſa eſt in literis exprimenda,videlicet an ſit cóſanguineus vel ſublimis:& aliá vix cauſam requirit papa extra cóſanguinitaté,vel ſublimitaté. Poteſt tamé cauſa eſſe rationabilis & legitima,vtpote quia epiſcopatꝰ eſt ſitus iuxta inimicos regis,& opus eſt habere hominé potentem, tunc nominabuntur hi.c.officij.de elect.Panor.in c.conſtitutis.3.de appella.

a ¶ *Legitima*] Non ſufficit quòd cauſa ſit rationabilis,niſi ſit legitima,vt hic, id eſt à lege vel canone approbata. l.legitima. ff. de pactis l.vna.C.quando non petentium partes.& ibi Salicet. & Decius.conſi.258.in caſu.col.2.c.legitima. de appellat.in 6. dic vt in proxima gloſ.ſcripſi.

b ¶ *Exprimenda*] Requiritur ergo expreſſio conſanguinitatis ſecundum quoſdá in nominatione regis, vt nomino ſanctitati veſtræ Petrú N.cóſanguineú noſtrum alioqui,non valet ꝙ factum erit,quia hic datur pro forma,quæ ſeruari debet.l.cum hi.

§.si prætor.ff.de transac.idem in sublimibus,vt nomino D.V. talem. N.sublimem uirum, & magni status ac nobilitatis ad talem episcopatũ. N. quia si actus non possit fieri nisi in certis casibus tunc qui vult illum actum facere, debet exprimere quod est in aliquo illorum casuum. Inno.& Panor.in c. ad nostrã.in fi. de appella. vbi appellans à correctione debet exprimere excessum, & in citatione facta die feriato requiritur, quòd exprimatur causa alimentorum, vel alia causa permissa.l.2.in fi. cum gl.& ibi Barto.ff.si quis ius dicen.non obtépera.iuncta.l.1.& 2. ff. de feriis. faciunt not. per Inno.in c. præterea. de appella. & Roma.consi.483.dubitatur.colum.3.num.14. Bar.in l.non solum.§.sed vt probari.ff.de noui ope.nuntia.

Causa an sit in bullis exprimenda.

¶Item postea in literis apostolicis dicetur: prouidemus tali cõsanguineo regis &c. vel tali sublimi personæ &c. & idé statuebatur in prag.vt reseruationes non fierent nisi ex magna,rationabili & euidenti causa in literis apostolicis exprimenda. dicit non præsumi causam,nisi exprimatur, quia vbi constitutio requirit expressionem causæ, nõ præsumitur nisi exprimatur.c. vt debitus.de appella. c.1. illo tit.in 6.nec in principe præsumitur causa,quando veniret contra suum contractũ.Panor.in c. quæ in ecclesiarum,nu.14.de cõstit. Aliàs posset recedere à contractu,quòd non potest.vt conclusi in præfat.ad Rub.de colla.infra.Et si rex expresserit, non solet papa inquirere an causa vera sit,sed solet nominato prouidere, sicut etiam dicitur in c.in nostra.de rescrip.per doct.quãdo quis exprimit aliqua in impetrationibus,nam tũc papa credit impetranti,sed postea opponi potest de subreptione,& quotidie ita fit,quãuis melius esset de his apparere, nec sufficeret exprimere in nominatione, si in literis apostolicis non exprimeretur. per hũc textũ copulatiuè loquentem,nec posset causa haberi pro expressa,cum hic expressio necessariò requiratur.licet aliàs regulariter sufficiat. vt dixi in gl. pro expressis,in forma mandati apostolici infra.

Quando aliquid nõ potest haberi pro expresso.

¶Quæro an alia sint expriméda, videtur quòd non,postquam de vno expressit. Ergo aliud non vult exprimi, in contrarium inclino, vt consanguineus vel sublimis à rege nominatus teneatur etiam exprimere si quem defectum habeat,vtpote, quia erat regis spurius legitimatus tamé vel minor.27.annorum, & etiã alia quæ de iure sunt expriméda, vt dixi superius,& in forma mandat.in d.glo. pro expressis,quod est mente tenendum.

a ¶Necnon

a ¶[*Nec non*] Hic addit religiosos reformatos eminentis scientię & doctrinæ non comprehendi in qualificatione supra expressa. Et duæ negationes æquipollent affirmationi. l. duobus. ff. de verbo. signifi. vbi plenius scripsi, & sic tres tantum personæ à qualificatione supra tradita hic excipiuntur. Primò, regis consanguinei, secundò sublimes, tertiò religiosi mendicantes, reformati eminentis scientiæ, & excellentis doctrinæ viri, vt sequitur.

necnon [a] religiosis [b]

b ¶[*Religiosis*] Propriè hic accipitur pro eo, qui fecit professionem in aliqua religione approbata, in qua solent profiteri tria substantialia regulæ, scilicet paupertas, castitas, & obedientia, subiiciendo se imperio prælati. cap. ex multa de voto. Panor. & alij in rub. de reg. & ca. si religiosus. de elect. in 6. & talem religiosum nõ facit habitus, sed professio facta in manibus eius, qui potest incorporare religioni. c. porrectum. de regula. Cardi. in consi. 138. in aliquibus. & hi habent nouem ligamina, quibus religantur. Primum est castitas, & hæc ligat luxuriam, quia religiosus non castus, hircus est fœtidus. Paupertas auaritiam, nempe sepeliri debet in sterquilinio religiosus auarus pecunias congregans. c. cum ad monasterium. de statu monacho. Obedientia & humilitas ligat superbiam, pro monstro est videre religiosum superbum & elatum. Communitas inuidiam, quæ vix contra hosce succumberet in casu nouitatis, & interdicto vti possidetis. Parcitas gulæ immunditiam, pauca habentes parcitatem gulæ sequuntur. Charitas iracundiam. Taciturnitas oris insolentiam & maledicentiam. labor accidiam, vnde illis dicitur Ecclesiastes 9. ca. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare. Habitus vilitas inanem gloriam, quæ prosequitur Bercho. in dictio. in verbo religio.

Quis dicatur religiosus, et quibus ligetur ligaminibus.

¶ Quanuis religiosus largissimè vocetur omnis Christianus, inde dicitur religio Christiana. c. 1. de homici. in 6. c. 1. in 7. dist. vnde quis dicitur effici religiosus per leges, quia religant hominum voluntates, & coarctant ad bene viuendum, in procemio insti. in principio. Item largè dicitur religiosus omnis christianus honestæ vitæ instar religiosorum. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. ca. fin. de rebus eccle. non alien. Aliquando accipitur pro prælatis, vel aliis clericis secularibus si dicatur religiosus vir. glo. & doct. in c. 1. 23. dist. & c. obeuntibus. 63. dist. sed propriè capitur hic, vt dictum primo extitit. vide quæ plenè scripsi in l. inter publica. ff. de verbo. signifi. de religione.

Mendicantes qui dicantur. a ¶[*Mendicantibus*] Quidam sunt mendicantes validi de quibus in rub. C. de mendic. valid. li. 11. Alij sunt mendicantes, & hi dicuntur quibus ad congruam sustentationem reditus, aut possessiones habere professio sua regula, vel constitutiones interdicunt, sed per quæstum publicum tribuere victum solet incerta mendicitas. c. vno. §. 1. de religio. domib. in 6. & glo. in c. vno. de exces. prælato. eo. lib. vnde hi mendicantes non habent aliquid certi, ex quo victum sumant, nec dicuntur mendicantes, qui proprium habere possunt, licet non habeant, & mendicent. teste Bald. con. 438. viso. col. 1. vol. 1. Calde. consi. 17. An ordo. rub. de regula.

mendicantibus[a]

Carthus. Cœlestini & obseruantes, an sine doctoratu episcopi esse possint. ¶ In hoc tamen tex. puto comprehẽdi Carthusien. quibus permissum est in communi habere possesiones, non tamen villas, aut castra, vel feuda, quæ homagia dicit text. in ca. recolentes. de statu monacho. etiam alios religiosos reformatos non excludit hic tex. videlicet S. Victoris, & Cœlestinos, aliósque omnes qui iuxta sui ordinis regularia instituta ad gradus huiusmodi assumi non possunt, & sic obseruantes hic comprehenduntur, quia ex statutis eorum prohibentur sumere gradum doctoratus, aut alium, licet alij quatuor mendicantes nõ prohibeantur. Bonifa. in cle. 1. in fine, de regula. & istorum paupertas fœlix est, cũ sit voluntaria, & propter charitatẽ, & de ea dicitur, Beati pauperes spiritu. secus de illa quæ præter animi spem venit, forte propter prodigalitatem. de qua in c. diaconi. 5. dist. 93. cuius text. verba hic reddam. Mẽdicat infœlix in plateis clericus. & seruili operi mãcipatus publicam à quolibet possit eleemosynam, qui ex eo magis despicitur à cunctis, quo miser & desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse. facit l. 3. in prin. ff. de testib. l. pe ra. §. deficientiũ. de munerib. & hono. sicut illi qui ex fundatione suæ regulæ vel de iure mendicantes sunt, licet de facto non mendicent, mendicantes dicuntur, vtpote, quia contra prohibitionẽ retinent possessiones, vel quia super hoc à papa habẽt priuilegium, ꝙ possint certas possessiones retinere, & illarũ fructus recipere, vt sunt moniales sanctę Clarę, & religiosi dominicani sancti Maximini in Prouincia, qui etiã curati ibidem sunt, & diuites, & ipse vidi. & not. Lappus alleg. 4. dispositio. ideo quo ad alia priuilegia retinent mendicantium, vt Carthusienses & mẽdicantes dicuntur: quia esto ꝙ sint habiles ad possessiones, non tamen ad alia, & sic de iure mendicarent, si nõ haberent possessiones, & ideo poterunt nominari sine qualificatione prædicta,

a ¶ Refor-

a ¶ *Reformatis*] Non sufficeret quòd esset religiosus, nisi esset reformatus. Reformatio enim est rei veteri facta additio, aut eiusdem renouatio, gl. in verbo reformat. de authoritate generaliũ consi. in prag. vnde 2. Machab. 5. c. dicitur, non propter locum, sed propter gentem locũ deus elegit, tex. in c. quátumlibet. 40. dist. & ad Roma. 12. c. nolite conformari huic seculo. Sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas dei bona, beneplacés, & perfecta. Notandũ est, ꝙ quádo agitur de reformatione, parlamentũ in hoc Franciȩ regno cognoscit, & cõpellit episcopum, vt creet vicarios generales certos consiliarios clericos, qui faciunt statuta, & alia reformationem pertinentia, vt vidi sæpius seruari in hoc senatu, licet de iure secus. c. tuã. de ætate & qualit. ca. relatũ ne cleric. vel monach. per decium, consilio 22, monasterium.

reformatis [a]

Quis de reformatione cognoscat.

¶ Hoc etiam episcopus potest vocatis aliquibus abbatibus & religiosis reformatis. Sed non solus, vt fuit dictum in senatu contra episcopum Carnoten. qui solus processerat contra religiosos sancti Patris, Anno 1526. die 13. mensis Decembris.

Arrestum.

¶ Quæro an religiosi possint compelli ad reformationem subeundam? videtur quòd non, quia ab initio datur annus probationis ingresso, vt asperitatem ordinis experiatur, c. ad apostolicam. de regula. vnde videtur quod postea ad duriorem vitam, & ad viuum (vt dicitur) resecari contra suam voluntatem astringi non possit, nisi alius annus sibi de integro concederetur, sic consuluit Oldra. consi. 96. nunquid &c. facit glo. in c. gesta. 74. dist. glo. in c. integritas. 22. q. 1. Contrarium est verum, quia religiosi propriæ voluntati renunciauerunt. c. non dicatis. 12. q. 1. & [illegible] nolle non habent, c. si religiosus. de electione, in 6. ob id sustinere debent iugum, licet videatur intollerabile. c. in memoriam. 19. dist. probatur in c. vno de statu monac. in 6. vbi monialib⁹ perpetua inducitur clausura. & sic strictior regula, quàm in principio esset. Pan. in c. ad nostram. de appellat. plenè Cardi. Alexan. in c. ante triennium. col. 2. dist. 31.

Religiosi an possint ad reformationem cõpelli.

¶ Primò fallit, quando professio esset limitata, vt ego voueo seruare regulam sancti Francisci, quæ nunc seruatur, tunc si alia addatur non tenebitur sic profitens. nam actus agentium operari, non debent vltra eorum intentionem, l. non omnis. ff. si cer. peta. & limitata causa non capit accessionem. l. in agris. ff. de acqui. rerum domini. Host. ita placet in summa de voto. §. vtrum, sed raro fit sub hac forma.

¶ Secundò fallit, quando tãto tempore regula relaxata fuisset, cuius initij memoria non esset in contrarium, quandoquidem propter tantam temporis taciturnitatem reputaretur noua austeritas, de qua ingressus non cogitauit. Parnor. in c. Deus qui. col. 2. de vita & honest. cleric. vbi dicit, quòd si in certo monasterio non est memoria in contrarium, quòd esus carnium non fuerit prohibitus, licet per regulam prohibeatur, si aliquis ibi sumat habitum, non peccat comedendo carnes, & sequendo mores longo tempore per alios obseruatos, & maximè papa sciente, & tacente ac tollerante. Nam consuetudo tanti temporis inducit præsumptionem alicuius tituli. c. 1. de præscri. in 6. Cardi. in c. cum ad monasterium. de stat. mona. & ibi Panor. col. penul. & in c. super eo. col. penult. de regula. Alias limitationes vide per Decium in d. c. ad nostram. de appella. vbi limitat etiam si propter corporis debilitatem ingressus non posset tollerare, vide alia ibidem. & per Præposi. in ca. 1. dist. 31. & ista sunt notanda pro reformationibus quæ in dies fiunt.

eminentis scientiæ [a], &

Scientia eminẽs quæ dicatur.

a ¶ *Eminentis scientiæ*] Illa dicitur eminens scientia, quando quis per eam potest bene explicare quæstiones sine reuolutione librorum. ex sententia Inno. & communiter aliorum in c. cum in cunctis. in principio. de elec. vnde Barb. se nunquam inuenisse aliquem in con. 34. præclare. col. 18. in vol. 2. planè fatetur, ideo Decius in d. c. cũ in cunctis. dicit scientiã eminentem esse, quando quis scit omnes quęstiones etiam difficillimas iure decidere cum reuolutione librorũ, aliàs nullus inueniretur. & sic hic tex. nihil nobis seruiret, nec tex. in cap. venerabilis. de præbend. nec alij tex. iuris canonici loquentes de scientia eminente. Eminẽs dicitur eo, quasi præ aliis manẽs, vnde scientia eminens est, quæ manet penes aliquem præ aliis, allusionem vocabuli insequendo, quæ bona aliquando est, l. 2. §. mutui datio. ff. si certum petat. Ille ergo dicitur eminentis scientiæ, qui præ aliis maiorem habet scientiam, & bene scit respondere quæstionibus propositis. Ego vidi aliquos respondẽtes ad omnes quæstiones ex tempore, tamen non dicebam eos habere scientiam eminentẽ, quia non bene respondebãt, sed quodã casu (Apollinis instar) omnibus responsa dabant indiscriminatim, & melius fortè ex tempore respondebant, quàm cum librorum reuolutione.

Mediocris sciẽtia quæ dicatur.

¶ Mediocris est illa, quando scit respondere cum reuolutione chartarum, secundum Panor. in d. c. cum in cunctis. Ego intelligerem

gerem mediocrem ſcientiam communem, quando habet multos ſibi pares. Nam mediocris dicitur quaſi medium tenens. Aduocatus ergo, vel doctor qui eſt doctus, ſed non excedit alios in doctrina, dicitur habere ſcientiam mediocrem, vnde ingenuus, qui manifeſtauit deſertoré immunitate mediocris loci

excellentis doctrinæ [a] qui iuxta

potiatur. dicit. l. 1. C. de deſertorib. li. 12. vbi glo. exponit mediocris, id eſt pauper, ego tamen exponerem mediocris loci, id eſt mediocris rei, vel fortunarum, per. l. quidam in teſtamento. ff. de legat. 2. ibi, aut ex magnitudine eius pecuniæ, aut ex mediocritate facultatum. vide tex. in l. cum hi. §. ſi in annos. ibi, honeſtioris loci. ff. de tranſac. &c.

¶ Sufficiens verò dicitur, quádo per illam expediri ſcit ea, quæ ſibi & ſuo beneficio, vel officio incumbunt, quæ arbitrio iudicis ſuperiorîſque relinquuntur, teſte Bonifa. de vitali. in cle. 1. q. 1. de ætat. & qualit. ideo nobilis, qui ſequitur militiam, eſt ſufficiéter literatus, ſi ſit inſtructus in grammaticalibus & hiſtoriis, teſte Barb. in d. con. 34. nu. 36. in 2. vol. quia tam exactam ſcientiam non requirit militia, nec verbera, ſed prouidentiam, robur & vigilátiam, teſte Vegetio de re militari. Et iſte tex. ideo dicit eminentis ſcientiæ, nó eminentis artis, quia ſi fuerit aliquis excellens latomus, vel armiger, non poteſt nominari, quia non eſt excellentis ſcientiæ, licet contrarium factú audimus, ꝙ in perniciem animarum, & eccleſiæ eluſionem cedit, ideo dolendum. *Sufficiens ſcientia quæ.*

a ¶ [*Excellentis doctrinæ*] Id eſt excedétis, vel maximè. & ſic ratione excellentiæ fit, ꝙ aliàs non fieret. Nam ratione excellentiæ in mulierem cópromitti poteſt. c. dilecti. de arbitris. Spec. eo. ti. §. poteſt eſſe. in principio. Vnde licet inter Rotæ auditores nó debeat admitti quis, ni prius examinetur, etiam ſi ſit doctor, & notus, vt dicit Bal. in c. ſcriptú. col. vlt. de elec. Tamé ſi eſſet doctor valde excellés, & maximi nomís, recipi poterit ſine vllo examine. arg. l. ſed & reprobari. §. amplius. ff. de excuſ. tuto. ibi, valde diſciplinatos, & ibi Bal. dicit recedi ab ſtatuto ꝓpter eminété ſcientiá alicuius, vel ſalté eſt iuſta cauſa diſpéſandi, & ita quádoque fit Romæ, teſte Decio in c. cóſtitutis. not. 4. de appella. *Quæ dicatur ſcientia excellens.*

¶ Idem ſeruatur in parlamentis Franciæ, vt non ſoleant cóſiliarios recipere ſine examinatione, niſi ſint doctores valde excellétes, & magni nominis per ſupradicta, vel niſi ſint nominati ab eis, quia nó poſſunt reprobare, quod ſemel nomináđo approbârunt. l. in arená. C. de inoffi. teſta. Item doctor legés extra patriá *Cóſiliarius quando nó ſit examinandus.*

suá gaudet priuilegiis,& excusatur à muneribus suæ patriæ datis præsentibus,quando est excellentis sciétiæ,per.d.§.amplius, quia vbicunque sit,dicitur esse decus & gloria suę patrię. Barb. in tracta.de præstan.cardinal.in.1.quæst.1. partis.num.58. & in procem.clemé.in verbo saluté.col.11.ver.8.si doctor. Et minor 18.annis, si sit excellentis doctrinæ(quæ in eo non præsumitur)potest gradum doctoratus assumere. Benedic.in repet.ca.Raynutius.in verbo adiectę.nu.18. de test.allegat Bal.in.l.1.§.interdum.ff.de legit.tutel.num.31.& seq.facit.l.ad bestias.ff.de pœnis.& ibi multa addidi.

sui ordinis regularia instituta ad gradus [a] huiusmodi assumi non

¶Non ergo est mirum,ꝙ hic reseruetur nominatio de homine excellentis doctrinę,licet non sit vt supra qualificatus,quod intellige verum,quando est religiosus reformatus,secus si sit secularis,quia is potest si velit, has textus qualificationes habere, si non habeat imputetur ei,etiá si sit excellentis doctrinæ,non poterit(vt supra dixi)per regé nominari, & multú attéditur vita,vt patet in beato Nicolao,fuit enim,licet laicus esset id tépo ris,ob sanctitaté vitæ in episcopum electus,& D.Ambrosius in archiepiscopum, antequam esset baptizatus.c. statuimus.§.his omnibus.61.dist.Et sic hæc exceptio est valde elegans.

Ignarus nominatus est reprobandus.

¶Nota tamen,quòd si aliquis propter falsum rumorem esset à rege nominatus,postea reperitur ignarus, qui peritus credebatur,debet cassari eius nominatio. c. fi.de æta.& qualita.gl.sing. in.c.veniam.35.q.9.in practica tamen esset difficile obtinere.vide Bar.in.l.cum quid,& quæ ibi,addidi in.fi. ff.si certum petat. & quæ dixi in tractat nominat.q.21.nu.11. Ideo bonum esset, quod hi latomi, & voraces armigeri, & panthiuori ab eisdem ecclesiis,quibus indebitè præfecti sunt, iustè & sanctè amouerentur,& stolidi prothonotarij studerent,& in scholis prudentiam acquirerent,& iuuentutem purgarent, antequam eis ecclesiarum regimina committerentur, quia infirmatur ecclesiæ regimen propter multorum stoliditatem præfectorum,deus prouidere velit.

Qui gradus sint religiosis permissi, & qui prohibiti.

a ¶*Ad gradus*] Doctoratus,licentiæ, vel baccalaureatus etiam in Theologia, vt obseruantes Carthusien. Cœlestini,& alij id genus religiosi,nec assumi possunt etiam habita licentia ab eorum superioribus,quia cum sit statutis illorum prohibitum,& illa statuta sint per papá confirmata,non poterit inferior à pa-

pa

pa illis quo ad hoc derogare, nec dispensare, per tex.in.c. dilecto.de præben.ad gradus tamē honoris & vtilitatis in suis conuentibus admitti possunt, ideo potest quis esse pincerna, clauiger, sacrista, prior, vel alios gradus monasterij recipere, nec prohibet hic tex. cum dicat huiusmodi, & supra locutus fuerat de gradu doctoratus & licentiæ, & in religionibus est dare gradum, teste Alberico, in verbo religio. versi. sed nūquid. Nam primum gradum tenent, qui ordinantur ad docendū, seu prædicandum. Secundum illi, qui ad contemplationem. Tertium illi, qui ad exteriores actus præficiuntur.

possunt, sub prohibitione præmissa minimè [a] comprehensis, sed de eorum personis [b]

Primus gradus est præfici ad docendum &c.

a ¶[*Minimè comprehensis*] Scilicet consanguineis regis sublimibus, ac religiosis, & sic hi tres hic excipiuntur, vt supra dixi.

b ¶[*Personis*] Apparet igitur per hūc tex. regem posse nominare consanguineum suum, vel sublimem non qualificatum ad episcopatum, vel archiepiscopatum, oportet tamen quòd ille sit persona, id est rationabilis creatura. Card.in. c.2.§. cum verò. de cōcess.præbē. Quippe persona dicta est, quod per se sonat, & est natura rationabilis, indiuidua substantia. Lucas de penna in l.2. col.2. C. de delato. lib.10. vnde philosophi tria esse necessaria, antequam persona dicatur, arbitrati fuere. Primū, vt sit indiuiduum. Secundum, quòd sit in genere substantiæ. Tertium, quòd sit rationale, & per hoc excluditur non natus, vel natus, & adhuc infans, vel puer, quia non est persona, id est, rationabilis creatura. & si fuerit nominatus, debet per papam repelli, quia istis non debét committi tot milia animarum, quibus non committerentur duo falcones, vel pira, seu poma, custodienda, vnde dicebat quidam:

Nominari qui poßint per regem & quæ dicatur persona.

Petro, non puero, claues Deus ecclesiarum
Tradidit, atque Dei iußit habere vices.
Hodie verò dicitur his puerulis:
Est puer, & nondum discernere possumus, vtrum
Fœmina, vel mas sit, & modo præsul erit.
Talibus est hodie cleri populíque potestas,
Atque domus domini cura regenda data.
Talibus ecclesia est Christi suffulta columnis,
Decidet ante suam præiugulata diem.

¶Item per hoc verbum amēs, furiosus, & prodigus prohibētur

nominari, quia propriè appellatione personę hic non veniunt, vt dixi in gl. personis. §. statuimus. 2. de col. infra. licet quãdoq; in alia materia posthumus persona vocetur. §. posthumi. inst. de exhæredat. liberorum. Item si essent aliàs inhabiles, non debent nominari, de quibus scripsi in tracta. de pacifi. possesso. in 4. limita. Vult ergo hic dicere tex. ꝙ isti consanguinei & sublimes possunt nominari, licet non sint doctores, & supra dicto modo qualificati, requiritur tamen quod sint

dictis [a] ecclesiis pro tempore vacantibus ad dicti regis nominationẽ per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi liberè [b] prouideri posit.

personæ, & habiles de iure naturali, aliàs non possent nominari. De religiosis si sint reformati excellẽtis scientię & doctrinæ, vt requirit hic tex. non est dubium, quin sint personæ.

Ecclesiis de persona prouideri debet, nõ personæ de ecclesia.

a ¶ *Dictis ecclesiis*] Et sic ecclesiæ debet prouideri de persona, & non personæ de ecclesia, quod nõ fieret, si prouideretur de istis inhabilibus. Item dicit tex. dictis ecclesiis, scilicet metropolitanis, & cathedralibus, & sic de aliis beneficiis nõ solet istis mẽdicantibus in hoc regno prouideri etiam per dispensationem papæ, cum per hoc auferatur substantia regulæ, & generetur scandalum laicis, imò si illis fiat alicuius beneficij collatio, & illud per triennium possideat mendicans, non iuuatur decreto de pacificis possesso. vt nu. 258. in tract. de pacifi. posses. dixi. Præterea dictis ecclesiis potest prouideri de his nõ qualificatis, sed de ecclesiis dicendis, vtpote de abbatiis, non vt supra dixi in glosa consanguineis. eodem titu. & de his tamen religiosis reformatis non esset iuri contrarium, etiam abbatiis prouidere vel prioratibus, quia in his cessat ratio, quæ in consanguineis & sublimibus militat.

b ¶ *Libere*] Id est sine qualificatione supraposita, de hoc verbo est videre glos. in. §. præfati. 1. de colla. in verbo liberè. infra. & glo. in. §. simoniace. in verbo liberè. de elect. in pragm. & supra in eo. verbo. Et sic nota requisita in his religiosis antequam à rege nominari posint.

Quæ requirantur antequam religiosus per regem nominari posit.

¶ Primò, requiritur ꝙ sit religiosus, ibi, religiosis. si ergo esset secularis, licet esset sanctæ vitæ, vel excellentis doctrinæ, non posset nominari sine qualificatione supra dicta, quia poterit habere qualitates has, si velit, assumat, vt capax fiat. de quo supra dixi.

¶ Secundò requiritur, quòd sit religiosus mendicans, ibi, mendican-

dicantibus, secus ergo in aliis, quia de his expressit, ergo de aliis negat. l. cum prætor. ff. de iudic. dixi in glo. médicantibus quomodo intelligatur.

¶ Tertiò, requiritur q̄ sit reformatus, ibi, reformatis, si ergo esset religiosus dissolutus, vel bonus curialis, eũ non admitterem.

¶ Quartò, requiritur q̄ sit eminẽtis sciẽtiæ & excellẽtis doctrinæ, ibi, eminẽtis. & declaraui supra in glos. eminẽtis. & glo. seq.

¶ Quintò, q̄ ille religiosus nõ possit assumere gradum propter statuta sui ordinis, ibi, q̄ iuxta &c. si ergo posset, requiritur qualificatio suprascripta, vt assumat gradũ, & aliæ supradictæ, si verò esset pauper, cuius ratione nõ posset assumere gradũ, non tamẽ excusaretur, quia difficultas non excusat, sed impossibilitas sic. l. cõtinuus. §. illud. ff. de ver. oblig. l. impossibiliũ. de reg. iur.

¶ Sextò, q̄ nominetur per regẽ, ibi, ad dicti regis nominationẽ.

¶ Septimò, requiritur quòd ecclesia sit vacans, ad quã nominatur, & eo tempore quo nominatur, ibi, pro tẽpore vacantibus.

¶ Octauò, quòd per papã nominatio recipiatur, ibi, prouideri possit. & intellige cõcurrẽtibus supradictis papã teneri huic nominato per regẽ prouidere, aliàs veniret cõtra suã cõuẽtionem, & sic cũ his declaratus erit hic primus. §. transeo ad sequẽtem.

§. MONASTERIIS.

Hic. §. diuiditur in quatuor partes. in prima cõcedit regi nominationẽ in monasteriis & prioratibus conuentualibus, & verè electiuis in suo regno vacantibus, & Delphinatu comitatúque Dien. illique. Primò, præstituit tempus sex mensium ad nominandum habilem & idoneum. Secunda pars concedit regi, qui primò nominauit non qualificatum, vt possit variare, & qualificatam personam intra alios tres menses nominare, ibi, si verò idẽ rex. Tertia, excipit duos casus, in quibus papa liberè prouidet, ibi, alioqui dictis, &c. Quarta, electiones et prouisiones contra præmissa factas irritat, ibi, electiones, &c. & sit hoc loco summarij ad istum. §.

¶ Monasteriis [a] verò &

a ¶ [*Monasteriis*] Monasteriũ propriè monachorum vocatur habitatio. l. generali. C. de sacrosanctis ecclesiis. 16. q. 1. c. placuit. 2. An cõprehẽdantur hic monasteria monialium, videtur quòd sic per textum in. c. monasteria. de vita & honesta. cleri. & c. monasteria. 18. q. 2. c. vno. de statu regul. in 6. textus iuncta glos. in cle. 1. de elect. vbi vocantur monasteria, & rex in monasteriis per hunc textũ ha-

An rex nominare possit ad monasteria monialiũ.

bet nominationem, ergo & in istis. In contrarium videtur quia illa non dicuntur simpliciter monasteria, sed cum adiuncto, monialium, & quando aliquid profertur cum adiuncto, non est illud propriè sicut cum dicitur homo mortuus, sententia arbitri. Bar. in l. lucius. §. quæsitum. ff. de legata. 3. facit. l. 1. §. 1. ff. de donatione vbi donatio conditionalis non dicitur propriè donatio. Decius in rub. de probationibus columna 10. versiculo sexto. Aretinus, Dixi in repet. l. quod iussit. numero. 65. in præfa. ff. de re iudicata. Tantum abest quòd verbum huius textus presbyterum conueniat mulieribus, vt iure satis est cautum. ergo nec huius textus decisio. l. quarto. §, toties. ff. de damno infect. Item forma. c. quia propter. in electionibus monialium nó seruatur, quàm requirit hic textus, sed forma c. indemnitatibus. de electione in 6. Panormit. in. c. ad probandum. columna vltima de re iudicata glo. in. §. & cum humanæ. in verbo abbatis. de electione in pragmatica. Et in materia odiosa, vt hic & pœnali appellatione abbatis, nó venit abbatissa. c. quoniam. de symonia. & . c. postulastis. §. vltim. de cleri. excommu. ministrant. vbi exprimuntur moniales. & in cle. vna. de consangui. quandoquidem si conditores de monialibus intelligere voluissent, expressissent. c. ad audiétiam. de decimis. Maius quippe est periculum in monialibus, quàm viris, quia hæ potius facerent se saracenas, quàm odiosam illis reciperent. c. tua nos. de iureiuran. Ideo vidi quasdam nominationes per regem factas, in quibus dicebat papa, prouidemus tali N. dummodo monialium maioris & sanioris partis consensus interueniat. Et sic hæ moniales eligere poterunt etiam hodie, & in his cessabit regis nominatio.

¶ Item priuilegium concessum fratribus minoribus, vel prædicatoribus, non extenditur ad sorores etiam illorum ordinum. Alexand. consil. 15. viso testamento, columna secunda volu. 4. & Barb. consi. 50. clemẽtissimum, in fin. volu. 4. Etiam rex non nominat in monasteriis conuersarum meretricum, de quibus per Collecta, in c. 2. de regula. nec ad monasteria viduarum, sed ipsæ eligent, vel si ex fundatione competat prouisio papæ, ille prouidebit. Nam in hoc textus non comprehenduntur, dum dicit illorum conuentus, non dicit illarum, &c. & ibi, illorum occurrente, &c.

¶ Et in odiosis & differentibus masculinum non comprehendit fœmininum, glos. & doct. in. c. generali. de electione in sexto

to

to. Decius in l. fœminæ. ff. de regulis iur. scripsi. in l. 1. ff. de verbor. significat.

a ¶ [*Prioratibus conuentualibus*] Conuentualis prioratus dicitur, vbi est congregatio religiosorum, tam ex proprietate, quàm ex communi vsu loquendi. De Ripa. in. c. cum ecclesia. in. 3. no. de causa poss. & propriet.

Prioratus conuētuales qui dicantur.

prioratibus [a] conuentualibus, &

doct. in cle. & si principalis. de rescript. Panormit. in. c. cum terra. no. 1. de elect. vbi congregationem religiosorum dicit conuentum, secularium autē capitulum. dixi in. §. volumus, in glo. collegiatis. de colla. infra, hoc pulchrè declaratur in hoc tex. ibi, dum dicit religiosum eiusdem ordinis, & in versicu. si verò, vbi secularis est inhabilis ad istos prioratus, ergo intelligitur de regularibus, aliàs secularis non esset inhabilis. Prioratus verò nomen simpliciter prolatum, ad secularem & regularem extendi potest, est enim prioratus verbum generale. glosa & doct. in cap. cùm de beneficio. de præbend. in. 6. tamen hic debet intelligi tantum de prioratu cōuentuali ex fūndatione, vel ex præscriptione. c. cùm de beneficio.

¶ Et sic ratione adiuncti verbi conuentualis, non comprehenduntur hic prioratus ecclesiarum collegiatarum secularium, & per ea quæ consuluit Geminia. consil. 131. quoniam beneficia. columna secunda vbi dicit constitutionem papæ disponentem prioratus conuētuales vacare, si electi nō fuerint intra sex menses promoti ad ordines requisitos, non comprehendere collegiatas ecclesias secularium, præposituras, vel decanatus illarum ecclesiarum, quia in materia exorbitanti, quæ disponit contra ius antiquum, vt est ista, appellatione monasterij non comprehenduntur ecclesiæ seculares, textus & ibi glosa. in cle. 1. de electión. in verb. monasteriis. cap. grandi. de supple. neglig. prælat. Ioan. And. in. c. Ioannes. columna secunda de regula. etiam appellatione ecclesiæ conuentualis venit ecclesia regularium, non secularium. cle. 1. de rebus ecclesiæ non alienand.

An rex ad seculares dignitates nominare possit.

¶ Item quia textus in. §. fin. infra eodem, ponit differentiam inter capitulum & conuentum, & exprimit vtrunque, ideo si voluisset iste textus de vtroque intelligere, etiam expressisset. c. ad audientiam. de decimis. ergo non habebit locum, si dignitas secularis esset electiua, & in ea seruaretur forma. c. quia propter. extra expressas in. §. supra proximo. & in gl. in. §. sed quòd per electiones. in verbo collegiatis. de elec. in pragm. quod est no-

tandum, quia vidi sæpius dubitari.

¶ Quid si declaratum fuerit per papam velle comprehendi, an comprehendantur? Respon. nó per modum declarationis, cum hic nullo modo comprehendantur seculares dignitates electiuę non expressæ supra eod. sed bene per modum additionis, in qua eadem solennitas requiritur, quæ in faciendo vel in destruendo, authen. econtra. C. de repu. in hoc casu requiritur noua acceptatio per regnum, sicut in aliis.

Declaratio quanti sit emolumenti.

verè [a] electiuis, videlicet ī quo-

¶ Item noua proclamatio & recitatio, de quibus dixi in rubric. de regia acceptatione. infra, nec poterit retro trahi hæc declaratio etiam si diceretur, quia extrema sunt inhabilia.

¶ Primũ, videlicet à quo, quia nõ cóprehédũtur sub his verbis, & extremum ad quod, vt not. in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.

¶ Nota quòd is qui habet hunc prioratum conuentualem, dicitur in dignitate. cap. nisi. in fine. de præbendis: ideo potest esse iudex delegatus papæ. cap. statutum. in princi. de rescript. in 6. cle. & si principalis illo tit. quia ex quo habet collegium & iurisdictioné in illos de collegio, iuxta notata in. c. cum ab ecclesiarum. de offic. ordin. Oldrard. consili. 257. factum tale. nu. 34. Si verò nullos habeat monachos, non dicitur habere illam dignitatem. Ias. consil. 77. præsupponitur. columna sexta in primo volum.

Nominare an rex possit ad prioratus non habentes monachos.

¶ Poterit tamen rex nominare ad illum prioratum conuentualem, licet non habeat monachos, tum quia non desinit esse prioratus conuentualis, tum etiam, quia aliàs esset in potestate prioris, remouédo religiosos regem sua priuare nominatione, quod non est permittendum, & hic text. requirit prioratum esse conuentualem, & verè electiuum, & non religiosos: ergo si desint, non minus nominabit rex, & quia est verè electiuus, habitu saltem, per nota. in. c. 1. de elect. Et intellige siue sit prioratus monachorum, siue canonicorum regularium, cùm omnes sint religiosi. c. quod dei timoré. de stat. monacho. & appellatione prioratus venit vterque. cle. etsi principalis, vbi Bonifa. Vital. hoc in prin. declarat. de rescrip.

Quis dicatur prioratus electi-

a ¶ *Verè electiuis*] Hic probatur melius q̃ alibi in corpore iuris, ꝙ illud beneficium dicatur verè electiuum, in quo proceditur per electioné, & postea requiritur cõfirmatio, allegatur tex.

in

in cle.quia contingit.de religios.domib.iuncta glos. Feli.in ca. in nostra correlia.32.de rescript. sed pro hoc est text. in.c.cum in cunctis.§ cum verò electus fuerit,& cõfirmationem electionis acceperit. de electio.] dixi in tractatu nominationum q.15. nu.25.& iura loquentia de beneficio electiuo in dubio intelliguntur de isto, in quo requiritur electio & cõfirmatio,aliud est beneficium electiuum,sed nonverè,vtpote quando canonici eligunt,& eligendo conferunt,nec alia expectatur cõfirmatio,& de isto non loquitur hic tex.qui expressit verè electiuis, & cõfirmationem requirẽtibus,de quibus per glos.inverbo electiuis,in §,sed quod per electiones. de elect.in prag.gl.in regula cancellar.33.vide Oldra.cõsilio.146.factũ est tale.col.2. Nam quando canonici, vel alij eligendo conferunt ,verius cõferre dicuntur,quàm eligere.vt probat.c.post electionem.versi.cum igitur, ibi,illum vnanimiter contulerunt.de concess.præb.

uus, collatiuus, & an vterque hic comprehendatur.

¶Et sic excluditur hic prioratus conuentualis collatiuus, postquã de electiuo expressit.arg.c. qualis.25. dist. intellige siue sit electiuus ex fundatione,& an præsumatur electiuus? nã hic duo requiruntur,primò ꝙ sitverè electiuus,secundò,ꝙ in illius electione seruetur forma.ca.quia propter . Respõdeo,non quo ad hoc,vt hic comprehendatur,tum quia est odiosum , tum etiam quia non verè esset electiuus.sed presumptiuè , qui hic nõ includitur,is ergo à rege prouisus probare hoc debet, cũ hic requiratur,ꝙ sit vere electiuus,& sic nõ per præsumptiones.& sic iudicauit(vt fertur) magnũ consiliũ super prioratu *de chantelle* contra D.abbatẽ sãcti Ambr. Bituricẽ. Anno.1539. in mẽseSeptẽb. quod est notandum,siue ex præscriptione fuerit electiuus.

An præsumatur prioratus electiuus, & an comprehendatur.

Arrestum.

¶Prioratus enim ex præscriptione collatiuus , licet ex fundatione fuisset electiuus non cõprehenditur hic, sed qualitas pręsentis temporis est inspiciẽda.c . cũ de beneficio,de præb.in.6. & possess.præsentis tẽporis attenditur.c.cũ ecclesia.de causa possess.c.cõsultationibus,de iure patro. & sufficit prioratũ esse electiuum de consuetudine antiqua. Card.consil.103 . casus super quo.col.3.num.17.licet ex fundatione non esset.vide Dec.cõs. 126.in causa an prioratus dicatur collatiuus,si semel papa cõtulerit, quod non ibidem concludit,quia iure deuoluto conferre potuit.Card.in cle.1.de supplen.negl.præl.Fed.cons.61.vacantę.In dubio tamen quis pręficitur de iure ad prioratus conuẽtuales per electionem,per text.in cap.2.vers.priores.de stat.monacho. doct. in ca.1. & in ca.nobis.de elect.cle.2.vbi Imol . de

rescri. Alex.cōs.106.perspectis.in.2. volum.potest etiam præfici per collationem.cle.ne in agro.§.cæterum.de electio.

a ¶[*Quia propter*]De elect.& sic nota hic quod non allegatur titulus dum allegatur decretalis famosa,vel alia constitutio,vt abundè scripsi supra in procemio,in glo.iura.

rū electionibus forma.c. quia a ꝓpter seruari,& cōfirmatiōes b

b ¶[*Cōfirmationes*]Quæ in camera regis nō debent fieri, quia ratione loci timetur impressio, dictum est Bald.in rub.de postula.prælator.column.1.allegat.c. qua fronte.de appellat.& consensus præstitus per episcopum & canonicos ad mandatum regis,videtur extortus per metú,ideo potest fieri reuocatio.tex.& ibi nuncupatim Panor. in 5.no.in. ca.cū olim.2.de priuileg.Et scias, quòd electio dat principium, confirmatio perfectionem,ingressus officij possessionem. Bald. in rub.de elect.colum. vlti. & confirmatio est iuris quæsiti per electionem corroboratiua declaratio.Card.in cle.1. §.nos itaque.20.not.de iureiur.

Quid sit, et quotuplex sit cōfirmatio.

¶Nota quòd confirmatio est triplex. Prima fit occultè per surreptionē,vt ius forsan alterius supplātetur.& hæc nō valet. arg. d.c.quia propter.in fine.&.c.vlt.de elect.in 6.nec producit aliquos affectus,arg.c.cum olim. de dolo.&. c.cum olim de causa possess.& proprieta. Secūda est,quando superior præmissa quadam citatione generali,nemine se opponente confirmat,& hęc approbatur in c.vlt.de elect.in 6.quæ citatio habet etiam locū in electione abbatissæ,glo.in.c.indemnitatibus. §.1.in glo.nō-obstante.de elect.in 6.de Ripa,consil.14.non vidétur.in.2.lib. respon. Tertia est,quando superior contradictoribus citatis nominatim & auditis in iudicio confirmat electionē.& de ista loquitur.c.Bonæ memoriæ primū.de electio.&.c.cū dilectus,ibidem.d.c.fin.de electio.in 6.& text.in.c.1.§. facta, illo titulo in prag.in glos.inquisitionis. Et quid debeat confirmans inquirere,tradit ibi glosa,in verbo circunstantiæ,& si nolit confirmare,vide glos.in.c.penul.de postula.prælat.

Electio quando habeat vim confirmationis.

¶Nota tamen,quòd si ad eligentem spectet electio & cōfirmatio eodem iure,tunc electio habet vim cōfirmationis,secus si diuerso.glo.in verbo electiones.c.vt circa.& in.c.1.in verbo prouisionem.de elect.in 6.Compostell.in.c. cum inter canonicos. de elect. Nicol. Milius, in verbo electio. quæst.2. Quæro an electus in abbatem & confirmatus, si post appellationem inducatur

catur in possessionem, possit inhiberi, ne lite pendente se immisceat? & an electione & confirmatione cassatis acta per eum valeant? tradit Aegidius de Mandelbertis, in quæst. 2. titius &c. Et an rex videatur confirmare statuta ciuitatis, quádo iurat ea seruare, quod sic consuluit Bald. consilio. 86. per statutum. in. 3. volumi. per text. in. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. quod est bene notandum.

Rex iurãs statuta seruare ea cõfirmat.

electionú huiusmodi soléniter [a]

a ¶ *Solenniter peti.*] Vt in. c. fin. de elect. in 6. & hæc confirmatio debet peti ab electo, vel eius procuratore intra tres méses, computandos à die præstiti cósensus, seu acceptatę electionis, quam intra mensem tenetur iusto cessante impedimento acceptare, alioqui electio in irritum cadet, c. quam sit, &. c. si electio. de electio. in 6. poterit etiam cófirmatio requiri per electores. c. cú ecclesia. & ibi notat Anchar. & Card. de causa poss. vel per amicum electi etiam sine mandato, dúmodo electus intra tres menses ratam habuerit huiusmodi petitionem. argu. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. glosa. in. c. dudum. 2. in principio. de elect. c. postquam. & ibi Præposi. 50. dist. glosa. in verbo præsentata. §. facta. de electio. in prag. vbi etiam dicit populum posse petere confirmationem electionis sui prælati, per. c. quod dei timorem de statu monachorum, quia eorum interest habere bonum prælatum, & hæc confirmatio poterit fieri vbique, tam in ecclesia, quàm in loco solito reddi ius, vel in alio loco honesto. argu. l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbitris. hoc expressim tradit Bal. in l. si vt proponis. 2. in fin. C. quomodo & quando iudex. Imo. & Perus. in. c. qua fronte, per illum tex. de appellat.

Quis cófirmationem petere & confirmare posit.

¶ Quæro quis confirmare posit, respon. papa cófirmat electos ad dignitates, quæ immediatè subsunt Romano pontifici, siue sint episcopatus, siue abbatiæ, vel aliæ superiores dignitates. c. nihil. de elec. vbi dicit Innocent. consuetudinem in curia esse, vt non soleat confirmare, nisi duobus, qui interfuerant electioni, præsentibus, quę consuetudo hodie nó seruatur. vide quomodo petatur ista confirmatio à papa, per tex. in. c. cupiétes. de electio. in 6, imo etiá hæc cófirmatio potest à papa fieri, siue immediatè subsint electi, siue non: quiá papa cócurrit in potestate & iurisdictione cum quolibet alio inferiore. c. ad Romanam. 2. q. 6. c. cuncta per mundum. & . c. per principalem. 9. q. 3. sic expressè tradunt Card. & Imol. in. d. c. cum ecclesia. de causa poss.

¶ Legatus in prouĩcia sibi decreta potest cõfirmare. Io. And. & alij in.d.c.nihil.& ĩ.c.cũ venerabilis.de cõsuetud.per.c.si abbaté.de elec.in 6.& quia in prouincia sibi cõmissa concurrit cum quolibet ordinario. c.2. de offic. legat. in 6. Episcopum verò non exemptum confirmat archiepiscopus. c.illud.64.dist.c. cũ dilectus, de electione, etiam si archiepiscopus nondum esset consecratus.c. quoniã. 100.dist. arg. c.nosti, &. c.transmissam.de elec. Archiepiscopũ cõfirmat primas,seu patriarcha,si sit.aliàs papa.c. qa igitur.& ibi gl. 63.dist. Archi.ĩ.c.de psona.65.dist.&.c.mos,ibidẽ.c.1.de trãslat.episc.

peti consueuerunt in regno, delphinatu & comitatu huiusmodi nunc & pro tempore etiam per similem cessionem a

¶ Electos autẽ ad dignitates inferiores episcopo, si non subsint immediatè papæ,episcopus poterit confirmare in sua diœcesi, vt abbates, & alios.c.1.18.q.2.& ibi gl.c.cum olim. de maiorit, & obedien. Et sede vacante capitulum poterit confirmare eos, quos episcopus potuisset,glo,in.d.c.cum olim.& in.c.1.de trãslat.episcop.Inno.& alij in.c.ad abolendam.de hæret.Io.de Pauinis in tract.de offic.& potestate capituli sede vacant.in 2.parte.q.7.Electionem vero imperatoris confirmat papa, qui illum examinabit.c.venerabilem.de elect.

¶ Electionẽ papæ nullus cõfirmat,nẽpe quia in mũdo nõ habet superiorẽ.c.1.23.dist.& hæc cõfirmatio prius fieri debet, q̃ consecratio,aliàs nõ valet.c. puida.de elect.ĩ 6.gl.& docto.in.c.cũ olĩ.de dolo.Et si p hac cõfirmatiõe detur pecunia,simonia est. c.1.§.si verò,ĩ verbo simoniaca.de elec.ĩ prag. Et qd requiratur ĩ epo cõfirmãdo,vel alio,& qualiter fiat cõfirmatio,& qs sit effectus cõfirmatiõis,declarat Bertach.ĩ trac.de epo,ĩ.2.pte.3. libri. & ĩ pte seq.vsq; ad finẽ.In hoc regno sublatę sũt cũ electiõibus.

Cessio & resignatio an differant.

a ¶ *Cessionem*] factam in curia,de qua in princip.huius tituli supradictum extitit. Et licet quidam voluerint subtilem præbere differentiam inter cessionem & resignationem, vt glo. in regula cancellariæ.43.dicens, resignationem esse,quãdo quis possidet beneficium,sed cedere est, ius quod habet dimittere, etiã si non possideat,tamen hic non fit illa scrupulosa differẽtia, quia siue abbas cedat iuri,quod in abbatia habet, siue eam possideat siue nõ requiritur regis nominatio,vt hic probatur. & illa differentia glosæ cõfunditur per tex. in.c. susceptũ.de rescrip. in 6.

si bene

si bene inducatur. Et per glos.expressam in rubr.de renuncia.in cle.& Bonifac.in cle.vna.col.1.ibidem.

a ¶[*Vacantibus*] Núc,& sic secundú quosdá cóprehenduntur abbatiæ.seu prioratus vacátes tépore horú concordatorú,licet alij dicant nó cóprehendi, sed prime opinioni adhęreo per hec verba tex. nunc & pro tépore,&c.vide.gl. in verbo vacationé.§. præfatíque graduati.de coll. infra. & quæ dixi in verbo vacantibus.§ primo.supra eodem. Quæro quot modis dicatur beneficium vacare?respondeo multis.

vacantibus a illorú

Quot modis dicitur vacare beneficium.

¶Primò,per mortem .c.susceptum.de rescrip.in 6.

¶Secundò,per dispositionem & priuationem.c.ex literis.& ca. grauem.de excessib.prælat.

¶ Tertiò,per electionum cassationem.c.considerauimus.&,c.super eo.cum similibus.de elect.

¶Quartò.per postulationum repulsionem.tex. in extrauag. ex debito.de elec.in communibus.c.2.& 3.de postul.prælato.

¶Quintò, per renunciationem simplicem,vel ex causa permutationis factam.c.1. de rerum permuta.in.6.& per totum tit. de renunciat.

¶Sextò,etiam per translationem,nam eo ipso quòd translatus consentit tráslationi vacat prior ecclesia.c.in apibus.7.q.1.post tamen adeptam possessionem secundæ.glo. & doct.in.c. si quis iam translatus.21.q.2.c.quanto.de translatione episcopi.c. cum singula.§.prohibemus.de præben.in 6.

¶Septimò,per ingressum religionis & professionem ibidem factam.c.beneficium.de regula.in 6.facit.c.ex trásmissa.de renunciatione.c.Consaldus.17.q.2.& habetur in regu.concel.44.

¶Octauò,vacat primum beneficium , quando quis aliud violenter occupat alio in possessionem existente.ca.eum qui . vbi dixi,de præben.in 6.

¶Nonò, per contractú matrimoniú, vel sponsalia per verba de præsenti.glo.in.1.c.de cleri.coniug. in 6.Panor. in.c.1.illo titu. Auffre.decis.239.glo.& doct.in cle.gratiæ.de rescript.

¶Decimò,per adeptioné beneficij secúdi incompatibilis pacificam vacat primú.ca.de multa.de præben.c.primo.de consuetudine in vi & in extrauag.execrabilis. de præben.in extrauag. Ioan.22.Etiam ius ad rem.cle.gratiæ.de rescript.

¶Vndecimò,si habens ecclesiá parochialem non fuerit promotus intra annum.cap.licet cano,de electio.in 6. nisi iusto fuerit

detentus impedimento.c.commissa.de electione,ibid.

¶ Duodecimò, si electus intra mensem à tempore electionis præsentatæ,vel si à tempore sibi præstituto non consenserit,vacat prælatura.c. quam sit.de elect. in 6.extraua. si religiosus in communibus. de elect.

¶ Decimo tertiò, si electus intra tres menses post consensum electioni præstitum non petierit confirmationem iure quod habet per electionem,priuatur ipso iure.d.c.quàm sit.in fine.

¶ Decimoquartò,vacant beneficia episcopi electi post confirmationem,& tres menses datos ad petendum consecrationem. c.cum in cunctis.§.cum vero.de elect.in 6.

¶ Decimoquintò,quando habetur pro derelicto.c.1. de officio vicarij.c.ex parte primo.de clericis non residen.

¶ Decimosextò,per non ostensionem tituli.c.ordinarij.de officio ordinarij in.6.& habetur in titu.de pacific.posses.

¶ Decimoseptimò, quando violatur sequestrum. cle. 1. de sequest.poss.& fruct.

¶ Decimooctauò, si quis ingerat se administrationi ante cõfirmationem.c.auaritiæ,de elect.in 6.ista ferè tradit Io. Francisc, in tractatu de off.& potest.capituli sede vacante,in vlt. prælud.

¶ Decimononò,quãdo quis adipiscitur possessionem beneficij cũ simplici signatura. Feli.in c.veniens col.2. de accusa.sed hoc iure non vtimur in Francia cõsuetudinaria.vt scripsi in tract.de pacifi.posses.nu.50.& seq.& in praxi benefic.

¶ Vigesimò,quãdo quis se ingerit administrationi tempore suspensionis.c.1.in fi.&.c.cupientes.§.cæterum.de ele.in 6.

¶ Vigesimoprimò,quãdo quis alienat res sui beneficij,quia tũc ipso iure vacat beneficiũ illud,cuius res alienauerit.extrau. ambitiosè. de rebus ecclesiæ non alien. in communibus vt dixi in compendio alie.rerum eccles.

¶ Vigesimosecundò, per crimen hæresis commissum per illum qui possidet beneficium.cap.ad abolendam.de hæreti. etiam si fuerint tãtum fautores,defensores,vel hæreticorũ receptatores, quia eadẽ pœna puniũtur.c.excõmunicam⁹.de hæret.&.c.vt cõmissi,illo titulo.in 6. & dixi in bulla cœnæ domini.art. primo.

¶ Vigesimotertiò,vacant beneficia illorum,qui ea ad preces hæreticorũ dignitates,aut personatus sunt adepti. & si illa receperint scienter, inhabiles sunt ad alia.c. quicunque. §.ad hæc. de hæret.in 6.

Adeptus beneficiũ ad preces hæreticorum

¶ Vigesimoquartò,vacant beneficia simoniacorum. c.insinuatum

tum & ibi Feli.de simo. extrau.cum detestabile,illo tit. in com munibus.abundè in praxi benefic.docui.

non habet titulum.

¶ Vigesimoquintò,beneficia falsariorum literarum papæ.c. ad falsariorum. de crimine falsi.

¶ Vigesimosextò,beneficia percutientis cardinalem, vt in c.Fe licis.de pænis,in 6. & cõmittentis crimẽ læsæ maiestatis.vt scri psi in titulo de pacif.possef.nu.201.vbi alios casus inuenies.

¶ Vigesimoseptimò,occidentis clericum vacant etiã beneficia. Feli.in c.inquisitionis.de accusa.idem in alio homicida qualificato.c.1.de homicidio.in 6.

¶ Vigesimooctauò,si quis cœperit clericum & in carcere detinuerit,donec resignaret beneficium suum,est suis beneficiis priuatus.iuxta.cle,multorum de pœnis.

Detinens clericũ donec beneficium resignet,est suis beneficiis priuatus.

¶ Vigesimononò,vacat beneficium per mortem illius,qui id resignauit , si non superuixerit per viginti dies, vel non fuerit regulæ cancellariæ derogatum. Regula.18.

¶ Trigesimò,quando resignatio fit in curia, & non publicatur in eadem intra sex menses,vel si fiat extra curiam, & non fit intra mẽsem resignationis publicatio in regula cancell.34. quam nõ vidi in hac patria seruari,sed sufficit publicari , & possessionem adipisci ante obitum resignantis ex consuetudine. vt ibi dixi in praxi benefic.

¶ Trigesimoprimò,vacat beneficium per adhæsionẽ,vtpotè, si quis adhæreat antipapæ, aut hæreticis , hoc beneficium sic vacabit.probatur in c.olim.de accusat.Iacob. in tract.de feud. in verbo de adhærentibus. Solet tamen papa adhærentes antipapæ priuare,quando notoria est adhæsio, etiam illis non vocatis,& breui manu conferre aliis.

Adhærẽs antipapæ perdit beneficia.

¶ Vltimò,vide alios text. in quibus vacare dicitur beneficium in c.nemo. de elec.in 6. cle. attendentes. §. statuimus. de statu monachorum.extrau.vna.de postul. prælatorum in communibus.extrau.vna.de pœnis,in extra.Io.22.& in extraua.vnica.de sententia excommunic.ibid.& in c.fundamenta. de elect. in 6. cle.fi.de præb.not.in c.fi.de cleric.coniugatis.cap.miror.50.distin.vbi Præpos.c.cum bonæ de ætate & qualit. & not.in cap. primo.de iud.vide alia per Ioan.Francis.in tracta.de offic.& potest.capituli sede vacante , in vlt.præludio. & quot modis capiatur hoc verbum,scribit Roma.consil.350.in casu.colum.vl. post Ioan. Francisc. vbi supra,in quibus locis enumerant multos modos,qui possunt videri ibi.

Rex non nominat quando in re speciali electio spectat ad aliquem.

¶[*Conuentus*] Ergo si iure quodá speciali pertineret electio abbatiæ, vel prioratus ad clericos seculares, nominatio non cóperet, reg. arg. tex. in c. si propter. de rescri. in 6. tú quia non cóueniút verba huius textus, tú etiá quia horú requireretur métio. Et hic vult derogare electioni faciendæ per conuentum, & sic nó per alios, nec debemus ampliare húc textú in eo, quod ad iuris cor

conuentus [a] ad electionem seu

rectioné venit, quia in correctoriis nó est licita extensio. tex. & ibi glos. Bar. & Ias. in auth. quas actiones. C. de sacros. ecclesiis. tex. iuncta gl. in auth. de administran. off. in sacris appel. col. 3.

¶Idem si spectaret electio ad cóuentum simul cú aliquo patrono laico, cui papa cócessit, vt haberet suffragium in abbatia vel prioratu vacante, tunc propter laicum reseruatur electio cóuentui, per. l. si cómunem. ff. quemadmodum seruit. amittant. c. interpretes in c. nobis. de iure patro. Dixi in tractatu nominationú. q. 15. versi. tertio. nu. 6. Et sic rex non poterit tunc nominare. Ité quia nunquam derogatur iuri patronatus laicorum, nisi illius sit expressa facta mentio. c. cum dilectus. de iure patro. Roma. in repetit. l. si verò. §. de viro. col. 28. ff. solu. matr. Feli. & alij in c. in nostra. de rescrip. sed in hoc concordato nunquam est facta mentio patroni laici, sed tantum ecclesiastici, ergo illi non intendit derogare, nec electioni per laicum faciendæ. Praeterea, postquam expressit vnum, videlicet patronum ecclesiasticum, ergo laicú voluit excludere, vt supra sæpius dixi. Item in c. 2. de præb. in 6. prohibetur, ne quisquá extra papá conferat beneficia in curia vacantia, & tamen non comprehenduntur beneficia, quæ sunt sub patronatu laicorum, vt not. in d. c. 2. Ergo episcopatus sub præsentatione laicorum existentes tempore horum concordatorum non comprehéduntur. Nec aliæ dignitates in hoc tex. non comprehensæ, vt rex ad illas nominare possit. Perusi. in ca. cum in illis. §. 1. de præbend. in 6.

Iuri patronatus non derogatur.

Electiones quæ prohibitæ sunt secularibus.

¶Nec refragatur, quòd electiones sunt prohibitæ secularib9 supra in proximo. §. & hic regularibus, ergo nec seculares cú regularibus, nec cótrà eligere poterút. Respó. in §. 1. supra esse prohibitas electiones secularibus ad archiepiscopatus & episcopatus, hic regularibus tantum ad abbatias & prioratus, ergo secularibus non est prohibitum eligere nisi in Metropolitana ecclesia, & cathedrali, ideo in aliis censetur esse permissum. arg. l. præcipimus. C. de appel. & quia in §. fi. reseruátur electiones habéti-

bus

bus speciale priuilegium eligendi, igitur & istis si habeant. Sed ista hodie cessare videntur per ea quæ in §.fi.infra eo.scribo ratione indulti post hæc concordata concessi ad vitam regis tantúm quod nunc est extinctum cum rege Francisco.

a ¶[*Postulationem*] Prohibet hic electionem & postulationem, sed non collationem, præsentationem, & institutionem. cum magna inter ista vocabula differentia noscatur. c. cum in illis. de præben. in 6. Ergo rex nominabit, quando electio ad conuentum spectabat, vel postulatio: secus si præsentatio, institutio, vel collatio abbatiæ, vel prioratus, ad eos pertineret, considerando verba huius tex. à quibus nõ est recedendum. l. non aliter ff. de lega. 3. sed ei est inherendum sicut Bononien. carrotio. glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iuris, & dixi in proxima glo. supra.

postulationẽ [a] abbatis seu prioris [b] procedere non posśint [c], sed idem rex illorũ occurrẽte [d] huiusmodi vacatione religiosum [e]

b ¶[*Abbatis seu prioris*] Et sic nõ pcedit in aliis officiis, vel dignitatibus, cum hic duo tantum exprimat. Nam qui de vno exprimit, vel duobus, de aliis negat. c. nónne. de præsump. Nec procedit in his nisi requisita in tex. interueniant, quæ infrà dicam.

c ¶[*Non posśint*] Quod si de facto procedãt, electio erit nulla, & postulatio. vt patet infra in fine huius. §. ibi. electiones autẽ, &c.

d ¶[*Occurrente*] Ergo rex ante vacationẽ nominare nõ potest, vt supra eo. dixi in §. 1. in eo verbo, & quomodocũq; vacet, dũ tamẽ modo nõ per obitum in curia, rex nominat, vt supra eo. dixi in verbo vacãtibus in d. §. 1. Nec obstat iste tex. in verbo huiusmodi. vacatione, qui nõ debet referri ad huiusmodi vacationẽ. per cesśionem videlicet, sed debet intelligi, occurẽte vacatione huiusmodi abbatię, vel prioratus, rex debet nominare. Et hic intellectus efficacior videtur, tum quòd intellectui cõueniat, tũ rei subiectæ, ad hæc verbis, demũ scripturæ. testis est nobis Stepha. de Feder. in tract. de interpretatione legum, in tertia parte.

e ¶[*Religiosum*] Expressè professum, de abbatia vt qui non est expresse professus eum obtinere non possit, est text. in ca. cum in magistrum. de elect. & cap. nullus, illo titu. in 6. de prioratu. in clemen. ne in agro. §. sane. 2. de statu. monacho. tum quòd ante profesśionem non dicatur propriè religiosus, quia potest religionem dimittere: docto. in rubri. de relig. domibus. Barba. in clemen. prima. colum. 7. de electio. & supra dixi,

tum etiam, quia hoc exprimitur in ordinationibus regiis. rubr. *des mandatz*. art. 6. ibi, *& des ordres desquelz ilz sont profez, & non autres, &c.* Et in hac professione requiruntur sequentia.

Quot in professione requirãtur.

¶ Primò, quòd profitens masculus compleuerit annum. 14. fœmina. 12. c. primo. de regula. in 6.

¶ Secundò, requiritur quòd professio fiat ei, qui potest religioni obligare, vel de eius licentia, seu nomine eius sequente ratihabitione. c. porrectum. de reg. Sic consuluit Calder. consilio 26. professus. rub. de regu. Et Guido papæ in decisio. delphinal. q. 502. vbi quis emittit.

¶ Tertiò, quod fiat in aliqua religione approbata. c. vno de vot. & voti redemp. in 6. Valeret etiam si fieret domi in manu prælati. d. c. porrectum. Et quomodo fiat? vide in c. omnes. 27. q. 1.

¶ Quartò, quòd prælatus requirat consilium sui capituli, quod sequi non tenetur, nisi ex statuto, vel regula ad id astringeretur per regulam iuris, quod omnes tangit &c. Ioan. And. & Panor. in c. ad apostolicam. in fine. de regul.

¶ Quintò, quòd expressè fiat de tribus votis, aliàs si tãtum vellet profiteri castitatem, vel vnum sibi ex tribus votis reseruaret, non valeret professio, quia contra substantiam regulæ. c. cũ ad monasterium. de statu monach. Valeret tamen si profiteretur regulam sancti Benedicti, vel aliam, non exprimendo vota. secundum iuris pontificij interpretes in d. c. cum ad monasterium. de statu monach. Et quot requirantur in professione tacita? declarat Panor. in c. vidua. & in ca. ad nostram. de regul. Siluester de Prierio in sua summa, in verbo religio. 3. in q. 19. Florent. in 3. parte summæ. tit. 16. c. 3. & Card. in consil. 21. quidam Laurentius. vbi tradit modos tacitè professionis. & Phil. perus. in c. cõstitutionem. de regul. in 6. Et an durante anno professionis dicatur religiosus? & priuilegiis religiosorum vti debeat? Scribit Ancha. cons. 69. contra donationem. col. 3. Si vero rex nominaret religiosum non professum, & papa illi prouideret cum derogatione iurium, & horum concordatorum in literis expressa, an valeret? Sentit Panor. & alij in c. 2. de testa. Io. de Selua, in trac. de beneficio. in 3. parte. q. 51. intellige quod in hoc casu abbas non poterit pro voluntate prioratum remouere ab isto nominato per regem, postquam à papa est eidem prouisum. Dom. in c. cum singula. de præbend. in 6. scripsi abũdè in tract. de pacifi. poss. in nu. 27. cum sequen. Et bene dicit religiosum non secularem rex nominare debet, quia incongruum existimat Innocẽ.

papa,

papa, vt regulares secularibus supponantur in c.2. versi. ad hæc. de capel. monacho. licet in quibusdam locis armigeris & latomis (vt ferunt) illorum sint commissa regimina.

a ¶ *Eiusdem ordinis*] Si ibidem idoneus reperiatur. Alioqui religiosus alterius ordinis nominari poterit. ca. quàm sit. 18. q. 2. ca. inter quatuor. de maiorit. & obedien. Tamen potest quis sana conscientia præferre idoneum, qui est de gremio idoneiori, non existenti eiusdem ordinis, nec de gremio. Panor. in c. constitutis. 2. de appella. Nã dicitur Deuter. 17. cap. Eum constitues, quem dominus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Et sic de eodem collegio debet nominari, si sit aliquis, ibi, idoneus. c. in nomine. 23. dist. & ibi glo. & Ioan. de Turre crema. aliàs facta diligenti inquisitione alius nominari poterit. c. obitum. & c. nullus. 61. dist. valeret tamen electio facta de aliquo alterius collegij, licet malè faciant eligentes. c. cum inter canonicos. de elect. & ibi glos. in verbo aliam. Et si semel rex nominauerit aliquem alterius ordinis, vtpote quando non inueniebatur aliquis in illo monasterio idoneus, non præiudicatur monasterio quo minus in alia nominatione debeat recipi de eodem ordine, si tunc idoneus reperiatur. glo. vl. in c. abbatiæ sancti Siluani. de verbo. signi. Monachus vero vnius monasterij non potest eligi in abbatem alterius monasterij & ordinis. cle. 1. de elec. idem dicitur in prioratibus & officiis, in c. cum singula. §. fi. de præb. in 6. sed hic debet nominari religiosus eiusdem ordinis, non dicit eiusdem monasterij. Et sic poterit nominari, licet sit alterius monasterij, dum tamen modo sit eiusdem ordinis, quanuis docto. in d. cle. 1. dubitent. cum hic non prohibeatur.

Quando religiosus vnius ordinis possit in alio præfici.

eiusdem [a] ordinis in ætate viginti [b] trium annorũ ad minus constitutũ, infra simile tempus sex mensiú, à die vacationis monasteriorum & prioratuum huiusmodi computandorũ nobis & successorib⁹ nostris, aut sedi huiusmodi nominare, & de persona per regẽ huiusmodi mona-

b ¶ *Viginti trium annorum*] Hic derogatur c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. & clem. 1. §. cæterum. de statu monachorum, vbi tam in abbatia, quàm in prioratu conuentuali requiruntur de iure. 25. anni incepti, sed per hunc tex. sufficiunt viginti tres

incepti, quia semper vita hominum minuitur, sicut mores, nec tantum homines hodie viuunt quantum olim, ideo variantibus temporibus necessum fuit variare iura humana. c. non debet. de consang. & affini. Et citius hodie efficiuntur homines sagaciores, & mali, quàm olim, ideo abbreuiatum fuit tempus. Nec refragatur, quod ante 25. annos non poterit promoueri ad ordinem sacerdotalem. cle. vlti. de æta. & qualit. quia esto sanè, tamen poterit retinere abbatiam, vel prioratum. Postquam enim est secum dispensatum, vt possit in ætate. 23. annorum tenere abbatiam, vel prioratum, censetur dispensatum, vt non teneatur promoueri intra annũ: iuxta nota. in c. licet canon. de elec. in 6. facit glo. sing. in c. quia in tantũ. de præb. & in c. non potest. eo. ti. in 6. & c. si quis in clero. 7. q. 1. Sic expressim firmat Barb. in cle. 1. col. 54. vers. 24. de elect. & quanuis de iure requireretur ꝙ abbas esset sacerdos. c. primo. &. ca. tuam. de æta. tamen hodie consuetudo se habet in contrarium, quæ valet vt notat Præpo. in c. accedens, col. vl. 50. dist. Et si non promoueatur intra annũ, non est priuatus, tum quia iure cautum non est, & iura loquẽtia in parochialibus. in d. c. licet canon. & in prioratibus, non habent locum in abbatiis, quia odiosa, & sic restringẽda, vt plenè scripsi in praxi beneficiali, in rescrip. de non promouendo, vbi regulam cum limitationibus inserui, & amplia. sed non est secũdum Lucam abbatiæ fructus deuorare, & deo non seruire, nec promoueri. & tales sunt Deo exactam reddituri rationem, sed conscientias eorum oneramus. sequentia declaraui in §. supra proximo vsque ad ver. si verò. in monialibus, in quibus triginta anni requiruntur in c. indemnitatibus. de electio. in 6. cum hic nihil inueniam immutatũ in illis, nec ista constitutio de illis loquitur, ergo remanebit ius scriptum. l. pręcipimus. C. de appella.

Quare in 27. anno quis hodie potest esse episcopus.

sterio vacanti nominata, per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi prouideri. Prioratus verò personæ ad illum per eundem regem nominatæ conferri debeat. Si verò idem rex presbyterum secularem [a], aut religiosum alterius ordinis, aut minorẽ

a ¶ *Secularem*] Qui dicitur omnis qui non profitetur regulam. Bal. in c. licet. de offi. ordi. Et per hoc patet ꝙ secularis non debet præfici in ecclesiis regularium, quia nó congruit rationi, vt homines diuersæ professionis in vnum congregentur. cle. 1. de elect.

Secularis quis dicetur, & an possit præfici regularibus.

elec.c.Deus qui.de vita & honest.cleri.ratio abhorret in vnitate deformitatem & diuersitatem, vnde statuit Innocē. 8.in reg. cancella. 41. quòd nulli seculari de regulari beneficio, & nulli religioso de seculari commenda detur, nisi in signatura super petitione huiusmodi commendæ, de commenda ipsa mentio fiat.vide text.in c.fi.§. prohibemus. de statu regu.incongruum enim videtur, vt regulares secularibus supponantur.ca.dilectus.circa fi.de statu monacho. & tres causas habiles ad depositionem prælati regularis tradit Panor.in c. monachi.col.2.de stat.monach.

viginti trium annorū, vel aliàs [a],

¶ Quid si rex nominauerit secularem, dummodo intra annum sumat habitum, papa concedit isti nominato per regem abbatiam in commendam per annum, & posteaquam sumpserit habitum in titulum, non sumit habitum, an possit rex post annum ad abbatiam prędictam nominare alterum? Quod videtur, quia deficiente conditione, deficit actus sub qua actus est factus. §. sub cōditione. instit.de verb.oblig.& ibi nota. Et papa sub hac cōditione potuit prouidere.c.si gratiosè.de rescript. in 6.postquam sic prouidit, non valebit actus, nisi cōditio adimpleatur.

¶ Quid si papa solus dispensauerit durante anno, vt iste prouisus non teneatur sumere habitū, an valeat? Dicerem quòd non, per verbum nullatenus infra positum, quia non potest solus derogare huic cōcordato, interest enim regis & regni, inter quos est factum: Et quia eidem tunc prouideretur sine regis nominatione. Nam lapso anno vacat abbatia, vel episcopatus: ideo papa prouidendo non seruat hæc concordata: quamobrem non valet, quod factum extitit: ideo non obstante hac dispensatione poterit rex nominare alterum elapso anno, quia abbatia vacat deficiente conditione, vtpote quia non est factus religiosus intra annum. facit quod no. D.de Rota, deci.331.supposito.in nouis. vbi concludunt dispensationem papæ non tenere in præiudicium collationis laicorum. & in præiudicium regaliorum fuit arrestum pronunciatum in hoc senatu, prout refert D. Rusæus, in tract.iuris regal.in 18.priuile.per multa iura quę per eum videre licet.& an papa possit rehabilitare personam inhabilem in præiudicium iuris regalio. vide eundem D. Rusæum, vbi supra in 25.priuileg.concludentem quod non, per rationes ibidem scriptas.

An papa dispēset vt seculares præficiātur abbatiæ.

Arrestum.

Papa solus non derogat

a¶ *Aliàs*] Exclusiuè ponitur, vt in l.aliàs, ff.de in litē iuran.& in

lege admonendi, in fine. de iureiuran. Not. Bal. in practica sua, rubrica de significatione dictionum. quasi velit dicere iste text. quòd si rex nominauerit secularem, vel religiosum alterius ordinis, aut minorem viginti trium annorum, vel aliàs inhabilem, quàm supra expressum fuerit, talis nominatus recusari poterit, vt si homicida, vel inhabilis, de quibus in seque. glo. nominetur.

inhabilem [a] nobis aut successoribus nostris infra dictum semestre, seu sedi huiusmodi nominaret, talis nominatus recusari, & nullatenus [b] sibi prouideri debeat [c].

a ¶ *Inhabilem*] Fortè nō professum, cle. 1. §. cæterum de statu monach. vel alia inhabilitate notatum, de qua dixi in glo. aliàs idoneum. supra eo. §. proximo. & in tract. de pacifi. possess. in 4. limitatione.

Dictio nullatenus excludit dispensationem.

b ¶ *Nullatenus*] Etiam per dispensationem. gl. in cle. vt hi qui. de æta. & qualit. Et sic vult dicere tex. q̄ si rex nominauerit inhabilem, quòd papa non possit circa illum dispensare, nec poterit eum admittere. Nam dictio nullatenus annullat actum ipso iure. gl. in cle. vna. in verbo nullatenus, de sequest. possess. & fruct. similis in l. si qua. C. ad Velleia. Et idē est dicere nullatenus sibi prouideri debeat, quantum si diceremus, si secus actū fuerit decernimus irritum & inane. glo. in regula cancel. 43. Fely. in c. cū accessissent. col. 4. nu. 8. & c. ex parte. col. 5. nu. 7. de constit. vide quæ in illis locis congessi. Sed licet tollatur dispensatio inferioris per hoc verbū nullatenus, non tamen superioris. Corse. in sing. incipi. nullatenus. Quod est verū, nisi ponatur in cōtractu, vt hic. Alioqui papa semper admittere posset primum, & nunquam haberet locū iste tex. quod regularis obtineret abbatiam, sed secularis quidam iuuenis malè instructus reciperetur, ob id & monachi, & abbatia in irritum caderent, prout cadunt, nisi Deus promptum præstet remedium, ideo hic tex. dicit, quòd recusari debeat. Alias conuentus se opponere poterit in receptione istius, quia cōtra legem regno datam fit nisi fortè magna & rationabili ex causa per ambos dispensatum esset, quæ non præsumitur, nisi in literis regis, & in literis papæ habita sit expressa mentio per supradicta, & per glo. sequentem. Et nisi hæc seruentur actum est (proh dolor) de monasteriis huius regni.

c ¶ *Debeat*] Cum negatiua præcedat, necessitatem importat. c. proposuit. cum glo. de appella. c. primo. de regu. iur. in 6. Et sic

astringitur

astringitur papa ad prouidẽdum hoc modo. Quid si aliter prouideat? Respond. nõ valebit prouisio etiam cum derogatione. Tum quia hic ligatur clausula derogatoria, quæ est apposita in fauorem regni & regnicolarum, ideo regnicolę se opponere poterunt. c. nullus. 61. dist. ibi, sit facultas clericis renitendi, si se viderint prægrauari, &c. Nã contractus est etiam fact⁹ cũ regnicolis, ideo sine eorum facto rescindi non debet. l. sicut. C. de act. & oblig. Dixi in præfa. ad rubr. de colla. infra eo. & rex nõ intẽdit in ecclesiis sui regni inhabiles esse recipiendos. Et quando pro aliquo inhabili scribit præsumitur circũuẽtus. Bal. in c. cũ olim. de re iud.

sed rex ipse infra trimestre à die recusatiõis supradicto modo intimandæ [a] computandum alium modo supradicto [b] qualificatum monasterio seu prioratui tũc vacãti nominare, & de persona ad monasteriũ nominata illi prouidere. Ad prioratũ verò nominato prioratus ipse per nos, & successores nostros, seu prædictam

a ¶ *Intimandæ*] Quid si papa non recusauerit, sed admiserit inhabilem; postea alius impetrat, an ista impetratio regi debeat intimari? quod non crederem, quia tantum loquitur de recusatione intimanda regi, quando est intra tempus, intra quod rex potest nominare, si ergo lapsi fuerint nouem menses, exclusus est rex, ergo pleno iure papa confert, iure videlicet deuoluto, arg. no. in c. 2. de conces. præbendæ. Et hæc prouisio non est regi intimanda, nisi vt prouisus iuret fidelitatem illi, ad quam rex istum admittere debet, nisi regi sit odiosus, & infestus, vt in. §. 1. supra eodem. in verbo prouideri scripsi.

b ¶ *Modo supradicto*] Requiritur primò, quòd nominandus ad abbatiam, vel prioratum conuentualem, sit religiosus. patet in hoc tex. ibi religiosum. *Tredecim requisita antequam possit quis nominari ad abbatiam.*

¶ Secundò, quòd sit eiusdem ordinis, ibi, eiusdem ordinis, & dixi supra in eo. verbo.

¶ Tertiò, quòd sit saltem in ætate viginti trium annorum, in tex. ibi, in ætate, 23. annorum, vt supra declaratum extitit.

¶ Quartò, quòd nominetur à rege, ibi, sed idem rex, &c.

¶ Quintò, quòd vacet abbatia, seu prioratus, quia ad vacatura non potest rex nominare, ibi, occurrente huiusmodi vacatione.

¶ Sextò, quòd rex intra tẽpus sex mensiũ nominet, vel à die re-

cusationis primi, postea per alios tres menses, vt supra dictum extitit in §.1.supra eo.

¶ Septimò, quod hæc recusatio facta per papam intimetur solicitatori regis, ibi, supradicto modo intimandæ, vt est dictum in §.1.supra eo.

sedẽ conferri debeat, alioqui [a] dictis nouẽ mensibus effluxis [b] nulla [c] seu de persona minus idonea, & modo præmisso nõ qualificata facta nominatione, ac etiã vacatione

¶ Octauò, quòd prioratus sit verè electiuus, non collatiuus. ibi, verè electiuis, & supra scripsi.

¶ Nonò, quòd electio spectet ad conuentum, secus ergo si ad seculares vel alios, vt supra dixi.

¶ Decimò, quòd in eius electione seruetur forma. ca. quia propter. de elect. vt est in hoc text. videre.

¶ Vndecimò, quòd sit conuentualis prioratus, ergo non comprehendetur alius, ibi in text. conuentualis.

¶ Duodecimò, quòd hæc nominatio fiat papæ, ibi, nobis aut successoribus nostris, &c.

¶ Vltimò, requiritur quòd nominandus sit expresè professus. glo. in verbo religiosum. supra eo. & hæc notanda sunt.

De dictione alioqui. a ¶ *Alioqui*] Mirabilis dictio est, non solùm faciens orationem conditionalem, sed in seipsa continet dispositionem contrariam præcedenti dispositioni. Et exponitur, id est si prædicta non fuerint. Bart. in l.1. col.3. ff. de condit. & demonstr. Corne. consi. 253. licet, col.3. Perus. in c. mandatc. col.2. de præbend. in 6. Aliis etiam modis accipitur, vt per Alberic. in dictio. in verbo alioquin, & plenè per Ias. in §. in personam. col.3. inst. de actio. Panor. & alios in. c. quoniam. in fine. de decimis. glo. in l. si cui legata. ff. de fideicommissa. libertatib. glos. & docto. in c. cõstitutus. de testib.

b ¶ *Effluxis*] In totum alioqui si vnus dies remaneret. non poterit papa prouidere. c. commissa. de electio. in 6. Et si ante prouiderit, nulla erit prouisio, vt in vers. electiones sequen. Nam in priuatiuis requiritur, quòd totum tempus sit elapsum. Bal. in c. cum in cunctis. col.1. de elect. intellige tamen, vt scripsi supra, eo. §.1. in glos. dispendiose.

c ¶ *Nulla*] Nota ex hoc verbo cum sequenti, quòd patria sunt non nominare, vel nominare minus idoneum. l. quoties. ff. qui satisdare cogan. & ibi Ias. & alij. & nulla differentia est, non inter-

teruenіat authoritas tutoris, an perperam adhibeatur. l.2. ff.de autho.tuto. quippe non quæuis exhæredatio submouet filium à contra tabul. bono possessione, sed quæ ritè facta est. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bono. possess. contra tabul. Multa addidi ad. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & ad. d. l. quoties, quæ alibi seruient.

cantibus apud[a] sedem prædictam semper etiam nulla dicti regis expectabat [b] nominatione per nos & successores nostros, seu sedem prædictã, monasteriis prouideri, prioratus verò personis, vt præfertur qualificatis duntaxat conferri liberè posśint.

a ¶ *Apud sedem*] Per obitum tantum, cum in princip. huius tit. voluerit beneficia etiam per cessionem vacantia, spectare ad nominationem regis, quæ potest fieri in curia: & ideo vacabit tunc in curia per gl. in cle. 1. vt lite penden. sed intellige vt supra §. 1. versi. alioqui. quod si vacet in curia per obitum, papa sine regis nominatione prouidere poterit. Nam sequentia declarantur ex præcedentibus. l. hæredes. §. sed si notam. ff. de testa. & l. si seruus plurium, in fine. de lega. 1. proinde supra. in princip. huius. §. expressit etiam per similem cessionem, vbi scripsi.

b ¶ *Expectata*] Et sic papa tenetur expectare regis nominationem per nouem menses, quando antea non fit, sed si fiat prima & altera intra tres menses, non tenebitur amplius expectare, vt supra dixi in hoc tit. §. 1. glo. dispendiosè, & hic traduntur limitationes. Prima, quando rex non nominauit intra nouem menses, tunc liberè papa prouidet, nõ expectata regis nominatione. Secunda, quando nominauit inhabilem, & nõ qualificatum, vt supra in §. 1. dixi. Tertia, quando vacat in curia tantum per obitũ, in his etiam casibus tenetur qualificatæ personæ papa, vt supra prouidere. Nam licet posśit prouidere liberè, id est sine regis nominatione, debet tamen prouidere de persona qualificata. Et hoc videtur sentire text. ibi: Prioratus verò personis (vt præfertur qualificatis) duntaxat conferri liberè posśint, &c. Dicit in simili Bal. in ca. fina. colum. 1. de elect. quod licet canonici posśint dare sponsum ecclesiæ, tamen intelligitur de tali sponso, quem habere non sit luctui, nec dedecori ecclesiæ. argum. l. 3. §. si emancipatus. ff. de bono. poss. contra tabu. Sic nec pater, qui in potestate habet filium, potest luctum filij procura-

Tres casus in quibus papa prouidet sine regis nominatione.

re l.fin.C.de sententiam pass.nec patrimonij onus euertere,vel dissipare.l.imperator.ff.ad Trebel.Bal.in c.fi.col.1.de elect. Sic videtur in papa & alio prælato vt non debeat monasterium euertere, & luctum filiorum procurarẽ quod multi non seruant:/ ideo si hominum conditiones non mutentur,in vanum descriptus erit hic.§.quia monasteria inueniũtur nulla,vel admodum pauca, quod dolendum est. totis enim neruis probi veteres religionem induxerũt. Hodie peruersi iuuenes religiones,vt cum maximè abolere conantur, sed ij destruẽtes destruentur,& in inferni ignem mittentur perpetuum.

Electiones[a] autem & illarũ confirmationes, necnõ prouisiones per nos & successores nostros, ac sedẽ prædictã cõtra præmissa pro tẽpore factas nullas, irritas,& inanes esse decernimus.

a ¶ *Electiones*] Ecce clausulam derogatoriam ad prædicta,eadem est posita in §. supra proximo. in versi. decernentes; &c. & ibi dictũ extitit. Sequitur. § vltim. quem interpretandum aggredior.

§. PER PRAEMISSA.

Hic.§.vltim.tres habet partes. Prima, reseruat electiones ecclesiis habentibus speciale priuilegium eligendi. Secunda, declarat quam formam eligentes seruare teneantur, si forma in priuilegiis expressa non fuerit. Tertia, tradit quomodo sit facienda fides de huiusmodi priuilegiis. Secunda, ibi, Et si in eorum. Tertia, ibi, Dummodo. & hoc sit loco summarii ad istum.§.vltimum.

PEr præmissa tamen non intendimus [b] in aliquo præiu-

b ¶ *Per præmissa, &c. in aliquo*] Nec in forma, nec in electione liberè faciẽda per illos. nam dictio aliquo hic posita significat, quod non vult præiudicare etiam in minimo. glo.in cle. vna, in verbo aut eorum aliqua.de for.compet. Et sic per istum text.dicunt quidam Romanum pontificem non posse in dignitatibus, vel in officiis electiuis in hoc regno electores præuenire,aliàs præiudicaret electionibus istorum. Sed in contrarium facit,quia Roma.Pontifex.infra.de manda. apostolicis. §. declarantes, reseruauit sibi generaliter præuentionem in omnibus,ergo & in istis electiuis. nec refragatur iste tex.quia dicit per præmissa, non intendit papa præiudicare capitulis habentibus speciale priuilegium eligendi,sed per præuentionem quod nolit præiudicare non prohibet

An papa in electiuis possit præuenire eligentes.

hibet hic tex.& cum plenaria dispositio omnium beneficiorum ad papam pertineat.c.2.de præben.in 6.ergo & istorum electiuorũ, etiam quia non inuenitur prohibitum, & sic permissum, quamuis per pragmaticam esset prohibitum tamen est abrogata per hæc concordata,quæ succedunt in locum illius,vt supra in proœmio patet. & per hæc concordata non est prohibita præuẽtio,imò permissa. Ergo poterit papa etiam in electiuis eligentes præuenire,licet quidam teneãt contrarium, quorum opinio est vera quando nominatio spectat ad regem per supra dicta.Secus si electio spectat ad capitula,vel conuentus,per.d.§.declarantes.& quia maiorem sibi papa potestatem retinuit,quàm concesserit his eligentibus, per.c. dudum,de præbend.in 6.

dicare [a] capitulis [b] ecclesiarum, & conuentibus monasteriorũ,

¶ Et ita fuit iudicatum in magno regis consilio pro decanatu Andegauen. *Arrestum.*

a ¶ *Præiudicare*] Id est præiudicium afferre. poterit fieri tamen permutatio,vel simplex resignatio prioratus, vel abbatiæ,seu alterius dignitatis coram papa.quando nominatio nõ spectat ad regem, sed eligentes speciale habent priuilegium eligendi, nec prohibetur hic:quia per hunc tex. nõ intẽdit tollere electionẽ, quando habent priuilegia eligendi,tamen se non adstringit papa quo minus occurrẽte vacatione (de qua dixi supra)per eum possit fieri prouisio.nam de iure hoc potest, ergo in hoc nõ est iuri derogatum per hunc textum. Nec refragatur, ꝙ supra dictũ est videlicet papam non posse prouidere,quãdo nominatio ad regem spectat,quia illud intelligitur, quando concessit eidem nominationem per contractũ,vt hic. secus. si per priuilegiũ seu per legem, quia hoc sicut legẽ reuocare poterit, vt dixi infra,in præfa.ad rub.de colla.Cõtractus enim difficilius tollitur quàm priuilegiũ,& sic potest papa hic derogare capitulis ecclesiarum habentibus priuilegium, tã quoad suspensionẽ q̃ præuentionẽ. *Papa in electiuis an resignationes recipere possit.*

b ¶ *Capitulis*] Et per hoc dicebant quidam sumendo argumentum à contrario sensu,quod hic comprehenduntur ecclesiæ collegiatæ,videlicet vt etiam non possint eligere Decanũ,Præpositum,aut ad aliam dignitatem,cum hic faciat mẽtionem de capitulo,quod est ecclesiarum secularium.c.capitulum.de rescrip. cle.1. de magistr. Sed respon. per hunc text.non comprehendi ecclesias collegiatas seculares quo ad regis nominationem , vt *Electiones nõ sunt sublatæ in ecclesiis collegiatis secularibus.*

in eis illam habeat, quia inducta ad vnum finem non debent operari contrarium.l.legata.ff.de legat.primo.sed hæc clausula est inducta ad tollendam dubitationem, per quam posset quis dubitare, an per supra dicta sit etiam abrogata electio in ecclesiis habentibus speciale priuilegium eligendi. & tex. respondet, quòd non per prę-missa intendimus

& prioratuū huiusmodi [a] priuilegia

præiudicare capitulis ecclesiarum cathedralium, vel metropolitanarum, quominus eligere possint si habeant priuilegia eligendi à papa, & idem in conuentibus decreuit. vide Ioan. Franci. in tract. de offic. & potestate. ca. sede vacante, in 5. præludio.

Suspēsio generalis electionū ad vitā regis.

¶ Hodie verò ratione benemeritorum regis Franciæ papa Clemens. 7. sperans eundem in persona nominanda, deum præ oculis semper habiturum, de fratrum consilio suspendit priuilegia capitulis metropolitanarum & aliarum ecclesiarum cathedralium, & conuentibus monasteriorum, præterquam eorum, quæ per generales suorum ordinum reguntur, seu regi consueuerunt, eligendi sibi prælatū concessa, quandiu vixerit rex Franciæ nunc existens, & potestatem nominandi in his ecclesiis eidem regi concessit, electiones & postulationes contra præmissa attentatas nullas decernendo: voluit tamen idē summus pontifex regem seruare in nominatione qualificationes prædictas in §.1, & 2. supra, eo. Aliàs cassa & irrita omnia quæ fierent contra concordata, statuit. Hoc fuit concessum anno. 1531. 5. idus Iunij, pontificatus sui anno. 8. publicatum & registratum in magno consilio, anno. 1533. die sexta Octob. & sic vides regem posse nominare etiam in ecclesiis habentibus speciale priuilegium eligēdi, ex hoc edicto. Nónne requiratur per prælatos Franciæ ac regni, noua acceptatio, & publicatio, cogita & decidas per ea quę dixi in gl. prioratibus supra eo. §. monasteriis, proinde nō prohibet indultum hoc (per edictum enim nihil est immutatum) quominus possint adhuc eligere decanum, Præpositum, vel ad alias dignitates inferiores, quia edictum tantum expressit archiepiscopatus, episcopatus, abbatias, & prioratus cōuentuales. Ergo ad alias dignitates nō extendetur, etiā quia non excedit terminos concordatorū, quæ in proximè dictis tantū procedunt, quod est not. quia sępius super his fui cōsultus. sed quia per mortem regis expirauit, ideo remanet hic. §. in viridi obseruantia.

a ¶ *Priuilegia*] Non ergo sufficit quod de iure communi habeāt facultatem eligendi, sed requiritur priuilegium, nec obstat si

dicatur facilius tolli priuilegium q̃ ius commune.l.eius. §.si militia.ff.de test.milit. Respon.verum esse, quando conditor iuriũ priuilegium vult tantũ tollere,secus si ius cõmune tollat tãtum, & priuilegium reseruet,vt hic Lancel. Galiala in.l. cẽturio.col. 3.not.3.ff.de vulga. Item quando quis habet priuilegiũ eligẽdi & ius cõmune, duplex funiculus difficilius rũpetur.cap.1. de treug.authen.itaque.C.communia. de success. & sublato iure communi adhuc remanet priuilegiũ. l.si domus.ff. de seruit.vrba.prædio. c.ex tuarum.de authoritate & vsu pallij.tex.reputatus singu.in. l.decurionibus.C.de silẽtio.lib.12. vbi per reuocationem priuilegiorum non videntur reuocata priuilegia alicui specialiter cõcessa,sic consuluit Alexan.consi.vlti.in fine.vol.4.maximè hic, quia exprimitur.Nam priuilegium potuit dari ob benemerita, ideo hic noluit ea tollere,& sic reseruat electionem habentibus priuilegia eligendi. *Priuilegiũ an facilius tollatur quàm ius.*

à sede apostolica [a] proprium [b]

a ¶[*A sede apostolica*] Hic patet à quo debet haberi istud eligendi priuilegium,quia à sede apostolica,quæ in his plenariam obtinet potestatem.c.2.de præbẽ.in 6. Adeo q̧ si ecclesia haberet priuilegium eligendi ab alio,videlicet à legato, vel alio,non reseruatur hæc electio ecclesiis habẽtibus illud priuilegiũ ab alio quàm à sede apostolica,vt patet hoc in tex.ibi,à sede apostolica propriũ eligendi prælatum obtinẽtibus,&c.ideo opus estquòd ostẽdãt à quo habuerint,vt infra dicitur. Et nota quòd hoc priuilegium cõforme iuri communi est latissimè interpretandum, licet aliàs regulariter contra Bald.per illum tex.in.c. inter corporalia,col.2.de translat. episcopi.Bart. & alij in.l.beneficium. ff.de constitu.principum.Fely.in.c.causam.de rescript. Electio ergo potest alicui competere,tam ex priuilegio , quàm de consuetudine,vel de iure.tex.in.c.cumana.iuncta glo. de elect.non tamen reseruaretur hic si alia ex causa quàm ex priuilegio competeret,vtpote si ex præscriptione, vel consuetudine,per not.in c.cum ecclesia.de causa possess.& glo.in.d.c.cumana. *Quis eligẽdi priuilegia concedat.*

b ¶[*Proprium*] Ergo si electores haberẽt priuilegiũ eligendi prælatum in alia ecclesia,& sic non propriũ,nõ possent eligere per hũc tex.dicentẽ propriũ.de quo tractatur in.c.cũ ecclesia sutrina.de causa poss.&.c.cũ dilectus de cõsuet.vnde dixit tex.nemo dicat propriũ,quod est cõmune.in ca.sicut hi. 47.dist.Proprius dicitur multis modis,proprius hæres,dicitur consanguineus.l.1. *Proprium multis modis dicatur.*

ibi, vel in hæredes proprios iure sanguinis transfuderunt, vel in extraneos. C. de anno ciuil. lib. 11. plenè probat. d. Chassa. in cõ suetu. Bur. in rub. *des successions*. §. 3. glo. *a ses vrais heritiers*. Item causa, seu lis dicitur propria, cuius damnum vel emolumentum ad aliquem suo nomine pertinet. l. 1. §. propriã. ff. quando appellandum sit. gl. in c. authoritate. de priui. in. 6 vnde si canonici Aurelianen. haberét priuilegiũ eligendi prælatum Parisiẽ. non reseruaretur eis hoc in tex. priuilegiũ eligédi, quia prælatus Parisi. nõ est proprius prelatus Aurelian, & hic tãtũ loquitur de proprio prelato, quod est notãdum. vide quot modis proprium sumatur in. l. interdum. ff. de verb. sig. vbi plenè scripsi.

eligendi prælatum [a] obtinentibus [b], quominus ad electionem [c]

Prelatus quis dicatur.

a ¶[*Prelatum*] Largè accipitur tã pro archiepiscopis, episcopis, quàm etiam abbatibus. & prioribus conuentualibus. gl. c. nullus. de elect. in 6. gl. & doc. in cle. 1. in verb. prælatũ. de ele. vnde vult dicere hic tex. quod papa non vult preiudicare ecclesiis habentibus priuilegia eligendi propriũ prelatũ, siue habuerint priuilegium eligẽdi archiepiscopũ, siue episcopũ, siue abbatẽ, siue priorẽ conuentualẽ, vt infra declaratur, illi enim dicũtur prelati si sint perpetui. Bonifa. in cle. 1. col. 1. de supplen. negli. prælatorum. Et sic rex non poterit nominare ad prelaturas triennales, de quibus in ecclesia sancti Sulpitij apud Bituriges, quia conditores non intendunt reformationem sic factam tollere. & dare eisdem abbatem reformationis religionísque destructorem, vt reperiuntur multi hodie. Sed væh illis, nesciunt quid faciũt, scietis enim (vt testatur Christus) postea, scilicet cum in inferno cruciabimini, vide que dixi de prælato in tractat. de pacif. posses. in 10. ampli. nu. 63. & seq. & per doc. in. c. 2. de iudic.

b ¶[*Obtinẽtibus*] Cum effectu, vt dixi in gl. obtinet in forma mãda, infra. An hoc priuilegiũ perdatur per nõ vsum, & intra quod tẽpus? vide tex. & ibi plenè doc. in. c. cũ accessissent. de cõst. gl. & doc. in c. vt priuilegia. de priuileg. l. 1. ff. de nundinis. & Ioan. Fràcis. Balb. in tract. de præscri. in 4. parte. 5. partis. q. 2. col. 60. & seq. & Claud. de Seyssel. & Ias. in. l. beneficium. ff. de constit. princ. Et vndecim modis perditur priuilegium, quos tradit Lucas de penna in. l. penul. C. de vetera. lib. 12.

Tripliciter capitur electio.

c ¶[*Ad electionem*] Quæ tripliciter accipitur.

¶ Primò passiuè, vt eligatur is qui est de gremio. c. cũ dilectus. & ibi

ibi.Barb. col.14. de consu.vel idoneus.c.cũ in cunctis.de ele.sicut testamenti factio.§.testamenti.insti.de hære.qualit.& diffe.

¶ Secundò,capitur pro confirmatione, & hoc quãdo emanat ab eodem fonte,vtpote ab eo qui per negligentiam non eligentium prouidet.glo.in.c.1.de elect.in.6.c. ne pro defectu.de ele. Barba.in propriis terminis in.d.c.cum dilectus.col.14.

¶ Tertiò,capitur pro electione actiua, vt hic, & regulariter in rub.de elect in decret. & in 6.glo.in cle.vlt.illo titu.& ad hanc electioné admittitur quilibet de collegio,nisi à iure prohibeatur.c.1,de elect.Hostien.in summa illius titul.§.quis possit.

¶ Proinde qui perdidit electionem actiuè nõ perdidit passiuè. vtor verbis Bal.in c.irrefragabili.in fine.de offi.ord.

¶ Vitiatúrque hæc electio pluribus ex causis.

¶ Primò, quando fuit facta per secularis potestatis abusum.c. nullus.63.dis.c.quisquis.de elec. & supra tit.proximo in gl.per abusum,quando hoc modo dicatur fieri,enucleaui. *Electio quot modis vitietur*

¶ Secundò,si fuerit facta per canonicos & laicos simul.c. Massana.de elect.

¶ Tertiò,si omittatur forma.c.quia propter.de electio.vel vna ex illis formis,vel mox non publicetur,vt ibidem dicitur.

¶ Quartò,si fiat electio à suspensis,vel de suspẽso.c.cũ inter R. de elect.&.c.cum dilectus.& ibi glo.& doc.de consuetu.

¶ Quintò,si à minori parte capituli, facta fuerit.c.cumana.de elec.nec sufficit maior pars,nisi sanior sit.c.ecclesia.2. de elec.& dicitur maior respectu totius capituli, & non aduersariorum.c. licet,in fine.de elect.

¶ Sextò,quando non præstito iuramẽto ante electioné est processum ad eligendum, in prag.sanctio.rub.de elect.c.1.

¶ Septimò,quãdo nõ audita missa spiritussancti eligunt,vt ibidem dicitur.& in.c.cum ecclesia.de causa posse.

¶ Octauò,quando sacramentum eucharistiæ eligentes ante electionem non susceperũt,vt ibidem patet.& glo.in verbo suscipiãt,dicit hoc procedere in electionibus episcoporũ & abbatũ, in electionibus verò aliorum, vt prioratuum,vel minorũ dignitatum,seu beneficiorum,non habet locum.

¶ Nonò,si tractare incipiãt de electione,& eligãt antequã corpus episcopi sit traditũ sepulturę.c.bonę memorię,supra de ele. vbi dicit Panor.hoc esse de honestate,& nõ necessitate, ideo si canonici timẽt impressionem principis, statim mortuo prelato eligere poterũt.c,episcopo primo.ibi,q. post obitũ quiescentis

potestaté habét.8.q.1.sequitur Guido papæ in có.206.circa.fi.
¶ Decimò, quádo habitus est tractat⁹ seu colloquiũ cũ illo, qui erat eligendus, vel cũ amicis suis.c.per inquisitionem. de elect. quia tũc videtur præsumptio simoniæ,& ambitus, hodie omnes electiones vitiarentur, quia vix fit electio sine rogatu,& promissionibus præcedentibus, vt titulo proximo dictũ extitit supra, & ideo poterant dici requirentibus sumptuosæ electiones.
¶ Vndecimò, vitiatur electio, si fiat post appellationem legitimè interpositam.c.considerauimus. & .c.cum nobis,ac.c.auditis.de elect.de Ripa lib.2.respon.c.13.appellatio.
¶ Duodecimò, si præstitit suæ electioni assensum, antequam eligeretur ratione ambitionis.c. cum post petitã. de elec.satis dicũtur hodie præbere assensum, postquã ante electionem multa eligétibus promittũt,& ante morté currũt ad eligétes, ita quòd nó expectãt mensem ad consentiédum.vt dicitur in.c.quàm sit. de elec.in 6.cõtra id quod in.c.fi.4. dist.habetur, quicũque desiderauerit primatũ in terra, inueniet cõfusioné in cœlo, nec inter seruos Christi cõputabitur, qui de primatu tractauerit. Ideo oporteret statuere, quod procurãs per se, vel aliũ eligi inhabilis esset,& suis etiam priuatus beneficiis. & quicũque elegerit procurantem, vel ambientem, perpetuò sit priuatus suffragio, ac beneficiis,& inhabilis ad alia.& sic reuerteremur ad illã sancti spiritus iam omissam electioné,& formã (quam deus nobis restituere dignetur) in perpetuum duraturam. si prælati sanctos præfecissent, non esset in electionibus discordia, ideo de his omnibus tenentur præficientes, vt alibi dixi etiam de papa qui creauit tales Cardinales quales videmus aliquos.
¶ Decimotertiò, si fiat clam.c.quia propter.§.fi.de elect.Perus. in.c.si tibi absenti.de præb.in 6.
¶ Decimoquartò, si fiat simoniacè, etiam ignorante electo.c.si alicuius.de elect.nisi hoc fuerit in fraudé electi factum.c.nobis, de simo.& supra tit.proximo dictum extitit in glo.simoniacis.

Secunda electio quãdo valeat, non cassata prima.

¶ Decimoquintò, si fiat electio secunda, prima non cassata.ca. considerauimus.de elect.quia per primam contractum fuit matrimoniũ inter ecclesiã & electũ. c. cũ inter canonicos.de elect. Ideo nó potest aliud cõtrahere illo nó dissoluto, nisi esset secunda electio facta de primo electo, de Ripa lib.2. respon.c.15.canonica.vel nisi prima sit ipso iure & notoriè nulla.c.cũ terra.c. tit.Panor.in c.auditis.col.penul.ibidé.&c. illud de iure patro.
¶ Decimosextò, si cõpromissarij cõtra formã eisdé datã eligãt.c cum

cũ dilectus.de elec.facit.c.cũ dilecto.de rescri. & ibi plenè doc.
¶Decimoseptimò,si fiat ad clamorẽ populi.c. Osius. de elect. vanæ enim voces populi nó sunt audiendę.l. decurionum.C.de pœnis,vnde nó valet manumissio ad clamorem populi facta.l. si priuatus.ff.qui & à quibus manu.lib.non fiant.
¶Decimooctauò,si nó fiat in ecclesia.c. quod sicut.de elec. vel in capitulo,vel in loco in quo est solita fieri.c. cũ terra. de elec. glo.tamen in.§.& cũ humanæ,in verbo locũ.de elec.in prag.dicit non esse vim vbicunque fiat,dummodo intra ambitũ ecclesiæ,quod intelligerem , nisi consuetum esset eam facere in capitulo, tunc facta extra sine causa non valebit.c.in nomine. versi. quod si prauorum.23.dist.imo electio scabinorum rupelle facta extra locum solitum fuit annullata per senatum Parien. Anno. 1532.die 26. Aprilis.

Electio extra locum solitũ nulla.

Arrestum.

¶Decimononò, si fiat post tres mẽses.c.ne ꝓ deffectu.de elect nisi eligẽtes iusto impedimẽto fuerint detẽti. Rofre.ĩ summa libello iuris canonici.rub.de causis propter quas vitiatur electio.
¶Vigesimò,si electus ante confirmationem administret.c.auaritiæ.de elect.in 6.&.c.qualiter.&.c.bonæ.illo titu. in decreta. nec valet consuetudo in contrarium. Anch.consi.51.
¶Vigesimo primò,si fiat ab excommunicatis, vel de excõmunicato.c.venerabilẽ.de ele.c.constitutus,& ibi gl.de appel.dixi in repetiti.c.postulastis.in 2.not. de cleric. excom.ministran.
¶Vigesimosecundò,si fiat ab interdictis, vel de interdicto.c.1. de postulat.prælator.c.cum inter.R.de elect.
¶Vigesimotertiò,si eligatur inhabilis & indignus.c.cũ in cunctis.§.fi.&.c.scriptũ.de elect.& quis dicatur inhabilis tradit Hosti.in summa.de elec.§.quis eligitur,vbi scribit hos versus:

Anni triginta,sacer ordo,pura voluntas,
Et morum grauitas,sapientia,sponsa parentis,
Concurrens fama,decus hoc dant pontificale.

Prosequere vt per eũ,& per ea quæ dico in trac.de paci.pos. in 4.limitat.
¶Vigesimoquartò,si de aliena ecclesia fuerit electus,& nó postulatus.c.innotuit.de elect.
¶ XXV.si fiat per subreptionis astutiam.c.cum dilectus.de elec.
¶Vigesimosextò,quãdo electio fuit sigillatim & singulariter facta,ca.in Genesi.de elect.glo.in c.nullus.63.distin.& in c.sicut. de elect.in 6.glo.in verbo conueniant.§.& cum humanę.de elec.in prag.idem si nó fiat vno cótextu.Bonif.in cle.ne Roma-

ni. §. porro, circa finem de electio. sicut testamentum. l. hæredes §. fina. ff. de testamen.

¶ Vigesimoseptimò, si in abbatem, vel in priorem eligatur non professus. cap. cum in magistrum. & cap. officij. & cap. cum causam. de elect. cap. nullus. illo titu. in 6.

episcoporũ [a] ac abbátũ & prio-

¶ Vigesimooctauò, si aliquo vel aliquibus cõtemptis fiat. c. quod sicut. & c. venerabilem. eo. titu. idem in postulatione. c. bonæ. de postula. prælatorum, & in permutatione facta non vocato patrono, qui habebat ius præsentandi. glo. in verbo die. §. & cum humanæ. de elect. in prag.

¶ Vigesimononò, si electio fuerit sine causæ cognitione confirmata. c. nihil. de elect. & c. fi. illo titu. in 6.

¶ Trigesimò, si fuerit factus monachus ea causa vt eligeretur. c. cum ad nostram. de elect.

¶ Vltimò, si fiat electio conditionalis, vel alternatiua. c. 2. de elec. in 6. alia quæ contra electiones opponi possunt, tradit Nepos de monte albano, in rub. contra electiones prelatorum, vbi licet alia videre. Hæc tamen ita cumulata & in ordinem redacta nusquam reperies, licet multa tradat Petrus Viassius, in tract. directorium electionum nuncupato. in. 2. parte. c. vlt. Notandũ est, quòd quãdo electio annullatur vitio personæ, electus non potest promoueri, si vero vitio electionis sic. c. super eo. de elec. vnde cautela est quod quando cassatur electio, quòd causa inseratur, sicut quando quis remittitur ab exercitu. l. 2. ff. de his qui not. infa. Et quando tutor à tutela remouetur, alioqui vitio electionis censetur electio reprobata. l. hæ enim. ff. de suspect. tutor. l. si præses. de pœnis. Ioan. And. & alij in. d. c. super eo.

Causa in annullatione electionis exprimenda.

a ¶ *Episcoporum*] Idem si haberent priuilegium eligendi archiepiscopum, quia non intendit papa derogare capitulis ecclesiarũ obtinẽtibus speciale priuilegiũ eligẽdi. si ergo metropolitana ecclesia habeat speciale priuilegiũ eligẽdi, eligere poterit, licet hic nõ fiat speciatĩ de ea mẽtio. Episcopat⁹ quippe ĩ ecclesia est nõmẽ generale, ꝙ sibi etiã papa non veretur assumere, vt in prooemio Decret. & Sex. & Cle. patet, et supra eo. rub. de cõsti.

Episcopi nomẽ generale est.

¶ Itẽm conueniunt verba huius tex. metropolitanis, dum reseruat ius eligendi propriũ prælatum obtinentibus priuilegiũ, sed dicitur proprius prælatus etiã archiepiscopus. Ergo & hæc dispositio ad eum extendetur. c. indemnitatibus. §. supra dicta de elect,

elect.in 6. Et nõ intendit præiudicare capitulis ecclesiarum hic papa,capitula etiam dicuntur in ecclesia metropolitana, vt omnibus est obuium,per.c.graue. de præben.cle.1.in fi. de magist. Præterea permittit vt eligant iuxta priuilegia eis concessa pro-archiepiscopis eligendis eligét,& liberè,& iuxta formam in priuilegiis contentam.

rũ,iuxta [a] priuilegia eis cõcessa [b] ¶Item si causa esset cõmissa episcopo Senen.

& postea causa pendente episcopus esset erectus in archiepiscopum,poterit archiepiscopus cognoscere,quia archiepiscopus episcopus est. Panor in.c.quoniam abbas.col.pe.de offi.delega.

a ¶[*Iuxta priuilegia*] Et sic eligentes non debent transgredi priuilegia, sicut nec mandatarius mandatum. c. cum dilect. de rescrip.scripsi.in 6.notat.repetit.l.vnicæ.C de senten.quę pro eo quòd interest. Igitur si capitulum habeat priuilegium eligendi prælatum de gremio, non poterit eligere illum, qui est extra gremium,quia non fieret iuxta priuilegium concessum,vt hic dicitur. Nempe dictio iuxta ponitur relatiuè hic. & in l.1. & ibi Bald.C.de episcop.& cleric.& exponitur pro secũdum.Cle. ne Romani.§.sanè.de elect.cle.si iuxta.de præbend.&. c. si is cui. illo tit.in 6.plenè.Fely.tradit de hac dictione in.c.2.col.4.versi.clausula si preces.de rescript. post patruum meum Rebuffum in l.decernimus.& ibi in additio.ad eum.C.de aquæ ductu.lib. 11.& Bald.in l.fi.ff.de seruitu.vrba. prædio. vide de Viasio, in 1.parte in directo.electio.c.3. *De dictione iuxta.*

b ¶[*Concessa*] Secus ergo si papa posthæc concordata concederet, quia non valeret priuilegium cum hic nolit derogare iam habenti.Ergo si nondum habeat, nõ poterit esse detrimento regi,quin possit nominare non obstante priuilegio à papa de nouo concesso post hęc concordata,nisi huic concessioni rex consentiret.arg.l.pen.C.de pact. Et hoc priuilegium eligendi concessum canonicis regularibus non amittitur, si ecclesia in alium locum transferatur,& de regulari in secularem iure cõmutetur. Innocen. in cap.2.de operis noui nuncia. & expressim cõsuluit de Ripa in libro.2.respon.c.2.canonici.in vltima quæstione. *Ecclesia regularis erecta in secularẽ, an priuilegiũ eligendi perdat & bona.*

¶Quæ tamen cõuersio de regulari ad secularem non est bona, sed econtra sic,& ita olim fiebat,nunc contra,nam magis laborantium debet firmior status esse.c.extirpandæ.de præben. Ista expresſim firmat Guillel.Montehaudu.in cle.1.de rescrip. quãuis pasſim hodie fiat,ob diminutã in nobis deuotionem,Deus

per suam gratiá illam augere nobis dignetur:nempe ecclesia ad quá est facta tráslatio,& canonici seculares sunt subrogati in locũ & ius regulariũ canonicorũ, ergo & in priuilegia subrogati ĩtelligũtur.§.fuerat.ĩst.de actio.cle.vna.de suppléd.negl.præla.

¶Item in religione debent etiá esse,& deuotione subrogati,ne diabolici potius quàm canonici dici mereantur.quádo laqueus contritus erit,quia subrogatus,&c.l.si cum.§.qui iniuriarum.ff. si quis cautionibus.plenè Fely.in.c.cum accessissent. col.7. nu. 18.cum seq.de constit.maximè, quando est fauorabile ecclesiæ. Henric.Boic.in.c.ecclesia.vbi plenè distinguit, vt lite pendente.sequitur Soci.consi.93.eleganter.in fi.vol.3.

Exempta ecclesia,& in aliquẽ locũ translata, non perdit exemptionẽ, nec bona.

¶Et Perus.in.c.cũ personæ.in fi. de priuileg.in 6. firmat quòd quando ecclesia est exempta, & trásfertur in alium locum, non perdit exemptioné,vide ibi,& si ciuitas destruatur, & alij ciues subrogentur, gaudebũt priuilegiis datis ciuibus illius ciuitatis. Bertrand.con.192.Multa.nu.16.in.2.vol.ex noua impressione.

¶Imò si prædia donata sint monasterio ea lege, quòd redirét ad danté,si cótingeret eos mutare habitũ,vel à loco recedere, si de licentia papæ mutent habitum,non poterunt prædia repeti. quia habitus nouus censetur subrogatus in locum alterius.Ioá. And.& Perus.in d.c.primo.§.ad hæc.de relig.domib.in 6.quia mutatio status auget ius antiquum,non verò aufert.l.pen.ff. de senat.l.falsa.§.1.de condit.& demonst.glo.in c.ex parte. in verbo Andegauensis,& ibi doct.de foro compet.Bar.in.l.fi. C.de præpo.agent.in rebus.lib.12.vbi dicit nunquá tolli data priuilegia per cócessionem noui, quia non debet operari diminutionem,quod ad augmentum inductum est.l.legata.ff.de legat.1.

¶Item eadem ratione priuilegia cócessa prioratui,non amittũtur,si erigatur in cathedralem.Oldra.consi.267.quod domino. col.1.& Domin.consi.125.dubia.in fine. Nam si ecclesia priuilegium eligendi non haberet,rex non perderet suá nominationem, quanuis mutaretur status ecclesiæ, sic nec perdet ecclesia priuilegium,etiam si mutet statum.Etiam bona nó perdit regularis ecclesia,quæ transfertur in secularem,vel contra.Petrus de Perus.in tracta. de mutatione status ecclesiarum. c.3. q.1.arg.c. ecclesia,vt lite pendé. hoc etiá plenè probat Philippus Probus in addit.ad Io.monachum.in. c.cùm de beneficio. de præben. in 6.in mutatione status ecclesiæ Bituricen.& quando fuit è regulari in secularem reducta. Ad tollendũ tamen dubium rex solet consentire huic translationi & mutationi,vt nuper contigit

in ecclesiæ

in ecclesiæ Magalonæ mutatione, & trãslatione ad Montempessulanum, anno 1536. Fallit quãdo priuilegium esset certo ordini concessum propter strictiorem vitã, tunc si non seruetur regula instituta antiquitus amittitur priuilegiũ. Panor. per illum text. in 2. not. in c. recolentes. de statu monachorum. arg. clericorum negociantium, vt nõ gaudeant priuilegiis in illis bonis c. fina. de vita & honesta. cleric.

De trãslatione ecclesiæ Magalonæ ad Montempessulanũ.

¶ Quid si monachus dederit aliqua bona monasterio priori, & postea translatus fuerit in alterum monasterium? Respond. tũc vsufructus bonorum acquisitorũ primo monasterio dabitur secundo monasterio, & deinceps acquiret isti secũdo monasterio, ne onerosus eidem existat, sed proprietas bonorum ante translationẽ acquisita primo monasterio, penes illud remanebit. c. de lapsis. & ibi glo. 16. q. 6. Specul. in titu. de statu monacho. §. 2. versi. sed quæritur. & q. 23. Bar. in l. 2. §. fi. ff. de bono. posses. secundum tabul. Panor. & alij in. c. quod à te. col. vlt. de cleric. cõiug. & c. cum olim. 2. not. de priuileg. Cald. consi. 23. quidam fecit. rub. de regula. Hẽric. de Piro in §. de his. insti. per quas personas nobis acqu. Barba. consi. 19. vbi. col. 5. in 3. volu. facit glo. vlti. in c. fi. de regula. nisi primum monasterium esset destructũ, quia tunc secũdo monasterio applicabitur etiã proprietas, cùm primum amplius non extet. ita tenet Petrus de Perus. in d. tract. de mutat. status ecclesiarum. c. 2. Et ne sit secundo monasterio onerosus. dicit tamen in fine, quòd si in illo monasterio nõ sit aliquis religiosus, vel religisiosa, episcopus cum consensu sui capituli poterit donare illa bona aliis ecclesiis, vel ædificare ecclesiam, & illa bona assignare pro dote illius ecclesiæ, cùm sint vacantia, vel episcopus poterit hoc largiri pauperibus, prout melius viderit expedire. text. in. c. vno de relig. domibus. in 6. vbi reseruat illa bona sedi apostolicæ in terræ sanctæ subsidiũ, vel in alios pios vsus, per locorum ordinarios, vel alios quibus hoc papa commiserit conuertenda, &c.

De monacho translato ad aliud monasterium, cuius erunt illius bona.

Quando non sunt religiosi in monasterio, quid fiet de illis bonis.

¶ Item nominato religioso vnius monasterij ad abbatiam alterius monasterij, tenebitur primũ monasteriũ prouidere de victu & expẽsis, donec pacificã possessionem habuerit in secũdo monasterio, per. c. cum ad monasterium. §. porro. de statu monach. vbi monasteriũ tenetur prouidere suo monacho in victu & vestitu', & talis sic nominatus per regẽ, & prouisus per papam, est prioris monasterij monach⁹, donec sit plenè trãslatus. c. siquis. 21. q. 1. & non dicitur plenè translatus, donec pacificam posses-

sioné in alio habuerit monasterio, vel per eum steterit, quo minus haberet. c. cum in cunctis. §. cum verò. de elect. c. commissa. illo tit. in 6. Calde. consi. 13. an promotus. rub. de regula & consil. 24. monasterium ibidem decidit, quòd si monasterium abúdet fructibus, & patiatur defectum monachorum, quorum receptio spectet ad abbaté & conuentum, si abbas recuset, monachi nó poterunt recipere.

liberè [a] procedere posint [b], iuxta formam [c] in eorũ priuilegiis contentam. Et si in eorum priui

Postulare an posiint habentes priuilegiũ eligendi.

a ¶[*Libere*] Id est sine regis nominatione, & iuxta priuilegia eisdem cócessa. Quid si rex nominet idoneum his electoribus? Respon. non tenentur eum recipere, cum liberam habeant electionem. Alioqui non eligerent liberè, si tamen ipsi illum nominatum per regem eligerét, valeret electio, vt tradit Maleret in tit. de elect. fo. 36. & seq. licet eo ipso quod princeps præcipit aliquem eligi, non valere electionem, quia est iusta causa timoris. Asserit glos. expressa in c. conuenior. 23. q. 8. in verbo merere.

¶Quid si postulauerint aliqué, an valeat? videtur quòd sic. quia iura loquẽtia in electione, habét etiam locum in postulatione. glo. in c. 1. de postula. prælat. & in c. fin. de elect. in 6. Contrariũ forte erit verius de stricto iure, quia supra eodem. in. §. 1. interdicitur electio & postulatio, hic tantum reseruatur electio habentibus priuilegium eligendi iuxta formam eis concesiam, & non postulatio, ergo postulare non poterunt, quia vno hic reseruato aliud remanet sublatum.

Ad quos spectet citatio canonicorum in causa electionis.

b ¶[*Posiint*] Facta prius canonicorum absentium per nuncium vel literas vocatione, quæ debet fieri per decanum, vel illum ad quem de iure, vel consuetudine huiusmodi pertinet conuocatio, vel per antiquioré prædictis deficientibus. l. 2. C. de Decur. lib. 10. Innocen. & alij in c. 1. de maiorit. De Viasio in 3. parte. ca. 4. in d. directo. de elect. & formam huius citationis tradit Mandagot. in tráct. de elect. in 2. parte. c. 59. in prima forma. & seq.

c ¶[*Formam*] Sed quàm, cum tres exprimantur in d. c. quia propter. de elec. Respon. vnam ex illis cótentam in eorum priuilegiis, & expressam, & sic non tenentur omnes formas seruare in qualibet electione vt est tex. in d. c. quia propter. Cardinales verò, quia vice Dei eligunt ad aliquam formam nó astringuntur. Bald. in d. c. quia propter. col. 1. Quippe hæ formæ à iure positiuo introductæ fuerunt propter scandala & deceptiones euitandas

tandas, quæ in electionibus quandoque interuenire solét. teste Petro Viassio in directo. electionum, in tertia parte. c. 20.

¶ Notandum est, quod tres sunt formæ dicti cōcilij. Prima est per viá spiritus sancti, qua fuit electus diuus Ambrosius. Nicolaus, Seuerus, & multi alij, de quibus in. c. statuimus. 61. distin. & ibi per glo. & Ioan. de turre crema. & hæc non indiget cōfirmatione, quæ enim spiritu dei aguntur, non sunt sub lege. c. duæ sunt. 19. q. 2. post diuum Paulum. c. licet. de regula. & de hac non est tractā dum, cum non sit hodie in vsu apud nos propter peccata nostra. Nam fabulosè dicitur, quòd columba quæ solebat sanctum spiritum deferre, fuit occisa per coruum. per Ioan. And. in d. c. quia propter. de elect. col. 61. & quòd spiritus sanctus occupatus circa alia interesse electionibus non valet.

Triplex est forma in electionibus.

De forma spiritus sancti.

¶ Alia est, quæ fit quasi per inspirationé, vtpote quádo omnes eligentes in vnum consentiunt, tunc ratione pacis & cócordiæ, præsumitur inspirata, quia spiritus sanctus est in vnitate & cócordia, vt patet in euangelio. Vbicúque fuerint duo vel tres cógregati in nomine meo, ibi ego sum & non inter segregatos. c. scisma. 24. quæst. 1. & c. de illis. eadem causa. quæst. 3. gloss. in §. & cum humanæ, in verbo inspirare. de elect. in prag. requiritur tamen quòd talis electio fuerit facta absque vitio simoniæ, conspirationis, coniurationis, requisitionis, seu cósensus habiti extra capitulum, alioqui nó dicitur quasi per inspirationem. Hostien. in. §. qualiter, ver. tertia est. de elec. in summa. per c. per inquisitionem cum similibus. de electio. poterit tamen generalis tractatus interuenire, vtpote presidens in capitulo dicere poterit, Oremus deum pro bono prælato habendo, non tamen debet fieri persuasio certæ personæ, vt eligatur. Io. And. & Panor. in. d. c. quia propter. sed si vnus ex eligentibus proponeret, quid videtur de tali persona, & omnes ad vnum eam eligerent, dicitur illa lectio quasi inspirata. teste Anch. in d. c. quia propter. Et quia non est certum de inspiratione, ideo requiritur confirmatio. c. nisi. de renúcia. quia non est qui possit vias spiritus sancti perscrutari. Baruch. c. 3. & ista est etiam admodum rara, & vix in vita hominis semel fit, cùm domina ambitio totum possideat orbem. & cùm homines eam omiserint, & nunc ego.

¶ Alia est forma compromissi, vtpote quando eligentes compromittunt in aliquem, vel aliquos, qui omnium vice eligant, & requiritur in hac forma singulorú cósensus. c. in causis. de elect. Et potest fieri compromissum in vnum, siue is fuerit de colle-

De forma cōpromissi.

gio,siue non.c.causam quæ.de elec.vbi moniales compromiserunt in episcopum.& ibi hoc tradit Panor.dummodo non fuerit laicus.c.Massana.de elect. Domi.in.c.si compromissarius illo titu.in 6.Et debent eligi compromissarij in numero impari, vt à maiori parte facta electio valeat aliis præsentibus.c.cum in iure.& ibi Compostellanus.de elect.argu.l.si in tres.ff.de arbit. & l.duo ex tribus. de re iud.si tamen minor pars elegerit dignum,maior indignum , præfertur electus à minori parte . Panor.in.c,cum in iure.col.vltim. de elec.Sed cum hæc forma hodie raro vsu veniat, quia pauci volũt (propter lucrum quod ex electionibus habent) suffragiis priuari , ideo aliis nolunt committere.glo.in ca.cum expediat.de elect.in 6.nisi aliquando dubitent incurrere regis vel alterius principis indignationem , vel quando timent in electione impressionem fieri,ideo eam etiam hic amplius non tractabo.

De forma scrutinij.

¶ Alia est forma scrutinij,quæ est in frequenti vsu,quamobrem abundantius eam prosequar, & quia hæc forma est valde difficilis,& in ea quandoque periti deficiunt,si practicam ignorent. glo in.c.cum expediat.in verbo inquisitis.de elect.in 6.Ideo in hac forma sequentia requiruntur.

Viginti requisita in forma scrutinij.

¶ Primum,quòd eligentes in vnum cõgregentur.Nam spiritus sanctus descendit in discipulos in vnum congregatos.Act.2.ca. & Matt.18.vbi sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo,&c. c.audiuimus.24.quæst.1. not.in.c.congregato.de elect. text.in c.in Genesi,illo titu.& ibi glo.in verbo communiter. glo.in c. sicut in verbo formam.illo titu.in 6.

Scrutatores quales esse debeãt, & quot.

¶ Secundò , requiritur quòd scrutatores honesti, ac fide digni per collegium assumantur.c.quia propter. de elect . Alioqui se ingerentes redderentur suspecti .argu.l. quæ omnia . ff. de procura.valeret tamen communis electio,quanuis scrutatores non essent assumpti,postquam sciente & tacente.c.procedunt , quia agitur de re meritoria,videlicet de canonica prouisione.Innoc. in.d.ca.in Genesi.col.2.Tutius est tamen vt assumantur secundum Panorm.in.d.cap.quia propter.vel si fuerint infames,electio non vitiabitur,quia approbati sunt per electores.ca. nulli. de accusa.ca.in præsentia.de sententia excommunicat.Host.in dicto ca.qualiter.si tamen potentes & terribiles eligerẽtur scrutatores,esset iusta causa appellandi secũdum eum & doct. in. d. c.quia propter.

¶ Tertiò,quòd tres scrutatores assumantur, & non plures, vel

pauciores

pauciores.d.c.quia propter.& ibi Io.And.& communiter doct. tenent non valere electionem,si plures vel pauciores assumerentur.argu.l.si vnus.de testa.C.licet.Innoc.ibidem, dicit non esse de substantia, quod est verum quando in collegio non essent nisi duo vel tres,aliàs secus.Panor.in.c.1.de elect.

¶Quartò,requiritur quod scrutatores sint de collegio ecclesiæ vacantis.Innoc.Ioã.And.Bald.Panor.& alij in. d.c. quia propter.quia præsumitur quod hi fidelius tractabunt negotium electionis,& procurabũt ecclesiæ vtilitatem.arg.c. cum in officiis. de testa. Hostien.in.d.§.qualiter.versi.de collegio.& etiã, quia non est honestum exteris secreta collegij pandere.argu.l.2. C. quando & quibus quarta pars debetur,lib.10. *Scrutatores de collegio esse debent.*

¶Quintò,quòd suffragia singulorum electorum,& vota secretè per scrutatores exquirantur, vt quilibet eligentium liberius loqui valeat,& suum manifestare consensum. d.c.quia propter. ibi,secretè,& ne vnus instruat alium. gloss.in. c. venerabili. de testib.possunt tamen duo pluresve testes interesse, ne scrutatores alia renuncient quàm fuerint dicta per eligentes. Panor. in ca.cum causam,in primo.col.2.de testib.

¶Sextò,scrutari debent suffragia eligentium sigillatim, non bini,nec terni: ideo debet quilibet interrogari per scrutatores, quẽ eligere velit.d.c.quia propter.ibi,sigillatim.c. in causis.ibi, ad tractãdum de electione secessissent in partem.de elect.exemplo Danielis.c.13.quod in testibus seruatur.l.testium.C.de testi.vt dico in tractatu de reprobationib.testium & saluat.

¶Septimò, requiritur quòd suffragia omniũ eligẽtium præsentiũ exquirantur.d.c.quia propter. ibi, vota cunctorum diligenter exquirant, ex consuetudine solẽt scrutatores ante se missale habere,& sanctam crucem, vel euangelia, & adiurare ipsos eligentes,hac verborum seriè,postquam eligens manum super missale posuerit,& crucem genibus flexis tetigerit, sic vnus scrutatorum inquiet. Nos tales N.&.N. scrutatores nomine nostro, ac vice & mandato omnium eligentiũ, & totius capituli sancti Petri Mõtispessulani ex potestate nobis per dictum capitulum attributa, adiuramus te N. coeligentem,vel conscrutatorẽ nostrum,per patrem.filium & spiritum sanctum,vt semotis quibuscunque fauoribus, odiis & rancoribus,secundum deum,& conscientiam tuam illum in prælatum ecclesię sancti Petri Montispessulani eligas,quẽ in spiritualibus & temporalibus reputaueris vtiliorem.hæc probantur in ca.constitutis.2. de appellat. in *Praxis scrutinij et scrutantium.*

electione abbatis, quòd monachi debeant iurare præpositis sacrosanctis euangeliis, est tex. in. §. iubemus igitur, in authen. de sanctis. episcopis, collatione nona. & sunt periuri & infideles, qui veritatem sequi non solent.

Suffragia eligentium in scripturam redigēda sunt.

¶ Octauò, quòd in scripturam suffragia eligētium redigantur, vt appareat quis elegit, & in quem directum est suffragium, vt si vellet variare, quod obuiet scriptura. c. omnes. 27. quæst. 1. & d. c. quia propter. ibi, in scriptis redacta. & hanc scripturam potest scribere vnus scrutatorum, eo quòd tex. in. d. c. quia propter, nō dicit in scriptis publicis seu authenticis, si tamen eligentes vellent habere tabellionem, qui scriberet, nō esset prohibitum: sed solent habere scribam, seu grapharium capituli: vel quilibet, vt scripturam suam recognosceret, posset scribere suam manu, sic ego N. eligo talem N. & hoc est tutius, vt nō possit fieri fraus, nec falsum committi.

¶ Et cum tex. in d. c. quia propter, dicat scrutatores secretè, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirāt, & in scriptis redacta mox publicent, ibi, non dicit per quē redigi debeat in scripturam. Ideo eligētes hoc poterunt, dando scripturam, & tunc suffragium censentur dare dum legunt illam scripturam, quáuis contrarium dicat D. Boer. in decisio. 1. Burdeg. nec cēsentur venire contra formam, quia voce electio fit, quod fit legendo scripturam, vt plenè in confessione, quæ potest fieri legendo scripturam: vt scripsi in interpretatione. c. omnis vtriusque. de pœni. & remissio. facit. de elect. in 6. in. c. sicut. vbi plenè doc. & Barb. in repet. l. cum accutissimi. col. 71. C. de fideicom. alia scripturus cùm operæpretium fuerit.

¶ Poterit tamen eligens variare re integra antequam scrutatores sint coniuncti cum aliis electoribus. Innoc. in ca. ecclesia. 2. col. 3. de elect.

Publicatio electionis quomodo fieri debeat.

¶ Nonò, quòd vota & suffragia electorum in scripturā redacta per scrutatores, aut notarium adhibitū ad scribendum, publicētur. in. d. ca. quia propter. ibi, publicent. nec posset quis appellare, quod hæc publicatio statim nō fiat, & si de facto quis appellaret, ea non obstante fiet publicatio. c. qua fronte. & ibi doct. de appell. vnde vnus scrutatorum post collecta singulorum suffragia sic dicere poterit, Placuit vobis dominis eligentibus dare negotium scrutandi suffragia singulorū, qui in electione interesse debebāt nobis tribus N. & N. & N. coelectoribus vestris, nos secretè, & sigillatim scrutati sumus, & in scripturam redegimus

gimus quæ suffragia ex sociorum meorũ ac vestro mandato publicare decreui. Ideo vnusquisque vestrũ (si non grauetur) aduertat an scriptura verum contineat, & eo facto legat papyrum in qua singulorum suffragia scripta sunt, qua perlecta dicere poterit, an sit aliquis, qui huic scripturæ contradicat, & si aliquis velit contradicere, poterit, dicendo se non elegisse talem: ideo bonũ est, quòd notarius vel secretarius capituli cum duobus testibus adhibeatur, vel quòd vnusquisque scribat electum, vt dixi.

¶ Decimò, requiritur quod hæc publicatio fiat mox. d. c. quia propter. ibi, mox arg. stipulationis. l. 1. §. qui præsens. ff. de verborum obliga. & l. hæredes palam. §. fi. ff. de testa. nec sunt priuati potestate eligendi hi, qui scrutati fuerint, si indignum scienter nominauerint, nisi electio sequatur. c. perpetuo. de elec. in 6. secus in electione. c. cum in cunctis. §. fi. de elec.

¶ Vndecimò, quòd facta publicatione fiat collatio numeri ad numerũ, meriti ad meritum, & zeli ad zelum, quando duo sunt electi. tex. in. d. c. cumana. in fine. & c. in Genesi. illo tit. Si maior fuerit numerus ex vna parte, fiet collatio, vel an illi habuerint potestatẽ eligẽdi: fit etiã collatio meriti, si alter electus sit idoneus, vtpote doctor, sanctus vir, vel aliàs habilis. Item zeli, quando eligentes bono zelo elegerunt, & non corrupti prece vel pecunia aut sanguine. c. cum post petitam. de elec. & ibi Panor. & alij. Spec. in eo. tit. §. 1. versi. publicatione autem, &c. Et numeri, si maior pars totius collegij inclinauerit in vnum. d. c. cumana. ibi, ad maiorem partem totius capituli, &c. Vnde qui istam habet facere collationem, sic dicet electoribus, Domini scitis ex publicatione scrutinij suffragia nostra in plures diuisa. Nam ex nobis viginti quatuor eligentibus, tredecim consenserunt in Petrum, sex in Ioannem, quinque in Ludouicum, vnde constat Petrum habere maiorem capituli partem. Deinde reperio eligentes eundem Petrum meliorem habuisse zelum, quia nullo consanguinitatis nec affinitatis iure sunt eidẽ iuncti: ideo bono zelo moti videntur. Alij verò qui elegerunt Ioannem, & Ludouicum, omnes sunt consanguinei, vel affines: ideo caro eis reuelauit dictam electionem: quo verò ad meritum, etiam reperio Petrum à maiori electum, magis meritum quàm alios coelectos, is enim est doctor, literis præditus, castus, liberalis, & bonis moribus imbutus. Alij sunt illiterati, adulatores, curiales, & verè mũdo dediti. Hanc practicam elicio ex Speculato. in titu. de electio. §. versi. publicatione autem facta.

Numeri meriti & zeli quomodo collatio fieri debeat.

¶ Duodecimò est necessarium, quod dicta collatio zeli, meriti, & numeri, fiat mox post publicationé scrutinij, id est antequá eligentes ad alios actus diuertant. d. c. quia propter.

¶ Decimotertiò, quòd statim facta collatione communis electio sequatur. c. in Genesi. & c. ecclesia, in primo. & ibi glos. de elec. & c. cum post. c. sicut, illo tit. in 6. vbi dicitur, quòd hæc electio debet fieri ab vno, nomine & vice capituli per verba singularis numeri. quia sicut capitulum est vnicum, ita vnica electio esse debet. Do. & Peru. in d. c. sicut.

¶ Decimoquartò, quòd is eligatur, in qué maior pars & sanior copulatiuè ipsius capituli consenserit. c. ecclesia, in. 2. c. coram. ibidem. nec sufficeret si vna electio esset facta à maiori parte, altera à saniori, vt doct. notát in. d. c. ecclesia. Feli. plenè in cap. cum omnes. col. 12. de cóstit. vbi dicit requiri maiorem partem respectu totius capituli, per. c. ecclesia. 1. & . c. in Genesi. de elec. vt si ex duodecim canonicis tres elegerint vnum, quinque aliú, quatuor alium, nulla electio valebit, quia non est facta à maiori parte capituli, in vna enim debent interesse septem, vel plures ad cóstituendum maioritatem respectu totius capituli. Fallit in electione ministri prouincialis minorum. tex. in cle. exiui. §. demum. de verb. sig. Sanior pars cósistit in authoritate zeli & meriti, & illa dicitur sanior, quæ digniorem elegit, & authoritas có sideratur in dignitatibus eligentiú. in prouectiori ætate, in gradu, & in maioribus ordinibus, vt. d. c. ecclesia. 2. iúcto. c. dudum primo. & . c. in Genesi. ibidem, zelus consistit in animo, videlicet quo animo motus elegerit, an ob virtutes, vel consanguinitaté, seu propter potentiam, & hic zelus ex cóiecturis probatur, c. 2. de renúcia. in. 6. l. dolum. C. de dolo. si tamen electio facta fuerit à duabus partibus capituli, vt ex duodecim octo elegerunt vnú, quatuor alterú, nó poterit facta à maiori parte impugnari ratione zeli vel meriti. c. si quando. de elec. in 6. & ibi Ioan. An.

Sanior pars quæ dicatur.

¶ Decimoquintò, requiritur quòd illa electio verbo pronútietur, & singulari numero. c. sicut. vbi glo. tradit formam de elect. in 6. sic dicimus in baptismo, in. c. detrahe. 1. q. 1. idem in sententia. l. prolatum. C. de senten. & interlo. omnium iud. scripsi in. 2. no. repeti. l. quod iussit. ff. de re iudic. in 7. differentiá inter interlocutoriam & diffinitiuam.

Duplex publicatio.

¶ Decimosextò, electio debet solenniter publicari, vt clandestina nó sit, quæ nó valet. d. c. quia propter. §. electiones. gl. in verbo occulta, in c. vno, vt ecclesiast. benefi. sine diminut. conferát,

& fit

& fit duplex publicatio,vna scrutinij,in qua suffragia singulorũ publicantur,de qua supra dictũ extitit, altera est publicatio electionis,quæ fit à clero & populo pulsatis campanis, qua facta cantatur, Te Deum laudamus,& portatur electus ante altare.c. ecclesia.ibi,deportationis solennitas,de elec. & intronisatur.c. qualiter.ibidem Specu.in eo.titu.§.1.versic. consequenter.

¶ Decimoseptimò,vt ordo præmissorum seruetur, nec præposteratio fieri debet, alioqui non valebit, si prius fiat publicatio quàm electio.Io.And.& alij.in d.c.quia propter.

¶ Decimooctauò,requiritur etiam per Basilien.cõcilium,quòd ante electioné eligentes audiant missam sancti spiritus. §. & cũ humanæ.& §.1.de elec.in prag.licet antea missa nõ esset de substãtia electionis,Panor.& de Ripa in c.cum ecclesia sutrina,primo no.de causa posses.& propriet.Nec missa etiá est de substãtia collationis ordinũ.gl.in c. quod sicut. in verbo diuidantur. de elec.sed ob reuerentiá sacramentorũ dici solet & de consuetudine.& debent eligentes deuotè illá missam audire,& nõ inter audiendũ colloqui.c.decet.de immunit.ecclesiarum.in 6.Et aduertendum est,ꝙ in hac missa nõ possunt tacere hi qui simoniam in capite habét,& affectioné inordinatá,& sic cognoscuntur simoniaci, quod bene notes, vt postea impugnes talem electionem, & eam ob hoc probes vitiosam, cũ aliis adminiculis. *Quomodo cognoscantur simoniaci, & affectione repleti.*

¶ Decimononò, requiritur quòd post missam eligentes communicent.& tam pretiosum Eucharistiæ sacramentum sumant, vt eos ad dignè eligendum pastorem inspirare dignetur . d. §. & cum humanæ.quæ ista tria vltima etiam tenétur seruare constituentes procuratores,& etiá ipsi procuratores,ac illi in quos fit compromissum,vt ibidem dicitur.alioqui non valebit etiam procuratoris constitutio,tanquam forma omissa sit.

¶ Vigesimò & vltimò , quòd iurent in manibus eius qui capitulo præsidebit,& ipse præsidens prius iurare debet in manibus eorum electionem facere illius, quem credent futurum ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus vtiliorem, vt in d.§.& cum humanæ habetur . Et ista tria vltima debent etiam hodie in electionibus archiepiscoporum,episcoporum,& abbatum seruari, non in inferioribus dignitatibus,quanuis prag.sit abrogata, tamen hæc qualitas in his adhuc seruari debet, cum ex consuetudine inualuerit , concordatáque has generales consuetudines non contrarias non tollunt,sed alia supradicta seruantur etiam fermè in aliis dignitatibus,& beneficiis inferioribus.

a ¶ *Expressa*] Et sic papa potest cócedere aliquib°, vt eligát secũdũ formá scrutinii, vel aliá. Quid si non expresserit, datur optio eligétibus, quá formá velint seruare ex tribus positis in d.c. quia ppter. arg. l.3. ff. de eo qđ certo loco. & l. plerunq;. de iure dot.

Tunc quid significet. b ¶ *Tunc*] Videlicet si forma non fuerit expressa in priuilegio. Ná dictio tunc significat extremitatem temporis cui adiicitur. l.4. §. fi. ff. de códitio. & demóst. Bal. in auth. contra. in prin. C. ad trebe. vnde exponit gl. in cle. 1. in verbo extunc, de iure patronat. id est elapso termino, gl. in c. ex parte. 1. de cleric. non residen. text. & ibi doct. in c. 2. de supplen. neglig. prælatorum. & est talis naturæ, vt conditionem præcedentem prius velit impleri, quàm ad executionem sequentium procedatur. Calca. cons. 78. dubium. col. 2. nu. 3. Ideo si notarius dicat talis tunc mutuauit decem, intelligitur tunc cum instrumentum fuit confectum. l. aduersus. C. de non numerat. pecu. Bald. in l. si ex cautione. col. 4. ibid. de hoc verbo multa scripsi in l. mulieris. §. abesse. ff. de verb. sig.

legiis forma aliqua expressa [a] nó fuerit tunc [b] formam [c] concilij generalis. ca. quia propter, tantum seruare teneantur dummodo [d] de priuilegiis sibi concessis huiusmodi per literas apostolicas,

c ¶ *Concilij generalis*] De quo dictum extitit supra in rub. de approbat. conuento. per Lateran. concilium facta.

Dictio dũmodo an faciat conditionem. d ¶ *Dummodo*] Modificat primum dictum, in quo habetur quod conditores dictorum concordatorum nó intendunt derogare capitulis ecclesiarum, nec conuentibus monasteriorum, habentibus speciale priuilegium eligendi, dummodo ostendant illa priuilegia per literas apostolicas, vel alias authen. c. cótra morem. ibi, quod hæc Rauennati ecclesiæ sunt cócessa, à vobis oportet ostédi. 100. dist. hæc enim dictio dummodo non facit códitionem, sed obligat ad sic faciendũ, quia modus est obligare valés reciprocè, sed conditio non obligat reciprocè. Bal. in c. dudũ. 2. col. 6. nu. 26. de elec. Vnde si electores nó ostendant priuilegia per authenticas scripturas eligere non poterunt, sic dispensatus de non promouendo ad sacerdotium per quinquennium, dummodo intra annum ad subdiaconatum fuerit promotus, si intra annum non fuerit ordinatus ad subdiaconatum, non proderit dispensatio, quia modo nó impleto actus infirmatur. Bar. & Soci. in l. quibus. §. termilius. ff. de conditionibus & demóst.

Corne,

Corne.con.130.viso.col.3.ver.poteſt.in 3.vol.intellige quádo iũgitur rei perfectæ dictio dummodo,non facit conditioné,ſecus ſi rei imperfectæ.c.vt præteritæ.de elec. glo.& doct.in c.nó poteſt.de præb.in 6.Do.de Rota deci.231.ordinat.in no.

a ¶ *Authenticas*] Et ſic poteſt probari priuilegium per literas apoſtolicas vel alias authenticas, id eſt, per ſe fidem facientes, vtpote publicas, vel etiam non publicas,vt ſi priuilegium vetuſtate corrumperetur,& fuerit renouatum per habentem poteſtatem, illa ſcriptura erit authentica , & priuilegium per eam probabitur.c.fi.de fide inſtru. & c.cum dilecta. de confirma.vtili. Idem ſi fuerit iudicatum ſecundum priuilegium , & non reperiatur nunc illud, ſententia illa plenam faciet fidem,& probari priuilegium poterit per hanc ſcripturam authenticam.not. in c.1.de fide inſtru. ideo hic excludit priuatam ſcripturam per hoc verbum authenticas.Nam authenticum dicitur,quaſi ex ſe authoritatem habens.Panor.in d.c.1.de fide inſtru.glo.& ibi Barb.in cle.cauſam.in verbo authentica.de elec. abundè ſcripſi in trac, de literis obligato. in verb. *authentique*, in ordi. reg.in 1.tomo. Quot modis ſcriptura authentica dicatur , & quando habeat executionem paratam,vide ibi ſi lubeat.

Authẽtica ſcriptura quæ dicatur.

ſeu alias authenticas [a] ſcripturas docuerint [b] omni alia ſpecie probationis [c] eis in hoc

b ¶ *Docuerint*] Sed cui debét electores has literas oſtendere,tex. non dicit;ideo dicerem regi ſeu eius procuratori, vel aliis quorum intereſt,& integrè,vt legi poſſint.c.cum perſonæ.de priui. in 6.tenetúrque capitulum oſtendere illud priuilegium propriis impenſis,per gl.& ibi doct.in cle.cauſam.de elect. & dixi in gl. dare.in §.teneantur. de col.infra.

c ¶ *Specie probationis*] Quæ multæ ſunt,atteſtantibus Hoſti. Specul.& bona parte doct.de quibus infra dicetur. Saly.tamen in rub.C.de probat.dicit duas eſſe tátum ſpecies. Vna vera,altera præſũpta.vera, alia plena, alia ſemiplena. & alias tradere, eſt magis ponere ſpecies cauſarum,per quas legitima fit probatio, quàm ſpecies legitimæ probationis , teſte Philiberto in repetitione.l.neque natales,ver.ſequuntur,pagina 17.C.de probat.veruntamen vt iſtum textum declaremus loquentem de ſcriptura authentica,& de omni alia ſpecie probationis , ergo eſt multiplex,ideo nos veterum doctrinam inſequemur.

Viginti ſpecies probationis.

¶ Prima ſpecies,eſt ſcriptura publica & authentica,quæ hic ad-

mittetur, de qua in rub. de fide instrument.

¶ Secunda est scriptura priuata, quæ est multiplex, de quibus per glo. Bart. & alios in l. admonendi. ff. de iureiurand. l. in bonæ fidei. C. illo tit. c. fi. eo. tit. quæ non recipitur hic.

¶ Tertia species probationis est per testes, vt in rubrica. ff. ac. C. & in decreta. de testibus. & parem habent vim testes & instrumenta de iure, sed non quoad istius priuilegij probationem. l. in exercendis. C. de fide inst. c. cum ad sedē. de restitutio. spolia.

Cōfeßio an probatio dicatur.

¶ Quarta est confessio. l. publia. in fi. ibi, sed probationem depositarū rerū. ff. deposit. auth. si quis in aliquo, iuncta, gl. C. de edēdo. c. 1. de confess. in 6. vbi positiones negatiuæ, quæ aliàs probari non possunt, per confessionem probantur, & ꝙ sit probatio, tenet Bar. in l. triticum. ff. de verborū obliga. sed Decius in rub. de prob. col. 5. in antiq. dicit non esse probationem, sed releuatur per eam quilibet ab onere probandi: & per iuramentum, an hic recipiatur, quo ad hunc textū crederem ꝙ sic, cū nulla sit magis euidens probatio, q̄ illa quę resultat per confessionem. l. generaliter. C. de nō numerata pecu. c. per tuas, de proba. & multa quæ non possunt probari per testes, probari solent per confessionē, vt negatiua. c. 1. de confes. imò illa quæ nullo modo probari possunt, per confessionem probantur. gl. notab. in auth. de æqualitate dotis. §. si autē, in verbo scribat. col. 7. quā notat patruus meus Rebuffus. & ibi. in addit. ad eū in l. quicūque. C. de apoch. pub. li. 10. & Alex. in l. à diuo pio. §. si pignora. col. 1. ff. de re iudic. & l. in ratione. §. quod vulgo, ad legē Falc. & Barb. cō. 40. præclare. col. 3. in 1. vol. cū his quæ addidi in dicto. §. si aūt.

¶ Quinta species probationis est iuramentū. l. fi. §. licētia. C. de iure delibe. c. 2. vbi doc. de prob. c. statutū. §. cū verò. & ibi glo. de rescrip. in 6. quod est verū in iuramēto necessario, & iudiciali, secus in volūtario, vel litis decisorio. l. admonēdi. ff. de iureiurand. & multos casus in quibus iuramētū plenè probat. cōgessit Hyppol. in rub. de probat. fo. 17. & seq. & non admittitur hic.

¶ Sexta est sententia, nam sentētia probat tenorē libelli amissi, qui talis præsumitur, qualis ex sententia colligi poterit. gl. sing. in c. dudum. in glo. vlt. de decimis. & sententia pro veritate habetur. l. ingenuum. ff. de statu hominum. & nihil minus operatur sententia, quàm dicta testium, vel instrumentorū ad probandum. Bal. in l. 1. in fine. nu. 9. C. de fal. causa adiecta. quod intellige quando transiuit in rē iudicatā. gl. in l. res iudicata. ff. de reg. iuris. & quod possit hac probationis specie probari priuilegiū

eligendi

eligendi, supra dixi in principio huius glo.

¶ Septima species probationis est. quæ fit per rei euidentiá, seu per oculorum inspectionem. l.si irruptione.§.1. ff.finium regū. §.fi.inst.de gradibus.c.cū ad sedem de restitu.spol. Hæc quippe omnibus aliis probationibus prefertur,& omnes superat Barb. consi.7.clementissimi.col.4.in 1.vol.& Roma.consi.104.pater reuerēde,in fine, & nulla legis virtus potest hanc probationem excludere.Bal.in rub.C.de probat.col.1.& seq.facit.l.inde neratius.§.fi.ff.ad leg. Aquil.& l.cōfessionibus.de interrogat. actio. Ideo si statutum prohibeat contra instrumentum sigillo regio sigillatum aliquam opponi exceptionē, tamē poterit opponi exceptio,quę ex ipsius instrumēti inspectione apparet. Bal.in l. ex prædiis.C.de euictio.Roma.con.42.visis.ver.3.hoc idē &c. & hęc nō respueretur si ꝓcederet ex literis authēticis,vt ex tex. patet.ideo si in literis sculptis esset priuilegiū scriptū, probaret.

De probatione quæ per rei fit euidētiam.

¶ Octaua est vehemēs opinio,nēpe vehemēs opinio veritati cōsona,idē operatur,ꝙ certitudo.gl.in l.si quis extraneus. §.fi.in gl.vl.ff.de acq.hæred.& ibi Bal. dicit multa esse de quibus non potest haberi vera certitudo , tamen vehemens opinio iuncta cū veritate idem operatur, ꝙ certitudo.gl.in l.2.§. idē Labeo. 1.in verbo sciant.ff.de aqua pluuia arcen.gl.in l.libera.de peculio & l.si paterfamilias.de hæred. instituend.Bar.in l.qui bona. §.si alieno.col.vl.de dāno.infect. Ideo si iudex vehementer suspicetur calumniā in opponēte exceptionē peremptoriā, poterit eam non admittere,& licet ille appellet,non tamen irritabit factum iudicis primi, nisi appellans probet veritatem suæ exceptionis. Anch. consi.158.ex narratis.col.pen.post Inno.in c.post electionem.in fi.de concess.præb.& gl.in c.super eo.de offi.delega.in verbo tenebit.quòd in practica notādū esse dicit Barb. in cōsi. 18.clementissimi.col.10.in primo volumine.quod Frāciæ praxis non reciperet,sed sufficeret appellare,quòd exceptio perēptoria non sit recepta.multa cumulat Hippolit.Mars.sing. 205.vehemens opinio ista hic non attenditur.

De vehementi opinione.

¶ Nona est ratio naturalis,per quā probatur eum, qui fuit suis membris per annum captus, non genuisse,ideo vxor quæ interim peperit dicitur adultera , vel si maritus fuerit per duos annos absens,& postea reuersus inuenit anniculum, probatur ratione naturali non esse mariti.l.filium. ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Feli.in c.præterea.col.1.de testi.istam excludit text. hic,dum dicit,omni aliā specie probationis adempta.

De ratione naturali et legis coniectura.

¶ Decima species probationis fit per cōiecturam legis, si enim

iuuenis inueniatur abditus & occultatus in domo pulchræ mulieris, probatur adulterium per coniecturam. Barto. in.l.2.ff.de furt. Item quando quis falsum committit in actis causæ. præsumitur iniustã fouere causam, quia si bonã habuisset causam, hoc non fecisset, ideo debet illam causam perdere. gl. & Bar.in.l.in fraudem.§.quoties.ff.de iure fisci. Bar.in.l.1.§.2.in.fi.de calumnia. Bal.in lege qui testamento.de excus.tutor. Idem dicunt doctores, si corrumpat iudicẽ. Panor.& Feli.in.c.cum venerabilis. de except. Idẽ si recuset omnes curiæ practicantes, vbi sunt plurimi, & quando probatio est difficilis, tũc admittitur probatio per coniecturas. Archi.in.c.inter memoratas.15.q.3. Bart.& alij per illum tex.in.l.si quãdo.C.vnde vi.&.c.afferte.de præsumpt. hæc etiã repellitur per istũ text. Et hæ sunt species probationis, quas tradit Bal.in rub.C.de proba.& Io. And.in addit.ad Spe. in rub.de probat.§.fi.tradit quosdam versus sic dicentes: Aspectus, sculptũ, testis, notoria scriptũ, Iurans cõfessus, præsumptio, fama probatur.& ibi Spec.enumerat 12. species probationum.

Quando causa iniqua præsumatur.

Versus cõtinẽtes species probationum.

¶ Vndecima species, quæ fit per sculpturã, id est per literas scriptas seu insculptas in lapidibus, aut in marmore, quando de re antiqua probanda agitur, glo.in c.cum causam. de probat.&.l. monumẽtorũ.C.de religios.& sum.funerũ.ideo quãdoque consuluit Caturci literas scriptas in calice, probare calicẽ esse illius, de quo scriptura cãtabat, vt licebit plenè videre in meis cõsiliis, & hæc fortè nõ repelletur hic, qͣ potest dici scriptura authẽtica p prædicta, & quę addidit ad.d.c.cũ causam.& superius dixi.

¶ Duodecima, est quæ fit per notorium. notoria enim nõ indigent probatione, quia æquiparãtur sententię.l.emptorẽ.in principio.ff.de actio.empti. Bal.in.l.1.C.de curato furio.ideo notoriũ dicitur probatio probata, vel saltẽ de facili probabilis. Bal. in l.1.col.2.versic.porro.C.de reuocan.his quæ in fraud.credit. alien.sunt.tradit Ioan.Fab.multa de notorio, in proœmio institutio.imperato.doct.in.c.vestra de cohabito. clericorum & mulierum.glos.in c.manifesta.2.q.1. & hæc admitteretur quando fieret per literas authenticas.

¶ Decimatertia, est quæ fit per præsumptionem violẽtam, vt in c.afferte.de præsumpt.c. dixit dominus.32.q.1.l.si qui adulterij. C.de adulter. Mathesilla.not.119. nota quod præsumptio. & de pręsumptionibus aliis tradit Host.in summa, de præsump.& doct.per totum illum titu.glo.& doct.in.c.is qui fidẽ.de spons. l.fi.ff.quod metus causa ista reiicitur quo ad hunc textum.

Deci-

¶ Decimaquarta est fama, glo. & doct. in. l. admonendi. ff. de iureiuran. plenè Ang. in tract. de maleficiis. in glos. fama. & differentiã inter famã & rumorem tradit Bald. in Margari. in verbo rumor. multa addidi ad Alberic. in dictio. in verbo fama. hæc non consideratur ratione habita ad tex. si literæ obmutescant.

¶ Decimaquinta species, est quæ fit per taciturnitatem, si enim mittam literas ad te, in quibus dicam te mihi esse debitorem in decem, si tu recipias literas & taceas, inducetur probatio contra te per taciturnitatem, non præsumit lex quòd tacuisses, si verus debitor non existeres, per text. singu. in. l. si filiusfamiliàs. in. 2. ff. ad senatusconsult. Macedonianum. l. publia. in fin. ff. depositi. Mathesil. no. 22. nota. mirabilem. Cors. in singul. incipiente taciturnitas, de vento, ista probatio seruiret, quo ad hunc textum requirentem scripturam. *Taciturnitas quando probetur.*

¶ Decimasexta, est illa quæ fit per rationes. l. nuda. & ibi Bart. ff. de donat. l. rationes. C. de probat. notat Decius in. l. 1. C. de edendo. & quia nõ sunt scripturæ apostolicæ, nec authenticæ, quę hic tantũ amplectũtur, ideo nõ possent priuilegiũ probare.

¶ Decimaseptima, per solutionẽ census, si enim probem te soluisse censum pro tali domo, prę sumptio est, quod eam habueris à me, & sic quod proprietas est mea. Bald. in. l. indicia. col. 2. C. de rei véd. tex. & ibi Bar. & patruus meus Rebuffus in. l. litibus. C. de agricol. & censit. lib. 11. Bal. & alij in. l. si certis annis. de pactis. quia quando quis vtitur re tanquam dominus, præsumitur dominus. glo. 4. in fin. in. l. quidam. C. de conditio. insti. Ias. in. l. 2. col. 53. nu. 159. C. de iure emphit. Bald. in. l. censualis. de donat. sed nil ad hunc textum. *Solutio cẽsus an probet.*

¶ Decimaoctaua species probationis est per fugã, quæ aliquando plenè probat. l. consiliarios. C. de assesso. aliquando non, vt plenè scribit Felin. regulam cum limitationibus. in c. nullus. de præsumptio. Ias. in repetit. l. admonẽdi. col. 60. ff. de iureiuran. quæ non agnoscitur per hunc tex.

¶ Decimanona cõparatio literarũ. l. cõparationes. C. de fide instru. & in auth. de ĩstr. cautel. & fide. col. 6. & hę excludũtur hic.

¶ Vltima probationis species fit per sigillum, si in aliquo instrumẽto apponatur sigillum alicuius, appositio sigilli tantũ operabitur, quantũ subscriptio. glo. Bar. & alij in. l. 2. C. de rebus alienis nõ alienãd. & in. l. quæ dotis. in fi. ff. solu. mat. Roma. consi. 303. hæc scriptura facit ꝙ not. Arch. in. c. 2. de ꝓcur. in 6. & quę dixi in tract. nominat. q. 10. nu. 20. cũ seq. in versi. 5. requiritur. & *Sigillum probat.*

si hoc sigillum faceret scripturam authenticam,& adhæreret instrumento,reciperetur.Quotuplex sit sigillum,& quid cótinere debeat,scripsi in trac.nominatio.q.10.nu.24.& seq.De indiciis & aliis adminiculis quando probent,vide in.l.fi.C.de proba.& p Hippol.in rub.illius ti.& vide species probationis ex quibus multæ hic sunt adéptæ,vt sequitur in glo.proxi.

a ¶[Adempta] Et sic adimi potest probatio,quòd videtur cótra tex.in.l.quoniã. C.de hære.vbi dicitur probationes nó esse angustandas,sed ampliandas.Itē non valet pactum partiú.quod non possit probari solutio, nisi per scripturá.glo.testante in authent.vt sine prohib.mat.debit.§.1.colla.7.in glo.magna,quam notat Alex.in.l. iubemus.C.de iudic.& ad examinationé veri omnis iure prodita probatio admitti debet l.nec omissa.C.de libera causa. Sed respond.primò posse intelligi in dispositione hominis,secus in dispositione legis,vel statuti,quia lex vel statutum probationes potest restringere,vt per glos.in cap.1.de censib.in 6.vbi licet videre casus,in quibus requiritur scriptura. & probatio per testes non valeret, vt scripsi in glo.literas.§.1.de mandat.aposto.infra,nó obstan.gl.in.d.auth vt sine prohib.quia reprobatur per Bart.in.d.rub.C.de decre.decuri.lib.10.& quod valeat pactū,est tex.in.l. contractus.C.de fide instru.tradit glo.& doct.in authent.iubemus C.de iudic. Vital.de Cambanis,in tracta.clausula.rub.an possit renunciari probationi. Barb.cósi.64.scribitur in 4.vol & principem posse releuare partem ab onere probandi.cócludit Boer. in decis.Burdeg.q.247.nunc ad secundam. quod nó est simpliciter verum,vt alibi scripsi. imò etiam vel statutum quod non fiat probatio,nisi per testes,vt firmat Bart.in.l.certi condictio. §.quoniam.ff.si certum petat.& ibi multa ad hanc rem faciétia cumulant doct.Vel quod non fiat probatio nisi per instrumétum,nisi in certis casibus. per Anto. & Felin.descriptis in cap. cum Ioan.de fide instrumen.

An probatio possit adimi vel coarctari.

adempta a

¶Posset fieri etiam in hoc casu probatio per testes.quádo perditum esset priuilegium,vel igne aut bello,seu alio casu.l.testiú. in fi.C.de testib.dummodo probentur tria,scilicet priuilegium fuisse cócessum,scripturam publicam vel authenticam inde confectam,& casus amissionis.Item per cófessionem partium si papa & rex confiterentur ecclesiam habere priuilegium eligendi, satis esset probatú.vt supra in glo.proxima dictum extitit. Bart. in authen.sed iam necesse.C.de donat.ante nuptias, glo.in authen.

Amissio scripturæ quomodo per testes probetur.

then. de æqualitate dotis. §. si autem. col. 7. facit quod not. Fely. in. c. ad aures. de præscript. & ibi Paul. Parisius, in fi. hoc plenius prosequitur. Ad hæc poterit coadiuuari hoc priuilegium per testes. Bal. in. d. l. certi condictio. §. quoniam. per glo. ibi. & tex. in cap. series. de testibus. nec recusabitur probatio qualitatis per testes, vt quod fuerit scriptura apostolica, vel aliàs authentica. Anto. But. in cap. auditis, in 6. notab. per illum textum. de in integrum restitu.

¶ Itē si pars nō opponeret, probatio per testes valeret. Bald. in d. §. quoniā. quia pars tacendo videtur approbare. arg. l. si quis testibus. C. de testib. Item non procedit secūdum Fely. & alios in. c. 2. de prob. quādo fieret probatio per quinque testes, per d. l. testium, quod non admitterē, cum hic omnino adimatur probatio præter scripturā authēticam, & literas apostolicas, quo ad hoc, sed quo ad alia, nō. Item limitant quādo probaretur per testes legalissimos, quos etiā hic non admitterēt iudices, cum hic adimatur omnis species probationis præter scripturā authenticā. Et sic limitationes alię Fely. in d. c. 2. cessant quo ad hūc tex.

¶ Periclitatur etiā cautela Cepolæ. 165. regulariter. imò nec officio iudicis alia ꝓbatio recipietur, quàm literæ apostolicæ vel authenticæ in hoc casu. licet. Hippo. dicat aliàs posse admit. in rubr. de proba. fo. 11. vbi tradit multas cautelas ad probandum per testes, quæ videntur cessare hic. Ista sunt quę ad hanc primā partem (bone lector) addenda censuimus, tum iussis, tum precibus amicorum deuicti. impulit me præcipuè ille senator in sacro magno consilio egregius Do. Brelleius, non modo iure cōsultissimus, verū etiam græca ac latina lingua doctissimus, nunc verò in sacro & magno regis cōsilio præses benemeritus, licet fœliciori stilo ac eruditione super his scribere potuisset, si per otium ei licuisset. in quibus tamen si alicuius personæ ecclesiæ, vel iuris iacturam aliquā fecero, à quolibet corrigi, ac dexterę illi paratum me offero, veniam etiam petens, si aliqua iuri contraria (præter tamen animi spem) in summos principes locutus fuero, vel si eos tantis (vt decebat) non fuero prosecutus honoribus: si verò aliqua vtilia descripta sint, Deo Opti. Max. tribuo cui agam perpetuas gratias. gratia quippe eius in me vacua non fuit, sed abundantius aliis omnibus super hisce cōcordatis scripsi. Non autem ego, sed gratia Dei mecum, vtor verbis D. Pauli, hanc primam concordatorum partem, quæ tamen in editione vltima fuit, claudens.

a DEi optimi maximi inuocato presidio. Hactenꝰ ferè legit D. Io. Dayma, doctor Tholosanus excellentissimus, & ibidē, dum legebam, collega meus, qui olim ad me literas (dum apud Pictones & Bituriges iura interpretarer) misit, in quibus se ad vmbilicū glossemata cōcordatorum duxisse, in hísque explicādis totis (vt aiunt) neruis interdiu noctúque multos annos elaborasse enunciauit, quæ me multo tempore tenuerūt, ne super his aliqua scriberem. At cum nupˀ eius vidissem glossemata ad hanc tātum rubricam protendi, nō potui nō aliqua hic scribere, & auditoribus nostris (quod commodo meo fiat) hæc concordata publicè nō interpretari. Verū enimuero cum in his interpretandis scholastici boni cōsulerent, rogaréntque vt has glossas meas in apertum proferrē: hoc solum reprehendentes, quòd hanc vtilem materiam illis tādiu subticuerim, allegantes text. in. l. si quis forte. ff. de pœnis. Quibus negare operam meam, & si adhuc abortiuam, non potui, mente reuoluens, multo melius illis prodesse per hæc pauca, quam multis inutilibus eosdem grauare, ac nostras vigilias cum blattis & tineis rixantes dimittere. Igitur (lectores) boni. æquíque cōsulite, & meam operam gratanter vobis oblatam, hilari animo suscipite. Quod si (vt spero) feceritis me ad hæc expurganda, & quę in palatio quotidie occurrerint, his addenda incitabitis.

¶ Rub. De reseruationibus, tam generalibus quàm specialibus sublatis.

Reseruationes ac expectatiuæ generales, & speciales, à papa concedi non debent ad vacatura beneficia, & si concessæ fuerint, irritæ sunt. & inanes, hoc in summa habet hic. §.

VOlumus [a] quoque & ordinamus, quòd in regno, Delphinatu, & comitatu prædictis decætero nō dentur aliquæ gratiæ expectatiuæ, ac speciales, vel generales reseruationes ad vacatura beneficia, per nos & sedem prædictam non fiant, & si de facto per importunitatē, aut alias à nobis & successoribus nostris, & sede prædicta emanauerint, illas irritas & inanes esse decernimus.

¶Interim notãdum est plures rationes esse descriptas in prag. sanctio. ob quas prohibẽtur reseruationes in hoc Frãcię regno ea videlicet potissima, quia ex illis ingeritur votum captandæ mortis ipsis etiam gẽtilibus exosum. c. nulla. de concessio. pręb. etiã quia bonis moribus nõ cõueniũt, vt in procemio supra patet, alias ibidẽ videre rationes quilibet poterit. Et sũt prohibitę siue sint generales, vt si papa suæ collationi reseruet omnes dignitates maiores post põtificalẽ in cathedralib⁹ & metropolitanis, vt in regu. 3. Cãcel. & in extra. Io. 22. execrabilis. de pręb.

Reseruationes & generales & speciales sunt prohibitæ.

¶Item vbicũque collatio beneficij facta per papam vel legatũ non tenuit, vel propter subreptionem literarũ, aut ob indignitatem personæ, aut super nullitate prouisionis papalis, requiritur causæ cognitio, tunc beneficium est papæ affectum, vt alter non possit cõferre extra eum. Panor. & alij in. c. inter dilectos. col. penul. de excessi. præla. & generaliter vbicunque papa apponit manum. c. vt nostrum. de appella. vt cõsuluit Rom. plura allegans, consilio. 335. circa primum. col. 1. Istæ tamen affectiones, quia sunt generales reseruationes etiam hic prohibẽtur, & ideo ordinarij conferre poterunt, nonobstante quòd de iure sit affectum: aliqui priuarentur ferè suis collationibus, vt concludit gl. in isto tit. in verbo causa. c. licet. & ita seruatur, vt abundè scripsi in praxi beneficiali in hac materia reseruatio.

Affecta papæ beneficia ab ordinario conferri possunt.

¶Specialis reseruatio, est quando papa suæ collationi vnam dignitatem vel beneficium reseruat, vt patet in prag. eo. ti. Aegid. de bella mera, consi. 34. supposito. col. 4. versic. ad tertium. vide tex. in. c. cum in partibus. & ibi doc. de ver. sig. Et sic vidi reprobari literas continentes constitutionem pensionis, in quibus cõtinebatur, si prædictus N. per annum à fine terminorum huiusmodi computandum à solutione pẽsionis prædictæ cessauerit, ex tunc idem N. prædicta ecclesia sit priuatus eo ipso, ipsaq; ecclesia ex tunc ad te pertineat, liceátque huiusmodi possessionẽ propria authoritate recipere, & etiã perpetuò retinere. vel si talis N. moriatur, vel alio priuetur modo dicta ecclesia, tũc ad ipsam propria authoritate redire, ipsámque tenere & possidere, ac eius fructus, reditus, & prouentus recipere, & habere liberè & licitè valeas, sicut prius concedimus: quia cõtinebant reseruationem, quæ hic prohibetur.

Duplex reseruatio hic declaratur.

¶Et concessæ irritæ sunt & inanes per tunc tex. Notandum est in tribus casibus adhuc reseruationes hodie permitti.

Nota reseruationes hodie permissæ.

¶Primò, ratione loci, vtpote quãdo beneficia in curia vacant.

c.2.de præben.in 6.Et in ciuitatibus,& villis muratis, tunc reseruantur etiam graduatis,& viris qualificatis.§.statuimus.2.de colla.infra.

Arrestum. ¶ Secundò,ratione personę,vt officialium sedis apostolicę.extrauag.ad regimen.de præb.in communibus,nisi iure regali vacent,vt fuit cōclusum in senatu anno.1338.die 3.Iulij.inter magistrum Robertum le Gay,& magistrum Guillelmum de Machicolo ratione canonicatus & præbendæ ecclesiæ Rotho.& propter theologi personam est eidem reseruata præbenda theologalis.in.§.1.infra tit.proximo.Idem si beneficia vacent tempore præstituto.in.§.præfati.1.infra.de col.

Reseruationes in corpore iuris clausæ sunt exceptæ. ¶ Tertiò,ratione beneficiorū,vtpote si sint maiores dignitates & alia beneficia,de quibus in tit.proximo supra.Prouin.fol.57.ver.Item omnia.quod est notandum. Et,licet hic non excipiantur reseruationes in corpore iuris clausæ. de quibus in ca.2.de præb.in 6.cle.vna.de rerum perm.& alias enumerat D.Probus in addit.ad Io.mona.in.c.præsenti.de offi.leg. in 6.tamē tacitè secundū eum intelliguntur exceptæ per glo.in auth.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi opor.& in.l.2.§.legatis.ff.de iud.vbi in derogatione priuilegiorū non comprehenduntur priuilegia in corpore iuris clausa.sic dicemus hic sublatis reseruationibus nō comprehendi in corpore iuris clausas.glos.in l.hæres absens.in prin.ff.de iud.& in tit.de causis.in verbo,in iure.in prag.Vital.de Cāba.in tract.clausu.clausula generali.non obstantibus quibuscunque priuileg.fol.8.in paruo vol. Roma.in repet.l.si vero §.de viro.col.18.fallen.22.ff.solu.matrimo. Decius consil.165.in fi.plenè scripsi in scholastico,priuileg.179 Quod probat iste tex.dum prohibet,quòd non fiant decætero, ergo factæ in corpore iuris nō tolluntur.& postea in tex.dicitur,si à sede emanauerint,ergo si à iure:vel aliàs essent emanatæ, non hic comprehenduntur.Dicit tamen Ioan.de Monteserrat in.4.parte super prag.san. quòd ex magna & euidenti causa posset papa hoc in regno reseruare,vtpote si in ecclesia cathedrali, vel collegiata, seculari vel regulari non reperiretur doctus, tunc propter excellentem doctrinam literati,poterit ei reseruare episcopatum.Vide Dec.consi.168.reuerende,quòd non paterentur regnicolæ.

Regressus, & reseruatio omniū fructuum prohibētur. Arrestum. ¶ Imò,per arrestū curiæ parlamenti Parisi. prolatū,anno.1496 die.19.April.fuerunt damnatæ nedum reseruationes , sed etiam impetrationes cum regressu, videlicet quod vno decedente beneficium reuertatur ad alterū,& hoc in causa magistri Frācis.de sta-

ſtagno pronotarij,contra canonicos eccleſiæ Lugdu.(quanuis in Prouincia,& Delphinatu tolerẽtur,teſte Frãciſ.marc.in deciſ. Delph.deciſio.277.in.1.parte)quod fortè eſt verum ſua memoria,ſed hodie,ſi quis cum regreſſu reſignauerit in delphinatu,valebit quidem reſignatio,regreſſus tamen annullabitur,quia vtile per inutile nõ viciatur regula iuris, ſed adhuc regreſſus tolerantur & reſeruationes, in prouincia. Item eo.arreſto fuit in hoc regno prohibita reſeruatio omnium fructuum, vt etiã refert Aufre. in ſtylo parlam. arreſto.192. Item dic.19. menſis Aprilis. Et quia hæc materia reſeruationum parum vſu venit in palatiis cũ omnino ſit Gallis exoſa hominibus, ideo eam miſſam facio, cum ſatis ſupérque ſit deſcripta per glo.prag. ſanct.Et per Gaſpar.de peruſ.in ſuo tract.de reſerua. ac abundantius, ab Aenea de falco. in eo.reſeruationum tracta.ſi indigeas illos lege.Et quomodo capiatur per theologos, vide per Petrum Berchorium in verbo reſeruatio,qui optimè explicat. An ſit facienda mentio reſeruationis,tradit Feli.in.c.in noſtra.correla.5.de reſcript. *Arreſta.*

Papa intendit in hoc regno poſſe creare canonicos in eccleſiis metropolitanis, & collegiatis, ad effectum obtinendi dignitates, hoc dicit.

a IN cathedralibus tamen, metropolitanis & collegiatis eccleſiis,in quarum ſtatutis cauere tur expreſsè, quòd nullus ibidẽ dignitatem,perſonatum,adminiſtrationem vel officiũ obtinere poſsit, niſi in illis actu canonicus exiſtat,canonicos ad effectũ dũtaxat inibi obtinẽdi dignitatem, perſonatum,adminiſtrationẽ vel officium huiuſmodi, & non conſequendi primam prębendã vacaturã creare poſſe intendimus.

a .§.¶[*In cathedralibus*] Licet reſeruationes ſint prohibitę in hoc regno,Delphi.& comitatu Dienſi.ibi, tamen papa creat canonicum ad effectum duntaxat obtinendi dignitatẽ,perſonatum, adminiſtrationem vel officium in eccleſia metropolitana,cathedrali,ſeu collegiata,tam ſeculari quàm regulari,cũ hic generaliter loquatur,& non diſtinguat: ideo nec ego. Et intellige quòd papa creet canonicum, ſiue ſtatutis eccleſiæ, caueatur expreſsè, quod nullus,ibi, dignitatẽ obtineat, niſi ſit actu canonicus,ſiue *De creatione canonici ad effectum obtinendi dignitatem.*

consuetudine ita obseruetur, vt cómunius in ecclesiis huius re-gni.& valet illa consuetudo, vt docet Barba.in.c.cum consue-tudinis.in princip.de consuetud.

¶ Papa tamen non erat canonicum ad primam præbédam va-caturam obtinendá, quia esset illam reseruare, quod hic est pro-hibitú, etiá intendit creare canonicos ad effectum obtinendi di gnitaté, non verò plures dignitates simul: vnde in creatione ca-nonicatus debet exprimi, si iam obtinuerit dignitatem, quia pa-pa non intendit per istum tex. creare canonicum, nisi ad vnã di gnitaté, & nó ad plures in vna ecclesia, quod est odiosum, ideo in literis exprimendum.c.ad aures.c. super literis.de rescrip. Et si papa sciuisset habere, vel habuisse dignitatem in illa ecclesia, verisimile est, quòd illum canonicũ ad hoc non creasset, vel nó ita de leui.ca.postulasti.de rescript. Scripsi in forma mandati in verbo pro expressis, intellige, vt dico in vers. octauo. infra.

¶ Et hæc creatio non frangit numerum canonicorum in eccle sia iam statutum. Imol.in.c.vacante.de præbend. Et quid possit iste canonicus honorarius facere? tradit Fede.de Senis, consil. 290. quia in præsenti.col.3.doct.in. c. dilecto. de præb.& infra dicam. Istud est valde vtile pro nominatis in ecclesiis cathedra-libus & metropolitanis, vt faciãt se creare canonicos à papa ad effectũ obtinẽdi dignitates, ibi. Alioqui etiam si dignitates va-cent in mensibus nominatorum, non debebuntur ipsis nomi-natis, vt dico in tract. nomi. quæst, 15. ver. 22.

Legatus an posit creare ca-nonicũ ad effectum.

¶ Vtilius tamen est scire, an legatus à latere posit creare cano-nicum ad hunc effectum. Videtur quòd nó, vt patet hic, quia si-bi tantum reseruat papa: ergo inferior, vtpote legatus non pote rit: quia tex. debet intelligi in casu in quo loquitur. l.1.ff.de ma-gis.conuenien. Barb.consi.57. præclare. col.2.in.1.volu. facit e-tiam.l.cum prætor.ff.de iud.

¶ Secundò dicit Car.in cle.fi.quæst.5.de præb.quòd papa indi stinctè etiam ante vacationem præbendę potest canoniam có-ferre, legatus nó, sed reseruare poterit. Collec.in.c.ecclesia.col. 7.de sortileg.

¶ Tertiò, quando in ecclesia est certus numerus canonicorũ & præbendarum statutus, & iuratus, ac per papam approbatus, nó potest legatus illum numerũ infringere, glo.sing. in.c.pro illo-rum.&.c.dilecto.de præb. Specu.in titu.de lega. §.nunc tracte-mus.ver.sed si legatus.vbi dicit, quòd si canonici reciperent il-lum, pro quo legatus mandat, teneret receptio. Ancha.in.c.si cũ

de

de præb.in 6.& ibidem Peruſ.

¶In contrarium videtur.nam ordinarius poteſt conferre cano niam non vacantem.c.relatum.c.dilectus.1. de præbend.c.cum ſuper.de conceſ.præb. Et plus poteſt legatus quàm ordinarius. c.dilectus.de offi.leg.Ergo & canonicum creare poterit ad effectum,vt hic.

¶Secundò, poteſt legatus compellere canonicos, vt recipiant aliquem in canonicum,& præbendam non vacantem reſeruare tex.not.in.c.ſi eum.&.c.hi qui.de præb. in 6.& ibi Peruſ.Et cũ hæc quæſtio in hoc venerabili ſenatu Pariſien. mota fuiſſet tẽpore Georgij de Ambaſia.tunc legati in Frãcia,fuit per curiam concluſum,& vt dicitur,in mente curiæ retẽtum,anno.1512.die 27.Aprilis,quòd legatus potuit ad iſtum effectum creare canonicos,ne pecuniæ ex regno ob hoc extrahantur,& ne res nummariæ Galliæ diminuantur,vt in prooemio ſupra patet, quod per hoc fieret,& etiam quia hoc cõcordatum ad vtilitatem regni & regnicolarum eſt factum,vt ibidem patet.& iſta eſt regni vtilitas,vt omnibus apparet.ergo,&c.

Arreſtum.

¶Subſtitutus tamen per legatũ nõ poſſet,imo legato de Boyſi per curiam fuit prohibitum,ne haberet creare ſubſtitutũ,vel vicarium cum ſimili poteſtate,qui eo præſente, vel abſente,legatione vti poſſet.ſed regentem cancellariæ,& datariũ,ac alia officia neceſſaria habere poteſt.arreſto parlamen.Pariſien. Anno 1519.die vero.5.Septembris.per ea quæ ſcribit Ioan. Franciſ.in tracta.de offic.& poteſta.cap.ſede vacan.in quæſt. 10.partis.2. col.11.verſ.adde quod delegatus. Et bonum eſſet quòd ad poſtulationem regis,vel alterius,ſeu motu proprio papa concederet ſingulis vniuerſitatibus Franciȩ,vt nominatos poſsint creare canonicos ad effectum,poſtquam nominare eſt eis cõceſſum, ergo & conſequens eis concedi debet.l.ad legatum.ff.de procurat.Et ſi Romæ eſſem,hoc procurarẽ pro vniuerſitatibus Franciæ.hodie à papa concedi ſolet legato poteſtas creandi hos canonicos.

Subſtitutus legati non poteſt canonicũ creare, & an habeat ſimilẽ cum legato poteſtatem.

¶Notandus eſt iſte text.dum dicit ad effectum, dũtaxat, quòd iſte canonicus dicitur eſſe canonicus in herba.Io.And.in.c.dilectus.1.de præb.vt refert additio. ad Panor.in.c. in noſtra. de reſcrip.Sicut frumenta in herbis.l.fiſculas. §.fi.ff.de contrahen. emptio.& habet nomen canonici inane & vacuum,niſi quo ad hunc effectum. Ancha.in.c.eũ cui.de prȩb.in 6.& ius habet ventoſum,dicit glo.in.§.item cẽſuit ipſa.in verbo numerus.de cõl.

Vniuerſitatibus à papa concedi poteſt facultas creandi canonicos.

Canonicũ honorariũ alij canonici praecedunt.

in prag. Ideo infertur quòd alij canonici habentes præbendam isti honorario præferũtur, & præcedere eum in honoribus debét. No. Domi. in. c. episcopus. 27. dist. refert de Ripa, lib. 1. respon. c. vlt. col. 2. quia habens maiora stipendia, præferri debet nõ habenti, vel minus habenti. l. nemo. C. de off. magist. offi. ibi, vt is gradus cęteros antecellat, qué stipẽdia meliora, vel labor ꝓ lixior fecerit anteire. Potest hic canonic⁹ vocari minimus, vt dicitur in. c. quęsiuit de his quę fiũt à ma. part. ca. vbi Panor. dicit in. 1. no. ꝙ quidã sunt canonici maximi quoad vẽtrẽ, qué habẽt maximũ & tumidũ, alij maiores, alij minimi: tũ ratione defectus sciẽtiæ, dignitatis, ordinis, tũ temporis, seu receptionis. vide ibi.

Non potest is canonicus esse iudex delegatus.

¶ Secundò, infertur quòd is canonicus creatus nõ poterit esse iudex delegatus à papa vel à legato, sicut alij canonici præbendati in cathedralibus ecclesiis secularibus. c. statutum. in princ. de rescript. in 6. cum ad effectum tantum obtinendi dignitatem sit creatus, licet contrarium teneat glo. in extraua. sedes. de offi. deleg. in verbo ius ad rem. in cõmunibus. Quæ fortè potest intelligi de creato in canonicum cum plenitudine iuris canonici, & reseruatione præbendæ, iuxta cap. si postquam. de præbend. in 6. Secus si creetur ad effectum tantum, vt hic declarat Ioannes Staphil. in tractatu de literis gratiæ. fol. 7. Tamen in hoc regno non reciperetur creatio cũ reseruatione, quia reseruationes sunt hic prohibitæ, vt superius dictũ extitit. Et an possit esse cõseruator, vide tex. & do. in. c. fi. de off. deleg. in 6. quòd non.

¶ Tertiò, ꝙ dignitas non est affecta isti canonico, quin possit alteri cõferri nisi per nominatiões, mãdata vel alio modo canonici adstringãtur ad cõferẽdũ: nã ratione huius canonicatus nõ tenẽtur, quia ad effectũ tantũ, &c. & nõ cõsequendi primã præbẽdã vacaturã, vt dicit hic tex. licet ratione canonicatus cõtrariũ videatur. no. in c. relatũ. de pręb. &. c. dilectus. ibid. c. si clericus. eo. ti. lib. 6. Petr. Paul. Parisi. consi. 83. electus. col. 1. in. 4. vol.

¶ Quartò, quòd hic canonicus non poterit possessioné ratione huius canonicatus dignitatis vacantis propria auctoritate sibi apprehendere, nec agere possessorio recuperandæ, antequam possessio dignitatis fuerit sibi tradita, licet cõtrariũ teneat Pet. Ancha. in reg. sine possessione. col. 27. de re iudi. in 6. vt refert. Fel. in. c. cũ M. col. 9. in fi. & seq. de cõst. per hãc rationé quo ad effectum tantum. facit. l. si ex stipulatione. ff. de acqui. possess.

¶ Quintò, etiã ĩfertur quod hic can. honorarius nil tenetur soluere pro suo ingressu, cum nil aut parum vtilitatis habeat, licet

canonici præbendati ex ecclesiæ consuetudine soluit, quod est simoniacũ, vt in.c.quoniã.&.c. veniens.de simo.&.c.ex multis. 1.q.3. Vide tamen doct.in.d.c.cũ M.de cõst. Et an ingrediẽs religionẽ,& aliquid dans pro ingressu, committat simoniam, q̧ sic decidit.c.tua nos.&.c.dilectus.2.de simonia. &.d.c. quoniam. tex.in.c.monachi.de statu monacha. Auffre.in deci. Thol.q.311. & Guid.papæ in deci. Delph.q.80.videmus. quod intellige vt ibi dicitur,& distinguitur. Et quid de prãdio pro ingressu debito.tex.in.c.Iacobus.de simo.& Aegidiũ de bella mera,consi.31. quod mulier.col.3.uer.2.vbi dicit valere consuetudinẽ per c.ad apostolicã.de simo. quæ est in ecclesia Andega. vt episcopus & aliæ dignitates in modũ annui reditus teneãtur canonicis & capellanis ecclesię singulis festis maioribus dare prãdia cõsueta, in qua ecclesia fuit archidiaconus maior de Bella mera. vt ipse refert in.d.consi.31. & hæc consuetudo dandi prandia ibi fuit nuper approbata per arrestum, & confirmata in supremo senatu Parisi.anno. 1536.die.21. Februarij, in magna camera. Sed an in vasis argenteis vel vitreis,& per quos seruire debeant, fuit dictũ in eodem senatu. Anno.1528.die octaua Aprilis, quod in vasis honestis, siue argenteis, siue vitreis, vel aliis, & per honestos & non viles, contra canonicos de Chinou contrarium petentes. Tamen statutum canonicorum S. Hilarij Pictauen. quo cauebatur, vt de nouo receptꝰ solueret vel.40.aureos, vel dimitteret vnius anni redditus, pro ecclesiæ fabrica, fuit declaratum abusiuum à senatu, vt scribit Auffre.in stilo parla.arresto.377.

Dans pecuniã pro ingressu an cõmittat simoniam.

Nota de prãdio Andegauensi.

Arresta.

¶ Item quilibet miles ordinis sancti Michaelis in sua receptione debet soluere quadraginta aureos, in vsus vestium ecclesiæ, & ornamentorum conuertendos, & hoc inuenio statutum per regem Ludouicum in fundatione ordinis militiæ sancti Michaelis, quæ fundatio est per papam approbata. Et sic extra simoniæ labem hoc fit, vt not.doctor.in rub.de simo.

Miles ordinis quid in sua receptione soluere debeat.

¶ Sextò, non tenebitur hic canonic.in impetratione beneficij facere mentionem de hoc leui canonicatu vt expressè Aegidius de bella mera, con.34.supposito.col.3. versi. suppositis, decidit. quia non dicitur habere beneficium. c. in nostra de rescript. & ibi Panor.& alij no.

¶ Septimò, quanuis canonici alicuius ecclesiæ sint exempti, vt Ceno.& Bituricẽ.canonicus tamẽ honorarius nõ erit exẽptus. sic expressè decidit Aegid.de bella mera, consi. 20.primo videre, col.2. ver, de canonicis. Alioqui omnes se creare canonicos

facerent, vt exemptionem haberent. Nec domum præbendatis affectam poterit hic habere in aliorum præiudiciū: quia ad effectum tantum, &c.

Canonicus honorarius an aliū canonicatum obtinere posſit. Reprehenditur glo. prag.

¶ Octauò, postquā hic canonicatus extinguitur, siue desinit per mortē vel renunciationē, & sic facto beneficiati, tamē per adeptionē prębēdæ, vel dignitatis, licet postea eidem renūciet, non vacabit leuis canonicatus, per not. in d.c. dilecto. vbi nō dicitur vacare canonicatus supernumerarius, sed desinere, vt not. etiā, in c. cōstitutus. de rescr. c. si clericus. ibi, cū remāserit in ea canonicus. de præb. in 6. licet contrariū teneat gl. in verbo numerus, in §. Item cēsuit. de col. in prag. nec obstat textus allegatus per eā in cle. fi. de pręb. vbi quis nō potest habere duos canonicatus, verū est cū præbenda: quia iura dicunt quem non posse obtinere duas præbendas in c. literas. de concess. præb. in eadē ecclesia vel diuersis. c. fi. 70. dist. quia per hoc. frangitur numerus certus & constitutus in ecclesiis. Bonifa. in d. cle. vl. quod non fit per hunc leuem canonicatum ideo non desinet per adeptionem alterius canonicatus & præbendæ, sed interim quiescet, sicut præscriptio tempore hostilitatis. c. ex transmissa. de præscrip.

¶ Et ideo licet renūciet primę dignitati, quā obtinebat ratione huius canonicatus sterilis, si tamen nō renunciet eodem tenore huic canonicatui, nō vacabit, & sic poterit ratione illius vētosi canonicatus, postea habere aliam dignitatē in ecclesia, quandiu viuet: tū quia id quod nostrū est sine facto nostro euelli non potest, tū etiā quia decet à principe beneficiū esse māsurū. Regula decet, de reg. iur. in 6. tex. & ibi Alber. in l. 1. §. casum. ver. quāuis ff. de postuland. Nec refragatur quòd debeat intelligi de prima dignitate per legem boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signific. vbi dixi, quia hoc non habet locum quando dispositio est inducta per viam priuilegij. nā illud decet esse mansurum per regulā iuris, ita expresse tenet Fel. in c. innouamus, in fi. de treuga & pace, & maximè quādo materia est fauorabilis secundum cū, vt est ista, tūc verba indefinite prolata, videlicet vt possit obtinere dignitatem, intelligi debent de quacūque tam prima quàm secunda. c. vt circa. de elect. in 6. Nec tenebitur hic canonicus residere, nec ecclesiæ in qua est creatus canonicus, seruire prout alij canonici. nam seruitium fit ob beneficium. c. fi. de rescrip. in 6. postquam nihil habet ab ecclesia, ergo sicut alij canonici nō tenebitur horis interesse & matutinis, quod est notandum.

Residere nō tenetur canonicus seruire, nec permutare.

¶ Nono nō poterit hic canonicat⁹ cū alio permutari, nec propria

pria beneficia sibi incópatibilia facit vacare, nec super isto quasi pro certo titulo poterit ordines recipere. glo. expressa in verbo ius ad rem. in extrau. 1. de offic. deleg. in cómunibus, quia cũ extinguatur per morté. c. dilecto. de præb. ita per resignationé. Et sic nil trásferretur ad cópermutátem. & natura permutationis est, quòd extrema permutata eadem numeraliter maneant etiam in beneficialibus, vt probatur per totũ titulum de rerum permuta. quod non esset in hoc casu. Hoc etiam videtur sequi Imol. in cle. vna. col. 5. nu. 21. de re permu. Et quia canonicus iste est tantum datus ad húc effectum, & actus agentium non debét operari vltra eorũ intentionem. l. non omnis. ff. si cer. pet. quáuis cótrarium firmet Petrus de vbal in suo tracta. de rer. permu tat. col. 1. Allegat Ioan. And. in c. vno. de rerum permutat. in 6.

¶ Decimò hæc creatio in canonicum sufficiet cum simplici signatura, quia ex ea perficitur gratia. c. institutionis. 25. q. 2. scripsi in tracta. de pacifi. possess. nu. 50. versi. sexto. etiam requiritur tamen quòd expresse sit creatus, nec sufficeret, si papa derogaret statutis & cósuetudinibus ecclesiarum, nec haberetur pro creato. Sic fuit iudicatum in hoc senatu Parisi. & prolatum in vigilia assumptionis diuæ virginis, Anno. 1539. abundè in praxi benefic. titul. de signatura scripsi. *Simplex signatura an sufficiat, & in quibus.* *Arrestum.*

¶ Vndecimò, si collator dubitet istum esse canonicum honorariũ eidé est insinuatio literarũ suæ creationis insinuanda, arg. c. ordinarij. de off. ord. lib. 6. & ca. cũ personæ. de priui. eo. li. 6. poterit tamé exhibitio fieri quolibet tempore, cũ cócordatũ ad id nos non astringat, vt scripsi in tra. nomina. q. 14. nu. 41. & sequ.

¶ Vltimò, nó habebit vocé in capitulo nec distributiones quotidianas, nisi consuetas, nec intererit in actibus capitularibus. Imol. in d. cle. si. col. 2. de præb. nec gaudebit priuilegiis aliorum canonicorum. Bal. in lege administrantes. §. 1. ff. de excusa. tuto. glo. in §. item censuit. in verbo numerus. de colla. in prag. quáuis Archi. videatur tenere contra. in c. hi qui de præb. in 6. Et D. Gomes. in tract. gratia. expecta. in prima forma. Reliqua de istis canonicis honorariis discutienda omitto, quia cum lucrum illorum sit in herba, granum aduocatis non dant. *Distributiones quotidianas non habet iste canonicus.*

¶ Præfatio ad Rub. de collationibus.

HOc anno 1535. in instaurata decretorũ Parisien. facultate interpretaturus Rub. de col. in concord. sequentia præmitto ad totius tituli faciliorem elucidationem.

Quid sit cõcordatum.

¶ In primis sciendum est concordatum, de quo hic loquimur, esse legem datam communi concordia principum, videlicet papæ, & regis, arg.l.1.§.cõuentionis.ff.de pactis. &.l.si voluntate. C.de rescin. venditio. Inde concorditer dicitur fieri, quod fit nemine cõtradicente.gl.in verbo singulis.c.vbi.§.iidẽ cardinales.de elect.in 6. Et concordare & conuenire parum differunt. c.pen.ibi, concordare nequeant.& ibi not.de elect.in 6. Et quia sunt duæ personæ, quibus mũdus iste regitur, regalis videlicet, & sacerdotalis: sicut reges præsunt in causis seculi, ita sacerdotes in causis dei.c.nos si incompetenter. §.sed notandum. 2.q.7. Ideo hæ duæ personæ tulerunt has leges, vt sequitur.

Duæ sunt psonæ quibus mundus regitur.

Concordata legi debent in hoc Franciæ regno.

¶ Secũdò, præmittendũ est concordata facta esse, vt legerentur & seruarentur in hoc Franciæ regno, sicut aliæ regum constitutiones, vt patet in rub.de cõclusi. Lateran.cõcilij.infra.ideo his commotus, & quia nullus hactenus in his elucidandis scripserat, extra Ioan. Dayma, qui principium tantum onerauerat, interpretari cœpi.hoc die 18. Februarij an.1534.& aliis diebus extraordinariis: vt hæc instaurata decretorũ facultas omnibus frugem afferat, & hæc Parisien.maximè floreat, quod futurũ spero.

Vnde originem habuerunt concordata.

¶ Tertiò, præmittẽdũ est, ꝙ olim in synodo Eugenii statutum sanctè fuit, vt ab omnibus episcopis omnino cura & diligentia haberetur, vt magistri & doctores cõstituerentur, qui studia literarum, liberaliúmq; artiũ dogmata assiduè docerent: quia in his maximè diuina manifestãtur, atque declarãtur mãdata. c.de quibusdã. 37.dist. veruntamen, quia id temporis magistri ab episcopis ordinabãtur sine stipẽdiis & beneficiis, qui nõ poterãt honestè viuere, ideo docere nõ poterant, quare vidẽs cõcilium Lateran. quod os bouis triturantis ligari nõ debet.c.25. Deute. &.c.extirpãdæ.in prĩ.de præb. & quod mercenarius est dignus mercede. 1.ad Cor.9. c.&.c.cum secundũ. de præb. statuit in.c. quia de magist. quod in singulis ecclesiis cathedralibus & collegiatis præficeretur grammaticus, qui doceret clericos illarũ ecclesiarũ gratis: in ecclesiis vero metropolitanis, vt theologus eligeretur, qui doceret sacerdotes & alios sacrũ euãgeliũ & bonos mores, quibus singulis voluit assignari prouẽtus vnius præbendæ, quãdiu docerent, sed canonicos eos esse non decernebat, ob id sæpius ab ecclesiis ꝓpter veritatẽ denunciatã, quæ odiũ parit expellebãtur.tamẽ ista à cõcilio statuta fuere, vt docentis releuaretur necessitas, & vt via pateret discẽtibus ad doctrinã.d.c.q.a.

¶ Sed quia nil de religiosis statutũ erat expressè, ideo Clemẽs.5. in con-

in cócil. Vié. ordinauit, vt ipsis monachis & aliis religiosis proficiendi in scientia via opportuna non desit, q in singulis eorum monasteriis, quibus ad hoc suppetunt facultates, idoneus præficeretur magister, qui eos in scientiis primitiuis instruat, ne adagio possit dici, monacho imperitior. Cle. ne in agro. §. rursus. &c. §. ad ampliationem, de stat. mona. & in consti. benedictinis. c. 6. de studiis. Verumenimuero, quia studiũ theologiæ deficiebat propter vnum tantum theologum, ideo in concilio Basil. fuit statutum, vt in singulis ecclesiis cathedralibus theologus constitueretur, qui ibidé canonicatũ & præbendam haberet, vt prædicare, & legere posset: quòd bonũ visum fuit primo ecclesiæ gallicanæ: ideo id approbauit, vt in prag. habetur in. §. ordinat. Et postea cócordatũ fuit inter sanctissimũ papá & dominum nostrũ regé, vt illud seruaretur, vt patet in hoc tit. de col. §. 1. Et hoc optima ratione fuit introductũ, videlicet, vt errores vitentur, & reprobétur, qui nisi agnoscantur, reprobari non possunt. c. legimus. 37. dist. c. fi. 24. q. 3. vnde ex defectu doctrinæ olim euenit veteres plures deos coluisse. Sap. 13. c. nó cognoscentes qui esset omniũ rerũ artifex, aut igné, aut aeré, aut gyrũ stellarũ, aut solé, rectores omniũ terrarũ putauerũt. c. qui sine. 26. q. 2. &. q. 5. c. nec mirũ. Alias ratioés tradit gl. in §. sequit. in ver. afferat. eo. tit. in prag. & originé cócordatorũ latius tradũt primæ literæ Ro. póti. supr. in pœmio. ibi, cernere licet. vbi etiá scripsi.

Cur theologo detur præbenda.

¶ Quartò, præmittédũ est quòd cóciliũ Basilié. cógregatũ, vidit etiá ecclesias indigere viris literatis, vt dicitur in. c. cũ ex eo. de elect. in 6. quibus minime puidebatur, sed post exhaustũ patrimoniũ in acquirédo sciétiá, opus erat quòd médicarét pretextu paupertatis, de qua in auth. habita. C. ne filius pro patre. & ibi dixi. Et ideo puidere voluit hoc ordine, quòd singuli collatores graduatis, qui in acquirédo gradũ exhauserũt patrimoniũ, tertiá parté beneficiorũ in recópésationé tá laborũ quá bonorũ in studio expensorũ cóferát, quod approbauit ecclesia gallicana, vt patet in titu. de coll.. vbi fusius declaratur in prag. sanct. Et quanuis ignari episcopi putent se in hoc paruo grauari numero, qui si viderent. c. 25. Paralipo. 1. vbi scribitur, quod numerus eorum erat, qui erudiebant caticũ domini, cũcti doctores, ducenti octoginta non arbitrarentur se in his paucis oneratos, sed quidá ex his canes alere mallét, vel fortè, quod est deterius, meretrices, quá hos qualificatos, doctos, & expertos, sed væh illis: rationem enim de his reddituri sunt apud deum exactam.

Quare statutum primò fuit vt literatis prouideretur.

Pragmatica erat papa, & ordinariis exosa.

¶Quintò præmittendum est, quòd hæc prag. fuit Rom. pontifici & ordinariis collatoribus exosa, adeo vt eam hæresim appellarent, & scissuram ecclesiæ, & membra diaboli vocauit Barb. c. mandatum. col. 5. de rescript. ideo cum Ludo. 11. antequam ad regnũ peruenisset, promisisset Papæ se prag. deleturum, cum rex creatus esset, quod contigit, ideo promissi memor Sixtus Pont. maximus ad eum legatum Ioan. Belluam monachum irregularem pro antiquanda dicta prag. misit. Rex egregij animi fidem obstrictam liberare cupiens. prag. sublatam iri voluit, sed schola Parisiaca restitit, & Ioã. Romanus regius tunc procurator, quibus multa dolosus ille Bellua minatus fuit, vt etiã meminit Benedic. in repet. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 450. & seq. & in verbo si absque. in 2. de substi. fidei commissa. nu. 44. de testa. Tandem quædam concordata fuerunt inter Sixtum & Ludouicum inita quæ non fuerunt recepta, vt in extrauag. ad vniuersalis ecclesię regimen. de treuga. in cõmunibus. & Gagui. li. 10. invita Lud. 11. ver. fama ante hos dies, &c. fo. 263. scribitur. & in rub. de const. §. vnde supra. eo. & glo. in §. non volumus. de colla. in prag. in verb. quatuor. Verumenimuero quia non fuerunt à regnicolis (vt dixi) recepta, ideo non ligauerunt. glo. in c. 1. de treuga. Et ideo semper erat inter summum pontificem & Franciæ regem pro prag. controuersia, quare instigante diuina gratia Leo Papa 10. & christianissimus Franciscus Franciæ rex, huius nominis primus hæc concordata tulerunt, anno. 1517. apud Bononiam, quæ fuere recepta, vt videre licet in quibusdã, nec quidem in omnibus, vt inferius dicetur.

¶Sextò præmittẽdum est, quòd in his cõcordatis theologo in primis de præbenda (quam theologalem vocarunt) prouideri voluerunt, tam in ecclesiis metropolitanis quàm cathedralibus, vt studium theologiæ magis ac magis ampliaretur: vt planè demonstratur infra eo. §. 1. statuerũtq; tertiam partẽ beneficiorũ cõferendam esse nominatis graduatis, ac ritè qualificatis. Verũtamen erat difficile elucidare turnum in prag. statutum, & scire tertiam partẽ nominatis & graduatis debitã. Ideo clarius concordata statuerũt, vt loco tertię partis beneficiorum, tertia pars tẽporis graduatis & nominatis assignaretur, intra ꝙ tẽpus beneficia vacãtia nominatis & graduatis conferrentur, & hoc statutũ est in hoc titu. maximè. & est optima declaratio, quam summæ optauit fieri. gl. in verb. ordo. §. item placuit. eo. ti. in prag.

Bona declaratio cõcordatorũ pro graduatis & nominatis.

¶Vltimò præmittendum est, ꝙ ista constitutio volens prouidere

dere literatis est conformis legi,tam diuinæ q̃ naturali,canonicæ,& ciuili.Primò diuinæ,in qua dicitur ꝙ Pharao tẽpore sterilitatis alebat sacerdotes.Gen.47.c.& cum Abrahã descẽdisset in Aegyptũ docuit sacerdotes Aegypti astronomiã & tunc cœperunt illã scientiã studere,& à rege habebant victũ,vt dicit Ioseph.li.1.antiq. & sacerdotibus in Aegypto primo philosophiæ vacare concessum est,Aristo.in 1.Meta.quos refert. Conrad.in tract.de contract. q.73.sic vult in hoc tit. prouideri doctoribus & graduatis.Item in lege noua diuina dicitur.1.Cor.9.c.Quis militat suis stipendiis vnq̃?quis plantat vineã, & de fructu eius non edit?Nescitis ꝙ qui in sacrario operantur,quæ de sacrario sunt,edunt?& qui altari deseruiũt,cũ altario participẽt? & Luc. 10.c.permisit Christus discipulis comedere & bibere, dicens:In quácumq; domũ intraueritis,in eadẽ manete, edẽtes & bibẽtes, quæ apud illos sunt. dignus est enim mercenarius mercede sua. sic dignus est docẽs,mercede.& Osee.4.dicitur:Tu sciẽtiã repulisti,& ego te repellã,ne sacerdotio fũgaris mihi.facit.c.si iusta. 38.dis.plenè Fely.in c.si quã.col.9. versi.dum gl. dicit de rescrip.

Prouidere literatis est iuridiuino, canonico et ciuili conforme.

¶Itẽ cõformis est legi naturali, qua cauetur vt filij alãt parẽtes suos,sicut contra pater suos filios.l.si quis à liberis.ff.de liber.agnoscend.l.1.in fin.& seq.ff.de iusti.& iur. Sed doctores & alij graduati dicũtur parentes illorũ,quos docuerunt.l.1.C.de excusat.artific.li.10.& ad Galat.4.c.dicitur:Filioli mei quos iterum parturio.& 1.ad Corint.4.c.Ego per euangelium vos genui. & ibidem.c.9.c.dicitur:Si vobis seminamus spiritualia,est magnũ si metamus carnalia vestra?c.cum ex officij. de præscript. Vnde cum præceptores alant animas discipulorum,& anima est plusquam esca. Lucæ 12.c. & præferẽda omnibus rebus.l.sancimus. C.de sacrosanct.eccle.ergo ipsi sunt alendi,& non possunt melius ali,quàm quòd prouideatur eis de beneficiis. ergo hæc cõstitutiò volens vt eis prouideatur,est illi iuri conformis.

Discipulus an præceptorẽ alere teneatur.

¶Item conuenit legi canonicæ volẽti prouidere viris literatis, & non asinis deferratis,dicit Io.Mo.in c.cum ex eo.de elect. in 6.no.in c. cum in cunctis.in prin.de elect. Imò ignarus est iuri magis exosus,quàm homicida.c.si.de æta.& qual.tenent Innocen.& Panor.in c.cum nostris.de concess.præben.

¶Item cõuenit præterea legi ciuili,in authent. habita. C.ne fil. pro patre.& in procemio florum.& in §.fin.in procemio insti. Ex his ergo patet constitutionem istam,& animæ,& corpori salubrem esse, & ideo literatis & graduatis fauendum est, vt dixi

supra rub. de approb. conuento. in glos. personæ.

Vna pars an concordatis derogare posit

¶ Insuper quæro an altera pars valeat derogare his concordatis. Grauis est quæstio & ardua: super qua possum dicere, Ista non decent humeros gestamina nostros. Barba. consil. 1. volu. 1. Dicam tamen quid in ea sentiam.

¶ Primò videtur quòd sic, quia conditori licet aduersus suam constitutioné dispensare, etiam sine causa. nam sicut fuit motus ad faciendũ, ita ad tollendum siue dispensandũ. est enim pars ius ligandi & soluédi, c. verbũ. de pœni. dist. 1. l. qui condemnare. ff. de re iud. Eius est nolle, qui potest & velle. l. eius. ff. de regu. iur.

¶ Secũdò, legimus apostolicã sedem olim Antiochiæ existenté, iussu domini per B. Petrum Romã translatã, c. rogamus. 24. q. 1. vt ibi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarũ principes morarentur. c. beati. 2. q. 7. Et mutationes cathedralium ecclésiarum suadente necessitate & vtilitate fieri posse nó ignoramus. c. mutationes. 7. q. 1. ac mutationes sanctorum. c. tribus. de cons. dist. 1. c. si quis vult. 16. q. 7. sic & constitutionum mutationes.

Mutationes ecclesiarũ & sanctorũ fieri possunt.

¶ Tertiò, papa & rex habent plenitudiné potestatis. l. princeps. ff. de legi. c. proposuit. de cõcess. præb. Bal. in c. fi. de prohi. feu. alie. per Feder. Et licet sint iudices ordinarij hominum, tamen sunt delegati Dei, Papa videlicet in spiritualibus, Rex in temporalibus. gl. sing. in proœmio. volu. in 1. glo. quam notat Barb. in repet. ca. Raynaldus. col. 77. de testa. & consil. 34. col. 21. in 2. vol. & consi. 1. col. 3. in 3. volu. D. Boer. in tracta. de authori. sacri magni concilij, in additio. ad Montaigne. fo. 28.

Papa & rex sunt delegati Dei, licet sint hominum iudices ordinarij.

¶ Contrarium credo verius, quia concordata contractus vim habent, vt patet infra de firma & irreuocabili concordato. stabilita. & contractus ligant etiam principé. c. 1. de proba. c. posteaquã. 25. q. 2. c. 1. de natura feudi. Nil est quòd ampliore luce præfulgeat, quàm recta fides in principe. epistola. Inter claras. C. de summa trini. glo. in c. ad apostolicæ. de re iud. in 6. Et concordata habent vim decreti, vt quicquid factum fuerit contra illa, non teneat. Domi. consi. 56. inter sanctissimum. col. vlti. Et decretum est oppositum in d. rub. de firma & irreuoc. in §. 1.

Constitutio non reuocatur quãdo transit in cõtractum.

¶ Item quando constitutio transit in contractum, reuocari nó potest in præiudicium eorum, quibus ius ex eadem quæsitum est. Innocen. in c. nouit. de iud. Ioan. And. in addit. ad Specu. in titul. de censi. §. nunc dicendum. versic. quid si vniuersitas. Bart. in l. hi qui. ff. de iure immunita. Refert Roma. consi. 352. quæritur.

tur.col.3. Deus ipse seruauit quod promisit Abrahæ. Gene.22. Multiplicabo semen tuum,&c.

¶Item de spiritussancti missione,Luc.vlt.Ego mittam promissum patris mei in vos spiritum.Ergo & principes debent seruare. Nec obstat quòd constitutionem conditor reuocare potest, quia,fateor nisi transeat in contractum,tunc tollere,vel dispensare aduersus eam non potest,arg.l. quòd semel.ff.de decret.ab ord.faciend.Inno.in d.c.nouit.de iudic.Bald.in c.innotuit.col. 1.de electio. Roma.d.consi.325.quo ad primum.col.pen.vers.1. nisi constitutio.& consi. 116. visis necessariis. col. 1. Ratio est, quia si esset in voluntate principis contractum factum infringere,nullus cum eo contrahere vellet,& sic commercio hominum careret contrahendo, quod esset absurdum , vt qui est princeps omnium,commercio omnium careret, & qui est omnium præsul,esset omnium exul.verba sunt Bald. in l.princeps. ff. de leg. Alex.consi.vlt.nu.22.in 4.volu. Barba.in consi.2.à Ioue.col.2. in 4.vol. Alber.Brunus,in consi.2. viso themate.col.4.& cons. 12.partes,col.6.& de Ripa in li.2.respon.c.28. Allobrogū. Ias. in l.si pecuniam.col.5.nu.13.ff.de condict.caus.data . Et magna pœna est inter homines esse, & hominum carere cōmercio.l.hi qui sanctam.C.de aposta.vt erat Tantalus,prout poëtę dicunt, & Horatius Satyra.1. Tantalus à labris sitiens fugientia captat flumina.text.satis accommodus,in l.quòd si minor.§.1.ff.de minor. qui sic habet, ne magno incommodo huius ætatis homines afficerentur nemine cum eis contrahente , & quodammodo commercium eis interdiceretur.

Plures rationes quare princeps cōtractum nō reuocet.

¶Secunda ratio est, quia nullus potest contra substantiā actus illo remanente disponere.l.cum precario. ff. ad preca.glo.in c. 2.de consue.in 6.l.vbi.ff.de do.cau.mor.sed substantia contractus est,vt sit vltro citróque obligatorius. l. Labeo.ff. de verb. signifi . ergo princeps contrahendo substantiæ contractus se subiicit, alioqui non esset contractus.sic in simili dicitur in c.cū ad monasterium.de statu mona.

¶Tertia ratio,quia id quod nostrum est,sine facto nostro à nobis non potest auelli.l. id quod nostrum. ff. de reg.iur. Roma. consi.352.quæritur.col.vlt.sed per contractum nobis quæritur, ergo non poterit auelli sine nostro facto.

¶Quartò,nō seruare fidem cōtractus,est mētiri. l.dolus.ff.manda.& mēdaciū abhominabile est in ore principis maximè. Bal. con.24.ius abbatialis.vol.2.ergo fidē seruare debet contractus.

¶Quintò, contractus sui natura est transmissibilis ad hæredes. §.ex conditionali.& ibi Christopho.Porc.insti.de verbo.obliga.Bald.Consi.159.super eo.col.2.in 3.volu.

¶Sextò, de iure naturali obligatur princeps propter cõsensum. l.1.ff.de pac.ideo non potest tolli per principem. Dec.con.286. in causa.& consi.292.& pro tenui.col.vlti.

¶Septimò, si princeps non obligaretur ex contractu, nec contrahens secum, ex natura, tam contractus quam correlatiuorum l.2.C.de indic.viduita.tollen.& ibi Ias.

¶Octauò, contractus sunt de iure gentium, cui non potest derogare princeps.c.1.de probatio.& glo.in l.2.C.de precib. imperat.offeren.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure l.eas.de capite diminutio. vbi dicitur quòd ciuilis ratio non potest iura naturalia tollere.§.fi.de legit.agna.tutel.in instit.l.bona fides. ff.deposit.

¶Nonò, in contractibus princeps consideratur vt priuatus, qui à principio contrahere potest vel non, sed postea factum contractum obseruare tenetur, sicut & priuatus.l.sicut. C. de actio. & oblig.sic consuluit Decius.d.consi.286.in causa. col.pen.

Princeps nõ est solutus à lege naturæ, nec à ratione.

¶Decimò, naturalis ratio vult, vt quæ contrahentibus placuerunt, ea seruare teneantur.l.1.ff.de pact. quia graue est fidem fallere.l.1.ff.de consti.pecu.Et sic licet princeps sit solutus legibus, non tamen dictamine rationis naturalis, nec lege naturæ.verba sunt Bal.in l.2.col.6.nu.40.C.de seruit.& aqua. Decius consi. 48.& maturè.col.3. Et quanuis imperator sit supra caput iuris ciuilis, tamen est sub pedibus iurisgentium, & eo iure ligatur, teste Barb.in c.1.col.11.nu.78.de constitu.

¶Item dicit Dauid psa. 148.Statuit ea in æternum, & in seculũ seculi: præceptum posuit, & non præteribit. Et ista est communis conclusio vtriusq; iuris professorum, quòd papa & alij principes ex pacto & cõtractu obligẽtur.Bar. & alij in l.digna vox. C.de legib.Bal.in l.fi. C.de transact. & l.ex imperfecto. de testa.Ias.in l ciuitas.col.3.ff.si cert.petat.& consi.1.volu.1.Ioã.de Ana.in consil.81.viso instrumento.col.2.& omnes.in d.ca.1.de prob.Barba.in c.1.col.5.de consti.& col.9.cum seq. Decius cõ. 410.in causa,& consi. 689.viso. col.2.Anto.Nicel. in concor. iuris.vl.estque communis opinio aliorum, quos si citarẽ turbæ illorum lectores fatigare possent, eos igitur nunc missos facio.

¶Vndecimo, æqualitas in cõtractibus requiritur, & ideo in illis princeps iure communi vtitur.Bal.in c.1.de natura feudi.refert Decius consi.580.quæritur.

¶Vltimò,

¶Vltimò, facit dictum Bal. in c. cum omnes. de consti. quem refert Feli. in c. cum accessissent. col. 2. nu. 5. eo. tit. quòd si episcopus cum consensu capituli (qui aliàs erat necessarius) fecerit statuta, quòd solus episcopus non poterit ea reuocare, sic nec alter concordata. & sic cócluditur, quòd alter, videlicet papa vel rex, concordata reuocare non possit. imò si esset fas dicere, concludendum esset, nec papam cum rege concordata posse reuocare, quia omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. ca. 1. de reg. iur. & l. nihil tam naturale. ff. illo ti. Sed ista concordata fuerunt inita inter papam, sedem apostolicam, & regem ac regnum Franciæ, vt patet in rub. de firma & irreuoc. cócord. stabi. in prin. ergo, &c. & in versi. necnó, sic dicitur. Necnó irritum & inane quicquid secus super his, vel eorum aliquo, à quoquam quauis authoritate, etiam per nos & successores nostros præfatos scienter vel ignoranter cótigerit attentari decernimus. ecce ibi tex. formalem pro huius quæstionis decisione.

Cócordata fuere inita inter papá, sedé apostolicá, et regé ac regnú.

¶Quæro an successor possit reuocare contractú factum à prædecessore? videtur quòd sic: quia licet princeps ligetur cótractu, non tamen successor, nam contractus principis non transit in successorem, qui non habet causam à prædecessore. morte enim regis finitur honor regis, dicit expressè Bald. in l. si pater. C. si penden. appel. mors interuenerit. l. lex vectigali. ff. de pig.

Successor an contractú reuocare possit.

¶Secundò, papa imperator vel rex, non potest imponere legé suo successori. Io. Mona. in c. 1. de const. in 6. Bald. in proœmio feudo. col. 8. versi. expedita. & c. 1. in princi. col. vlti. qui feu. dare possunt, post glo. ibi, in ver. abbatissam. & Anto. de Butr. in consi. 74. visis statutis. col. 1. per. c. innotuit. de elec. paulo post prin. ibi, qui successoribus suis nullum potuit in hac parte præiudicium generare, pari post eum, imò eadem potestate functuris. licet lex non possit imponi successori, iudicari tamen potest. c. fi. in fi. de rescrip. in sexto.

¶Tertiò, par in paré nó habet imperiú. l. 4. ff. de arbitriis. l. ille à quo. §. tépestiuum, ad trebel. & dicit Bal. in proœ. fforú. col. 4. versi. sed oppo. quòd sicut imperator non potest imponere successori legé legis, ita nec legé cótractus. ná oís authoritas pédet ex lege. l. legitima. ff. pact. plenissimè Bar. consi. 1. in 1. vol.

¶Contrariú est verius per tex. in d. c. 1. ibi, prædecessores tuos. de probat. l. fi. ff. de donat. inter vir. & vxor. Alber. in l. 1. col. penult. ff. de offic. procur. cæsa. Népe iustitiæ ac rationis ordo suadet, vt qui à successoribus sua mandata seruari desiderant, præ-

decessoris sui proculdubio voluntatem, & statuta custodiant. c. iustitiæ. 25. q. 1. quia successor censetur vna persona cum prædecessore. in auth. de iureiur. à morient. præsti. col. 4. dicit iurisconsultus legionem eandem haberi ex qua multi decessissent, quorum in locum alij suffecti essent, & populum eundem hoc tempore putari, qui abhinc centum annis fuisset, cum ex illis nemo nunc viueret in l. proponebatur. ff. de iud. Ideo dicit Bart. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. quod concessio seu donatio facta à rege, quæ non affert magnum præiudicium iurisdictioni regali, præiudicat successori in regno. per. c. abbate sanè. de re iud. in 6. Oldra. consi. 95. ex forma.

¶Itẽ dicit Bal. in l. digna vox. C. de legib. q̄ pacta & cõcordata quæ fierẽt hodie cũ regibus Frãciæ & Angliæ porrigerentur ad successores. Et sic successor ligatur ex pactis & concordatis initis cũ prædecessore. Bal. in c. 1. qui success. feud. da. tenéantur. Et idem Bal. consi. 271. casus Silij. in 1. vol. & con. 371. verba C y ni. in 3. vol. plenè D. Ioã. Igneus in repet. l. donationes. col. 2. & seq. C. de dona. inter virum & vxor. Et ista est vera communis conclusio vtriusque iuris doctorum, videlicet quòd contractus principis trãsit ad suos successores, ac eis præiudicat, & obligat, vt tenet Ias. in consi. 10. videretur. col. 3. in 3. vol. facit quod notat Oldra. consi. 94. eleganter. in fi. vbi sententiam latam cõtra vnum, nocere successori asserit. Calca. consi. 62. factum tale. col. 2. Et allegata in contrarium non procedunt in cõtractibus vel pactis gestis per principem. Domi. consi. 74. attentis. col. 1. Bologni. consi. 6. viso igitur. col. pe. nisi concederet Regalia. c. intellecto. de iureiur. quia sicut non potest iura successorũ subuertere, ita nec minuere. l. si optio. ff. qui & à qui. ca. 1. quæ sint reg. Ias. consi. 1. col. 3. vol. 1. & d. consi. 10. in fi. vol. 3. Intellige quando pacta essent inita sub nomine dignitatis. c. quoniã abbas. de of. delegat. vt hic sunt inter papã & sedẽ apostolicã, & regem ac regnũ: ergo à papa, à sede, & à rege ac regno seruari debent. & etiã à successoribus, quia dignitas nõ moritur. c. si gratiosè. de rescri. in 6. & sic semper erit sedes apostolica, & regnum Franciæ.

Donatio facta à rege quæ nõ magnum affert præiudicium, præiudicat successori.

Successor ligatur pactis prædecessoris fallit vt infra.

¶Itẽ quãdo aliquid statuitur super fide & moribus à papa, successor eius nõ potest hoc reuocare, extrau. quorundam. versi. ad impugnãdas. de verb. signifi. in extra. Io. 22. Anth. Nicellus in concor. vlt. glo. iuris canonici & ciuilis, vbi tradit quatuor limitationes. vide glo. in verb. iuret. §. decreuit. de elect. in prag.

¶Itẽ qñ pacta sunt realia, vtpote facta sub nomine gentis, tunc

etiam transeunt ad successores.l.conuentionum.ff.de pact.Bal. in d.l.digna vox.in fi.nisi dolus interuenerit ex parte vni9,quia gesta dolo,rata prætor non habet.l.1.& per totum. ff. de dolo.

¶Item quádo fit mentio successorum tunc sunt in rem scripta. Bal.consi.159.super eod.col.2.vol.3. Imò dicit Ias.in l.1.col.pe. ff.de const.princ.quod reges & alij, qui per succesióne veniút, tenentur seruare contractus,& côuentiones prædecessoris,sicut quilibet successor priuati,per tex.in l.cū à matre.C.de rei vend. & c.licet.de voto.refert Anth.Capit.in decis.Neapol.q.121.

¶Itē priuilegiū licet in contractū transiuerit,tamē potest princeps illud reuocare ex causa publica,& iusta.l.fi.hominē.ff.manda.Soci.consi.4.super quæst.col.3.vol.3.Alex.con.16.in causa. col.pe.vol.5.Aret.in c.nouit,in gl.quicúque.de iud. Quádo illa reuocatio fit in preiudicium subditi reuocátis, secus in subdito alterius principis,vtpote in Hispano vel Anglo, à quo priuilegiú auferri nō posset. Alex.consi.vl.nu.19.in 4.vol.per.c.in nostra.de iniur.& ibi Inno.& alij.Ias.con.227.col.11.vers.14.in 2. vol.vt quando concedit exceptionem venientibus de nouo ad habitandū ad aliquē locū.Bar.in l.omnes.ff.de iust.& iur. Alex. consi.54.viso puncto,in 4.vol.Barb.in repet.c. cum M.col.26. nu.70.de constit.Roma.in repe.l.si vero.§.de viro fallent. 24. ff.de solu.matrimo.Et quando dicatur iusta causa, Ias.d.con.1. col.10.vol.1.vide aliam limitationem per Bal.in c.vno.qui successo.feu.da.col.2.Et Bertran.con.214.Multę sunt.col.vl.in 2. vol.secundum nouam impresionem.Ludo.de Gozand.con.5. an in quæst.col.3.nu.11.& Capit.in decis.166.in 1.& 2.q.

Priuilegiū quando nō possit reuocari.

Priuilegiū datum venientibus ad habitādū in aliquo loco non reuocatur.

¶Item quando priuilegium concessum est ob remunerationē, vtpote,quando princeps concesit ob laborum remunerationē, quos ꝓ reipublicę vtilitate subditi perpesi sunt(vt nuper habitatores Peronę,qui ob eorū benemerita exceptionibus tailliarū, ac aliis priuilegiis à rege hoc anno 1536.donati sunt in mēse Februario.hi enim Sagútinos lógo superát interuallo.Illi enī pertinacia quadá in foro igni extructo quicquid erat preciosarum rerum in eum coniecerunt, ac demum se suósque liberos ne in hostium manus venirent:hi vero eorum prudentia ac prouidētia seipsos liberósque,ac res suas à faucibus inimicorum eripuerút:vnde adagio dici potest,Peron.defensio,id est mirabilis, ac prudens)non potest reuocari etiam prætextu ingratitudinis.l.si pater.§.fi.ff.de donatio.Bal.in l.si cū mihi.de dolo, Rom.cōsi. 436.quod indultū.Et derogatio generalis priuilegiorū nō tol-

De priuilegiis Peroncium.

lit hoc priuilegium,vt docet Roma.in repe.l.si verò.§.de viro. fallen.24.ff.solut.matrimo.& Tiraquel.in repet.l.si vnquam.in verbo donatione,nu.13.C.de donatio. Ideo cum hæc concordata ligent tam papam quàm regẽ,& suos successores,fortius & suos subditos,quòd intellige in his quæ fuerũt recepta, & quæ tangunt commodum ecclesiæ gallicanæ.glo.in c.1.de treuga.

Cõcordata in quibus non sunt à regnicolis recepta. ¶ Et ideo quo ad expresionem veri valoris non fuerunt per regnicolas recepta,licet statutum fuerit in his

¶ De collationibus

concord.in rubr.de manda. apost.in fi.quòd verus valor exprimatur, alioqui gratiæ sint ipso iure nullæ, si à summo pontifice emanatæ sint:quia regnicolæ, vt fulgura, constitutiones bursales odio prosequuntur, & quantum in se est abiiciunt. Illis ero contentus,recordatus dicti sapientis Catonis, Cùm sis mortalis,quæ sunt mortalia cura.& quia sunt supra caput.

Collationũ materia vtroque iure vtilis est. ¶ Postremò,vt inter iurisconsultos materia collationum est vtilis & ardua , teste Paul. in rub. C. de colla. sic apud canonum professores est valde vtilis, ideo attingenda iuxta.l.legaui. ff.de liber.lega.& quia hæ sunt leges regni,ideo sciri debent,vt sciãtur.Sequitur rubrica.

¶ Rub. De collationibus.

Collatio quot modis accipiatur. 1 PRo cuius elucidatione in primis videndum est,quot modis capiatur collatio.

¶ Primò igitur expediendo materiam rubricæ, collatio accipitur secundum quosdam pro diuisione librorum,vt in lib.auth. col.1.2.& seq.Vel,& melius,pro libro.vt colla.1.id est,lib.1.

¶ Secundo,dicitur publici muneris impositio.l.1.C. de epis. & cleri.& in authen.de collatori.colla.9.& in rub.de collatio.donator.lib.10.& ibidem. de colla.æris. & lib. 11. de colla fundo. patrimo.

¶ Tertio,accipitur pro disputatione quam faciunt inuicem doctores,vel scolastici conferendo de aliqua quęstione.Decius & alij in rub.de coll.C.

¶ Quartò,pro quadam communicatione rei propriæ causa diuidendi pro portionibus hæreditariis seu pro commistione.l.illam.§.fi.C.de colla.& est in commune latio. dicit gl. in rub.ff. de colla.bono.& ita accipitur ibidẽ,& de colla.dotis.& in rub. C.de colla. & ibi passim per iurisconsultos. vnde iurison. ait, Conuitium dici, vel à concitatione, vel à conuentu , hoc est à col-

collatione vocum, cum enim in vnum plures voces conferuntur.l.item apud.§.conuitium.ff.de iniur.Item quandoque colla tio dicitur contributio.l.1.& l.amissæ.ff.ad legem Rodian.de iactu.vbi in vna.l.dicitur contributio in alia collatio.

¶Quinto,pro comparatione,vt in authen.de instru. cautel. & fide in prin.colla.6.& ibi gl.in verb.collatio.& §.si verò etiam in authen.de his qui ingrediuntur ad appella.colla.5.

¶Sextò,pro collatione vini accipi dicit Salic.in l.si emancipati.col.1. C. de colla: quòd latine dici non potest,sed solet comessatio vocari.tex.in summa,& in ca.comessationes.44. dist. & Galli idiomate gallico ad hanc, quam vocant collationem frequenter inuitant.

Galli inuitant homines ad collationem.

¶Septimò,pro assignatione beneficij ecclesiastici,quam prælatus facit de aliquo beneficio vacãte: & propriè est trãslatio seu concessio iuris libera.Panor.in c.ex frequentibus.col.penul.& c.authoritate.col.2.de instit.Domi.& alij in c.cum in illis.§.1. de præb.in 6.& ita hic, & in iure pontificio communius accipitur. Aliis etiã modis capitur apud Rhetores & Grãmaticos, apud quos cernere licet.Hic tamẽ nota quòd tex. vult tractare quomodo & quibus conferenda sint beneficia in hoc Franciæ regno. Vt intelligãtis,primò de iure dicam breui qualiter cõferenda sint beneficia.secũdò,à quo.tertiò,quibus personis.quartò, intra quod tempus. postea ad leges regni veniãm.

¶Ad primum,qualiter conferenda sint beneficia de iure? Respon.purè,palam,liberè.& sine diminutione.Primò,purè debẽt conferri,videlicet sine pacto,& sine conditione.c.fi. de pact.c. quam pio.1.q.2.nam huiusmodi conditiones simoniam inducunt.c.cum pridem.de pact.siue sint tacitæ, siue expressæ.c. per laicos.16.q.7.& multi sunt collatores tales, qui frequẽter symoniam commiserunt aliquam sæpe adiiciendo conditionem in collationibus,& eorum prouisionibus.

Qualiter de iure conferẽda sint beneficia.

¶Item non debet interuenire modus,qui æquipollet conditioni.C.de donat.quæ sub modo.l.1.& c.verum de condit. apposi.Imò magis obligat modus quàm conditio. nam si is cui sub modo aliquid relinquitur,caueat de implendo modum, statim agere potest.l.si tibi legatum.ff.de legat.3.l.quibus diebus. §.fi. de condit.& demonst,secus in conditione,cuius implementum expectari debet.l.qui hæredi.§.fi.ff.de condit.& demõst. l.cum in testamento,de fideicom.liberta.

¶Palam etiam beneficia conferri debent, alioqui suspecta est

collatio.c.vno.§. porro. vt ecclesiast.beneficia.facit.l.non existimo.ff.de administr.tuto.c.clericus.81.dist.non tamen ob hoc reprobantur collationes,dummodo is cui confertur, capax sit. arg.l.1.C.de delatorib.lib.10.Perus.in c.si tibi absenti.de præb. li.6.& sic inolcuit consuetudo,vt in cameris suis paucis præsentibus episcopi beneficia conferant. Non admittuntur tamé collationes episcoporum,nec aliorum collatorum sine testibus cõ scriptæ, senatus consulto dictante, vt fraudes vitentur: Et fuit præceptum factum omnibus collatoribus,ne distribuant collationes sine testibus & secretatio, vel duobus notariis. Arresto huius senatus,Anno. 1527.die septima Iunij, aliàs non creditur collationi ordinarij in præiudicium alterius,siue iure ordinario siue deuoluto conferant propter eandem rationem in vtroque, & requiritur quòd testes descripti in his collationibus sint omni exceptione maiores,ideo familiores & domestici,quibus imperari potest,nó probarent.c.in literis. de testib.& paria essent non habere testes, vel habere domesticos. & ista strictè seruari debent ad euitandas falsitates, quas fere in collationibus quidá maligni ordinarij, seu eorum vicarij ad hoc bene instructi faciunt,nec etiam valere videtur vicariatus sine testibus. per.l.oratio.ff.de sponsal.Nam prohibito vno videtur prohibitum omne per quod peruenitur ad illud. Scripsi in ca. postulatis de clerico.excom. ministran. & inferius in §. teneantur. de quo plenius scripsi in tract.nomina.q.10.nu. 22. nam literis episcopi in præiudicium aliorum credi non debet sine testibus. Archid.in c.vt circa.col.2.in ver.Instrumento publico.de electio.lib.6. & in decisio.Rotæ,causa vltima.Bal.consi.319. super primo,in 3. volu.glo.in verbo quibuscunque.in fi.Rub.de subla.cle.literis. in prag.Et ista est cómunis opinio,vt testatur Areti.in d.c.post cessionem.colum.2.& seq.de probatio. quem refert & sequitur Bertrand.consi.132.dubitatur.col.2.nu.7.& seq. in 2. volu.ex 1. editione.Nec putet ad iniuriá suam episcopus pertinere, quòd illi soli non credatur.c.placuit. 6. q.2.facit.c.nuper.de testib.alioqui posset episcopus pro voluntate cuique præiudicium inferre, nec enim omnes huiusmodi eulogia ex bona fide conscribunt.l.diuus.2.ff.de custo.reo.

Collatio clã facta non est valida sine testib⁹.

Arrestum.

Testes descripti in collationibus ordinariorũ quales esse debeant.

¶ Ideo si interuenerit diutina occultatio, collatio præsumetur fraudulosa,& ex quibusdam circunstantiis,vt d.c.vno.hodie est decisum per regulam cancell.34.Quod si resignatio in curia nó fuerit publicata intra sex méses,nec is in cuius vtilitatem est resigna-

signatum, posses sionem adeptus fuerit intra id temporis, & resignan. moriatur in possessione, beneficia ex illa occultatione censentur per mortem vacare, vt ibi dixi. *Intellect⁹ ad regulā cācella. de publicādis resignationibus.*

¶Quæ regula fuit publicata in hoc parlamento, die. 27. Augusti. anno. 1402. & demū arrestis curiæ confirmata, contra Guillelmum Carton pro magistro Hugone Rogier, anno. 1504. die 4. August. & anno. 1505. die. 23. Decemb. & anno. 1526. die 7. Septemb. & aliis pluribus arrestis. Ita q̄ in hoc regno seruatur ad vnguē. & vbi debeat publicari, dixi in glos. in quo. §. cū vero. in addit. infra eodem. & in praxi benefic. in illius regul. decla. *Arresta.*

¶Idem si fuerit extra curiam resignatum, & infra mensem non fuerit resignatio publicata, vt ibidem dicitur. Et intellige quando resignans moritur. secus si viuat, quia semper possessio accipi potest. vt ibi dicit glo. vide Domi. consil. 85. & Roma. consi. 337. quo ad primum. col. 2. Electiones vero clandestinæ reprobantur in. c. quia propter §. fi. de elect.

¶Tertio liberè, id est puro, iusto, & rationabili motu: non carnali. vt Abacuc. 2. c. dicitur, Væ qui ædificant ciuitatem, scilicet sanctam in sanguinibus. cap. graue. &. c. relatum. de præben. &. c. vno. in fi. vt ecclesiastica bene. &. c. ad supplicationem. de renunciat. quia non sanguini, sed vitæ meritis sunt ecclesiastica beneficia conferenda. c. Moyses. 8. q. 1. Hodie cōsanguineis non solùm conferuntur. sed adulatoribus, stabulariis, ac aliis, de quibus est tacendum, quia viri sancti ab his non quęruntur, nec docti, & minus probi, vt experientia docet. c. quàm sit. de elect. in sexto. vel liberè, & non per pecuniam, vel auaro modo. c. si quis præbendas. 1. q. 3. c. dilectissimi. 8. q. 2.

¶Item liberè, non verò beneficium vinctis. c. 1. de concess. præben. Expono fusius verbum liberè, in. §. præfatique ordinarij. gl. libere. infra. eo. *Episcopus pensionem an poßit pro suo retinere nepote in beneficiorū collatione.*

¶Quartò, sine aliqua diminutione. c. vno. §. pen. vt ecclesia benefic. c. de monachis. &. c. auaritiæ. de præb. facit. c. prohibemus &. c. grauis. de censib. Ideo episcopus non potest sibi retinere pensionem conferendo beneficium, nec suo nepoti iuueni, qui non potest obtinere illud beneficium curatum. c. extirpandæ. §. qui vero. in fi. de præbend. & ibi Panor. & Imol. vt dixi in tracta. de pacificis possess. in. 18. conclusio.

¶Secūdò, est vidēdū à quo cōferātur? Respō. Aliquādo à papa. c. si à sede. de præb. lib. 6. &. c. si gratiosè. de rescript. eod. lib. cū infinitis similib⁹. Et an cōsiliū generale posit beneficia cōferre *A quo conferantur beneficia.*

tradit Panor. in disputat.1.incipien. episcopus.in.4.dubio.refert Ioan.de selua in tracta.de benefic.in.2.parte.q.2.

¶Aliquando à legato de latere.c.1.de off. lega.lib.6.c.dilecto. cum similibus.de præb.& ibi dixi hoc anno,interpretando illũ titulum.

¶Item quandoque ab episcopo.c. omnes basilicæ.16.q.7.c.2. de cõcess.præb.c.ordinarij.de off.ord.lib.6.Quandoque ab inferiore,puta abbate vel alio, cle. vna.de supplen. neglig.præla. Aliquãdo à capitulo.c.eam te.de rescri.c.si capitulo.de concess. præb.lib.6.c.cũ ecclesia.& ibi glos.de elect. Nulla,inquit,ratio sinit,vt inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi c.1.ver.nulla.23.distinctio. Aliquãdo à laico ex priuilegio.c.dilectus.3.de præb.Vide quæ dixi in.8.q.principali.tract.nomi.

Quibus cõferẽda sint beneficia.

¶Tertio,quibus conferenda sint beneficia? Respon.idoneis.c. graue.&.c. referente.de præb. &.c.2, de institu.extrauag.ad regimen.de præb.in communibus glo.in.§.1. in verbo idonei.de colla.in prag.Card.in.c.ex parte.q.2.de constitu.idoneis & honestis.dicit tex.in.c.post electionem.de concess.præbend.

¶Idoneitas in tribus consistit. de quibus in. c.cũ in cunctis.de elect.in moribus,ætate & scientia:& ibi declaratur. & per Ancha.in cle.vna.no.1.de concess. præbẽ.quæ scientia requiratur. Respon.illa,quæ est sufficiens ad regendũ, & administrandum ea,quæ sibi incumbunt facienda, & idoneus dicitur, qui dignè valet administrare.cap.2. de concessio. præb. & deo seruientibus ecclesiæ beneficia negare non conuenit.c.christianis.11.q. 1.quanuis hodie adulatores & productores omnibus præferantur.vide quę scripsi in gl.idoneis.§.præfatiq; ordinarij.infr.eo.

Beneficia intra quod tẽpus cõferantur.

¶Quarto & vltimo,quæro intra quòd tẽpus conferri debeant beneficia? Respon.de papatu est tex.in.c. vbi periculũ.de elect. & cle.ne Romani,illo titu.vbi cardinales post obitum Roma. pontificis.decem dies expectare debent alios cardinales,& postea,quàm citius poterunt eligere,

¶Item beneficia vacantia in curia,non possunt conferri per ordinariũ vel aliũ ante mẽsem , post sic per sex menses.c.2.&.3.de præbẽd.lib.6.nisi apostolica sede vacãte.c.si apostolica.illo tit.

¶Dignitates,episcopatus,& alię,siue cathedrales,seculares sint siue regulares,in quibus ecclesia est viduata pastore,debẽt assignari intra tres menses.c.ne pro defectu.de electio. Alioqui ad proximũ superiorẽ dispositio deuoluitur.ibidem. & notat Florẽ.in tertia parte summæ in tit. decimoquinto.c.1.§.5.quod limi.

mitatur in.c.quanquam.de elect.in.6.

¶ Hodie tamen rex Franciæ in hoc regno in his dignitatibus habet sex menses ad præsentandum aliquẽ Roma. pontifici,seu nominandum.& nisi intra id temporis nominauerit idoneum, habebit adhuc tres menses,ita dicitur supra hoc libro,in rub.de regia ad prælaturas nominatione facienda,vbi dixi.

¶ Collationes verò beneficiorum intra sex mẽses fieri debent. Aliàs deuoluitur collatio ad proximum superiorem.c.2.de cõcess.præbend.& ibi scripsi.

¶ Præsentatio etiam debet fieri à laico intra quatuor mẽses.ca. vno.de iure pa.lib.6.Si à clerico vel ab vtroque simul,intra sex menses,vt tenet glo.fi.ibi.communiter approbata. alia abundè tractaui in glo.intra.§.1.sup.de nomina.reg.

¶ Vidimus de iure,nũc superest videre quid immutetur per hęc concordata.Et dic quòd hic primò statuitur, vt theologo præbenda theologalis,demum nominatis & graduatis debitè qualificatis,& aliis idoneis beneficia conferantur.

¶ Quæ beneficia? Resp.beneficia vacãtia in mẽsibus prestitutis in.§.pręfatíq; ordinarij.Itẽ præb.theologalis & parochiales ecclesię sitę in ciuitatibus,seuvillis muratis,graduatis,seu nominatis debẽtur,alia beneficia aliis idoneis prout à iure statutum est.

¶ Tertiò,à quo sint cõferẽda? Respõ.à collatoribus ordinariis, & si illi recusauerint, ad proximum superiorem deuoluitur ius cõferẽdi.Hæc est sũma huius rub.Alia dicẽtur prosequẽdo tex.

¶ Notandum est tamen, quòd hodierna cõsuetudo etiã ex his multa repulit.Nã vt dicit sanctus Vincẽtius prædicator in suis sermo,hodie ad dignitates & beneficia peruenitur per quinque casus,videlicet per nominatiuum,genitiuũ,datiuum,accusatiuũ & ablatiuum,& hodie vocatiuus casus dormit,nec est in vsu,eo cõquerũtur grãmatici,nõ valẽtes,sicut olim, sex casus inuenire. *Hodie per 5. casus beneficia obtinentur.*

¶ Primò,prouidetur dignitatibus per nominatiuũ,vt patet supra in Rub.de regia ad prælaturas nomina.facienda.

¶ Secũdò,prouidetur per genitiuum, videlicet genitis à principibus,& à magnis dominis,siue sint infantes quasi modò geniti,siue maiores,& vitiis irretiti,siue sint filij sacerdotis.his enim per genitiuum prouidetur , vt patet per totum titulum de filiis presbyter.& circa hos dicit gl.in.c.peruenit.1.q.3.quòd episcopi sunt cæci ac surdi , quia vitia à suis filiis & nepotibus commissa,audire nolunt.

¶ Tertiò,ꝑ datiuũ prouidere etiã beneficiis,quia hodie dicitur,

Date,& dabitur vobis.& magis frequens est hic casus,vt patet per totam rub.de simonia.Audiui quendã canonicũ olim fuisse qui nunquam suum dedisset suffragium in electione,quin prius aliquid consecutus fuisset,dicens,*rien pour rien.*& eo fuerunt electiones in hoc regno sublatæ,vt patet in rub.supra. de elec.deroga . vbi fusius scripsi.

¶Quartò,per accusatiuum multi ingrediuntur tã episcopatusquàm alia beneficia.Accusabitur bonus ab impio.c. cum oporteat,& per totum.de accus.& qui per accusatiuum ingrediuntur,per accusatiuum egredietur : vt similes fiant illis,qui faciunt ea.

Canonicatus & præbenda in qualibet ecclesia metropolitana,& cathedrali conferri debet theologo, magistro , licentiato, aut baccalaureo formato,qui residere,prædicare, ac legere , saltem semel in hebdomada debet,qui si defecerit , puniri à capitulo potest,& absens à diuinis dũ legit, nihil perdere debet.hoc dicit hic.§.vsque ad.§.præfati.

§.Statuimus [a]

¶Per vocatiuum pauci admittũtur,sed quos æquus amauit Iupiter.nam columba quæ solebat afferre sanctum spiritum,fuit occisa per coruum,secundum Hostien.& Cardi.in.c.quia propter.versi.nisi.de elec. Refert de Ripa in.2.li.resp.c.13.de elect. licet dicatur ad Hebræos.5.Nec quisquam sibi sumat honorẽ, sed qui vocatus est à deo, tãquam Aaron.c.qualiter.de electio. ¶Itẽ per ablatiuũ multi veniũt,quia per potentiam vi auferunt beneficia à pauperibus,vt in rub.de rest.spolia.per totum.Item molestando eos laboribus & expensis, & causam euocando ad consiliũ,& alias deglutiendo,ac eorũ bona deuorant vt cibum panis. Dauid,psal.52.sed hos deuorabit ignis. & potest dici ꝙ regnum cœlorum vim patitur.i.ecclesia,vel viri ecclesiastici.

Transfuga miles ego ne sim,mea castra reuisam.
Aggrediens titulum,lector adesse velis.

§. PRIMVS.

¶Quatuor cõtinet partes hic.1.§.Prima pręcipit prębẽdam in ecclesia cathedrali & metropolitana cõferri theologo.Secunda declarat qualis is esse,& qđ agere debeat,ibi,qui ꝑ decenniũ.In tertia punitur theologus,ibi,& quotiẽs &c.In quarta cõceditur eidẽ priuilegiũ fauore studij.ibi:& vt liberi⁹. & legit vsq; ad.§. ꝓfati.In primis aptãda est nobis singulis verbis cõgrua ĩterptatio.dicit iuriscõs.in.l.Itẽ veniũt.vers.aptãda.ff.de petitio.hære.

a ¶*Statuimus*] Ius importat nouũ.cle.fi.de rescript.c.1.de offi. de-

delega.lib.6.dixi in repet.l.vnicæ.nota.4.C.de senten.quę pro eo quòd interest. Tamen quādo ponitur super materia iam decisa, non importat ius nouum, sed intelligitur secundū subiectā materiam.vt in hoc text.quia istud erat decisum in.§. sequitur. eo.tit.in prag. Tradit Panor.& alij in.c.decernimus.de iudic.

insuper [a] quòd ordinarius collator [b] in vnaquaque cathedrali ac

¶ Limitat etiam Perus. in.c.fi.§.1.de deci.in.6. quādo in principio cōstitutionis apponeretur verbum declaramus.nā tunc verbū statuimus ibidē subsequens non erit iuris noui promulgatoriū per text.ibi.idē coniunctim apponeretur, videlicet declaramus & statuimus.per supra dicta. Nota tamen ꝙ verbum statuimus perfectam rem significat,& cum effectu,nō verbo tenus.tex.in.c.in his.de verb.signifi.quasi velit hic tex.dicere, istud statutum postquam animo condendi legem inter Gallos est factum, esse cum effectu seruandum.l.leges sacratissimæ.C.de legib.c.in memoriam.19.dist.glo.in verbo statuimus.in extrauag.execrabilis.Io.22.de præb.

De dictione insuper.

a ¶ [*Insuper*] Id est præterea.c.statutum.§.insuper.de rescrip.in 6.l.1.C.communia.de leg. §.alia insuper.insti.de dona.glos.in. §.insuper.de col.in pragm.exponit insuper.i.vltra vel præterea. quasi velit dicere tex.quod reseruationes & gratiæ expectatiuæ sunt sublatæ in hoc regno. Potest tamen (vt supra diximus) papa in ecclesiis metropolitanis, cathedralibus,& collegiatis canonicum creare ad effectum obtinendi dignitates. ¶ Et præterea tenetur ordinarius collator prouidere vni theologo de prębenda theologali cùm eidem theologo reseruetur per hunc tex.

Collatores ordinarij qui sint & ad quem spęctet præbendæ theologalis collatio.

b ¶ [*Ordinarius collator*] Hi dicuntur ordinarij collatores, qui à papa.l.vel cōsuetudine conferendi.habent potestatē.arg.c.à iudicibus.2.q.6.not.in c.ordinarij.de off.ordi.in.6. & dixi in octaua principali.q.tract.nomina.&.§.seq. Et hic ponitur ordinarius collator ad tollendum dubitationes quæ erant in.d.c.super specula.de magist.ibi, Cōstituatur magister idoneus à pręlato cū capitulo, intellige, si collatio ad vtrūque spectat. si vero ad vnū tātū spectet collatio præbēdæ theologalis, ille solus poterit cōferre.c.cum ecclesia vulterana.de elec.c.vno.ne sede vacā. in.6. Et dicitur ordinarius, qui iure suo potest cōferre.gl.in verbo ordinario, in extraua.execrabilis. de præb.in extraua.Io.22.

Cathedralis ecclesia quæ dicatur.

c ¶ [*Cathedralis*] Cathedralis ecclesia dicitur episcopalis, quę ob honorē cathedræ episcopalis sic vocatur: quia ibi cathedra epi-

scopalis,& sedes sita est. Archi.in c.statutum col.1.de rescrip. li. 6.Host.& alij in c.ne pro defectu de elect.& metropolitanę nomine cathedralis cótinetur.c.quáuis.1.de præb.in 6. Io. mona. in.c.vno.col.r. de rerum permuta. in 6. & hoc quando non est expressum verbũ metropolitana, quia tunc expressum facit cessare tacitum:vt hic, &

l.cum filio. §.1. ff. de etiam metropolitana [a] ecclesia vulg.

Quid dicatur cathedraticũ & synodaticum.

¶Itē dicitur cathedralis cuius ratione episcopus recipit cathedraticum.c.cõquerente.de offic.ordina.c. pastoralis. de donatio. & 10.q.3. c.placuit. Et dicitur cathedraticum id quod soluitur in honorem cathedræ principalis. Et aliquando dicitur synodaticum,quia in synodo solui debet. Panor in. c. cũ olim. de censib. Alias exactiones non potest episcopus facere. c. placuit.10.q.3.alioqui punitur in quadruplum.c.quoniam.in fi. 18. dis.Henri.Boteus in tract.de synodo episcopi. tertia parte, articu.1.nu.86.cum seq.fol.26.& solet appellari ab eis, si exactiones indebitas faciant,vel alias abutātur, à notorio abusu ad senatum,qui abusus regni reformat, vt latè dico in rub.de publi. concubi. §. quia vero.infra.

Metropolitana ecclesia quæ dicatur,& an veniat sub appellatione cathedralis.

a ¶[*Metropolitana*] Ecclesia metropolitana dicitur archiepiscopalis.l.vna.& ibi glo.& doct.C. de metropoli. Beryto.lib. 11.c. vt ligantes.de off. ord. lib.6.§.1. de ecclesiast. tit. col.9. & dicitur metropolitanus archiepiscopus.tex.in.c.referēte.ibi,ad metropolitanum ¶videlicet Remensem archiepiscopum appellauit.de præb.à mensura, scilicet ciuitatum & episcoporum quibus præest.c.1.21.dist. Debet enim habere sub se decem vel vndecim ciuitates,& totidem episcopos.c.scitote.6.q.3.

Episcopus curiam regis adire an possit.

¶Et nullus episcopus curiã regis vel imperatoris absque facultate aut licentia archiepiscopi adire debet.ca.si quis episcopus. 23.q.8.& ibi reprehendūtur Gallicani episcopi, qui non seruāt illam dispositionem.vnde dicit diuus Ambrosius in. c. conuenior.vers.quid ergo.23.quæst.8. Ad palatium imperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio vt in palatio magis certarem, quàm in ecclesia, &c. Nam legimus diuum Petrum in atrio principis Christum negasse. ex quo dicit Guagui.in vita Caroli sexti, nonnunquam in Francia compertum esse plus damni in rempublicam inuehi, dum sacerdotis consilio res agitur, quàm cum prudens aliquis ex seculi nobilitate rebus agendis præficitur. Ille enim nescio qua insatiabili am-

li ambitione omnia sibi vendicat, hic populi misertus & communitatis detrimentum esse ratus reipublicæ bene, vt potest, consulit. sequitur Maleret in tracta. de electio. fol. 59. colum. 3. & seq. imo dicit tex. episcopus aut sacerdos nequaquam seculi curas assumant, sin aliter, deiiciantur. 88. dist. in. c. episcopus. Lucas de Penna in. l. milites. col. 2. C. de re mili. lib. 12. Ité hic expressit

canonicatum [a] & præbendam

metropolitanú, quia in materia odiosa, appellatione cathedralis, non venit metropolitana, licet sit cathedralis. vnde illegitimus dispensatus, vt possit etiam in cathedrali habere beneficia, nó poterit habere in metropolitana. Io. mona. & alij in. c. quanuis primo in fi. de præb. in 6. per. c. primum, de filiis presbyterorum. illo libro.

a ¶[*Canonicatum & præbendam*] Non ergo sufficeret conferre canonicatum theologo, & alteri præbendam, vel præbendam sine canonicatu, cú hic tex. copulatiuè loquatur ad veritaté, cuius requiritur vtranque parté esse veram. l. si hæredi plures. ff. de condi. institu. l. si is qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub. ca. inter cæteras. de rescrip. siue copulentur affirmatiuè, vt hic, siue negatiuè. l. si quis ita stipulatus. ff. de verb. obli. & copulat æquè principaliter. ca. querelam. & ibi Panor. de simo. Bar. in. l. si cui. ff. de fundo instruct. Ia. in. l. titiæ. ff. de legat. 1. etiam copulat diuersa gl. in Rub. ff. de iur. & fac. ignorá. & ibi addidi alia iura. nam non est congruum vt præbenda careat, qui in canonicum noscitur esse receptus. c. relatum. de præb. valeret tamen, si conferret præbendam simpliciter theologalem consuetam conferri canonicis, & canoniæ inhærentem, tunc enim censeretur esse collatus canonicatus, & idem econtrario, tex. sing. in. c. proposuit. iuncta gloss. in verbo inuestiuit. de concessio. præb. & ibi Imol. Plenè not. Barb. & alij in. c. cum M. de constit. & idem tenet Barb. in. c. eam. colum. 7. nu. 38. de rescript. facit. c. peruenit. 2. de appel. & c. proposuit. de cleric. excommunic. ministran. vbi confertur præbenda, vel de ea quis inuestitur, & tamen nil dicit de canonicatu. vide fusius in d. c. cum M. & Domi. in. c. si postquam. Ancha. & alios in. c. si clericus. & Perus. in. c. cum ecclesia. de præb. in 6.

Prebenda & canonicatus simul cóferri debent theologo.

De copulatiua.

Collata prebenda an censeatur collatus canonicatus vel contra.

¶ Item valeret impetratio, in qua fit tantum mentio de canonicatu, vel de præbenda tantùm, quando inhærent. & sunt connexa, alioqui contra. Rota decisio. 449. Quidam habens. in no.

& decis.547.vtrum.in antiqui.Cardi.con. 103. casus super quo nu.19.ver.cõfirmatur.Feli.& Decius in.c.cum adeo.in prin. de de rescri.Sic seruari in practica dicit Io.de Selua in tract. de benefi.in 3.par.q.11.& Anch.in rub.de cõcess.præb.in cle.Et ideo infert Aegi.de bella mera.cõ.34.supposito.col.3.ver.suppositis. literas nõ dici subreptitias, si in eis fiat mentio de canonicatu, & præbẽda,& in signatura siue supplicatione nõ fiebat,nisi mẽtio de canonicatu,quia vnũ cõnexum trahit ad se alterũ.arg. c. trãslato.de cõsti.nec vnũ plus dicitur quã aliud continere,quod est notandũ.& idẽ docet Staphile.in tract. de literis gratiæ. in rub.de qualita.& statu benefic.vers.quid autem contra.

Annexa etiã theologo est conferenda. ¶ Intellige etiã ecclesiã annexã præbẽdę theologali esse theologo debitã,siqua erat,quia põstquã habet principalẽ prębẽdam, ergo & annexã,& accessoriã,cũ sequatur naturã sui principalis. l.cũ principalis.ff.de reg.iur.not.in c.super eo.de præb.lib.6

Duplex est canonia. ¶ Notandũ est,quòd duplex est canonia,vna,quæ nõ cohæret præbendę,sed per se ad tẽpus cõsistit.c.eũ cui.c.si clericus. c. hi qui.de præb. in 6. & supra titulo proximo dicitur, quòd papa potest creare canonicum ad effectum obtinendi dignitates in illa ecclesia. Ancha.in rub.de conces.præb.in cle.

Possessio canonicatus quomodo ꝓbetur. ¶ Et est quoddam ius spirituale de nouo creatum.c.dilecto. de præben.vbi melius declaratur q̃ alibi,in quo consistat possessio canonicatus.Primò in lectione euãgelij in sua hebdomada.Secũdò,quãdo episcopi electioni,& aliorũ negotiorũ tractatibus interfuit. Tertiò,quãdo domũ obtinuit, quæ nõ nisi canonico cõsueuerat assignari. Quartò,quando ad osculum pacis cũ aliis canonicis est receptus. ibi,licet alia videre.& in.c. in genesi. in fi.de elec.Quintò,quãdo lectiones legit in ecclesia. Sexto,quãdo responsoria,& alia cantauit.probatur in c.cũ super.in antiq. de cõcessio.præb.vbi sunt ista verba,qui à tempore receptionis in canonicũ locum in choro,& capitulo, sicut alij canonici habuisti,lectiones legisti in ecclesia,& responsoria cantasti.&c.

Duplex est præbenda. ¶ Altera canonia estq́ue cohæret prębendæ.vt hic,qua possessã possidetur præbenda. Feli.in.c.cum M.in glo. receperũt de cõsti.vbi dicit prębendã quãdã esse tẽporalẽ sine canonicatu, quã potest laicus obtinere,per gl.ibi. & hæc datur de rebus ecclesiasticis pro aliquo labore tẽporali alicui tãquã benemerito,vt aduocato,vel bidello.Altera est spiritualis,licet eius substantia cõsistat in temporalibus,& est canonicatui annexa.d. ca. dilecto. Card.in c.fi.12.q.de præb.& consi.126. Roma.consi. 328. præ-

sens

ſens conſultatio.col.3.Panor.& alij in.c.maioribus de præb. & hæc poteſt cum iure ſpirituali permutari. c. ad quæſtiones. de rerum permut.altera nó.arg.c.cum eſſet.&.c. quærelam. de ſimo.& de iſta loquitur hic textus.Et hic propriè capitur præbéda pro iure percipiendi prouentus in eccleſia: interdum largius ſumitur pro quocunque beneficio & dignitate, vt docet Aegidius de bella mera, deciſ. 647.ſi expectans.Fel.in c.poſtulaſti.col.8.de reſcript.Ioan.de Selua in tracta.de beneficio,in prima parte.q. 3.& ſic capitur in rub.de præb.& in rub.de conceſ.pręben.

theologalem [a]

a ¶ *Theologalem*] Dicitur theologalis,id eſt theologis affecta,& debita, & illis eſt conferenda: ſicut dicitur de præbenda ſacerdotali, vt ſit illa quæ ſacerdoti debetur, vel ille qui eam habet, ad ſacerdotij ordinem ptomoueri debet.c.conſtitutus. de conceſſ.præb.& ibi Panor.Imol.c.ei cui. &.c. cui de non ſacerdotali.de præben.in 6.

¶ Sic dicitur vinũ theologale,optimũ vinũ theologis (qui boni ſunt vel eſſe debét)debitũ, quo vino vtũtur in prádiis magiſtralibus.& illa prandia ex ſepté decorátur,ex precioſis ferculis,quę non debét mitti ad ſingulos magiſtros,ſed in cõmuni deuorari debét. Archi.in.c.non oportet.1.42.diſt.quod dicit facere contra inuitatos,vt nil debeant ad domum mittere,ſed ventrem repletũ referre,niſi cõſuetudo eſſet in cõtrariũ: vt in nuptiis Biturigũ. decoratur etiá hoc theologale prandium ex ſuauibus poculis,ex generoſitate miniſtrantiũ,ex dignitate recumbentium, ex temporis congruitate, ex dilectionis charitate,ex locutionis alacritate,& hæc prandia iuſtè ſibi theologi vſurpârunt, imitátes Chriſtum,qui optimam cœnam habuit cũ diſcipulis, in qua fuerunt ſeptem ſupradicta.Alber.in verbo cœna.Sed hodie ſenatuſconſ. hæc prandia theologalia reſtrinxit, legem Didiam ſumptum cohibentem imitatũ(& tex.in.c.fi. 10.q.vl.etiá enormia prédia fieri prohibet,ne eo prætextu pauperibus theologis dãna incutiãtur.) Voluit tamen ad ſexaginta libras hoc ſolẽne prádium protédi poſſe,niſi in religioſis,qui vino theologali vti non ſolét ſuis impéſis,cũ nil habeát: ideo dicit hic tex. theologalé,nó magiſtralé,quia non omnibus magiſtris eſt affecta hęc præbéda,videlicet artiũ magiſtris, ná verbũ magiſter eſt generale pro omnibus docétibus.l.quibus, vbi ſcripſi.ff.de ver. ſignif. doct.in rub.de magiſt.quamobrem dicit theologalé,id eſt theologis debitam,& non magiſtralem,quod eſt notandum.

De vino theologali,& prãdio quod ex ſeptem decoratur.

a ¶[*Inibi consistentem*] Id est, in ecclesia cathedrali & metropolitana, & est aduerbium compositum ab in, & ibi. glos. in cle. vna. de regu. sic capitur in c. fi. ibi. inibi vacatura. de consuet. in 6. c. si is cui. de praeb. eo. lib. c. 1. §. statuentes. de magist. Intellige collatorem debere conferre praebendam, cum facultas se obtulerit, id est cum primū vacare contigerit. tex. & ibi glo. in. §. ordinat. eo. titu. in pragma. antequam ergo vacet non debet conferri, nec promitti. c. 1. & seq. de conces. praebend. dico in verbo vacare. §. sequen. in procemio supra.

inibi cōsistentem a conferre teneatur b

¶Quaero, quid si nulla praebenda theologalis consistat? Respō. debet vna deputari simul atque vacauerit, vt habetur in. d. §. ordinat. arg. c. dilectus. in 2. de praeb. Ang. de clauas. in summa. Ange. in verbo magister. in. §. 8. vbi dicit quòd interim debet quilibet canonicus praebendatus dare tantum, quantum valet vna alia praebenda, si supersit aliquid. arg. c. fi. de his quae fiunt à maiori parte capi. c. de his. de ecclesiis aedifi. Nec debet minima (si inaequales sint) isti theologo deputari, sed aequalis, cum omnes debeant esse aequales. c. cum omnes. & cap. cum M. ibi, pares. de constit. & ideo praebendae sancti Hilarij, maioris Pictauen. & Lugdunen reductae fuerunt per senatum ad aequalitaté, Anno 1522. die 5. Martij. Reseruata tamen optio autiquioribus fuit.

Praebendae Lugdun. et Pictau. ad aequalitatem reductae sunt.

Arrestum.

b ¶[*Teneatur*] Verbum praeceptiuum est. text. in. §. item ordo. cle. exiui. de verb. signifi. glo. in. c. duobus. in verbo teneantur. de rescrip. in 6. glo. in. §. insuper. de colla. in prag. & quod praecipitur, imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri. 14. q. 1. c. fi. ideo quocunque tempore haec praebenda vacet, conferri debet theologo, cùm hic nō assignetur tempus, sicut in mensibus statutis nominatis & graduatis infra. & intellige quocūque modo conferatur, siue ipsi per se conferant, siue cum alio, siue eligendo conferant, vt fit in metropolitanis, in quibus capitulum eligendo confert, & dicitur potius conferre, quàm eligere. glo. in cle. quia. §. vt autem. in verbo electionem. de religio. domi. Feli. in. c. in nostra. correla. 32. de rescript. & hoc verbum conferre comprehendit praesentationem, institutionem, & aliam prouisionem, vt. dico in. §. statuimus. 2. infra eod. in verbo conferantur.

Praebenda theologalis quocūque tēpore vacet, est theologo conferenda.

¶Quid si collator nolit conferre? Respon. supplebit superior immedia-

immediatus. §. si quis verò.infra eod. per.c.nullus.de iure patro.&.c.2.de magist.

¶Quid si nullus reperiatur theologus? Respon. debet conferri graduato in iure canonico, cũ proximè accedat ad theologiá, vt dicam etiam infra,& in symbolisantibus facilior est trãsitus. l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.& quia etiam inhabiles in defectum habilium admittuntur.l vt gradatim.ff.de muneribus & honorib.l.consensu.§.super plagiis.C.de repud.tex.in l. eos.ff.de decurio.ibi,nam paucitas eorum qui muneribus publicis fungi debeant,necessariò hos etiam ad dignitatem municipalem,si facultates habeant,inuitat.nam deficientibus idoneis in vna ecclesia,de aliena quis potest assumi.c.nullus.&.c.obitũ. 61.dist. Car.in cle.vna.oppo.6.de supplen. negligen. prælato. vbi dicit.deficiente monacho sui monasterij, potest monachus alterius monasterij(eiusdem tamen religionis & habitus)eligi, vt dico in.§.volumus.infra eod.in verb.& conformitatem. Et similiter tertia pars beneficiorum debet conferri nominatis,& graduatis,si tot nominati &graduati possint inueniri.dicit tex. in pragma.sanct.eodé tit.§.& similiter.qui hodie nó deficient.

Theologus si non reperitur in aliquo loco debet præbenda doctori in iure canonico conferri.

¶Quid si spectet præsentatio ad prælatũ cũ capitulo, prælatus præsentat vnum,capitulum alterum,vter istorũ debeat institui? Respó.præsentatus per capitulum si idoneus reperiatur.quia ipsorum magis interest habere idoneum , quàm prælati,& scientia coalescere nequit,nisi sociata fuerit tradentis accipientisque cócordia.Cardina.in.d.c.quia.colum. vlt. Vnde Quintilia.lib. 2.oratoria.instit.inquit,Vt præceptoris est officium docere,sic & discipulorum præbere se dociles. Sed capitulum in singulos dies audiet istum theologum tam legentem quàm prædicantem ,vt supra dixi,prælatus verò nó.ergo istorum magis interest,ideo superior pro discretione sua ista ponderabit,quia oportet quòd pręsentatio seu collatio sit ritè facta,per ea quę notat Feder.consi.1.& aliàs consului neutram præsentationé valere.

Electus per capitulũ an præferatur.

¶Quęro,an theologus debeat insinuare?videtur quod nó,quia hoc non dicitur in tex.& clausula de insinuatione infra posita, ad istos nó debet referri.arg. l.talis scriptura. ff.de lega.1.& hoc expresse tenuit glo.in.§.& similiter.in verb.tertiæ.eodem titu. in pragma.Contrarium teneo,quia volũtas per insinuationem theologi declaratur,vt infra dicitur, actu subire voluerit . Ideo dicerem ꝙ stantibus theologis qui insinuauerunt non debet aliis,qui non insinuauerunt, conferri præbenda theologalis . Si

Insinuare an debeat theologus.

verò nullus theologus insinuauerit, & alij alterius facultatis etiam decretorum insinuauerint, dicerem theologum qui non insinuauit, eisdem, quo ad hanc prębendam præferendum, quia hic text. rationem habet maiorem ad theologos, & potiorem quàm ad alios, ergo præferentur. tex. in. §. exhortamur. eodem titu. in pragma. vbi sic dicitur: Exhortamur ordinarios collatores, vt in cóferédis beneficiis prę́sertim quo ad vni a dignitates, respectum habeát singularé ad magistros, necnon licentiatos, & baccalaureos formatos in theologia. probatur in. d. c. quia. Ergo quádo reperiútur theologi, illis est prębenda theologalis conferenda, si eam petant & requirant. arg. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. & in. §. fi. infra eod. vbi dicitur, prosequentibus beneficia illis affecta esse conferenda, & sic debet intelligi glo. pragma. sanctio. Vnde si collata fuerit præbenda doctori decretorum, & non veniret theologus intra annú, excludetur ab interdicto vti possidetis, quod est annale. l. 1. in. fin. ff. de interdic. doc. in ca. licet. de proba. & per triennium in possessorio & in petitorio, vt in decreto de pacific. possessio. cautum est, quæ etiam scripsi in eo. tract.

a ¶ *Vni.*] Non duobus, quia sectio præbendarum fieri non debet. c. maioribus. de præbé. & ecclesia vnius debet esse sacerdotis, & sacerdos debet esse vnius ecclesiæ. c. cum non ignores. de præbé. c. quoniam. de iure patro. c. fi. 21. q. 2. Item duo non possunt ad vnam præbendam eligi. c. tuæ. de præbend.

Vna præbẽda duobus nõ debet cóferri.

¶ Pro resolutione huius materiæ notandi sunt casus sequentes.

¶ Primus est, quòd duo non possunt ad vnam & eandem præbendam recipi, vt quilibet habeat dimidiam fructuum partem. cap. maioribus. & cap. dilecto. de præbend. & cap. nisi. in fine. ibidem.

¶ Secundus casus est, ex causa vna præbenda potest in duas diuidi, qua diuisione facta, duo poterunt recipi. c. vacante. de præbend. vbi dicit Panor. hoc procedere quatuor concurrentibus, sicut ex duabus ecclesiis, causa suadente poterit fieri vna. c. exposuisti. de præbend. & Petr. Perus. in tracta. de vnio. beneficio. per totum. & in tracta. de reuocatio. vnio. Alexád. consi. 5. in có sultatione, colum. 2. in. 5. volumi.

Duo an possint ad vnũ præbẽdam recipi.

¶ Tertius casus, non valet receptio duorum ad vnam præbendam, etiam si facultates vtrique sufficerent. Panorm. & Imol. in d. c. vacante. & d. c. maioribus. Intellige quando duo simpliciter reciperentur ad illam præbendam, secus si ex causa rationabili

bili & animo declarato vt diuideretur, & sic his duobus daretur. Moder. in c. cum M. in glo. in verbo duos. de consti. & hoc videtur probare. d. c. vacante. ibi, constituens, id est constituere intendens, vt ibi dicit Hostien. & sic sufficit propositum expressum, licet nõ sit facta diuisio temporalium quantum ad effectũ iuris, videlicet vt valeat ipsa receptio. & sic ad ea quidem quæ sunt iuris sufficiet diuisio facta ex proposito, secus verò quo ad factum, ad hoc, vt partes assignẽtur cuilibet recepto, quia in his requiritur diuisio. Panor. in. d. c. maioribus, & sic cõciliabuntur opiniones.

¶ Item intellige non posse beneficium aliquod dari duobus, quando eis vt singulis assignaretur, secus autem si vt collegio, quoniam tunc nequaquam cõtingeret aliqua sectio, sed ipsum corpus collegij repræsentat personam vnius, argu. l. mortuo. ff. de fideiusso. Panor. in. c. tuæ. in. 2. no. de præbend. nam quanuis plures sint, tamen vice vnius funguntur, vt ibidem dicitur. licet in delictis vniuersitas non fungatur vice vnius, per textum in. l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam. quẽ Bar. pulchrè notat in. l. aut facta. §. fi. nume. 9. ff. de pœnis. & Boerius in tractatu de seditiosis. de hoc multa dixi in. §. monemus. in verbo vniuersitates. infra eodem.

¶ Quartus casus est, quando vacat canonicatus cui est annexa præbenda, & duo à toto capitulo simpliciter eliguntur in canonicos, & de præbenda nil dicitur, tũc valet electio, & præbenda debetur primo recepto: & si simul essent recepti locus est gratificationi. glo. Panor. & alij in. d. c. cum M. per tex. in. c. penul. de rescrip. in 6. c. dilecto. de præbend.

¶ Quintus casus est, si vacante canonicatu & præbẽda duo recipiantur cum hoc pacto, vt vnus habeat præbẽdã, & alius expectet primam vacaturam, tũc ratione incertitudinis, neutra receptio valebit. secus si expressum sit quòd Petrus debeat habere præbendam nunc vacantem, & Ioannes vacaturã, quia respectu Petri receptio valet, & respectu Ioannis nõ: quia est contra concilium Lateranen. in. c. 2. de concessio. præb. tex. in. d. c. tuæ. &. c. dilecto. de præben. & vtrobique per Imol.

¶ Sextus casus est, quòd plures possunt recipi ad vnam præbendam consistentem in mera temporalitate. Panor. in. d. cap. tuæ. & hoc casu potest duobus laicis dari, vt illam communem habeant; sicut possunt canonici omnes viuere ex redditibus communibus.

¶ Septimus casus est, quando duo recipiuntur ad eandem præbendam diuersis tẽporibus, valet receptio vtriusque, sed primus habebit præbendam, secundo verò desuper excrescentibus fructibus erit prouidendum. text. in ca. cum M. de constitu. & ibi Barba. col. 34.

¶ Octauus casus est, quòd non valet collatio beneficij facta duobus, vt alternis annis vtã-tur, quia esset contra concilium Turonen. positum. in. d. ca. maioribus. nec obstat. l. quotiens. ff. de vsufructu. quia loquitur in vsufructu, qui est diuiduus. l. 1. §. si vsufructus. ff. ad leg. falcid. ius verò præbendæ non. Card. in. d. c. tuæ. de præbend. & ibi Imol. col. vlt. quia sicut non potest scindi realiter, sic nec temporaliter.

magistro [a] seu

Collatio conditionalis quando valeat.

¶ Vltimus casus est, non valet receptio facta de secũdo sub cõditione, si primus eam noluerit, secundus habeat: quia collatio conditionalis non valet. glo. in. c. 2. de electio. in. 6. valebit tamen collatio facta primo, quia illa conditio, si voluerit, tacitè inest. c. relatum. ibi, si vacat. de præbend. nec censetur electio de primo facta conditionalis, dum dicitur, eligimus Ioannem. & si noluerit, eligimus talem. sed electio secundi sic. licet cõtrarium teneat Panor. in. d. c. tuę. Intellige quòd vnus collator debet cõferre vni theologo, & alter alteri, non, quòd omnes vni cõferre teneantur, quia vni præbendæ theologali vix dignè vnus seruire potest, ergo multo minus duabus. c. 1. de consue. in. 6.

Magister dicitur in theologia & in medicina, et quare.

a ¶ *Magistro*] Magister propriè vocatur in theologia, eo quòd sectator Christi est, vel esse debet, quasi theogonius. glos. in cle. 2. in verbo doctoratus. de magist. vnde Christus dixit, Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis. In medicina etiam potest appellari magister. in. l. magistros. C. de professo. & medicis. lib. 10. Ex consuetudine in Montepessulano doctores regentes in medicina vocantur magistri reuerendi, quasi ab scholasticis & aliis reuerentiam habeant, vel habere debeant, vt dicit Salomõ: Honora medicum, propter necessitatem creauit eũ dominus. Et etiam magistri artium vocantur magistri cum adiuncto communius, & etiam sine. c. 1. &. c. quia de magist. c. 1. in. 24. quæst. 5. in fi. vbi vocantur magistri liberalium artium. & appellatione magistrorum veniunt doctores cuiuslibet facultatis. c. 1. & ibi Barb. no. de loca. sic etiam legum doctores dicuntur magistri legum. text. in procemio ffforum. in. §. his igitur. & ibi glo. & Feli. in rub. de magist.

¶ Ex

¶Ex consuetudine tamẽ doctores iurium appellantur domini: alterius verò facultatis magistri. glo.in authen.habita. C.ne filius pro patre.glos.in clemen.vlti.de magist. Panorm.in quæstione incipiente Gandulphus.col.7.Fely. in cap.1.col. vlti.de magist. Et iurium doctores insequûtur etiam Christum,qui voluit dici dominus. Vos vocatis me magister &domine.& quia omnibus dominãtur,ideo domini dicuntur,&c. Et puto eos recusasse nomen magistri,ne facerẽt contra dictum Christi, Matthæi 23. Ne vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. *Doctores iurium domini vocãtur,& cur.*

¶Aliquando tamẽ doctores etiam theologi vocantur domini. 1.ad Timoth.1.c.&.c.sit rector.43.dis. Differentiam tamen inter doctores & magistros tradit Archi.in.c.de quibusdã.37.dis.

¶Item cuiuslibet doctrinę pręceptores magistri vocãtur.l.quibus.ff.de verb.signi.& ibi dixi. Est tamẽ differentia, quia quando artifex vocatur magister,debet poni à parte post, vt Petrus magister faber,vel latomus. Si verò magister vocetur doctor theologiæ,vel alterius disciplinæ,debet dici à parte ante,vt magister Petrus Hostien.in summa.de magist.§.1. *Artifex an vocari debeat magister.*

¶Ex consuetudine doctores theologos vocamus magistros nostros,& puto eo cõsuetudinem introductam esse,quòd sunt cõmunes omnium, tam in prædicationibus, quàm in lectionibus gratis seruiendo:ideo quilibet eos nostros appellat,sicut fatuus maritus vxorem nostram,& non suam vocat,cõtra tex.in l.Lucius.§.1.ibi, mulieri meæ.ff.de legata.3.& l.vxori meæ. de vsufruct.leg.& l.filium. de optio. lega. vide textum in.c.quod autem.ibi,& non solum quæ dicunt sua,sed etiam nostra.23.q.7. sic papa vocat cardinales scribendo in genere fratres nostros. secus si exprimat nomen propriũ.ita Bonifac.in procemio clemen.Ioannes.nume.4. & sic ecclesia dicitur nostra,quia nemini claudit gremium,sic & isti doctores magistri nostri dicuntur. l.fina.circa finem.ibi,nostras diuinas domos.C.de quadri.præscrip.ergo doctores aliarum facultatum non debent vocari magistri nostri,quum non sint communes omnium sine mercede, sicut theologi. *Quare doctores theologiæ vocẽtur magistri nostri.*

¶Notandum est quòd is magister solùm meretur dici,à quo totum & quicquid vbique dubitatur,potest & debet in eo inueniri. Hiero.lib.2.super epist.ad Ephesios, quem refert Lucas in l.medicos.col.1.C.de professo.& medi.lib.10. Ideo non debet aliquibus esse molestum,si magistri vocentur, maximè quando *Molestum non debet esse vocari magistrũ, sicut erat scholasticis Tholosæ.*

est illa consuetudo, vt Tholosæ mea memoria erat, tamẽ scho lastici grauius ferebant, quàm si vocati essent canonici de petra vel de grauia.

Qualis debet esse theologus.

¶Qualis debet esse iste theologus? Genes.47. dicitur, quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

¶Primò ergo debet esse notus in bonis moribus & scientia à superiore, qui eum debet præficere ad theologalem præbendã, vt dicitur Numero.11.cap. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sunt & magistri. & præcipitur Prouerbio.27.c. Diligẽter agnosce vultum pecoris tui, tuósque greges considera.

¶Secundò debent esse viri, id est fortes in increpatione, non in adulatione. Luc.29. Magister, increpa discipulos tuos. & Marc. 4. Magister, nónne ad te pertinet, quia perimus?

¶Tertiò requiritur industria, id est scientia & doctrina. 3. Regum.c.11. dicitur. Videns Salomon adolescẽtem bonæ indolis, & industrium constituit eum præfectum.

¶Item in.c.2. de magist. statuitur eligendos esse viros prouidos, honestos, & discretos. idem in.l. prima. C. de condit. in publi. horreis, lib. decimo, quòd nobilis prudens & discretus eligatur.

¶Item dicitur.8. quæst.1.c. oportet eum qui instruit animas rudes esse talem, vt pro ingenio semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo apprimè esse eruditus & doctus, irreprehensibilis, maturus, pauidus, & inter plures is est præferẽdus, qui doctior est, & qui sanctior, & qui in omni virtute est eminentior. c. licet. ergo. 8. quæstione.1. Si tamen fuerit vnus theologus concionator & mixtus in iure canonico, is erit præferendus alteri, qui tantùm est subtilis in disputatione de trinitate, de natura angelorũ, & metaphysicalibus, & aliis subtilitatibus, per. c. cùm sit ars artium. de æta. & qualita. ca. nisi cum pridem. de renunciat. not. in. c.1. de consanguinita. c. inter cætera. de offic. odina. cap. quia nónulli & sequen. de magist. & sic fuit Romę consultum teste Prouincial. fol.37. concurren. &c.

Theologus cõcionator est præferẽdus aliis.

Regularis præbenda regulari est conferẽda.

¶Intellige secundum conditionem suæ personæ, quia monacho prouideri debet in ecclesia regulari, seculari vero theologo in ecclesia seculari. Nam verba debent intelligi secundum conditionem personæ ad quam referuntur, l. plenum. §. equitij. ff.

tij.ff.de vsu & habita.l.librorum. §.quòd tamē Cassius.de leg. 3.Lex militari & ibi Bar. ff.de testa. milit. vnde si fiat bannum, vt quisque vadat in exercitum, debet intelligi secundum qualitatem & conditionem suæ personæ.Bar.in l.si non sertem.§. libertus.ff.de condi.in deb.Bald.in l.liberti.C.de operis libert.

Si tamen non inuenirentur seculares ad illā præbendam poterunt eligi religiosi. cap. quòd Dei timorem. de statu monacho. cap. inter quatuor de religio.domib.quia melius est præponere religiosum doctū, quàm secularem ignarum.cap.sunt nonnulli.16.quæst.1. Et ista dispar.professio est tollerabilis in defectum. clemen.1.de elect. Nec obest quod monachus habeat officium plangentis, non docentis. cap. monachus. 16. quæst. 1. quia ibi intelligit glos. quando non habet curam animarum, vel nisi eligatur ad docendum.vide ibidem.

licentiato [a]

a ¶[*Licentiato*] Et sic appellatione doctoris non venit licentiatus: alioqui text. non expressisset, & quia requiritur aliud examē in eo,& secunda approbatio,nec prima sufficit.l.magistros. C.de professo.& medic.lib.10.& ibi Bar.ita tenent Ang.& Bauer.in.§.sed & si quis.instit.de testa.milita. Et Bolog. in repetitio.authen.habita.nume.186. C. ne filius pro patre. Idem tenuit Bald.in l.1.C.illo titu.licet contrarium dicat in l.1.ff. solu. matrimo.videlicet in fauorabilibus (sed non in odiosis) comprehendi.quod non est verum, alioqui essent melioris cōditionis quàm doctores.vide Fely.in procemio decreta.Greg.num. 18.Ias. in l.ad egregias. in fine. ff. de iureiurand. & quòd non gaudeant priuilegiis doctoribus addictis,fuit decisum in parlamento,eo quòd non habent illam dignitatem,vt refert Guido papæ in decisi.delphina.q.390.Sed quid de licenciato,&c. vnde dicit patruus meus Rebuffus in l. stigmata. col.2. C. de Fabricen.lib.11.quòd si licentiatus impetrauerit beneficium à papa tanquam doctor, non valet impetratio: quia birretum est doctoris insigne secundum eum. vide in regula cancellariæ Iulij 21.in tertia parte. & Bald.in l. Athlete. in principio, per illum textum.ff.de excusat.tutorum & licentiati vel baccalaurei non possunt interpretari publicè iura,quia hoc dignitati doctoreæ inhæret. teste de Ripa in. l. Ex facto. numer. octauo. ff.de vulga.hoc tamen prohibitum à iure non inuenio, vt scripsi in scholastico priuileg. vbi dixi baccalaureos etiam posse legere, vt addiscant. Firmat Panorm, & alij in cap. 1. de fer.

Licentiatus an veniat appellatione doctoris.

Licētiatus & baccalaurei an publicè interpretari poßint.

quod est verum si profiteantur tãquam scholastici, vel licẽtiati, vel baccalaurei, non tanquã doctores & iuris professores, alioqui punirentur, per l. eos §. qui se pro milite gessit. ff. de falsis.
a ¶[*Baccalaureo formato*] Ad differentiam simplicis dicit, cui non tenetur ordinarius collator conferre hanc præbendam: quia postquam de vno exprimit, videlicet de formato, ergo de alio negare videtur. c. qualis. 25. distin. c. nonne de præsumptio. l. cum prætor. ff. de iud. Fallit quando nullus bacchalaureus formatus esset, vel alius doctor seu licentiatus. arg. l. vt gradatim. ff. de munerib. & hono. vel quando alii non prosequerentur. §. fi. infra eo.

aut baccalaureo formato [a] in theologia

Ordinarius an possit baccalaureũ doctori præferre.

¶Quæro si ordinarius collator habeat doctorem, licentiatum, & baccalaureum, an possit alteri quem velit conferre? Videtur quòd sic, quia in alternatiuis est electio debitoris. l. 3. ff. de eo quòd cer. lo. & l. plerunque. ff. de iu. do.
¶Contrarium teneo, quia primò nominatus censetur esse dignior. l. 1. C. de albo scriben. Et doctor est hic, primò nominatus, item primò nominatus præsumitur esse magis dilectus. Ias. in l. 1. §. fin. ff. de vulg. & primus debet prius admitti quàm secundus. l. quotiens. ff. de vsufruct. Et hæc videntur probari in §. si quis vero. ibi, contra prædictũ ordinem, & qualificationes superius ordinatas, infra eo. Ecce ergo quomodo secundum ordinem debent præferri, atque admitti. & hoc probo per glos. in c. metropolitano. 63. dist. dicentem, qui prior est in ordine, prior erit in electione, & ibi allegat alia iura. latè Fely. in c. cum dilecta. co. 3. & seq. versi. ordo scripturæ. de rescript. facit glo. in regula in alternatiuis. de reg. iu. in 6. & sic primò doctor recipi debet, quàm licentiatus. primò licẽtiatus quàm baccalaureus, & baccalaureus formatus priusquam alius simplex.
¶Alioqui posset ordinarius semper repellere doctores, & baccalaureos doctoribus præferre, quod esset graue & iniquum.
¶Nisi papa baccalaureum præferret magistro, vel licentiato, vt scripsi in §. declarantes. in glo. quomodocunque. de mand. apost. infra.

Quare dicatur Baccalaureus formatus.

¶Et potest dici formatus quasi formosus, & bene ordinatus & compositus. Bal. in l. ius ciuile. col. 1. ff. de iusti. & iure, per l. an inutilis. ff. de acceptil. & Dauid Psal. 44. Speciosus forma. Item forme dicitur quod habet perfectionem: informe, quod

non

non habet. Bar. in l. si is qui. 400. §. quædam. ff. ad leg. falci. facit l. 1. §. 1. & §. opus. iuncta. l. stipulatio. §. opus. de oper. noui nuncia. Et vbi quis totum contractum approbat, dicitur formatus, siue formis. vbi non totum informis, vt si non approbet qualitatem. Bal. in l. cum interdictæ. C. arb. tut. Et iuramentum dicitur formiter præstitum quando est expressa caussa. l. si duo. §. pen. ff. de iureiur. informiter quando sine causa. vt ibi, & sic dicitur hic baccalaureus formatus, id est canonicè factus, sicut formata dicitur canonica epistola. c. fi. 71. dis. & 73. dis. in summa quia non ante tempus sumpsit gradum, sed secundũ statutorum formam. Bal. in rub. de postu. præla. col. 2. quia teste Aristot. in li. de quinque substantiis, forma est lumen pulchritudinem, essentiam, & signum omnibus tribuens. Multa tradit P. Berchorius in reductor. moral. li. 6. c. 2. de forma. Et solénitas præsumitur circa ea, quæ formiter acta sunt, & non circa informia. l. 2. § circa. ff. de doli exceptio. Bal. in §. si quis per triginta. col. 2. si de feudo contentio fuerit inter domi. & agna. vassa.

Iuramentũ formiter præstitũ et informiter.

qui [a] per decennium [b] in

a ¶ [*Qui*] Declaratiuè ponitur, non restrictiuè. gl. in prag. sanct. eo. tit. Et sic debet intelligi, videlicet vt præbenda theologalis conferenda sit magistro, licentiato, aut baccalaureo formato, qui videlicet prædicti per decẽnium in vniuersitate priuilegiata studuerint. i. si studuerint. l. sticũ. & l. sequen. ff. de lega. 1. nam quando qualitas, quæ ponitur per relatiuum conuenit cuilibet de genere, stat declaratiué. l. omnes. ff. de iusti. & iure. & hoc relatiuum ad omnes præcedentes personas refertur, etiam si esset numeri singularis. l. hæres meus. §. vxori. ff. de leg. 3. Bar. in l. plautius. ff. de auro & argen. lega. Et quot modis ista dictio, qui accipiatur, tradit Bar. & alij in d. l. omnes. & l. 1. C. de summa trinit. vbi cernere licet: vt materiam tantùm tex. cõgruentem prosequar, alia non scribo.

De pronomine qui.

b ¶ [*Per decennium*] intelligo completum, quia dictio per, denotat perfectionem. l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verb. signifi. & ita dicit gloss. in ca. veniens, in 2. de sponsa. & c. si constiterit. de accusa. & in regula cancella. Iulij secundi in 4. parte. & nedum perfectionem actus significat, sed temporis continuationem. Ioan. And. in add. ad specu. in tit. de teste. §. nunc videndum. in prima additio. Siue hi theologi sint nobiles, siue non, debent studuisse per hoc tempus, cum in studentibus tantùm iuri cano-

Decẽnium debet esse completũ.

nico & ciuili reperiatur tempus abbreuiatum in §.præterea.infra eo.tit.vbi dicam.& tantum tépus requiritur in vno sicut in alio quo ad effectum huius tex.

Vniuersitas super tempore studij non dispensat.

¶Nec posset facultas theologię,imò nec tota vniuersitas cótra hoc dispensare.glos. in verbo studuerit.§. ordinat. de colla. in prag.allegat.not. per Inno.in c.2.de eo qui furti. ordines recepit. quia

vniuersitate [a] studij generalis [b]

inferior non tollit legé superioris.cle.ne Romani.de electio.& quia non seruarét formam hic præstitutam, sine qua actus non

Statutum magistrorũ artium an valeat.

substiuit.l.cũ hi.§.si prætor.ff.de transact. Et sic nó valeret statutum facultatis,vt tempus quo quis erit absens, computetur, vel tépus quo reget in grammaticalibus,cùm nó possint immutare formam in his concordatis pręstitutam,vt alibi dico. Traditur.1.ad Tim.5.c. Nemini citò manus imponas, quis tam arrogans,támque impudés inuenitur,qui in cœlesti militia (quæ propensius ponderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda)statim dux esse desiderat,cùm tyro antea nó fuerit? & prius velit docere, quàm discere assuescat? cap.si officia.59. distin.& dicitur,longo tempore,disce,quę postmodũ doceas.c. sic viue.16.q.1.ne prius sis magister,quàm discipulus.c.seq.& 1. Esdræ 7.dicitur,Esdras parauit cor suum ad inuestigandum legé domini,vt faceret& doceret.& in modico tépore nó potest quis multa addiscere glos.in cap.tum ex literis. in verb. instructus.de restitu. in integrum. & ad res magnas & arduas expediendas non sufficit paruum tempus.Bald.in §.itaque,in procemio ffor um.ideo statuitur hic decennium,vt patet in tex.

In vniuersitatibus studendum.

a ¶*Vniuersitate*] Et sic si studuerit extra vniuersitatem, non sufficit, vt hoc tex. quia priuilegia data sunt tam legentibus in vniuersitate,quàm discentibus.non domi,vt in procemio decretal. & in procemio sexti. ibi, Bononiæ commorantibus. &. c. tuæ.de cler.non resid.nisi tempore pestis domi studuisset, quia tunc perinde esset,ac si in vniuersitate. doct.in l.recusare. §. fi. cũ.l.seq.ff.ad treb.de Ripa.in tract.de peste,latissimè tradit. tu illum videto.& sic facit contra scholares,qui in vniuersitatibus vagantur, & non student, vt non debeant gaudere priuilegiis. dico tamen latius in scolastico priuilegio 165.

b ¶*Studij generalis*] Hæc verba addita sunt vltra pragmaticam & non sine ministerio, quia vnũ quódque verbum non est sine virtute operandi, dicit Bald. in rub. C. de cotrahen. emptio,

ptio.q.9.ideo si in villis vel castris studuerit,nō poterit hoc priuilegio gaudere.glo.in prag.sanctio.in verb.priuilegiata: vt in glo.proximo dixi.Item excludit studentes extra studium generale, etiam si in vniuersitate. vt Auraice. nam ibi non est studium generale, cum nemo ferme ibi studeat, nec legat. ideo priuilegia concessa legentibus & studentibus, non competunt nisi legant, vel studeant in studiis generalibus, & approbatis. Bar. & Alber. in §. hæc autem tria, in procemio ffórum. vide tex. in clemen. dudum.in verb. in studiis autem generalibus. de sepul. & dicto. cap. tuæ.vbi dicitur quòd vniuersitates in quibus non est competens exercitium studiorum, non gaudent priuilegiis. cap. 2. de priuileg. in 6.fallit, vt scripsi in scolastico, priuileg. 34. Iuuat ergo studere in famosis vniuersitatibus, tum propter doctorum authoritatem, quæ maior est, & doctiores sunt quàm in aliis nō famosis.tum propter vrbis authoritatem,teste Cic.in procemio offic.

Studētes in castris non gaudent priuilegio.

priuilegiata [a] studuerit [b]

a ¶[*Priuilegiata*] Hoc ponitur ad tollendum illos, qui student vltra montes, vel in alia vniuersitate extra regnum, nam tales, etiam si studuerint decennium, non possunt habere præbendam in hoc regno theologalem. nam illa vniuersitas non est ad hoc priuilegiata, quia non esset bonum sumere panem filiorum vniuresitatū Franciæ,qui ibi studuerūt,& dare exteris, id est extra vniuersitates regni promotis,& hoc extantibus incolis regni.vide tamen quæ dico in tracta.nominatio.in quęst. 10. Et sic postquam requirit studium in vniuersitate priuilegiata, ita & gradum. & sic graduatus sub bulla non posset habere præbendam theologalem. probatur in §.præfati. in 2.infra eodem. & infra dicam fusius. Et verbum studuerit in hoc text.positum perfectam rem significat. l.1.ff. quod quisque iur. quasi velit dicerere text. illi conferatur præbenda theologalis, qui per decennium studuerit,& magister vel licentiatus aut baccalaureus formatus effectus fuerit in vniuersitate priuilegiata. vide quæ dico in glo.studuerint.§.præterea.infra eod.

Extra regnum promoti non gaudēt priuilegiis regni.

Graduati sub bulla præbendā theologalem obtinere non possunt.

b ¶[*Studuerit*] Debet enim esse ante discipulus, quisquis doctor esse desiderat,vt posit docere,quod didicit, qui minimè literis operam dederit, præceptor esse non potest literarum. c.fi. 59. dist.glo.in eo,tit.& verbo studuerit.in prag.

Nouem requisita antequã prębendã theologalẽ aliquis habere possit.

¶ Nota nouem requiri ad habendam hanc præbendam theologalem.

¶ Primò, quòd saltem sit baccalaureus formatus in theologia. Et sic gradus requiritur, nec sufficeret studuisse, nisi haberet gradum, vt in nominationibus dicitur in §. præterea. infra eod.

¶ Secundò, quòd in ea decennio studuerit completo, vt supra dixi in verb. per decennium. per illud verbum, & ante gradum, vt infra dicam: & licet facultas Theologiæ conferre gradum alicui possit ante decem annos ex priuilegio, tamen hic graduatus non erit capax præbendæ theologalis, vt glo. in d. verb. studuerit, tenet, quia sublato vno impedimento aliud remanet. ca. vno. de filiis presbyterorum. in 6. in aliis graduatis, vide quæ dico in §. præterea. in gl. studuerint. infra eod. Item requiritur ꝙ sit examinatus, alioquin nõ valet gradus, arg. c. fi. 34. dist. Barb. in cle. vna. de iureiur. c. si qui sine. 81. dist. scripsi in glo. cum rigore examinis, in §. primo. supra de regia ad præla. no. fac.

¶ Tertiò, quòd in vniuersitate studij generalis priuilegiata studuerit, nec sufficeret studuisse in villis. §. illud. in proœmio. ff. c. tuæ. de cleri. non residen. & supra dixi in glo. studij.

¶ Quartò, vltra glo. requiritur quòd illa præbenda consistat in ecclesia metropolitana, vel cathedrali. ibi, in text. cathedrali, ac etiam metropolitana. ergo si esset in ecclesia collegiata tãtùm, non procederet hic tex.

¶ Quintò, quòd in vniuersitate priuilegiata, & non sub bulla promotus fuerit, vt in text. dicitur, priuilegiata, &c. & dixi in eod. verbo.

¶ Sextò, quòd in vniuersitate regni, & non extra regnum promotus sit, vt patet in princ. concordato. & in §. monemus. infra eo. dico in tracta. nomina. q. 10.

¶ Septimò, requiritur quòd onus residentiæ, lecturæ, & prædicationis actu subire velit, vt hoc in tex. inferius exprimitur.

Factus inhabilis nõ amittit prębendã theologalem.

¶ Octauò, quòd illud onus subire possit, quia si esset inhabilis ad lecturam, vtpote mutus, vel aliter imperfectus, non esset huius prębendæ capax. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. vt dicam infra in glo. velit. Si tamen efficeretur mutus, vel aliàs imperfectus, postquàm adeptus est præbendam theologalem, eam non amitteret, per l. cæcus. ff. de iudic. l. 1. §. quamuis. in fi. de postuland. l. infamia. C. de decurio. li. 10. l. etiam. 2. ff. de autho. tut. quia facilius impeditur promouendus, quàm deiiciatur iam promotus. c. quicunque pœnitens,

tens.& ibi glo.50.dist.Panor.consi.47.Nicolaus in 1.volu.sed eo casu per substitutum seruire poterit, per no.in l. nemo.ff.de duobus reis.& tūc teneretur habere alterum theologum,qui & prædicaret,& legeret, vt ipse tenetur,si redditus sufficerent.
¶Vltimò,quòd semel saltem in hebdomada legat. cessante tamen impedimēto legitimo, vt in hoc tex. Ecce multa requisita in hoc theologo, & præbenda, quæ ex tex. eliciuntur, no.ea,quia non inuenies sic declarata.

ac onus [a] residentiæ lecturæ

a ¶[*Onus*] Et sic onus potest imponi beneficio, vel ex statuto, vel fundatione.cap.significatum.de præbend.cap.eleuterius.18. quæst.2.Innocen.in c.cùm dilectus.de consuetu.glo. & docto. in c.olim.1. de restitu. spoliato. Et hoc antequam fiat sacrum, quia res non sacra seruitute affici potest.vt in rub.de seruit. est videre,sed posteaquam res est Deo dedicata,non recipit seruitutem hominis.arg.l.inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obligat.Ideo parochiani laici non possunt ecclesiis iam fundatis pręficere sacerdotes,nisi in fundatione id sibi reseruauerint. Bald.in c.sacrosancta.col.vlt.de elect.Et liberatio huius oneris non potest per theologos præscribi,etiam per mille annos,cùm singulis sub hoc onere hæc præbenda detur. Et sic omnes qui oneri non satisfaciunt,sunt in mala fide,ideo non pręscribunt. c.vigilanti.& cap.fina.de præscript.regula possesso.de regu.iur. in 6.& hoc est onus reale, quod transit ad quæcunque res vadat.d.c.significatum.& ideo non poterit theologus pensionem huic præbendæ imponere,ne duplici grauetur onere. c.at si clerici.in fin.de iud. sic fuit iudicatum in senatu Burdeg. vt refert Boer.in suis decisi.q.226.pensio.

Onus beneficio imponi nō potest.

Theologus nō præscribit hoc on' impositum.

¶Nota tamen quòd onus sine aspiratione scribitur, quia nullus ad id aspirat. honor verò cum aspiratione scribi solet, quia fermè omnes ad illum aspirant.hoc expresè tradit Io. And.& Imol.in c.ad aures.de rebus eccle.non alienan. Facit rub. C. si seruus aut libertus ad decurionatum aspirauerit.lib.10.& l. Lucius.§.idem.Respon.si per accusatorem.ibi,medio tempore honorem appetere.ff.ad municipales. Vide quando spiritualia cōditionem recipiant per Bald.in c.significasti.de elect.

Pauci ad onus,multi verò ad honores aspirant.

b ¶[*Residentiæ*] Per seipsum.c.quia nonnulli.de cleri.non resid. c.extirpandæ.§.qui verò.de præbend.& continuo.& ideo non posset habere beneficium aliud requirens residentiam ex statuto,vel consuetudine.si tamen obtineret secundum,per adeptio-

nem illius secundi non vacaret ipso iure præbenda theologalis, per ca.referente.& cap.præterea.de præb. quia iura correctoria loquentia in curatis,non habent locum in hac præben. glos.in verbo residentiæ.eod.tit.in prag. nam quando requiritur residentia ad finem priuationis reddituum tantùm,vt hic,tunc per acceptationem secundi non videtur renunciare primo,sed non habebit redditus, quia quo ad titulum nulla est incompatibilitas,sed solum respectu reddituum : ideo per acceptationem secundi non videtur renunciare primo. Inno. Anto.& alij in c. fi.de cleri.non residen. Et istud est singulare,teste Barba.in clemen.gratiæ.col.11. in glo.beneficium. de rescrip. Et quid si ex statuto iurato teneatur quis ad residentiam,& quòd non possit aliud beneficium obtinere, an possit impetrari dispésatio istius statuti? vide per Aegid.de bella mera.in cons.34.supposito.col. 1.vbi tenet quòd sic,dummodo ista exprimat,dic vt inferius in versi.quæro. Sed per adeptionem istius præbendæ videtur renunciare gratiæ ad aliud beneficium incompatibile.per clemé. gratiæ.& ibi glo.in verb.beneficium.de rescript.vide quæ scripsi in §.volumus.infra eodem.

Non vacat ipso iure præbenda theologalis per adeptioné secundi beneficij incompatibilis.

¶Et hanc residentiam causa voluptatis nó debet deserere. cap. significatum.de præben. sed si vocaretur à superiore, posset discedere.Decius in d.c.significatum.in vltimo notab.quia authoritas superioris semper censetur excepta.c.venientes.de iureiur. c.fi.de prohi.feudi aliena.per Feder. etiam in iuramento. Ideo si quis iurauerit non exire domo per quindecim dies , si citatus à iudice ante terminum exiuit,non incidit in periurium. Specu. in titu.de citatio.§.1.versic.quid si quis.& si scholaris iurauerit non discedere à Lutetia, antequam soluat suo creditori, si iussu patris discesserit non erit periurus.l.fi. & ibi Alex.ff. qui satisd. cogan.Scripsi in 73.scholastico priuileg.Et si quis iurauit soluere,non est peirurus,si iudex prohibuerit ei,ne soluat, nec incidit in pœnam,etiam promissam,si fraus non interuenerit. Archi.in c.dixit.14.q.5. Alber.in l. si quis id quod.col.2. de iurisd. om.iudi.Fely.in c.constitutus.col.6. versi.amplia tripliciter.de rescrip.Multa scripsi in rub.de cleri.non resid.quæ si hic transcribere vellem,lectorem fastidio darem.

Theologus residétiam causa voluptatis non deserat.

Iurãs soluere non erit periurus si superior inhibeat ne soluat.

¶Quæro an theologus teneatur petere licentiá,quando discedere vult à sua præbenda? videtur ꝙ sic.c.relatum.de cleri.non resid.vbi etiam dicit Io.And.& Card. ꝙ nó sufficit eam petere nisi impetretur. Respon.petendam esse facultatem discedendi,si

Theologus an licentiã quando discedit petere teneatur.

copia superioris possit haberi sine periculo personæ, alioqui cõtra, vtpote si in domo theologi vigeat pestis, quia tunc locus & tempus petere facultatem non patiuntur. l. 1. ff. de exerci. actio. Io. And. Panor. & alij in d. c. relatum, de cleri. nõ resident. Imo in c. inter quatuor. illo tit. dicit lex eum non teneri, qui denunciare non potuit. l. item quæritur. §. exercitu. ff. loca. Et si prælatus deneget concedere hanc facultatem, poterit theologus adire superiorem, vt illum cogat. ca. ex tuæ. & Imol. in ca. fina. col. 2. de cleric. non resident. arg. ca. nullus. de iure patro. vel si iusta causa, vt pestis, arctet, poterit etiam non obtenta licentia discedere, quia vbi periculum est in mora, licitum est spreta denunciatione procedere in opere. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de operis noui nunciat. Facit quod not. in ca. fin. de cleric. non residen. vbi excusatur clericus, qui monitus vt resideat, non reuertitur, si pestis immineat. nam ex causa necessitatis potest omitti consensus eius qui debebat requiri. l. tutor qui. ff. de administ. tuto. Fely. in c. cùm accessissent. de constitutio. nume. 20. & seq. De Ripa in tracta. de peste. fol. 25. vbi dicit esse notandum pro consiliariis, qui non possunt sine authoritate superioris à loco curiæ discedere. l. si quis decurio. 1. & ibi Bart. C. de decurio. li. 10. Et hoc est statutum in ordinat. regiis publ. Anno. 1539. artic. 129. Rubri. *De la residence que sont tenuz faire mesmement les officiers royaux*, artic. 7.

Consiliarij sine authoritate superioris vigẽte peste discedunt.

¶ Et qui prouinciam regit, fines eius non excedat, nisi voti soluendi causa, dum tamen abnoctare ei non liceat. l. illud. ff. de officio præsiden. Et inconueniens esse asserit iurisconsultus. in l. 2. §. deinde cum esset. ff. de orig. iur. Magistratus temporibus vespertinis in publico esse, ne ab inimicis, cũ plures regulariter habeant, iniuriam accipiant: & ne auxilij latio cum opus fuerit ciuibus desit: sicut Heduis in more fuit, vt qui summum gereret imperium, finibus excedere non posset, nec tribuno plebis diem integrum ab vrbe abesse licebat: teste Alex. li. 1. genialium. ca. 3. Vigente tamen peste poterunt à loco pestifero discedere, etiam facultate non petita, nec obtenta à principe: tamen à curia habere debent, vt fusius dico in ordina. regiis. Imò Leo quartus põtifex maximus cardinalatus honore Anastasium tituli sancti Marcelli cardinalem priuauit, quia contra canones quinquenniũ à parochia sua abfuerat, teste Baptista Fulgos. de dictis memora. rubri. de seueritat. lib. 6. de Leone, &c. Et hodie ob hoc possent multi priuari, quia longiori tempore absunt.

Cardinalis propter absentiã priuatus.

A quo sit petenda licentia.

¶ Quæro, à quo sit petenda licentia per theologum? Videtur quòd ab episcopo.tex.in c.relatum.ibi,de licentia suorum prælatorum.&.c.inter quatuor. de cler.non resid. Contrarium teneo,quia hic est data facultas capitulo hunc theologũ puniendi.nam magis interest capituli quàm prælati, quia illi de capitulo audiunt lectiones, quod non facit episcopus:ideo capitulum hanc discedendi facultatem theologo concedere poterit. & ita seruatur de consuetudine, quæ hodie inoleuit in Francia, nempe scholastici & alij volẽtes discedere à beneficio vel præbenda, nunquam petunt licentiam ab episcopo, sed à capitulo vbi obtinent præbendam.si verò obtineant beneficia curata, à nullo petunt licentiam.

Scholastici ex consuetudine non petunt licẽtiã studia adeundi.

¶ Quæro an papa possit theologũ à residentia dispensare perpetuò? Videtur ꝙ sic.c.cum dilectus.c.ad audientiam.de cle.nõ resident.& cùm papa in beneficialibus habeat plenariam potestatem.c.2.de præb. in 6.non dubitatur, quin possit super residentia dispensare.Panor.& alij in c.pe.de cleri.non residentib. vbi dicunt quòd solus papa concedit indulgentiam super non residendo,cùm sit cõtra ius commune,& in præiudicium ecclesiæ non potest episcopus indulgere.c. dilectus.de tempo.ordinan.Sed legatus, archiepiscopus,& episcopus bene possunt dare licentiam non residendi:quia verbum licentia,non importat nudam voluntatem,sed concessionem ex causa factam.Ioan.de Selua,in tract.de beneficio in 4.parte.q.8. Contrarium concludo,cùm hoc sit concordatum inter papam & regem,& sic vnus sine altero non potest isti cõcordato derogare, vt supra dixi in præfat. ad istum titulum. Hoc enim esset impedire audire volentes istum theologum prædicare, & legere: & in dubio papa hoc non intendit.c.inter cætera.de officio ordina.& etiã veniret contra substantiam actus,quod non potest facere etiam cõsuetudo.glo.in c.2.de consuet.in 6.etiam probatur in §. volumus.ibi,prætextu dispensationis apostolicæ.infra eo.

Papa an posſit theologũ super perpetua residentia dispensare.

¶ Nec papa contra substãtiam actus aliquid facere potest actu remanente.c.cùm ad monasterium. de statu regula. & pro hoc est tex. formalis in versic. necnon.de firma & irreuocabili concordato.stabilita. vbi dicitur, etiam per nos & successores nostros, &c.Istud etiam immutaret statũ vniuersalis ecclesiæ Gallicanæ, quod non potest papa facere. glo.& doct.in ca.proposuit, de concess.præbend.

Cõsuetudo nõ residẽdi an valeat.

¶ Nec valeret cõsuetudo,vt iste theologus possit percipere fructus be-

ctus beneficiorum in absentia, quia esset onerosa ecclesiis. Archid. in c. sacerdotibus. 31. distin. doct. in c. cum omnes de constitu. vbi idem etiam dicitur de aliis in c. 1. de consuetu.

¶ Fallit in scholasticis, vt habetur in scholastico priuileg. 31. vbi plenè scripsi. Idem in consiliariis parlamentorũ, qui etiam grossos recipiunt fructus in absentia, vt asserit fuisse concessum ad hoc priuilegium regi Franciæ. Boer. in decisio. Burdeg. q. 17. hoc priuilegium cõcessit Clemens. 6. pontifex summus, cuius bullæ transcriptũ est in li. antiq. ordi. fo. 60. in parla. Parisien. & in intimo regis cõsilio fuit idẽ iudicatũ pro domino Mathe regis cõsiliario Parisiẽ. Anno. 1539. die. 25. Martij. Imitetur ergo theologus Moysen & Aarõ, qui indesinẽter in tabernaculo domini erãt. c. vl. 36. dist. Imò etiã si theologus resideret per aliũ, nõ haberet distributiones quotidianas, tũ quia residẽtia debet esse personalis, tũ quia per aliũ seruiẽdo nõ satisfacit iuri. Calder. in cõ. vno. de cle. non resident. nã inter artifices est lata differẽtia. l. inter. ff. de solu. intellige vt in gl. studuerit. supra eo. dixi, & an valeat cõsuetudo non residendi. vide Præpos. in c. sacerdotibus. 31. dist. *Arrestum.*

& prædicationis [a] actu

¶ Et quando theologus nõ residet, vel alius beneficium habẽs, præsumitur iniustè abesse, absens enim à loco, vbi residere tenetur, iniustè præsumitur abesse. c. fi. de eo qui mittit. in possessio. caus. rei seruãd. Panor. in c. fi. §. porrò. vt lite non cõtesta. Idem in marito, qui ab vxore est absens, vt docet. Bart. per illũ tex. in l. si eum. §. ex iuxta causa. ff. de fideicommissa. liberta. nam dicitur illi, si tu abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ, & absentiæ. c. si tu abstines, 27. q. 2. hoc tamen nõ procedit in scholasticis, vt scripsi in scholastico, priuil. 33. vbi abundantius vide, & de priuilegio dato alicui, vt possit percipere fructus, qui residentibus dantur, quod is non possit recipere distributiones quotidianas, quæ tantùm his, qui intersunt diuinis, dantur. vide in c. vno de cleric. non residenti. in 6. Et multi resident in ciuitate qui diuinis non intersunt. no. doct. in c. licet. de præb. Sic expressè docet Cassado. in decis. vnica. de cleric. non resident. Ideo sicut non valet consuetudo non residendi, vt superius dictum extitit, ita nec transactio, nec compositio, vnde fuit reprobata in hoc senatu compositio facta inter canonicos & vicarios de lesat super non residendo, an. 1537. die. 14. Martij. *Absens maritus iniustè abest.* *Compositio de non residendo non valet.* *Arrestum.*

a ¶ *Prædicationis*] Prædicatio, est dei manifesta commendatio, *Prædicatio*

quid sit, & multa hic de prædicatione.

vel instructio. Cantico. 6. c. videntes sponsam filiæ Sion, beatissimam prædicauerunt. De instructione patet Matth. 4. Cœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite, &c. Et inter cætera, quæ ad salutem populi Christiani spectant, pabulum verbi Dei quàmaximè sibi noscitur esse necessariũ, quia sicut corpus materiali, ita anima spirituali cibo nutritur: eò ꝙ nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. c. inter cætera. de officio ordina. & officiũ prædicationis est valde priuilegiatum. c. quod Dei timorem. in, fi. de statu monacho.

Quid debeat theologus prædicare.

¶ Quero quid debeat theologus prædicare? Respõ. declarari. 2. ad Timoth. 4. c. vbi dicitur, Prædica verbũ, scilicet Dei. Act. 13. c. habetur, Prædicabant verbum dei. & 4. c. ibidem dicitur, Loquebantur verbum dei cum fiducia. c. cauendum. 10. q. 3. & c. antecessor. 11. q. 3. vnde dicit beatus Greg. papa. in c. fraternitatis. 35. q. 10. Est enim verbum domini validum, forte & durabile, & immutabile & perseuerabile, non momentaneum, non transitorium: dicit enim, Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Et est quasi carmen musicum, quod suaui dulcíque sono canitur. Ezechiel. 33. c. in fi. Vel verbũ, id est Christũ, vt dicit apostolus, Nos prædicamus Christum. 1. ad Corint. 1. c. & 2. ad Corinth. ca. 4. non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum. & Marci vltimo. Euntes prædicate euangelium omni creaturæ. Debet insuper prædicator loqui oportunè, ne tacenda proferat, nec proferenda taceat. c. sit rector. 43. dist. Item dicitur, Insta oportunè, id est suauiter. Psal. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Ecclesiastes. 8. ca. Omni negotio tempus est, & opportunitas. ideo vt alter Orpheus allicere debet homines, & quãdoque instare importunè, & seueriter. inde dicitur Esaiæ. 58. Clama, ne cesses. & Hiere. 1. c. in fi. Surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi, ne formides à facie eorum. Et hæc prædicatio debet tẽdere ad dei commendationem. Daniel. 3. cap. in fin. Placuit ergo prædicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia.

¶ Secundò, debet prædicator concludere ad carnis macerationẽ, vt. 2. Paralipo. c. 20. Prędicauit ieiunium in vniuersa Iudæa.

Primo facere, postea docere debet prædicator.

¶ Tertiò, ad clementiam debet prouocare. Esaiæ. 61. Vt prædicarem captiuis indulgentiam, & captiuis apertionem, &c.

¶ Vltimò, debet inducere ad gloriæ imitationẽ. Lucæ. 9. Misit illos prædicare regnũ dei. Et hic prædicator debet prius facere, & postea docere, exẽplo Christi. Actuũ. 1. Et dicitur Marc. 1. c. ꝙ

Ioannes

Ioannes erat in deserto prædicans baptismũ pœnitẽtiæ. ad denotandum, ꝙ qui vult prædicare, debet in deserto pœnitentiæ macerari. alioqui dicit Greg. in homilia, Cuius vita despicitur, restat vt eius prędicatio cõtẽnatur. c. infames. in fine. 3. q. 7. Qui ergo aliũ doces, teipsum nõ doces? qui prædicas nõ furandum, furaris? Paul. ad Roma. 2. c. Alioqui si bene docueris, & male vixeris, tui solius condẽnator eris. c. multi. 40. dist. Et talis dicitur nõ theologus, sed theomachus, cui præbenda nõ est cõferenda.

¶ Nam prædicator est rectá viam dirigens, vel dirigere debens, non ex circuitibus, vt in simili dicit tex. in l. nõ solum. §. annus. 2. ff. de excusa. tuto. Imò prædicator existens in peccato mortali, si concionetur, peccat mortaliter. c. quid est hoc. & c. cũ exaudiero. & ibi Præposi. 50. dist. Quomodo enim potest præses ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruit? aut qua libertate peccantem corripere potest, cùm tacitus ipse sibi respondeat eadem se admisisse, quæ corripit? c. primum itaque. 25. distin. Nec etiam sufficeret vita sine scientia, propter multos errores qui quandoque oriuntur ex defectu scientiæ. Panor. per illum textum in c. inter cætera. in 4. nota. de officio ordina. c. nisi, de renunciatio. text. in c. qui ecclesiasticis. §. hinc etiam. 36. distinct. vbi prius veritas tacendo dicitur, & postea loquendo prædicatur, vnde Christus apostolos priùs docuit, & postea ad prædicandum misit, vt ibidem patet, & in euangelio Marci. c. vltimo, Prædicate euangelium omni creaturæ. *Scientia requiritur in prædicatore.*

¶ Et hæc duo quando concurrunt in vnum bene actum est in illo, vt in magistro nostro Picardo doctore theologo Parisien. non minùs sanctitate vitæ, quàm eruditione commẽdato. Deus eum nobis longæuum, & vtilitatem animarum quęritantem (vt solet) præseruet.

¶ Et possunt prædicare in ecclesiis & extra etiam in plateis cõmunibus sine licentia, sed in eccesiiis parochialibus non possunt prædicare, nisi licentia petita & obtenta à parochialibus sacerdotibus. cle. dudum. §. nos autem. de sepult. Locus tamen aptior ad prædicandum est ecclesia. Ioannis. 18. Ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi cõueniunt. Et Lucæ. 19. erat quotidie docens in templo. In domibus quis non potest prædicare, ne oriatur suspitio hæresis. c. cum ex iniuncto. de heret. & ibi, in occulto locutus sum nihil. *Vbi sit prædicandum.*

¶ Et isti theologi debent esse clerici, alioqui prędicare nõ possent. cap. sicut. de hęret. vbi laico prędicandi officium prohi- *Clerici debẽt prædicare, nõ laici, nec mulieres.*

Spirituales actus qui sint. betur,quia eis interdicuntur actus spirituales,vt est prædicatio, & decimarum perceptio.c.decimas.16.q.7.ac beneficiorum collatio.c.si quis deinceps.ibidem.& electio.c.quisquis.&.c.massana.de elect.& recipere resignationes.c.quod in dubiis.de renuncia.ac oblationum perceptio.c.quia.& sequent.10.q.1.denique causarum ecclesiasticarum cognitio.c.2.de iud.tam per viam iudicij,quàm compromissi.c.contingit. de arbit. alia ipsis prohibita docto. tradunt in dicto.ca.2. imò laicus prædicare præsumens sine licentia superioris excommunicatur.tex.in c.excommunicamus.1.§.quia verò de hæreti.& alia pœna arbitraria punitur.cle.vlt.in prin.de pœniten. & remiss. tamen non requiritur sacer ordo.licet gl.teneat contrarium, quæ reprobatur in c. adiicimus.16.q.1.Panor.& Imol.in c.dudum.1.de electio. quanuis theologi Parisien.nullum recipiant ad gradum theologiæ, nisi sit in sacris.Item prædicare prohibetur mulier,quanuis docta & sancta sit.ca.mulier. 23.distinct.

Aetas prædicãdi quæ esse debeat. ¶Cuius ætatis debeat esse hic cõcionator,vide in c. presbyter. 78.distin.& decem à quibus cauere debent prædicatores , per Floren.in 3.parte summæ,titu.18.c.4. & septem modos prædicandi.c.seq.vbi licet Christus in 30. anno prædicare inceperit, tamen Ioannes Baptista, Ezechiel,Hieremias,Salomon, Ioannes euangelista, & Paulus à domino in adolescentia.& iuuentute, electi sunt,ob id ratione ætatis si quis bonus alias, & doctus fuerit, non debet à prædicatione prohiberi.doc.in cap.secundum ecclesiæ. 19.dist.

Ex quibus causis verbum prædicationis auferatur. ¶Aliquando tamen aufertur verbum prædicationis ex causa.

¶Primò,propter improbitatem,seu indiscretionẽ.Ecclesiastici 20.c.Ex ore fatui reprobabitur parabola.&.c.adiicimus.16.q.1.

¶Secundò aufertur verbum propter indignitatem , vt Dauid, Quare tu enarras iustitias meas? c. infames.in [illegible].3.q.7.& dicit glo.super illo versi. Non auferas de ore meo verbum veritatis: obmutescit facundia,si ægra sit conscientia.

¶Tertiò,propter insufficientiam.Hiere.1. A,a, domine nescio loqui.c.in scripturis.8.q.1.

¶Quartò,propter audientium malitiam taceat prædicator, ne det sanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos , qui conuersi conculcent eas.c.quando.11.q.3.

¶Quintò , propter timorem persecutionis , vt Petro contigit, qui timore persecutionis negauit Christum.propter hoc tamen tacere malum est. Archid.in c.nolite.2.colum.11.q.3.

¶Et

¶ Et intellige hic lecturæ & prædicationis, diuersis diebus, non vno die. vt postea declaratur.

¶ Et quis istum prædicatorem non habentē theologalem præbendam alere teneatur? vide per de Ripa in li. 1. Respon. c. 15. in fine. & in c. inter. de offic. ord. per docto. & per Bald. in c. quoniam. ibidem. Vbi dicunt expensis curati, *cuius expensis alendus sit prædicator.*

subire [a] voluerit

cùm ipse prædicare debeat, alendum. nisi esset consuetudo in contrarium, & nisi redditus curæ tenues essent, & tunc prouidebit populus de expensis prædicatori, cùm alimenta ipsi tantum præstanda sint, nō pecunia. vt notant Innocen. & alij in c. cum voluntate. de senten. excom. nec valeret consuetudo in contrarium, nisi amore dei illi fieret donum, nō pro labore prædicationis. Panor. in c. suam. de symo. de Rypa, in 15. respon. quia gratis acceperunt, gratis dare debēt. c. gratia. & per totum. 1. q. 1. & hoc modo solet in Francia fieri, ideo qui aliàs potest idoneè viuere sine prædicatione, nihil debet recipere, & ita seruat concionator ægregius. D. Picardus doctor theologus, & decanus in ecclesia sancti Germani Altissiodoren. Parisien. Decem & nouem priuilegia prædicatio habet, quæ docet Hostien. in c. quod dei timorem. de statu mona. & hoc refert Montolo. in verb. prædicare. in fi. in suo iuris promptua.

a ¶ *Subire voluerit*] Et potuerit. c. extirpandæ. §. qui vero. & c. si per inordinata. & c. grauæ. de præbend. c. fi. ibi voluerint, & potuerint. in prin. 16. q. 1. & c. cum in cūctis. §. inferiora. de electio. c. cum inhibitio. de clandesti. desponsa. c. post electionem. in fi. de concess. præben. c. excommunicamus. 1. §. fin. de hæret. c. quia propter. & c. ecclesia. 2. de ele. & in euangelio. Si vis potes me mundare. vnde non sufficeret, si vellet, & esset ignorans. vt tenet Io. de Platea, in l. grammaticos. C. de profess. & medic. lib. 10. c. quia ibi. & tunc si voluerit, nō tamen valuerit. de concessio. prębend. & c. post electionem, in fi. ibidem: licet magnum habuerit animum, vt nobiles & iouiales: alij verò sunt, quorū animus est stricti iuris, teste Bolog. con. 37. licet alias. col. 7. ver. corroboro. *volūtas & potestas in theologo requiruntur.*

¶ Et isti non sunt boni oratores coram principibus, quum animus illis deficiat, vt dicitur de Cicerone orante pro Milone, & etiam D. Budæo quandoque contigit, & Alciato Aueniones, licet excellentes viri fuerint. non sufficit igitur si fuerit mutus, aut aliàs imperfectus. c. sit rector. ibi, sacerdos ergo si prædicationis sit nescius, quam tibi clamoris vocem daturus est præco mutus? neç sufficeret posse, si nollet, c. ad hæc primo. ibi, potest si vo- *Timidi nō sunt boni oratores.*

luerit.de appellatio.c.relatum.ibi,hoc se posse affirmant,sed efficere contradicunt.de cleri.non residen.l.1.§. si quis adita.ibi, possit si volet.ff.ad Tertul. Vnde dicit philos.quòd duo sunt ex quibus humanorum actuum constat effectus,videlicet voluntas & potestas: quorum alterũ si desit,nihil est quod explicari queat.Bal.in c.cum contingat.nu.10.col.4.de iureiuran.& in l.cum te.col.1.C. de donatio.ante nuptias.Barb. consil.123.scripsit in prin.in 4.volu.inter consi. Alex.vbi dicit, ad tollendum statutum,voluntatem & potestatem necessaria. & per hoc dicit Bal. in c.ex parte. col.2.de constitut. quòd voluntas debet esse concreta actui,qui debet perfici.abstracta enim voluntas, id est separata,& per se,quæ reperitur in anima,non perficit actum.vtpote possum adire hæreditatem , & volo , tamen voluntatem meam non applico alicui actui verbi vel facti,non efficior hæres.l.potuit.C.de iure deliberan.Nam tantum distat fecisse à cõcepisse,quantum perfectum ab imperfecto , & quantum semen quod est reconditũ in horreo,quod non fructificat,ab eo,quod est seminatum in agro.abortum enim facit intentio,si conceptũ suffocat in vtero, & non producit in lucem. vnde hanc voluntatem mentalem nunquam exeuntem in actum, abortiuam dico,partus abortiui similitudine.l.qui mortui. ff.de verb.signifi. l.quod certatum. ibi,si viuus ad orbem totus processerit. C.de posthu.hæred.inst.hæc sunt verba Bald.in consilio schisma. in versi.sed in contrarium.col.3.

Volũtas sine actu nõ prodest.

¶ Voluntas igitur hominis, quæ nõ deducitur ad dispositionẽ, censetur abortiua,sicut in posthumo.qui licet sit in vtero cõceptus,si tamen nõ sit perfectè natus,dicitur abortiuus. Bal.in l.1. nu.32.C.qui admitti.Ias.cons.22.in quæst.col.2.in 3.vol.Vnde Iuriscõsul.ait in l.in omnibus rebus.ff.de actio,& oblig. his verbis: In omnibus rebus quæ dominum transferunt , concurrere oportere affectus ab vtraq; parte cõtrahentiũ.Nam nisi animus vtriusque consentit,perduci ad effectum,id quod inchoatur,nõ potest.Sic papa sola volũtate non cõfert præbendas, nisi vltra procedat,& transeat ad actũ dispositiuum, vnde dicit Bal.con. 326.Rex Romanorũ.col.2.in 1.volumine.quòd tria canonicãt omnes actus,scilicet potestas,voluntas,& modus. Nã sine potẽtia nihil ad actũ deducitur,& sine voluntate nil consensu perficitur,& sine modo nil in finẽ suũ dirigitur. & dicit Bal.in l.omne verbum.col.2.C.cõmunia.de leg.vel duo requirũtur,quæ canonicãt oẽs actus,volũtas, & legis authoritas. nã vbi nõ assistit

Tria canonicãt omnes actus. s.voluntas potestas et modus.

iuris

iuris potētia, voluntas inanis est. Bal. in. l. nolle, per illū tex. ff. de acq. hæred. Et si Bal. in. l. cū testamētū. C. de iuris & facti ignoran. dicit tria necessaria, voluntatem, potestatem, & scientiam: sed potentia scientiam comprehēdit, vt tenet Decius in. c. cum super. 4. notab. de offi. deleg. Alibi dicit text. in cle. 2. §. 1. de religios. do. Eligendos esse qui sciant, velint & valeant, quæ notes.

quique [a] bis aut semel ad minus

¶ Vel intellige tex. subire voluerit, id est voluntariè subierit, & non coactè, prout exponit gl. in. l. fi. ff. de rerū diuisio. vbi dicit, qui voluerit transcēdere muros, id est voluntariè transcenderit, & facit ad statutū, quo cauetur, quòd qui voluerit corrūpere mulierē, capite puniatur: quod debeat intelligi. i. si voluntariè corruperit. Secus si mulier eū coegerit. Bar. ibi & Decius in regula, non vult hæres esse. ff. de regul. iur. & per hoc defendit à morte vnū, qui voluit aliquem necare veneno. Frācis. Cremēs. sing. 49. defensaui, &c. quia dicebat statutū, ꝙ qui venenare voluerit, capite puniatur, gl. in. l. 1. ibi, voluerit arbitrari, id est volūtariè fuerit arbitratus. ff. de leg. 2. gl. in. l. fi. in verbo voluit. C. de codicil. Et pro hac expositione consonat verbū actu subire voluerit, gl. in. c. si diligēti. in verbo purgare voluerint. cū effectu dicit gl. de foro cōpet. Barb. cōsi. 21. præclarè. col. 3. & cōsi. 23. col. penul. in 2. volu. Prior tamen expositio magis videtur conuenire textui. *Expositio ad verbū voluerit.*

¶ Et an collatio facta alicui si voluerit, sit cōditionalis, tex. in. l. si ita. §. illi si volet. ff. de lega. 1. decidit ꝙ sic, & sic expresse tenet Ancha. in cle. vna. 6. nota. de concessio. præben. & ibi Bonifa. nu. 4. dicit necessariū extare cōditionē per declarationē voluntatis, & ante illā declarationē gratia est cōditionalis quæ tamen non vitiat collationem. c. 2. de elect. in 6. ob id theologus satis dicitur declarare voluntatē suā, si requirat præbēdā theologalē sibi cōferri, quę trāsit cū suo onere, vt supra dixi in gl. on⁹. vide gl. voluerit in extrauag. vna. ne sede vacāte in cōmunibus, q̄ docet, quot modis declaretur voluntas. vide ibi si te delectet. *Collatio si voluerit an sit conditionalis.*

a ¶ *Quique bis aut semel*] Refertur tam ad magistrum quàm ad licentiatum, & baccalaureum formatū, vt saltē semel in hebdomada legere teneantur, & postquā alternatiuè hic tex. loquitur, theologi erit electio, etiam in alternatiuis iuris. in quibus verba parti dirigūtur, vt hic. & in. l. quicūque. C. de ser. fug. l. 3. ff. de eo ꝙ certo loco. doct. in. c. inter. de rescrip. cū etiā hic diē nō exprimat, arbitrio theologi relictus est, l. 1. ff. de iure deli. Et de hora

idem, nisi dies & hora iam consueta fuerint: quia secundum cõsuetudinem regi debet hic theologus, cum legem soluere non debeat, sed adimplere: exẽplo Christi, de quo in euãgelio, Matt. 5.c. Non veni soluere legẽ, sed adimplere. Et quanuis nõ astringantur hic nisi semel in hebdomada legere, tamen ex bono & æquo, vt ignorantes instruat, tenetur, quanto frequentius potest, argu. c. significatum, de præb.

Arbitrio theologi relinquitur quo die legere velit.

per [a] singulas hebdomadas [b] (impedimento cessante legitimo)

a ¶[*Per singulas hebdomadas*] Etiam si plura essent festa in hebdomada, & si vellet legere singulis diebus vnius mensis, vt computaretur per totum annum, non putarem sufficere, argu. illius emphiteotæ, qui vult censum soluere pro pluribus annis, vt dominus non teneatur recipere, si detrimentum patiatur. Ias. in l. 2. q. 22. nu. 63. C. de iure emph. allegando. Specula. in tit. de loca. §. nunc aliqua. q. 42. Et si non legerit in vna hebdomada, poterit purgare moram, antequam per capitulum puniatur, quia quando dies apponitur à lege, & pœna ab homine, vel contra, tunc admittitur purgatio moræ. glo. in cap. licet canon. in verbo priuatus. de elect. in 6. Ang. & alij in. l. si insulam. ff. de verbo. obliga.

Purgare moram potest theologus.

b ¶[*Impedimento cessante legitimo*] Idem dicitur in c. commissa. de elec. in 6. & in c. cupiẽtes. §. insuper. ibid. cle. vt ij qui. de æta. & quali. Legitimũ impedimẽtum dicitur morbus sonticus, non leuis febricula, seu vetus quartana. l. quæsitũ. ff. de re iud. & . c. ad audientiam. de cleri. non residen. c. eos. de senten. excom. in 6. Nisi esset impedimẽto ad studiũ, cũ quilibet morbus etiã leuissimus studiũ facile impedire soleat, quod alacri animo fieri debet. §. fi. in proœmio instit. facit. c. multum. 3. q. 6. seruire enim nobis intelliguntur etiã hi, quos curamus ægros. qui cupientes seruire nobis, propter aduersam valetudinẽ impediuntur. verba sunt iurisconsulti, in. l. cum hæres. §. stichus. ff. de statu lib. & nedum morbus sui corporis excusat. l. qui cum vno. in fin. ff. de re milita. ibi, affectioni parentum & affinium. c. si episcopus. 18. distin. sed etiam morbus suorum. glo. in c. communis. 23. dist. Alexan. & Ias. in. l. 2. §. si quis. ff. si quis cautio. Et sui dicuntur quo ad hoc vsque ad quartum gradum. Bal. in. l. petitionẽ. C. de aduoca. diuerso. iudicio. Barb. cons. 28. clementissimum. col. 3. in 2. vol. glo. & docto. in. c. requisisti. de testa.

Legitimũ impedimẽtũ quid sit

¶Item pestis dicitur legitimum impedimentum. c. ad supplicationem.

tionem.de renuncia.c.ex parte.in 1.de appel.l. ſed ſciendum.& ſeq.ff.ad trebel,

¶Præterea bellum.gl.in verbo guerrarum.de authoritate ſacri concilij.in prag.Bal.in conſi.45.lata fuit.in 3.vol.

¶Itē ſi erat in carcere.Bal.& alij in.l.2.ff.de in ius vocā.&.l.2.§.fuiſſe.de cuſtodia reorum. Alex.in d.l.quæſitum.

¶Itē quādo is locus in quo legebat,nō erat tutus propter inimicos,quibus nullus tenetur ſe exponere,etiam cum literis de ſaluo conductu.c.accedens.2.vt lite non conteſtata.

¶Itē ſi ſit pro eccleſia impeditus,vel medicinā illo die ſumpſerit.c.vno.§.qui verò.de cleri.non reſidēt.in 6.& ibi Peruſ. Alia impedimēta an ſint legitima,relinquitur arbitrio iudicis.& boni viri.gl.in c.ſi quis iuſto.de elect.in 6.tex.& ibi no.in c.ſciſcitatus.de reſcr. Non eſſet tamen legitimū impedimentū, ſi theologus eſſet in ſeruitio epiſcopi aut archiepiſcopi,ſeu cardinalis: quia eſſet eccleſiæ detrimento.c.pen.de cle.non reſiden. quanuis alius regulariter cēſeatur pręſens,qui eſt in ſeruitio epiſcopi.c.cum dilectus.c.ad audientiam.de cleri. non reſiden.gloſ.in prag.eo.tit.& verbo. Requiritur tamen quod hoc impedimētū ſit ineuitabile.c.2.& ibi doct.de teſti.c.ſciſcitatus.ibi,aut ineuitabilis neceſſitatis articulo impediri. de reſcrip.nam impeditus non excuſatur,quando poteſt remouere impedimētum. c.fi.de elec.l.quibus.in prin.ff.de condit.& demonſt.

Theologus in ſeruitio epiſcopi exiſtens non excuſatur.

¶Quæro an durāte impedimēto legitimo theolog9 debeat ſeruire p ſubſtitutū?vel eo ſano teneatur ſarcire? Videtur ꝙ ſic.per l.nullus qui.in fi.C.de decur.li.10. Et in famulo probatur quod teneatur ſeruire tāto tēpore quāto nō potuit ſeruire.gl.& Bar. in l.ſi vno.§.itē cū quidā.ff.locat. Auff.deciſio.Thol.q.359.Cōtrariū eſt verū,tū quia electa eſt induſtria theologi,& inter artifices & lectores lata eſt differētia.l.inter artifices. ff.de ſolut. tū etiā,quia quādo quis impeditur caſu,non tenetur dare ſubſtitutū.l.matriculā.in fi.C.de agētib.in reb.lib.12.&.l.fi.in fi.de proximis ſacro ſcrinio.eo.lib.glo.& Bar.in.l.1.§. diuus.ff.de variis & extraord.cognitio.Et hoc probatur in hoc tex.ſumēdo argumētū à cōtrario,videlicet ꝙ theologus tenetur legere ad minus ſemel in hebdomada ceſſante impedimento.ergo ſi ſit impedimētū,nō tenetur,& ſic nō per ſe,nec per ſubſtitutū,nec eo ſano tenebitur ſarcire,cū legere tēpore infirmitatis nō teneatur.& ſic perit obligatio pro illo tēpore ſicut periret per interitū ſpeciei in obligationē deductæ.l. quod te.ff.ſi cert. pet.&.l.ſi ex legati.

Theologus impeditus non debet ſeruire per ſubſtitutū.

de verb.oblig.gl.in prag. sanct.in rub.qualiter horæ cano.sint dicen.in verb.syncopãdo.quod intellige quãdo impedimẽtum esset tẽporale,secus si perpetuũ, quia tũc,ne vtilitas publica pereat,debebit seruire per substitutum.per ea quæ dixi supra eo.in gl.studuerit. Sic dicimus in prouiso per resignationẽ, qui obstã te legitimo impedimento non potuit bullas prouisionis habere infra sex menses,vt non obstãte regula.34.cãcel.possit postea adipisci possessionẽ etiã nõ habita protestatione.& talis remanere debet illęsus.no.in propriis terminis Auriol.in addi.ad Guillel.in c.pen.de elec.in 6.quia impedimẽtũ excusat p supradicta.

Possessio post sex mẽses quãdo possit adipisci.

¶Si verò steterit per mẽsulariũ seu bãquariũ,qui erat obligatus dare bullas intra duos mẽses alicui,& nõ dederit, ob id ille perdidit beneficiũ,cõdẽnabitur mẽsarius ad interesse,quod nõ potest esse minus,q̃ valor beneficij amissi,nã si cẽtum libris singulis annis valebat,tãtũ dabit mẽsarius illi,quousque procurauerit beneficiũ similis valoris cõferri isti.per.c.inter.de præb.l.locum §.cõdẽnatio.ff.de tab.exhib.Ita fuit dictũ in senatu,anno 1525.

Mensularius qui nõ dedit bullas tempore legitimo adquid teneatur. Arrestum.

¶Quæro quis teneatur probare impedimentũ? Respon.qui alleg.l.2.&.l.quotiens.§.qui dolo.ff.de prob.& ibi addidi.&.l.actori.C.illo ti.Itẽ quæro quomodo impedimẽtũ possit probari? Respon.tex.in.l.vlt.§.illud.ibi,euidẽtissimis probationibus. C.de tẽp.ap.& sic per testes.quod fallit quãdo impedimentum non posset per testes facilè probari,quia tũc probabitur per iuramentum,& hoc arbitrio iudicis relinquitur.l. thesaurus.ff.ad exhiben.l.fi.C.de fide instr.Perus.in.c.ex ratione.col.3.de app. Et maximè si sit honestus vir is, qui impedimẽtum alleg.Guid. papæ in suis decisio.q.64.si altera pars.& q.205.in causa.Ias.& alij in.l.2.§.quod diximus. ff. si quis cautio. Henric. Boteus in trac.de synodo episcopi in secunda parte,

Quis impedimentum & quomodo probare possit.

¶Notandũ est,quòd nõ sufficit probare impedimẽtũ,nisi probetur,quòd fuit causa quare non legit,quia ante infirmitatẽ legere solebat.l.pen.§.docere. ff.ne quis eũ qui in ius vocatus est vi exi.Pan.in.c.plerũque.col.vl.de rescr.& debet quis protestari de impedimẽto,quod per eũ nõ stat,vel probare debet se adhibuisse diligentiã,ad euitãdũ impedimẽtũ, vt firmãt Bar.& alij in.l.2.ff.si quis cautio.Boer.decis. Burdeg.q.40.quæritur, Bart. in.l.2.§.quod diximus.ff.si quis cautio.&.l. qui commeatus.de re milita. Dec.consilio 552.viso.colum.1. & in.c.sciscitatus.vlt. no.de rescript.vnde si canonicus probet valetudinẽ,nõ sufficit, vt habere possit distributiones quotidianas id temporis,nisi ap

Probari debet impedimentũ fuisse causam cur actum non fecit.

pareat, quòd propter eã nõ interfuit diuinis, probãdo quòd sanus cõsueuerat interesse. Alioqui absens infirmus distributiones recipere vellet, quod nõ est ei permittẽdũ. Feli. in. c. ex transmissa. col. 1. de præscrip. Ias. in l. properandũ. §. sinautẽ vtraq;. col. 1. C. de iud. Iacob. in. l. in exceptionibus. §. si. ff. de prob. doc. in c. ex ratione. de appel. Corse. in singu. incipi. infirmus.

legere a quod nõ tã exactè seruamus, si probetur impedimentũ. vt scribo in praxi benefi. in rescr. de nõ residẽdo.

a ¶ [*Legere*] Euãgelia, & librũ bibliorũ debet, nõ Bocatij seu Pogij fabulas. de Moyse enim dicitur Exo. 24. c. assumens Moyses volumẽ fœderis, legit audiẽte populo. & 4. Reg. 23. c. Legit Iosias cũctis audiẽtibus omnia verba libri fœderis. & Iosu. 8. c. Legit omnia verba benedictionis, & maledictionis. & Luc. 4. c. dicitur, quòd intrauit Christus secũdũ cõsuetudinẽ in synagogã, & cœpit legere, & traditus est illi liber Esaiæ prophetę: vt reuoluit librũ, inuenit locũ vbi scriptum erat, Spiritus domini super me, eò quòd vnxit me. & quicũque legerit hãc scripturã, & interpretationẽ notam fecerit, purpura vestietur, & torquẽ aureã habebit in collo, & tertius in regno meo erit. Dan. 5. c. & 3. Esd 9. c. dicitur de Leuitis, qui legebant legem domini, & præferebant singuli eos qui intelligebant lectionem. Ergo legendus est liber diuinæ scripturæ, vt per illum rectè dirigamur. *Legere quid debeat theologus.*

¶ Posset etiã legere decretorum librum, qui sanctorũ patrũ statuta, & cõsiliorũ generaliũ cõtinet. c. de libellis. 20. dist. Ideo dicitur, ibi, in. c. seq. si decreta sanctorũ patrũ non habetis, de neglectu atq; incuria estis redarguẽdi. si habetis, & nõ obseruatis de temeritate estis corripiẽdi. & alibi, Nulli licet canones ignorare. c. nulli. & c. omnes. 38. dist. Et sciẽtia canonica est practica theologiæ, vt dicit gl. hic, & ideo theologo necessaria. Flor. in 3 pte summę, ti. 5. c. 2. §. 2. tex. pulcher. in. c. q ecclesiasticis. 36. dist. *Liber decretorũ possit à theologis legi.*

¶ Et intellige, legere habeat, ac ĩterpretari, nec sufficeret ad corticẽ legere, vel ad verbũ, & non declarare: vel legere oculo mentali, & corporis, aut legere superficialiter, & nõ intelligere: quia legere & non intelligere (vt dicit Cato) negligere est. vel legere in camera, arbitris semotis. Sic tradit Barb. in repet. l. cũ acutissimi. col. 71. C. de fideicõmiss. per. l. 1. §. legi. ff. de his quæ in testamẽto delent. Bal. in marg. in verb. legere. gl. & ibi Fel in proœ. decretal. in prin. tex. in extrau. nõnunquã. in uerbo legere ac intelligere. de verb. signifi. in extrauag. Io. 22. vbi glo. dicit parum esse legere, nisi adsit intelligere: & perfectissima lectura dici nõ *Scientia canonica est theologo necessaria.*

meretur, nisi diligétissima ac exactissima legétis interpretatióe singula tradantur. §. his igitur. insti. de iusti. & iur. Et lectio debet manifestè declarare sensũ scripturæ. l. 2. ibi lectio manifestè declarat. C. de delator. lib. 10. Anth. de Butr. in repet. c. vestra. no. 15. de coh. cleri. ná qui ea docét, quæ ab auditoribus nó valent intelligi, nó ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem legunt. c. fin. 43. dist. & alij inter legendum verbis oratoriis & obsoletis vtuntur prætermissis canonum & legum vocabulis propriis, cum ea ignorent. Barb. in. c. Raynaldus, col. 84. de testa. & hic affectatus modus semper iuris consultis fuit molestus. l. 2. §. post hos quoque. ff. de orig. iur. dixi. in 8. notab. repet. l. vnicæ. C. de sententiis quæ pro eo quod interest. Catellia. Cotta. in 2. parte memoralium. in verbo legere. & sacerdotes dei omissis euangeliis & prophetis videmus comedias legere, bucolicorum versuum verba cantare, tenere Virgilium in manibus, & id quod in pueris adest causa necessitatis, crimen in se facere voluptatis, verba sunt Hierony. in. c. sacerdotes. 37. dist.

Publicè legat theologus, alias non excusatur à residentia.

¶ Intellige quòd debeat publicè legere & non domi, nisi instante necessitate. c. 1. & c. quia de magist. c. cum ex iniuncto, de hæret. & in proœ. ff orum. § hæc autem tria. nec tenebitur legere, si non habeat auditores, sed tenebitur diuinis interesse, sicut alius canonicus, quia ratione lecturæ excusatur, ergo ea cessante, debet effectus & dispensatio de non residédo cessare. c. cum cessante. de appella.

Theologus an possit legere per substitutum.

¶ Quæro an possit legere per substitutum? Videtur quòd sic, per tex. in l. 1. in fi. ibi. per substitutum. C. de præpositis agét. in reb. lib. 12. Secundò facit tex. in. l. quisquis. 1. C. de episcopis & cleric. c. scripsit. 7. q. 1. Contrarium est verius, tum quia electa est industria istius theologi, & posset inhabilem substituere, & inter artifices lata est differentia, l. inter artifices. ff. de solut. Secundò probatur in. l. nullus qui nexu. C. de decurio. lib. 10. quæ sic dicit, nullus qui nexu generis curiæ tenetur obnoxius per substitutam quancũque personam curiales impleat functiones, sed ipse per se debitum patriæ munus exoluat, nisi hoc speciali beneficio sit concessum. probatur in l. 1. & ibi glo. C. de mancipiis. & colo. lib. 11. Bar. in l. nemo. ff. de duob. reis. l. his quidé. C. qui militare non possunt. lib. 12. l. vna. §. ne autem. de cadu. tollend. Roma. in repet. l. si vero. §. de viro. fallen. 16. & 19. ff. solu. matri. & sing. 64. Ang. in. §. 1. de vsufruct. in lib. instit. Barb, & alij in. c. 1. de sum. trin. atque in tract. de præstan. Card.

in. 9. q,

in 9.q.1.partis. Et contraria sunt specialia in casibus, scilicet à iure expressis.& tunc quádo quis legit per substitutum, debet seruire per hominẽ eiusdem conditionis. d.l.1.C.de præposi. Corse. sing. incipien. substitutus. glo. in prag. eo. verbo. vide quæ dixi in glo. impedimento. supra eod.

debeat[a]. Et quotiens[b] ipsum

a ¶ [*Debeat*] Necessitatem notat. gloss. in cle. attendentes. in verbo debeant. de statu monach. tex. in l. prætor. ff. de edend. Soci. consil. 73. capiẽdo. col. 2. in 4. vol. Idem in verbo tenetur. cle. exiui. §. item ordo. de verb. sig. & supra dixi. Idem in verbo oportet. c. super inordinata. & ibi Panor. 1. notab. de præb. glo. in c. fi. de litis cõtest. in 6. Idem de verbo iubeo. gl. & docto. in l. sæpe au diui. ff. de officio præsid. Idem in verbo imperare, & præcipere. c. fin. 14. q. 1.

Verba quæ important necessitatẽ.

b ¶ [*Et quotiens*] Intellige quotiens defecerit, scilicet semel in hebdomada, nõ quotiés defecerit, scilicet in singulos dies, quia cum nõ teneatur legere vltra bis, aut semel in hebdomada, vt supra est declaratũ, nõ est verisimile quòd statim iste tex. se corrigat; l. non ad ea ff. de condit. & demonstra. alioqui posset dici, huy, tam cito? dixi in. l. vnica, no. 4. C. de sentent. quæ pro eo ꝙ interest. nu. 13. Et hæc dictio quotiens, iteratiua est. l. fina. C. de indict. viduit. tollend. l. quotiens. ff. qui satisd. cogát. & quot actus requirat, vide Bart. in l. cum qui certarum. in fi. ff. de verb. oblig. & de dictione totiens quotiens, vide Alexand. consi. 145. quoniam. in 2. vol. Et vult dicere tex. toties debet puniri theologus, quoties defecerit semel legere in hebdomada.

¶ Quid si capitulum velit dispensare, vt nullo modo teneatur legere, an possit? videtur ꝙ sic, quia arbitrio capituli relinquitur, vt hic patet in tex.

Capitulum an possit cũ theologo dispensare.

¶ Contrarium teneo, quia præbenda est data cum onere lecturę, quod onus non potest capitulum remittere, vt notatur in ca. significatum. de præben. nam si re priuetur theologus, id est lectura, nec nomen habere meretur, quod sit præbẽda theologalis. c. cor episcopi. 68. dist. l. à nullo. C. de feriis. Puto tamen ꝙ ex causa posset capitulum per aliquod tempus modicum dispensare, non per longum tempus: quia reipublicæ interest vt legat, cuius scientia mundus illuminabitur. authen. habita. C. ne filius pro patre. & hic relinquitur punitio capitulo, non dispensatio: & intellige cessante impedimento, vt supra ddictum extitit.

Prædicare quoties teneatur theologus. ¶Item cùm prædicatio non fuerit taxata, credo quòd etiam semel ad minus, die videlicet dominico, vel alio die festo prædicare teneatur. & hoc tenet glo. in verbo habeat: quia vna determinatio determinans duo determinabilia, ea pariter debet determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulga. Si tamẽ sint tria festa in hebdomada in quibus sit prædicandum, prædicare tenetur, & hoc etiam approbat consuetudo. licet non exprimatur in hoc tex.

in huiusmodi lectura deficere [a] contigerit, ad arbitrium [b] capi-

Theologus per horam legere debet. a ¶*Deficere*] Deficere dicitur, si omnino non legat, vel modicum: quia semel in hebdomada debet legere, & per horam. Nam ita consueuerunt alij lectores legere, & bonum est argumentum à solitis. l. si quis donaturus. ff. de vsufruct. & ibi addidi. l. certi cõdictio. §. si nummos. ff. si cert. peta. Putarem tamen non posse puniri si modicum horæ omitteret, argu. l. primæ. in fine. ff. de vent. inspiciend. quia paruus defectus non nocet. l. quanuis. ff. de conditio. & demonstra. Et Bald. in ca. cùm adeò. col. 2. de rescript. dicit quòd qui parum transgreditur, non vituperatur. & sic de modico non curatur. l. scio. ff. de in integr. restit. & Corset. in tracta. suo de minimis, vbi casus hincinde tradit. Vide quot modis quis dicatur deficere, in. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. diminutio. & in ca. 1. §. fin. & ibi glo. & Domi. de elect. in 6. & per Berch. in verbo deficere. & quid differat à decedere, tradit Decius consi. 227. in casu. col. 2.

Capitulum an maiorẽ pœnam imponat. b ¶*Ad arbitrium capituli*] Nec poterit capitulum ex defectu lecturæ maiorem pœnam imponere, cùm hic sit taxata, videlicet vltra subtractionem distributionũ totius hebdomadæ: & sic nõ posset punire in subtractione distributionum totius mensis, vel in fructibus grossis, licet glo. in verbo possit in pragm. contrarium teneat, videlicet durante pertinacia: quod non est verum. sed si alio modo deliquerit, alia pœna imponi potest: vt in rub. de iis qui tempore diuini offic. vagan. sed non pro simplici defectu lecturæ. quod est bene notãdum: nam quando pœna à iure statuta est, vt hic, non debet transgredi sine magna causa. l. quid ergo. §. pœna. & ibi Bar. ff. de his qui notan. infam. & Bar. in l. hodie. ff. de pœnis. & in l. 3. C. ne sacrum baptisma reitere. & l. 1. vt infra certum tempus crimina. quæstio terminetur. not. in. c. in archiepiscopatu. de raptoribus. Nec obstat quòd hic relinquatur arbitrio capituli: quia verum est vt possit punire deficientem

Pœna à iure statuta non debet transgredi.

cientem

cientem ad hác pœnam si velit, sed non vt aliá pœná imponere possit: alioqui dixissent conditores, vt dicit text. in. c. ad audien tiam. de decimis. nec tex. dicit ad voluntatem, sed ad arbitrium. nam verbum arbitrium importat iudicium boni viri. Panorm. in c. 1. col. 4. de sequest. possess. & fruct. Ias. in l. si sic. ff. de lega. 1.

tuli per subtractionem distributionum ᵃ totius hebdomadæ

Volútas verò refertur ad absolutam voluntatem, non ad regulatam rationé. Bald. in l. voluntatis. col. 1. in fi. C. de fideicómiss. Et in l. si cum ea. de do tis promissio. Panor. in c. 1. notab. 3. de his quæ fiút à maio. par. capitu. Bar. plenè in extrauag. ad reprimendum, in verbo videbitur. quomodo in læsæ maiesta. crimine procedatur. Et Ias. in §. in bonæ fidei. insti. de actio. repetentes. in cle. sæpe. in. §. non sic tamen. in glo. defensiones. in fi. de verb. sign. vbi plenissimè per Geor. nathá. dixi in tract. nomina. q. 21. Vult dicere text. ꝙ si theologus defecerit à lectura: poterit capitulum, si sibi videatur, punire eum per subtractionem distributionú totius hebdomadæ. ergo si videat theologum ex iusta causa non legisse, non puniet eú: ideo eius arbitrio hic relinquitur, quo ad impositionem pœnæ, non quantam pœnam imponat, quia ex inuidia maiorem imponere fortè vellent, ob id iste tex. taxauit pœnam, ad arbitrium tamen capituli imponendam.

Differétia inter arbitriú & voluntatem.

¶ Non potest tamé capitulum ecclesiæ maiores fructus beneficiati absentis sine licétia episcopi recipere, nec de illis prouidere, teste Fely. in ca. olim. col. 2. de rescrip. ideo hic data est potestas capitulo puniend. alioqui non posset, nisi ex consuetudine vel priuilegio haberet iurisdictionem, vt in capitulo Bituricen. vide cap. cùm contingat. & ibi n ot. de foro competen.

a ¶ *Distributionum*] Capitur hic pro prouentibus. qui quotidie distribuútur his qui intersunt diuinis officiis, ac horis canonicis sine fraude. c. licet. de præben. Et istæ verè sunt quotidianæ distributiones, vt in extrauag. cùm nonnullæ. de præb. in extrau. communibus. Decius consi. 280. in casu. col. 1.

De distributionibus.

¶ Et puto anniuersariú hic etiá cóprehendi. Lappus alleg. 43. an residés, tú ꝙ æquiparetur distributionibus. c. vno. in fi. de cleri. nó resid. lib. 6. tum propter rationis identitaté. c. si postq̃. §. 1. de elect. in 6. Sic concludit glo. in prag. in §. iubet. in verbo distributiones, quo tempore quis debeat esse in choro. Lappus. d. allegat. 43. an residens. Sed fructus grossos non perdit, nec di-

Anniuersaria comprehendútur appellatione distributionum.

ſtributiones alterius præbendæ,arg.c.ſi cõpromiſſarius.de elec. in 6.Et ſic etiá pané qui in ſingulos dies datur poſſet amittere, cùm cõprehendatur appellatione diſtributionũ.Cardi.in.c.dilectus.in 1.col.4.de præb.vbi etiá dicit cõprehendi portiones priuilegiatas,ſed nõ quo ad hunc tex.cũ potius cõputẽtur inter fructus groſſos.quia portio priuilegiata dicitur, quando omnes reditus ſunt cõmunes,& percipiuntur per vnũ loco capituli,& in fine anni fiũt certæ portiones ſecundũ priuilegiũ,ſeu ſtatutũ, & cuilibet datur portio ſua nõ habita ratiõe alicuiꝰ reſidẽtiæ,aliàs dicerẽtur verę diſtributiones.Panor.ibidẽ.Vide Panor.& Fely. in c.cũ olim.de re iudic.gl.in §.itẽ cẽſuit.in verbo numerus.co.ti.in prag.vide.P.Pau.Pari.in cõ.32.licet.col.1.& ſeq.in 4.vol.

Qua dicatur portio priuilegiata.

¶Et iſtæ diſtributiones accreſcunt aliis canonicis intereſſentibus diuinis.clemen.vt hi qui.in verb. pars dimidia. de ætate & qualita.Quod intellige,niſi ex ſtatuto daretur certum quid ſingulis canonicis.glo.in verbo neque.de tenentibus capitula tẽpore miſſæ,in pragma.vel niſi eſſent fructus groſſi,qui applicantur eccleſiæ,glo.in verbo ſuſpenſus.in clemẽ.vlti. de vita & honeſta.clerico. Felyn.in ca.apoſtolicæ. col.5. de exceptio. Decius in cap.1.not.8.de iud.in 2.lectura.

Diſtributiones abſentiũ,an præſentibus accreſcant.

¶Et fuerunt iſtæ diſtributiones quotidianæ inuentæ in honorem cultus diuini,vt beneficiati facilius conuenirent ad diuina. clemen.vna.de reliq.& venerat.ſanct. Panorm.in. d.c. licet. in 2.no.ab.& Petr.Paul.Pariſien.conſil.33. in eccleſia. in princ.in 4.volu.Et ſunt in triplici differentia.vt per glo.in §.iubet.verbo diſtributiones.quo tempore quis debeat eſſe in choro. & vide ibidem gloſ.in verbo actualiter,& in verbo percipiunt. Nec valet ſtatutum, vt fructus groſsi reducantur ad diſtributiones quotidianas,tum quia non eſt in poteſtate inferioris vires priuilegij abſoluere,vel eludere.c.vlti.de renũ. in 6.tum etiam,quia aperta eſſet via ad tollenda priuilegia ſtudij,contra papæ,ac imperatoris intentionem. Anto.de Butrio.con.42.viſis.col.1.vbi fuſius probat.& in addi.ad Ioá. Mona. in c. fi.de reſcript.in 6. Et an decima papalis vel regalis ex diſtributionibus ſolui debeat,negatiuè concludit Marc.de Mantua.in con.1. tum ꝙ diuinus relinqueretur cultus,&quia in literis excipi ſolẽt, & aliis rationibus quas ibi videre licet. Et an clericus conuertens fructus ſui beneficij in malos vſus teneatur ad reſtitutionẽ? quòd ſic,& etiam hæredes corũ,& ideo magni epiſcopi & cardinales multotiens non habent hæredes.Præpo.in ſumma.44.diſt.

Diſtributiones quotidianæ cur inuentæ ſint.

Clericus cõuertens fructus beneficij in malos vſus ad reſtitutionẽ tenetur.

punirì poſsit : [a] & ſi reſidentiam deſeruerit, [b]

a ¶[*Puniri poßit*] Si capitulum velit, quia hoc verbum poſſit, eſt verbum voluntarium, & non importat neceſsitatem, vt dicit iuriſconſultus Vlpian. Sæpe audiui Cæſarem noſtrum dicentem, hac reſcriptione, eum qui prouinciæ præeſt, adire potes, non imponi neceſsitatem proconſuli, vel legato eius, vel præſidi prouinciæ, ſuſcipiendæ cognitionis, ſed eum æſtimare debere, an ipſe cognoſcere, an iudicem dare debeat. in l. ſæpe. ff. de offic. præſi. & l. non quicquid. de iud. & l. 1. C. quomodo & quando iudex. tex. iuncta glo. in verbo poſsit. in c. ſtatutum. §. 1. de reſcrip. in 6. Corſet. ſing. incipiente poteſt. gloſ. in cle. auditor. de reſcript.

De verbo poteſt an & quando importet neceſſitatem.

¶ Aliquando tamen importat neſsitatem ſecundum ſubiectam materiam. l. 1. & ibi Alex. & alij. ff. de iuriſdict. omnium iudi. l. ſi mandauero tibi. §. fi. ff. mand. auth. ſed periculum. C. ſine cenſu vel reliquis. Vel quando poteſt & debet iungũtur. c. oblatæ. de appella. c. 1. de conuerſio. coniuga. l. cum poſtulaſſem. §. fi. de dã. infect. l. 2. C. quemadmodum teſta. aperian. Idem ſi negatiua præcedat verbum poteſt. gl. ſing. in c. 1. de reg. iur. in 6. tex. in c. 1. de cauſa poſſeſ. de hoc verbo vide gloſ. in c. faciat homo. 22. q. 2. & in c. ſciſcitatus. de reſcrip. Bart. in l. gallus. in princ. ff. de libe. & poſthu. & in l. 1. de iniuſto. rupt. teſta.

Poteſt & debet neceſſitatem important.

b ¶[*Deſeruerit*] Deſerere propriè dicitur quãdo cõſuetudinem & animum ad hanc præbendam reuertendi reliquit. §. pauonũ. inſtit. de rerũ diuiſio. & dicitur deſertor. c. placuit. 21. q. 2. & milites deſertores. l. deſertoré & per totum. ff. de re milit. Alioqui ſi ex cauſa, animo tamen reuertendi eſſet ruri per modicum tempus non videtur reſidentiam deſerere, quia qui corporaliter eſt in vno loco, & voluntate & mẽte in alio, videtur eſſe eo loci, in quo animo, non in eo, in quo eſt præſens. l. nihil. ff. de captiuis. nec videtur ibi morari, vbi eſt ad modicum tempus. l. 2. & ibi Alber. & alij. C. de verbo. ſign. Soci. plenè in l. ſi quis ita legauerit, vlt. nota. ff. de conditio. & demon. l. pen. ſi ſeruus exportã. veneat. l. ex facto. §. rerũ. & §. cũ fundus. ff. de hæred. inſt. Quod facit ad hoſpitem, vt non videatur receptare bannitum, ſi tranſeat per villam publicè, & bibat ibi in taberna, & ſtatim recedat. Alber. in tract. ſtatu. in 4. parte. q. 8. facit l. quæſitum §. fin. & l. ſi ita legatum. ff. de lega. 3. hæres abſens. §. 2. ff. de iud.

Deſerere quando dicatur, & quomodo à derelĩquere differat.

No. pro receptatore.

¶ Differunt tamen deſerere & derelinquere, qui enim derelin-

quit, ex pœnitentia non reuocat. l. 1. ff. pro derelicto. §. hoc amplius. inst. de rerũ diuisio. sed qui deserit, reuocat. l. qui agros. C. de omni agro desert. & ibi Bar. & Platea. lib. 11. Et deserere quo ad hunc tex. dicitur, quando monitus à capitulo non venit. c. ex tuæ. de cleri. non residen. nam & si monitio non requiratur in curatis. c. ex tirpandæ. §. qui verò. de præbẽd. c. licet. de elect. in 6. tamen in præbendis & aliis beneficiis simplicibus bene requiritur monitio, nec in istis inducitur correctio iurium antiquorum requirentium monitionem. glo. hic, in verbo prouideatur, in prag. nec poterit priuari, si reuertatur ante priuationem. c. inter. ibi, nisi redierint. de cleri. non resident. Et maximè si ante tres monitiones. Ioan. de Selua. in tracta. de beneficio. in 4. parte. q. 5. & not. in d. c. ex tuæ.

Monitio requiritur ante priuationem.

de illis [a] alteri [b] prouideri debeat.

¶ Si tamen tam diu absfuerit, vt dubitetur an viueret, an mortuus esset, tunc posset hæc præbenda, & aliud beneficium alteri conferri. gl. sing. in c. non oportet. in 1. de cõsec. dist. 5. quam sing. notat Cors. sing. incipiente vagabundus. Et quando dubitatur an procurator viuat, vel mortuus sit, finitur mandatum. tex. sing. in l. libera. ff. de peculio. secundum Ro. sing. 215. morte. Barb. consi. 11. scripsit. col. 9. vol. 1. Et in repet. rub. C. qui admitti. col. 48. quod est notandum, quia vidi in practica.

Si dubitetur de beneficiato an viuat, vel mortuus sit, potest beneficium cõferri.

¶ Si tamen postea reuertatur is, de quo dubitabatur, an viueret, recuperabit beneficium suum, acsi non esset alteri collatum, nisi fuerit per sententiam priuatus propter non residentiam, tũc appellatione opus erit. docto. in d. c. ex tuę. &. c. vnico. de cleric. non resident. in 6.

a ¶ *De illis*] Scilicet canonicatu & præbenda. & sic cum connexa sint canonicatus & præbenda, vtrunque simul est conferendum, vt hic. & probatur in c. dilecto. de præben. & supra dixi in verbo canonicatum.

b ¶ *Alteri*] Alteri magistro, licentiato aut baccalaureo formato. dictio enim alteri, eandem qualitatem videtur repetere, sicut dictio alius. cle. 1. de rescriptis. Et eo ordine quo supra dictum extitit, videlicet vt prius doctori in theologia de hac præbenda (si inueniatur) secundò licentiato, in defectum doctoris, tertiò, baccalaureo formato (quãdo non reperitur licẽtiatus) prouideatur. Et sic quãdo fieret permutatio per theologum de ista præbẽda alteri quã supradictũ est, non valeret, quia rei affixum

Theologus an possit cũ nõ theologo permutare.

est

est onus, vt patet hic. ideo res cum onere trāsibit, vt lege traditio. ff. de acquirend. rerū dominio. l. alienatio. de cōtrahend. emptio. posset tamen doctor permutare cum licentiato vel baccalaureo formato, sed non cū simplici, quē currentem dicunt, cùm sit huius præbendæ incapax. quod si fieret, posset per alium theologum capacem requiri & acceptari.

Et vt liberius [a] studio vacare possit, etiam si absens [b] fuerit à diui-

¶ Imò non posset iste theologus, qui iam resignauit suam præbendam non capaci ad eam redire, etiam si esset adiecta clausula non aliter, nec aliàs, quia non est vsus concessione iuris. cle. vna. de rerum permutatio. vt dixi supra in rub. de regia. §. 1. gl. etiam per cessionem. in fine.

¶ Item vbi qualitas exigitur in aliquo, si nōn adsit, deficit actus. l. cui eorū. §. affinitates. ff. de postulan. l. fi. §. ait lex. de diuort. Resignatio tamen valebit in præiudicium resignātis, si superior approbet, alioqui poterit superior eam ratā nō habere. c. quod in dubiis. de renunciatio. Imò si collatio fuerit facta non theologo, & postea alius theologus prosequatur, quod videns episcopus cōfert præbendā non theologalem cū isto onere theologo, demum euincitur præbenda theologalis à primo per theologū, quæritur an secūdus theologus habebit præbendā cū hoc onere. Respon. ꝙ non, sed onus habetur ꝓ nō adiecto, & collatio facta isti secūdo theologo valuit. nō tamē dicetur præbēda theologalis, nec poterit post mortē istius acceptari ꝑ theologū, vel requiri tāquam theologo affecta. gl. in prag. verbo. de alio.

a ¶ *Liberius*] Studium liberum esse debet à cura rerum temporalium. authen. habita. vbi scripsi in nono requisito. C. ne filius pro patre. & ab oneribus & exactionibus. l. 1. & sequent. C. qui ætate se excusant. li. 10. Et liberum debet esse studium in eundo, stādo & redeundo. dict. authen. habita. & ibi multa dixi in priuilegiis scholarium, quæ hic nō repeto. & in c. quia. hoc anno interpretando in hac Parisien. vniuersitate, de concessio. præb. *Studium liberum esse debet.*

b ¶ *Absens à diuinis*] Intelligendum est si absens fuerit ratione studij. secus si ratione voluptatis, cum text. hic dicat, vt liberius possit studio vacare. & sic patet quòd si non legat, vel studeat, debet diuinis interesse per istū textū à ratione cessante, & ita vidi seruari apud Bituriges, etiam si theologus præsens fuerit in ciuitate, vt supra dictum extitit, & hoc exprimit hic text. dum dicit à diuinis. Si tamen ratione studij esset fatigatus, liceet *Absens ratione studij recipit distributiones, secus si absens fuerit causa voluptatis.*

nõ studeret, posset tamen percipere distributiones quotidianas: quia ratione studij hoc fit. Hic si quærerẽ congerere materias, possem sexcentas quęstiones de absente & de absentia tractare, sed prosequor tantùm tex. & eius propriá materiá, nó vero incidentem. vide in l. absentem. ff. de verbo. signific. & ibi scripsi.

nis, habeatur [a] pro præsente, ita vt nihil [b] perdat.

a ¶ *Habeatur pro præsente*] Sunt verba addita vltra pragma. & sunt valde rationabilia: nam qui abest à ciuitate causa studiorũ, dicitur esse in ciuitate. l. Seię. §. pamphilæ. ff. de fundo instruct. l. quæsitum. in princ. de leg. 3. tamen non habetur pro præsente in diuinis. vnde legitima causa absentiæ, licet fingat interdum quem haberi pro residente. c. decætero. & c. cum dilectus. de cleri. non resid. tamen non fingit eũ haberi pro præsente in diuinis. text. in c. licet. & ibi Imo. no. de præb. hic tamen fauore studij & lecturæ, vt liberius studio vacare possit theologus, pro præsente habetur etiam in diuinis. & ni fuisset hic expressum, hoc non diceremus, vt nota. in c. vno de cleri. non resid. in 6.

Theologus in diuinis fingitur præsens ratione studij et lectura.

¶ Et hoc intellige per fictionem translatiuam de loco ad locũ, de qua Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. aliàs dixi in tractatu meo de fictionibus, in quo congessi verba denotantia fictionem, & per conclusiones tradidi materiam fictionis inductiuæ, priuatiuæ & translatiuæ. ibi, licet videre.

Satuta canonicorum cõtra theologum non valent.

¶ Et has distributiones recipiet etiá nõ obstante statuto canonicorum in contrariũ, quod nõ valet, in præiudiciũ istius theologi, cum inferior legẽ superioris tollere non possit. cle. ne Romani. de elec. vt fuit aliàs prolatũ arrestum in hoc senatu cõtra canonicos Remen. ecclesiæ, qui sic statuerant contra theologũ, Anno 1523. die quarta Ianuarij. vide arrestum cõtra canonicos Carno. diœces. pro theologo, latum hoc anno 1544. quia solẽt ignari canonici hos probos & doctos odio prosequi.

Arresta.

Absens theologus non perdit distributiões, nec alia.

b ¶ *Nihil perdat*] Et sic nec distributiones, anniuersaria, nec aliud aduentitium amittere debet, per hoc verbum nihil. Et si daretur aliquid pro ingressu alicuius contractus singulis canonicis, hic theologus suam partem habebit. vel si reciperetur canonicus, qui solueret ex cõsuetudine prádiũ canonicis pręsentib9, isti theologo debetur etiá prandiũ, vel si præsentes tãtùm haberẽt optionem. iuxta. c. fi. de consue. in 6. iste theologus eam habebit, sicut alij: quia nihil perdere debet, nec aliquid mea causa

perdet

perdet,& hoc suadetur per istum text. qui fingit eũ præsenté in diuinis,si esset verè ꝑsens,distributiones haberet.c.vno.de cleri.nõ resid.in 6.sic & quãdo fictè,vt tãtũ operetur fictio in casu ficto,quantum veritas in casu vero.l. filio quem pater.ff. de lib. & posthu.& l.si filiusfa. si certum petatur. c. cum dilectus.&.c. ad audientiam de cle. non residen. cum denario fraudari nõ debeãt in vinea domini operãtes.c.fin. de magist.& ista sunt notanda.

Ordinarij collatores tenentur conferre dignitates, & beneficia omnia nominatis, quæ in mense vacabunt Ianuario & Iulio, beneficia verò quæ vacabunt in mense Aprilis & Octobris, graduatis, alio autem tempore vacantia liberè idoneis conferre poterunt, hoc in effectu dicit hic text.

¶ An alij scholastici vel lectores possint habere quotidianas distributiones in absentia ratione studij, quòd non,

§.Præfatíque [a] ordinarij colla-

deciditur in c.licet.de præbẽ.plenè scripsi in scholastico.priuil. 31. vbi cumulaui casus in quibus potest quis eas recipere fauore studij,& in absentia,& an cõsuetudo valeat quòd quis in absentia possit recipere fructus? Respon,valere, vt quis partem recipiat,non totum.oportet enim quòd remaneat vnde viuat vicarius,qui ecclesiæ seruit, alioqui consuetudo esset ecclesiæ onerosa,& non valeret. c. cum omnes. de constitu. c.1. de consue. Card.& alij in c.ex parte Hasten. de conces. præben. vbi dicit post Host.de consuetudine generali, quam papa scit & tolerat introductum esse,ꝙ fructus beneficiorum simpliciũ percipiãtur in absentia: ideo si beneficiatus petat fructus in absentia nõ poterunt eidem denegari, nisi probetur quòd ex cõsuetudine ecclesia illa exigat residentiã,quod no.& ista sufficiãt de præbenda theologali. *Consuetudo an valeat quòd quis recipiat fructus beneficiorum in absentia.*

§. PRAEFATIQVE.

§. Præfatique ordinarij,hic.§.duas habet partes. Prima præcipit collatoribus ordinariis beneficia graduatis & nominatis conferri. Secunda conferendi præstituit modum. ibi,hoc modo,&c.

a ¶ *Ordinarij collatores*] qui dicãtur ordinarij collatores? Respõ. eos dici hic ordinarios,qui potestatem habent cõferendi beneficia ecclesiastica à papa vel à lege.c.à iudicibus.2.q.6.glos. in c. ordinarij.de offi.ordi.in 6.& in c.si soli.de cõces.præb.illo.lib. gl.in verbo ordinario.§.statuimus.extraua.execrabilis.Ioã.22, rub.de præb,Et in §.cæterum.ibidé dicitur, ordinarios intelli- *Qui dicantur ordinarij collatores.*

gimus episcopos, in quorum ciuitatibus seu diœcesibus consistunt beneficia, seu aliquod eorũ, vel ecclesiis vacãtibus capitula eorumdem, &c. siue sint episcopi, siue superiores, vel inferiores. gloss. in cle. 1. & ibi Cardi. q. 14. vt lite pend. Dec. in c. post cessionem. no. 1. de proba. & consi. 169. & diligenter q. vlt. dixi latè in tract. nominatio.

q. 8. nam in materia collationis, vt hic, appellatione ordinarij venit alius inferior etiam non episcopus. Feli. & alij in c. cũ olim. col. 1. de præscrip. etiam si non haberet iurisdictionem ordinariam. glo. in verbo ordinariam, in cle. 1. vt lite pend. Et si vellem hic cumulare materias, possem cõgerere multas species ordinariorum, sed non curo, nisi ea quæ text. concernunt, hic scribere. Vide tamen Spec. in tit. de iurisd. om. iud. & de ordinario iudice, & delegato, per eundem. in rubr. de offi. ordi. & quando per literas principis videatur dari noua iurisdictio, vel antiqua excitari, declaratur in c. licet. de offi. ordi. & ibi addidi. Et sic vult intelligere hic per ordinarios collatores, omnes, qui iure beneficia conferre possunt, & sic largè, vt astringantur ad conferendum nominatis & qualificatis, si tria conferant beneficia, vt inferius dicetur, etiam si essent canonici, qui ordinarij vocantur in c. accedentes. de præscrip.

tores seu patroni [a] ecclesiastici

Patroni ecclesiastici quàm sint & laici. a ¶[*Patroni ecclesiastici*] Hi sunt quibus ius præsentandi competit ratione suæ ecclesiæ, siue quando ipsa ecclesia, vel vniuersitas, seu collegium religiosorum, vel clericorũ habet ius patronatus. Feli. in trac. quando literæ apostolicæ. col. 5. & seq. Patroni laici quando ius præsentandi eis competit ratione sui patrimonij glo. in verbo præsentare, in cle. vlt. de iure patron. Panor. in c. cũ autẽ. illo tit. & idẽ si clericus fundauerit aliquã ecclesiam ex suo patrimonio, vel fundatori successerit, quia dicitur ius patronatus laicum, & per omnia regitur, vt laicũ. Panor. in c. eam te de iure patr. Et istud etiam non cõprehenditur in mãdatis, nec in nominationibus. Lappus alleg. 84. dominus papa. col. 3. versi. sed nunquid. Rochus Curtius in trac. de iure patro. in verbo ius. in 7. q. & dico in trac. nomina. q. 8. princ. vbi dixi beneficia, quorũ præsentatio spectat ad patronũ clericum & laicum simul, nõ cõtineri in nominationibus, nisi ex cõsuetudine competeret, vel ex præscriptione. Cassado. in decisi. 4. de iure patro. Et cui incumbat onus probandi. Vide cum decis. 7. ibidem. Et inquantum hic text. dicit patroni ecclesiastici, &

patrona

patrona continetur.l.patroni.ff.de verbo.sig.vbi scripsi.

a ¶[*Quicunque fuerint*] Siue sint collatores ordinarij regulares, siue seculares.in §.volumus.infra eo.Idem si fuerint patroni ecclesiastici,& isti tenentur præsentare,vt hic,cuiuscunque præeminentiæ fuerint,& dignitatis, etiam si sint cardinales,vt dicitur in §.sequen.

quicũque [a] fuerint vltra [b] dictã præbendam theologalem, quã vt præfertur qualificato conferre tenentur [c] tertiam partem

¶ Et sic comprehendit hic tex.capitula ecclesiarum ratione huius generalitatis, siue iure proprio conferant, siue vacante sede. licet aliàs prouisio, seu constitutio loquens in vna persona,non extendatur ad personam repręsentatam, id est ad capitula.tex.elegans in c.graue.de præb. & ibi not. doct. quòd constitutio loquens in prælato, non extenditur ad capitulum, nisi in tex.expressè dicatur.vide Feder.de Senis,consil. 291.domine mi.cum consil. sequen. Rom.consil.436.quòd indultum, &c.& Ias.consi.118.in causa.col.5.vol.1.Decius,consi. 486.visis.col.1.plenius Feli.in c.eam te.versi.aliud.de rescrip.Et vt semel omnia apprehendas lege Calcane.consi.1.Et bonũ est propter contradictionem,quam possent canonici habere inuicem, quòd capitulum constituat vicarium sede vacãte, vt docet Fel. in c.cum olim.col.vlt.de maio.& obedient. & ille vicarius nominatis & graduatis conferret.

Capitula ecclesiarũ an nominatis conferre teneantur.

Vicarius à capitulo sede vacante est constituendus.

b ¶[*vltra dictam præb.*] Et sic præbenda theologalis non computatur in tertia parte temporis,quamobrem quocunque tempore vacauerit, theologo debebitur, per hoc verbum vltra: quod excludit.l.eos. C.de modo mulct.l. eos. §.1.de vsuris. volens dicere theologalem præbendam esse affectàm vltra tertiam partem omnium beneficiorum, vt sequitur in tex. Item hæc præbenda non faciebat turnum,vt in prag.§. insuper.in verbo, vltra.eo.ti.Sic non comprehenditur in tertia temporis parte.De hac dictione scribit.Bar.in l.cum ita.ff.de dote prælеg. & Barba.consil.64.col.7.in 3.vol.Et consil.74.col.6.ibidem. Et Benedic.in repeti.c.Raynutius, in verbo alteroche. de testamen. scripsi.in l.nu.29.ff.de ver.sig.

De dictione vltra.

c ¶[*Tertiam*] Et sic nominationes non possunt dirigi ei,qui habet collationem vnius tantum, aut duorum beneficiorum, sed requiruntur tria ad minimum, per hoc verbum tertiam. & dixi in tract.meo nomina.8.q.princ. quibus dirigi possint nomina-

Nominationes non dirigũtur. nõ habenti collationẽ trium beneficiorũ ad minimum.

tiones,& quibus non.& vide q.15.prin.versi.23.quid si duo habeat.in regno,& alia extra,an comprehendantur,ibidem.putarem tamen quòd habenti collationes plurium beneficiorum secularium,& duas tantum regularium,nominationes dirigi possent tam ad regularia, quàm ad secularia beneficia. tum quòd tertia pars temporis sit hic affecta, tū quia hæ nominationes respiciunt omnia beneficia

omniū [a]dignitatū,personatuum, administrationum,& officiorum

quo ad concessionem, quod secus esset si vnum tantum regulare haberet,quia tunc nominationes regulari concedi nō possent,alioqui esset quædam reseruatio.de qua scripsi in rub.proxima.supra & infra.§.1.in glo.decem.

Mandata cui hodie poßint dirigi.

¶ Sed secus in mandatis apostolicis,quæ de iure possunt dirigi habenti collationē duorum beneficiorū.c.mandatū. & ibi not. &c.in nostra de rescri. hodie non habenti collationem decem beneficiorū non diriguntur in hoc regno mādata. rub.de mād. apost.infra,vbi dico: Nec duo mandata nisi habenti collationē quinquaginta beneficiorum. Si tamen vltra tertiam partem beneficiorū vacaret in mensibus infra deputatis, deberetur nominatis & graduatis.idem si minus tertia,quia tertia pars temporis est affecta,vt sequitur. Et per ista dico non extantibus nominatis,beneficia esse debita graduatis,etiam si in mensibus nominatorum vacent:in §.teneantur,in gl.irrita.infra eo.quia tertia pars beneficiorum vacantium in mensibus hic præstitutis est affecta literatis graduatis, videlicet & nominatis, ergo alteris non existentibus,alteris debetur,& cessante affectione nominatorū superest affectio graduatorum,quā habuerunt conditores.

Non extātibus nominatis an beneficia graduatis debeantur.

Quæ dignitas in nominationibus cōprehendatur.

a ¶ *Omnium dignitatum*] Non comprehenduntur hic archiepiscopatus,nec episcopatus,cum in odiosis,appellatione dignitatis non veniat episcopatus.tex. sing.in cle.vna. de renunciatio. glo.in c.2.in verb.dignitatum. de præb. in 6. cum episcopatus sit culmen dignitatum.c.venerabilis.de præb.c. nos consuetudinem.12.dist.glo.& doct.in c.2.§.pen.de hæret. Barb.in procemio cle.col.3.& in tract.de præstantia car.in 1.q.1.partis.col.4. glo.in c.fœlicis.§.quòd si quis.in verb.pontificalem.de pœnis. in 6.in fauorabilibus sic.cle. auditor. & ibi Barb. col.12.de rescrip.& in c.nisi col.vl.de off.leg.Item quia supra tit. 2.fuit specialiter de illis dispositum.s. quòd illorum nominatio ad regē pertineret,& sic non comprehenduntur hic etiam abbatiæ, vel

aliæ

aliæ electiuæ dignitates, sed aliæ non electiuæ dignitates extra abbatiam sic. Et hoc tenet Lappus alleg. 84. dominus papa. col. 5. versic. sed nunquid. vbi beneficiorum appellatione dicit non comprehendi abbatias.

¶ Et quæ beneficia non comprehendútur in nominationibus, scripsi in tractatu nominationum. q. 15. ibi, vide 30. beneficia quæ nominatis non debentur.

cæterorũq;[a] beneficiorũ ecclesiasticorũ[b] ad eorum collationẽ[c]

a ¶ *Cæterorúmque*] id est, omnium aliorum beneficiorum tertia pars graduatis & nominatis conferri debet, vt sequitur. nam appellatione cæterorum omnia continentur. l. cæterorum. vbi scripsi. ff. de verb. sig. c. Raynutius. de test. auth. ex causa. C. de liber. præter. c. apostolica. 56. dist. l. Gallus. §. & quid si tantum. in fi. ff. de libe. & posth. & repetit similia. glo. & ibi Bar. in l. non solum. §. queritur. ff. de procu. gl. in c. deinde. 26. dis. c. omnes principes. de maior. c. quanuis. 1. in fi. de præb. in 6. nisi hoc exprimatur, vt l. non impossibile. & l. ab emptione. ff. de pact. Ias. in l. quæ dotis. in vlt. no. solu. matri. Aliquando abbreuiationis causa ponitur, maximè per notarios, & tunc per hanc dictionem. &c. censentur comprehendi ea, quæ sunt de natura & consuetudine actus, super quo apponitur. Bar. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth. vbi dicit extendi posse secundum notarij consuetudinem: non licebit tamen successori in re dubia absque iudicis mandato hanc clausulam extendere. Feli. in c. cũ P. tabellio. de fide instr. alia ibi licet videre de ista dictione, &c. Et quæ scripsi in d. l. cæterorum. de verb. significa.

De dictione cæterorum.

Notarius quãdo possit extendere abbreuiaturas.

b ¶ *Beneficiorum ecclesiasticorum*] Hoc dicit ad differentiam tẽporalium, vt sunt feuda, comitatus, ducatus, & similia, de quibus loquitur tex. in c. fœlicis. §. si qua vero feuda, locationes, officium, vel beneficium spirituale, vel temporale, de pœnis in 6. & cle. 1. vers. à feudis. illo. tit. Et illa beneficia non comprehenduntur hic, quia de ecclesiasticis expressit, ergo excludit temporalia. c. nonne. de præsump. l. cum prætor. ff. de iud. Et quotuplex sit beneficium, tradit Io. de Selua. in tract. de benefi. in 1. parte. q. 2. Ergo collatores astringuntur conferre beneficia quæcunque, tam maiora quàm minora, temporibus tamẽ statutis nominatis, & graduatis vacantia, siue sint altaria, capellæ, vel alia etiã minima. c. si proponente. de rescrip. dixi in trac. no. q. 9.

Duplex beneficium ecclesiasticũ & temporale.

c ¶ *Collationem*] Scripsi supra in prefatione ad hanc rubr. quo-

Probare vnum vacandi modum sufficit. modo hic capiatur, & alibi in iure.ibi,vide si lubet. No.tamen quòd si quis impetret beneficium tanquam vacans per extrau. execrabilis, & etiam per non promotionem, si probet vnum ex his vacandi modum,sufficit,quia copulatiua exponitur pro disiunctiua,vt sæpius fit.l.sæpe. & ibi dixi.ff.de verb.sig. not.in c. inter.de rescript. etiam quia vno ex duobus repugnantibus purè & legitimè asserto alterum repugnans eo ipso videtur tacitè negatum . nam qui dicit rem esse suam, etiam asserit ad alium non pertinere. l. Pomponius.§.sed & is.ff.de procu.hoc tenet expresse Aegidius de bella mera,decis.735.si impetrans.

prouisionem,[a]

Prouisio cóprehendit collationē, præsētationem, nominationē & postulationem. a ¶[*Prouisionem*] Latum verbũ est,quod cõprehendere potest nominationem,postulationẽ,præsentationem,& collationem,gl. in cle.fi.in verbo prouisioni.de elect.Domi.in consi.15.reuerende.col.2.& est nomen pluribus adaptabile,nam quandoque sapit electionem,quandoque confirmationem,quandoque vtrunque simul,quãdoque proprio motu factam largitionem. Bal.in l.Barbarius col.pe.ff.de off.prætor.Feli.in c.eam te.col.3.de rescri.Et largè comprehendit omnem modum per quem ecclesię prouideretur.Domi.& Fran.in c.cum in illis.§.1.de præb.in 6. Feli.in c.in nostra.correla.32.nu.28.de rescri.Imò verbum prouideas,notat prouidentiam,non solùm ecclesiæ impetratæ, sed etiam impetrantis.Bal.in c.fi.in fi.de præsump.arg.l.theopompus.ff.de dote præleg.& prouisio idem est ꝙ collatio.tex.& ibi ponderat Perus.in ca.cum cui.de præb.li.6.vide Card.in cle.in plerisque.in fi.prin.de elec.Et prouisio papę habet vim electionis & confirmationis.Panor.Barb.Feli.& alij in d.ca.eam te.de rescrip.& Panor.in c.nosti.de elect.Bal.con.591.verba papæ.in 5.volu.Panor.in ca.cum olim.de caus.poss. Et quando sit prouisio facienda filio,declarat tex.& doct.in l.si instituta.§.de inofficioso.ff.de inoffic.testa.Quibus personis sit facienda prouisio,dixi in tracta.meo de senten.prouisional. in ordina. reg. & prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.l.fi.C.de pac. conuent.Claud.de Seycel.in l.1.col.5.& seq.ff.de vulg.& in l.si cum dotem.solu.matri.Gomesi.in §.fuerat.col.15.inst.de actio, Et hoc verbum aliquãdo refertur ad episcopum & collatorem, & interdum ad iudicem.l.generaliter. 1.vbi Bal.in princ. C.de episc. & cleri. & inter auditores Rotæ est frequens in commissionibus,prouideat.d.Io.suauis Romanus auditor,inter omnes alios excellens,de quo alibi scribam,&c.

Prouisio papæ habet vim electionis & confirmationis.

a ¶*Nomi-*

a ¶ *Nominationem*] Quot modis capiatur nominatio, quid sit, quibus nominationes dirigantur, & aliæ multæ quæstiones tra duntur in tract. meo nominatio. vbi licet cernere.

b ¶ *Præsentationem*] Præsentatio est quædã personæ per patronum episcopo, vel alteri ad quem institutio pertinet, legitimè facta exhibitio, vt præsentato de beneficio va

nominationẽ,[a] præsentationem,[b] seu quãuis aliam dispositionem [c] quomodolibet

cante prouideatur. Panor. in c. ea noscitur. de his quæ fiũt à prę lato. Et q̃ is qui præsentatur, debeat esse præsens. probat glo. in cle. dudũ. in verb. præsentari. de sepul. & ibi Card. & Curtius in tract. de iure patr. in verb. ius. q. 3. vbi limitant, quando præsentatus esset notus instituenti. Et differt ab electione, vt Curtius tradit ibi. q. 4. vbi ponit. 4. differẽtias. vide, & cuius efficaciæ vel effectus sit ista præsentatio, & an dicatur fructus, tradit Paul. de citadinis, in trac. de iure patro. in 6. par. art. 3. q. 31. vbi licet mul ta videre in hac materia. tamen sicut collator potest conferre beneficium vacans de iure. c. licet episcopus. de præb. in 6. sic & patronus prędentare. de Rota decis. 365. nota nũquid. in antiq. *Præsentatus præsens esse debet.*

¶ Et prẹsentatio debet probari ab eo qui præsentatum se dicit, nec sufficeret si probaret se institutum, etiam si in illo instrumento episcopus narraret præsentationem. Ita tenet Feli. quan do ageretur de præiudicio alterius. in c. sicut. col. 12. nu. 26. de re iud. & docto. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. Quia verba narratiua non probant. c. si papa. de priuil. in 6. *Præsentatio à quo probanda sit.*

c ¶ *Dispositionem*] Comprehendit institutionem. Dominicus & Perus. in c. cum in illis. §. 1. de præbend. in 6. & quanlibet aliam ordinationem, per quam prouidetur beneficiis ecclesiasticis. gl. in verbo dispositionem. & ibi Car. in cle. vna. de supplen. negligen. præla. c. sanctorum. 70. dist. Domi. cons. 65. circa. col. 1. nam generalissimum verbum est Bal. consi. 501. verba papæ in 5. vol. & potest ad quemlibet actum referri. tex. in l. 1. C. de bonis proscripto. Alex. & ibi in addi. ad eum, in rub. ff. solu. matri. nu. 16. *Dispositio generalissimum est verbum.*

¶ Imò verbum ordinare & disponere locum habent tam in iu dicio, quàm extra, & in actibus vbi fertur sententia, vel quasi, nec restringitur significatio eius solùm ad actum conferendi. c. penul. de offic. lega. in 6. Feder. consil. 195. factum ita. col. 1. Ideo impetrans beneficium ad ordinationem alicuius spectans, poterit petere beneficium, quod pertinet ad collationem, præsentationem, & quanuis aliam dispositionem. ca, post electionem,

de cõceſsio.præb.glo.in verbo ordinationem.in extra.ſedes.de offi.delega.in communibus.doct.in.c.cũ in illis.§.illis.de præbend.in.6.Ioan. Dayma.in verbo mixta,in procemio ſupra.vide gl.in.§.ſeq.in verb.diſpoſuerit.

¶Non tamen comprehendit hic electionem exigentem confirmationem,vt probat.d.c.cũ in illis.§.1.per tex.in cle.1.de præb. tum quia hoc eſt odioſum,ordinariis,& in odioſis nõ venit electio appellatione diſpoſitionis.gl.in verbo diſpoſitionem,in ti. de reſeruat.in prag.tum quia nõ eſt veriſimile, quòd iſte tex.ita voluerit derogare vniuerſitati,ad quã pertinet electio, ſicut vni ſingulari,ad quem pertinet prouiſio , quia vniuerſitas innititur iuri communi in eligendo,vel ſaltem plus accedit ius commune ad ius eligendi,quàm ad aliud.Ioan.Mona.in c.in generali. de elec.in 6.refert Bonifa. in cle.1. de præb.Card.conſ.103.caſus ſuper quo.col.2.Nec etiam eſt veriſimile, quòd rex voluerit ſibi derogare in illa nominatione , quã loco electionum habet, vt patet ſupra in titu.de regia ad præla.nomina. faciend.ita tenet de Ripa lib.2.reſpõ.c.23. Iulius papa &c. & cõſi.34.indultum.ibid. Nec comprehendit etiam confirmationem , nam qui confirmat in virtute mixta,ſua & alterius,non dicitur diſponere nec prouidere,nec imputatur ei hoc ad beneficium, ſed ad iuſtitiam.non enim impẽdit beneficium , qui exhibet debitum.l. ſi ſeruo fideicommiſſaria.ff.de hæred.inſtitu.l.proximè. de ritu nuptia.Bald.conſil.501.verba papæ.in 5.vol.

De verbo quanuis aliam.

¶Nec obſtat verbum quanuis aliam diſpoſitionẽ,quia intelligitur de collatiua ſimili expreſſis,per illud verbum aliam. gl.in cle.1.de reſcript.l.ſi fugitiui.C.de ſeru.fugiti.Feli.in c.ſedes.col. 2.verſi.clauſula.de reſcrip.vbi plenè tradit.facit quod dicit Roma.in l.1.ff. de donatio. cauſ.mor. vbi ſi filiusfa. videns ſe non poſſe facere teſtamentum dicat. ſi non valeat iure teſtamenti, valeat iure codicillorum,vel alterius cuiuſlibet vltimæ voluntatis,non refertur ad donationem cauſa mortis, de qua debet fieri expreſſa mentio.l.filiusfa.in fi.ff.de donatio. Item illa enumeratio ſpecierum antecedens facit , vt ſub illa clauſula generali non includatur ſpecies electionis,cum ſit maior & grauior ſpeciebus ſupra enumeratis.tex.in d.cle.1.& cle.non poteſt.de procur. Nec poſtulatio,cum tantum papæ fiat de epiſcopatibus & aliis dignitatibus electiuis.c.1.& per totum.de poſt.præla.

De verbo quomodolibet.

¶Nec me mouet verbum,quomodolibet ſpectantium,in textu poſitum,quia debet intelligi,ſiue collatio,ſeu alia prouiſio ſpe-

ctet ad collatorem iure proprio,siue deuoluto,vt in.c.2. de cócess.præb.siue iure proprio,siue iure alieno, vtpote authoritate apostolica,in cle.vna de renunc.& clem. vnic. de supplé.negli. prælato.gl.in verbo quouis modo.in.§. ꝙ siquis cuiuscunque. de colla.in prag.siue collatio spectet suo nomine,siue alieno,vt c.fi.de offi.vica.in 6. Et expone quomodolibet, id est quolibet modo. dictio enim quomodolibet vna pars orationis est,& distributiua modorum.gl. & ibi Archid.in c.indemnitatibus.§.1.versi.si qua verò.de elec. in 6.c.quia plerique.de offi.ordi.eod.lib. cle.vlt.in fi.de priuil. vel quomodolibet,id est quocunque modo,siue iure communi, siue priuilegio,vel præscripta consuetudine. sic exponit glos.in c.quanquam de elect.in 6.glo. in verbo spectat.in.c.si clericus. de præb.eo.lib.tex.in.c.statutū. §.in nullo.de rescript.in 6.Ias. consi.63.per reformationem.in col.3.vol.3. gl.in cle. grauis.de sen.excommu.& cle.vlti.ibid.Bertrand.consi.117.ex literis.col. pe.in.1.volu.secundum nouam editionem.

spectantiū viris literatis [a] graduatis [b], &

a ¶[*Viris literatis*] Literatis enim ecclesia quammaximè noscitur indigere.c.cum ex eo.de elect.in 6.per quos totus mundus illuminatur.auth.habita.C.ne filius pro patre.Et intelligitur hic de literatis,siue in theologia,iure pontificio,ciuili, vel medicina, seu in artibus,vt declaratur infra eo.§.prętereà.quia omnis sciétia à Deo est.c.legimus.§.hinc etiam.37.dist. & literatis prouideri debet.c.ad decorem.de institu. Priuilegia illorum dico in scholastico priuileg.vbi cumulaui scholasticorum priuilegia cétum octoginta. *Literatis prouideri debet.*

b ¶[*Graduatis*] Et sic non sufficit scientia sine gradu. gradus enim non facit hominem peritiorem, sed eum prouocat & inducit ad maius studium,& assiduam lectionem, vt eo decentius in gradu assumpto militet,& vt talis appareat,qualis ex signis collatis esse prima facie creditur,& veraciter interius debeat esse, vt sic signatū signis correspódeat.Bonif.in cle. vna per illū tex. not.13.de exces.prælat.nec gradus, sine scientia, vt hic patet.si velis scire gradus,ex quibus peruenitur ad perfectionem alicuius scientiæ, nota sequétes casus.Primus est velle scientiam acquirere.Secundus,est delectari in voluntate. Tertius, est meditari in ipsa.Quartus,intellectu capere meditatum.Quintus,memorię tradere.Sextus,aliquid inuenire,& simile aliis.Septimus, à se inuétū iudicare.Octauus,de iudicato bonū dicere. Nonus, *Gradus ex quibus peruenitur ad perfectionē*

Quibus cõcedi nominationes possint. illud bonũ modulatè proferre. Alberi.in dict. in verbo gradus. ¶Et quibus concedi possint nominationes, hic pater, videlicet graduatis literatis, qui legitimè gradum adepti fuerint. §. prætcrea. infra eodem. & vide quæ dixi in tracta. nominatio. quæst. 5. vbi plenè dico.

Vniuersitas nominationes concedit. a ¶*Per vniuersitatem nominatis*] Et sic vniuersitas potest nominare, & nõ facultas, vt latius dicã in tract. nominatio. in 6. q. princi. vbi dico à quibus concedantur nominationes, & quare ab vniuersitatibus: & an ab vniuersitatibus extra regnũ, vel ab vniuersitatibus regni, ad beneficia sita extra regnum. ibidem.

per vniuersitatem [a] nominatis conferant. Hoc modo [b], videlicet [c] in primo mense [d]

Dictio modus qualiter accipiatur. b ¶*Hoc modo*] Capitur pro moderatione, videlicet hac moderatione, vel hac, lege sequ. l. hoc modo. ff. de condi. & demonst. Bart. in. l. quibus. §. Termilius. illo. titu. vel hac forma. l. fi. C. de modo mulcta. Alber. Brunus in tracta. de forma & solenni. actus. Rub. ex quibus consistant forma & solennitas. versicu. 47. vel hac conditione. glo. in. c. Raynaldus. de testa. nam aliquando modus pro conditione accipitur. & contra, vt scribit Bart. consi. 4. factum tale. & differentiam inter modum & conditionem tradit glos. & doct. in rub. ff. de condit. & demonst. de modo. vide quæ abundè scripsi in l. maiore. ff. de verb. signifi.

De verbo videlicet quomodo capiatur. c ¶*Videlicet*] Declaratiuè ponitur l. videlicet. ff. ex quibus. cau. maio. cap. transmissæ, de eo qui cognouit consang. vxo. glo. in cle. causam. de elect. c. ex literis. & ibi Areti. de prob. Decius cõsil. 47. & pro viribus. col. 2. & sic causa confusionis tollendæ inter nominatos & graduatos declarat ordinem illorum, non tamen intendit aliquid graduatis auferre, scilicet vt non extantibus nominatis, graduati admitti non possint, vt dico in. §. teneantur. infra eo. Aliquando tamen stat restrictiuè, si materia subiecta patiatur. gl. in. c. 2. de priuileg. in 6. & ibi Domi. glo. in cap. Romana. §. caueant de senten. excommu. eo. lib. Bar. in l. 1. ff. ad leg. Aquil. & Bal. in l. 2. quando actio de pecu. est annalis. & l. cum mulier. ff. solu. matrimo. Ias. in l. filio. col. 3. de liber. & posthum.

Qui menses sint assignati nominatis, et qui graduatis. d ¶*In primo mense*] Qui est Aprilis, vt declaratũ fuit infra rub. de regia facultate primum mensem graduatis debitum nominandi. cum hæc concordata primo Parisien. fuerint publicata,

&

& in mense Martio. Et notandum est, quòd per pragma. tertia pars graduatis debebat conferri hoc modo. nam duæ partes illius tertiæ conferebantur nominatis, & tertia illius tertiæ conferebatur graduatis, vt dicitur in §. insuper. & in §. item placuit de colla. in pragm. Et quia ista tertia & tertiæ, tertia incertæ erant: ideo fuit statutum

post præsentiũ acceptationẽ [a] per Ludoui. 12. Franciæ tum regem. arti. 3. rubric. *des graduez*, quòd collatores ordinarij & patroni ecclesiastici describerent in vno libro omnes collationes per ordinem, vt tertia pars posset liquidari: quem librum tenebantur collatores ordinarij exhibere, & graduatis, & nominatis. tamen quia multæ fraudes fiebant per collatores, ideo fuit hic expressius declaratum per menses, vt sequitur, & est iusta & æqua declaratio, quanuis nominati conquerantur, dicentes se debere tres menses habere, & graduati vnum tantùm, sicut habebant per pragma. duas partes: sed quia ita placuit principibus, & illis placere debet. & maximè, quia in mensibus graduatorum simplicium nominati possunt gratificari, quia graduati sunt: ideo nil est, quod conqueri possint.

a ¶ [*Post præsentium acceptationem*] Hoc ideo dicit, quia lex vel dispositio principis non recepta, nec moribus vtentium approbata, non ligat subditos, si non fuerit obseruata sciente & tolerante principe. glos. singu. reputata in cap. 1. in verbo frangere. de treuga & pace. similis tamen in summa. 24. q. 1. quam ibi not. docto. & Alexand. consil. 6. in. 1. volumi. & consil. 132. ibidem. & consil. 39. in 3. volum. Idem si reciperetur à minori parte, & non à maiori, quia etiam non ligat. Panor. in. c. quia circa. de consang.

Constitutio principis nõ recepta, nõ ligat.

¶ Nec requiritur consuetudo præscripta per decem annos, sed sufficit simpliciter vsus contrarius. cap. cum olim. de cleri. coniugat. §. 1. distin. 4. quia superior videtur eam legem tacitè tollere, ex quo scit contrarium obseruari, & patitur. Areti. consil. 11. procedendum. col. penul. Roma. consil. 512. quo ad primum. in fine. & supra in præfatio. huius titu. dixi. & Bauer. in §. 1. colum. 3. de testa. facit glos. in cap. de libellis. 20. distinct. vbi ecclesia orientalis non recepit canones de continentia clericorum, tamen propter hoc non incidit in hæresim, nec est peccatum mortale. tex. in cap. denique. in fi. 4. distin. plenè Auffrer. in repe. cle. 1. not. 10. de offic. ordi.

Galli constitutiones bursales nō recipiunt.

¶ Sic Galli, qui constitutiones bursales papæ nō receperunt, nō malè fecerunt per præd. & ita tenet Benedi. in repeti. c. Raynutius. in verb. & vxorem, nu. 233. & seq. de testa. cùm leges ex alia causa nos nō teneant, quàm quòd iudicio populi receptę sunt. verba sunt iurisconsulti in. l. de quibus. ff. de legibus. & quia alia fuerunt concordata, de quibus supra dixi, quæ non fuerunt à

& earū publicationem [a], præfati

populo recepta, ideo conditores dixerunt hic, post publicationem, & acceptationem, & ex ordine prius publicantur, quàm acceptentur in authen. vt factæ nouæ constit. in princ. colla. 5. sed hic voluit tex. q͞p acceptari debent eo tempore, quo publicantur, vt nullum tempus supersit è tempore publicationis.

Concordatū ante publicationē non ligat.

¶ Et quando quis impugnat concordata, vel aliquem §. non esse receptum, hoc debet probare, quia hæc negatiua est fundamentū suæ intentionis, quo casu qui facit fundamentum in negatiua, tenetur eam probare. Bart. in. l. pen. §. decere. per illum tex. ff. ne quis eum qui in ius vocat. est, vi eximat. Decius consi. 534. procedendo. num. 9. & quia præsumptio est quòd sit receptum, & exceptio à reo est probanda. l. 1. C. de proba. l. in exceptionibus. ff. illo titu. Scripsi abundãtius in tract. meo exceptio. vide plenè Guillel. Benedict. in repet. cap. Raynutius. in verbo & vxorem, nume. 229. & seq. de testa.

Dicens concordatum non receptum, hoc probare debet.

¶ Si tamen in vno articulo non fuerint recepta, vt in hac vniuersitate, quia tempus studij sigillatur sigillo facultatis, si vniuersitas postea velit statuere, quòd concordatum obseruetur, valebit istud statutum, per not. in. c. ex literis. de constit. nisi hoc statuerent in præiudicium alicuius facultatis, vel iam nominatorum. per tex. in cap. quum omnes. de constitu. nec possent omnes facultates vna contradicente hoc statuere. per not. in. c. cum accessissent. de constit.

a ¶ *Publicationem*] Et sic ante publicationē nō ligabat concordatum, vt in auth. vt factæ nouæ. consti. in prin. coll. 5. & publicatio, quæ fuit facta in curia, attendenda est, quando factæ sunt plures. Cardi. in procemio clem. in fi. dixi in repet. l. vnicæ. notab. vlti. C. de sententiis. quæ pro eo quòd interest. nec sufficit publicationē fieri in curia, sed requiritur q͞p fiat in qualibet prouincia, vbi seruari debet. §. 1. vt factæ nouæ consti. Alex. consil. 181. in causa. col. vlt. in 6. vol. & cōsi. 52. in causa. col. 1. in 7. vol. Et constitutio statim facta publicatione ligat sciētes, ignorātes verò

Quæ publicatio attendi debeat.

verò non nisi lapsis duobus mensibus.l.fi.ff. de decret.ab ordi. faciend.c.1.nec obstaret.de concessio.præbend.in 6.glos. & ibi Dom.& Perus.in c.cum singula.de præben.eod.lib. Barb.in c. 2. col.12.nu.61.cum seq.de constitu. quia tunc præsumitur scientia.ideo allegans ignorantiam postea eam probare debet,secus ante duos méses.Bonif.in proœmio crimen.§.pen.in fi.& quando dicatur publicè aliquid fieri, vide per glo.in cle.1. de sepul. & per Calca.consil.77.col.5.Et de publicatione testium qualiter fiat?& ex ea quis effectus producatur?tradit Spec.in titu.de teste.§.satis vtiliter.Et nouem ex quibus instrumentum publicatur,idem Specu.in ti.de instru.editio.§. breuiter commemoremus.&.§.ostenso.

ordinarii collatores, dignitates a, personatus b,

a ¶[*Dignitates*] Ecclesiasticas, tam regulares, quàm seculares,vt infra patet,quia indefinita æquipollet vniuersali.c.vt circa.de elect.in 6.intellige collatiuas,non verè electiuas, vt infra dico, & supra.in verbo omnium dignitatum. istæ tamen dignitates in ecclesiis cathedralibus regni non debentur,nisi canonicis illarum ecclesiarum ex consuetudine,vt dico latius in.15.q.tract. nominatio.nume.38.versicu.22.Ideo oportet quòd nominatus faciat se in illa creare canonicum ad illum effectum, videlicet obtinendi dignitatem, vt patet in rubrica de reseruatio.supra. §.vltimo.nam vniuersitates non possunt derogare priuilegiis, statutis,& consuetudinibus ecclesiarum,nec alius etiam legatus glos.in c.pro illorum.de præbend.Et si potestas nominandi cócessa vniuersitatibus sit, non tamen derogandi priuilegiis ecclesiarum à papa confirmatis.Et dignitas est quædam præeminentia in ecclesia cum iurisdictione, vt in c.de multa. de præbend. vbi dixi.& notandum est,quòd dispensatus, vt obtinere possit dignitates,non censetur dispensatus,vt habeat episcopatum,vt not.in c.fin.de filiis presbytero.& cap.1. eodem titulo in 6.Sic consuluit Decius consi.442.in replica.incipien. vt præsupposita post Panormit.in ca.dilectus. de concessio. præbend.per illud text.

Dignitates non debentur ex consuetudine nisi canonicis.

Dispensatus ad dignitates, non dicitur ad episcopatum dispensatus.

b ¶[*Personatus*] Est quædam prærogatiua in ecclesia sine iurisdictione, dum habet stallum in choro honorificum præ aliis. Panormitanus in ca.de multa.de præbend. Domi.& alij in ca. 1.de consuetud.in 6.Bald.in ca.dudum.2. colum. 4.de electio.

Quid sit personatus

Ioannes de Selua in tracta.de beneficio.in 1.parte.quæst.2.versicu.7.beneficiũ,&c.glos.in verbo personatus,in extrauag.execrabilis,in extra.communibus. & adhuc in multis ecclesiis linguæ occitanæ vulgò vocantur personatus,vt biterris audiui.

¶ Et personatus nõ est dignitas,si propriè sumatur.teste Oldra.consil. 150. in ecclesia. colum.2. Secus si largè. quia tunc sunt sinonima,& sunt tanquam genus & species. Dominic.in.d.c.1.per ca.cum accessissent.de cõstitut. Vide text. in.c.ad hæc. de offic.vica. vbi aliter accipitur, vt dixi in praxi beneficiali,post prin.

administrationes [a] & officia [b] ad eorum collationem,prouisionem,nominationem, præsentationem,seu quanuis aliam dispositionẽ (vt præfertur) spectantia graduatis huiusmodi, qui literas suorum graduum cũ tẽpore studii debitè insinuauerint cõferre [c].

Administratio quid sit

a ¶ *Administrationes.*] Largè sumitur,vt comprehẽdat prioratus,& alia beneficia,quæ etiam nominatis & graduatis,si in tempore præstituto vacent, debentur.tex.& ibi Card.quæst.6.in clemen.1.de rescrip.cap.2. de æta.& qualita.& intellige secundum propriæ personæ condecentiam.& conformitatem.§.volumus. infra eo.nisi sit prioratus conuentualis.& verè electiuus, qui ad nominationem regis pertinet,vt tradit text. in.§. monasteriis. supra de regia ad prælaturas nominatione facienda.vide Imol.in clemen.vna.colum.2.nume.14.de supplen.negligen.præla.

Quid sit officium.

b ¶ *Officia ecclesiastica*] Ecclesiasticum autem officium,est administratio rerum ecclesiasticarum sine iurisdictione, vt sacrista. cap.1.de consuetud.in 6. Ioan.de Selua in tracta. de beneficio. in.1.parte,quæst.2.multa scribunt doct.in rub.ff.de officio eius cui mand.est iurisdictio.& in rub.de off.deleg.Ioan.Franciscus in tracta de.offi.& potestate ca.sede vacãte.in 2.præludio.scripsi abundè in praxi benefic.

Episcopus beneficia vacantia pro se retinere nõ potest.

c ¶ [*Conferre*] Ergo pro se retinere beneficia vacantia episcopus non potest,vel alius collator,sed ea cõferre tenetur, vt hic. argu.cap.fina.de institutio.cap.per vestras.de iure patro.ita tenet Bertachi.in tracta.de episcopo, libro quarto secundæ partis.quæst.24. Nec poterit creare vicarium , qui sibi conferat, quum idem sit cum episcopo.cap.2.de consuetud.in 6.Sed colla-

latores procurant habere vicarios à papa, qui eisdem cōferant: quod non seruant regnicolæ, ne sibi omnia beneficia diœcesis episcopi retineant. quod est iuri exosum. no. in cap. relatum. de præben. & in cap. non indiscretè. de procurator. & clemen. penultima. illo titulo & not. in cap. 1. de offic. vicar. in sexto. vbi not. episcopum posse creare vicarium cum potestate sub stituēdi, & is substitutus à vicario poterit conferre beneficia vicario. quia videtur institutus ab episcopo, & iure episcopi confert, non vicarij substituentis. parui enim refert, an ipse ordo elegerit, an is cui ordo negotium dedit. text. in. l. item. §. 1. quod cuiusque vniuersi. nomi. faci. cap. is cui de offic. deleg. in 6. Felin. in. c. post cessionem. colum. vltima de probation. scripsi abundè de his vicariis in praxi beneficia, paulò post principium. in forma vicaria &c.

Vicarius an episcopo, & quādo cōferat, & quid de substituto.

teneantur. [a] Beneficia [b]

a [*Teneantur*] Necessitatem importat. glosa in §. insuper. de collatio. in pragma. dixi supra in §. 1. in glosa debeat. & in glos. teneantur. eodem titulo. & si quis præcisè ad factum non tenetur. l. si quis ab alio. ff. de re iud. cum similibus. tamen non procedit de æquitate canonica. cap. qualiter. de pact. Panormit. in cap. per tuas. de arbi. c. veniens. columna penultima de iureiur. vel quando quis ad factum ex legis dispositione tenetur, tunc præcisè cogitur. l. si cum exceptione. §. sed & si quis. ff. quod metus causa. Bar. & alij in. l. stipulationes non diuiduntur. quæstio. 8. ff. de verbor. obligatio. ne legis dispositio ludibrio sit. argu. l. fin. §. vbi autem. C. de bonis quæ libe. Alioqui si collator aliter quàm hic statuitur, conferat, prouidetur in §. sequen. & in §. fi. infra eodem. Et intellige secundum tempus iuris, videlicet vt patronus clericus intra sex menses præsentare debeat. cap. vno. de iure patr. in 6. & collator intra sex menses conferre. ca. 2. de cōcess. præbend.

Verbum tenetur necessitatē importat, & quando ad factū quis teneatur.

b [*Beneficia*] Largè accipitur, vt in cap. postulasti. vbi Feli. post alios de rescrip. & in regula prima. de regulis iuris in 6. tex. in c. olim. de verb. signi. latè. in q. 9. tracta. nomina. dixi. Barba. in c. abbatem. colum. 5. ibid. text. in cap. cum liberum. & ibi glos. de sepultu. quod est verum quando exprimitur in iure, vel constitutione: secus in impetrationibus, quę sunt odiosę. Card. in cle. si Romanus. de præbend. Ioannes de Selua in tracta. de benefi. in. 1. parte. q. 3.

Beneficiū quādo largè sumi debeat.

Dictio vero quid significat. a ¶[*Vero*] Aduersatiuè ponitur tam in iure quàm in facto.l.si cum filius.ff.de donatio.§.venditæ.institu.de rer.diuisio.Et sic vult dicere tex.quòd ordinarij collatores tenentur conferre beneficia vacantia.in primo mense graduatis beneficia verò quæ in duobus sequentibus mensibus vacare contigerit, liberè conferre possunt, idoneis tamen vt sequitur.

b ¶[*Sequentibus mensibus*] Intellige de mése Maij & Iunij. & hic dicimus computari menses, prout sunt constituti,non per triginta dies,vt in.cap.quam sit. Et ibi glosa de elect.in 6.Card.in ca.licet.de supplen.negligen.præla. Computabuntur tamen à media nocte vltima Iunij, vsque ad mediam noctem vltimam mensis Iulij,argu.l.more Romano.ff.de feriis & infra dico in tract.nomina.q.16. Menses verò in mandatis apostolicis sic computantur, videlicet à die tertia mensis primi,vsque ad tertiam secundi, vt si mãdatum præsentetur die 20.Ianuarij,finietur mensis 20.Februarij.Barth.& alij in l.cum bissextus.ff. de verborum significatione. Decius in l.vbi lex.de regulis iuris. Et sic mandatarius acceptare poterit. beneficium vacans.21.Februarij. Quod est notandum, quia fui de hoc sæpius interrogatus.& infra in forma mandati apostolici plenius dicam in verbo mensem.

Mensis in mandatis quomodo cõputetur.

vero [a] quæ in duobus sequentibus [b] mensibus vacare contigerit,illa iuxta iuris communis dispositionem personis idoneis [c]

Idoneis beneficia conferri debẽt nõ consanguineis ignaris. c ¶[*Idoneis*] Etiam de iure communi idoneis beneficia sunt conferenda,non inhabilibus, vel consanguineis ignaris.c.graue.de præben.c.ex parte.& ibi Card.q.2. de constitut.c. ad decorem, de instit.extrauagan.ad regimen.de præben.in extrauagan.cómunibus.glo.in §.1.in verbo idoneis. de colla.in pragmat. c.is cui de præbend.in 6.

Conferens indignis ad interesse tenetur,& indignus præsumitur,ac peccat. ¶Imò conferentes indignis,tenentur ecclesiæ quam læserunt, ad interesse,si inferiores à papa fuerint,ad similitudinem magistratus,qui minus idoneo pupilli tutelam commisit. tenetur enim,si contra tutorem malè administrantem non potest pupillus habere regressum.l.1.ff.de magistra. conuenien. Bonus de curtili in tractatu de nobilitate in 3.parte. numero 153. allegat Petrum de Anch.in cle.1.in vlti.notabili.de ætate & qualitate. Felin. in c.si quando. colũ.quarta,numero 7.de rescript.& nihil est quod magis officiat ecclesiæ, quàm quòd indigni ad re-

gi-

gimen ecclesiarum assumantur c. nihil. de electio. ideo peccat mortaliter conferens indigno, vel eligens scienter indignum: tum quia graue est inexpertos dei seruitio applicare. c. monasteria. 19. q. 3. glo. penultima in c. ad apostolicam. de regu. tum quia domino suo est infidelis, committens indigno eius ministerium, contra id quod dicitur in Euangelio, fidelis seruus & prudens, &c. Nam hoc vergit in detrimentum ecclesiæ, & honoris diuini, qui per bonos promouetur, & colitur. & melius est habere paucos bonos & vtiles, quàm multos inutiles, c. tales. 23. distinctione. ca. penultim. de ætate & qualitat. Archi. in c. si qui episcopi. 1. q. 1. Floren. in 3. parte summæ. titu. 20. c. 2. §. 2. in conferendo. & titu. 22. c. 5. §. 18. rub. de potesta. papæ in clericos. vide quomodo electores teneantur de mala administratione indigni. per glos. in verbo auctores. c. 1. §. quoniam. de electione in pragma. Et talis præsumitur conferens, qualis is cui confertur. c. tantis in fi. 18. distin. facit c. & hæc duximus. in fin. 16. q. 7. & is dicitur idoneus, qui valet administrare. ca. 2. de concessio. præb.

¶Et sic fauore conferentes, vel non permittentes ecclesias iustè ordinari, vt sacrilegi iudicandi sunt. c. Sunt quidam. 1. q. 1. Et hodie bene multi reperirentur, quibus potest dici, Deus ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Scient autem postea, cum ob hoc in inferno perpetuò cruciabuntur. Quotusquisque hodie collator est, qui bonos & doctos quærat? Deus nouit. ne plura. Nam boni & docti hodie ferè mendicant & ignari omnibus beneficiis onerati sunt: Ideo nescio quid dicam, nisi quòd paucos credo bonos, quia similes diligerent, & tamen bonos ferè videmus omnibus priuatos bonis, dicam cum psal. Deus conseruet eos, & beatos faciat eos in terra. & non tradat eos in manus inimicorum eius. quippe apud quosdam collatores plus valent preces mulierum, & malorum, quàm iustorum. quod dolendo referimus.

¶Quis verò dicatur idoneus, supra eodem in præfat. ad istam rub. declaraui. Et nota quòd idoneus etiam dicitur is, qui per dispensationem est effectus, quanuis naturaliter attento iure communi non esset habilis, nam quando factum ciuiliter operatur eundem effectum, quem factum naturaliter, sufficit factum ciuiliter. l. fina. & §. fina. ff. mandati. l. si mater. C. de institutione & substit. Bal. in. l. fin. de iis qui ven. ætat. impetra. Et quem esse idoneum ad beneficia, nō procedit à natura, sed à iure, ergo suf-

Idoneus quis dicitur, etiam per dispensationem.

ficit verificari per iuris fictionem,& principis dispensationem, vt expressè tenet Decius,consi.542.præsupposita.columna 2.& in c. At si clerici §.fi.in fi.colum. penultima de iudic. quod facit vt collator etiam possit istum dispensatum gratificare. Nam paria sunt,vt aliquid fiat ex priuilegio, vel iure communi. text. in l.liberos. & ibi pulchrè Bald. C.de collatio. Dec.consilio 609. quæritur.columna 2.licet consil.695.visa donatione.num.17.& seq. teneat contra. sed ista consilia vix mihi persuadere possum Decij esse, quia à stilo illius deuiant.vide & iudica.

Dispensatus an possit gratificari.

liberè [a] cõferre,seu personas idoneas ad illa præsentare teneantur. Beneficia autem quæ in quarto mense vacare contigerit

Quot modis sumatur dictio liberè.

a ¶[*Liberè*] Id est sine alicuius contradictione.c.irrefragabili.de off.ordina.

¶Secundò,liberè dicitur sine metu.glo.in §.simoniacæ. in verbo liberè,de elect.in prag.

¶Tertiò,liberè dicitur,id est non vocato aduersario.c.1.de homici.in 6.& sine requisitione.c.de multa. notabi.4.per Panor. ibi.de præben. Calder.consi.6.rubr.de religio.domib.

¶Quartò,liberè ex mera voluntate;exponit gl.in cle. vt ij qui. de ætat.& qualita.

¶Quintò,liberè,id est de iure communi. glo.in c.lator.de homici.quam singularem dicit Barba.consil.3. clementissimi.col. 4.in 2.volu.& in tracta.de præstan. Cardin.in 3.q.1. partis.nu. 24.col.4.c.1.vbi Bal.& alij de rescript.

¶Sextò,liberè.i.sine sentētia.Domi.22.q.1.dicit dominus.&.c. de illis.de sponsa.& Barb.in additio.ad Panor.in c.fi.de adult.

¶Septimò,liberè non petita licētia.cle.dudum.§.si verò idem prælati.de sepul.c.cũ plures.de offi.deleg.in 6.c.1. de censi.eod. lib.ca.2.& ibi Panor.de loca.c.statuimus.de regula.

¶Octauò,liberè,idem est quod sine dispensatione.c. à multis. & ibi Cardin.de æta.& quali.glo.in cle.vlt.illo tit.

¶Nonò,liberè,id est sine pacto,promissione,seu conditione illicita,vel transactione.tex.& ibi Ioan.Mo.exponit.in c.vno.de rer.permu.in 6.& glo.in ca.dudum.in verbo liberè.de præben. eod.libro.

¶Decimò,liberè,id est præscriptione,vel appellatione,nõ obstante,glo.in c.1.de censi.in 6.

¶Vn-

¶ Vndecimò, liberè, dicitur sine canonica solennitate. tex. & ibi Barb. in c. fi. col. 2. de feud.
¶ Duodecimò, liberè, id est sine metu periurij. exponit Decius consil. 131. reuocatur, in princi. & liberè etiam exponitur non expectato fine mensis. Ioan. And. in c. si apostolica. & ibi Perus. de præb. in 6. vel liberè. id est sine qualificatione. §. consanguineis supra de regia ad præla. nomina. faciend. vbi dixi. vide text. in c. quia nos. de testa. vel sine superioris auctoritate. cle. fi. & ibi glo. de iur. patro.
¶ Decimotertiò, liberè. i. gratis. c. ad apostolicam. de Simo.
¶ Vltimò dicitur liberè, id est sine impedimento. & contradictione. gloss. in c. ordinarij. in verbo liberè. de offi. ordi. in 6. Francis. Curtius, consil. 2. Vasallus. colum. 1. conclus. 3. post tracta. feudo. Barba. in c. 1. colum. 4. de rescrip. Et in tracta. de præstant. cardinal. in q. 3. 1. partis num. 24. vel purè & sine cōditione. gl. in verbo liberè. cle. vna. de renunciat. hoc tamen verbum restringitur secundum alia iura, gl. in c. cum nobis olim. in verbo liberam. de elect. Dec. in ca. reprehensibilis, notab. 2. de appel. & per hoc intelligetur. §. declarantes. in verbo liberè, tit. proxi. infra.
¶ Nec obstat verbum teneantur, quod importat necessitatem, vt supra dixi. & tamen hic dicitur liberè. Responde quod collator idoneis tenetur conferre. c. de multa. & c. graue. de præb. Sed liberè, id est etiam nō graduatis, dummodo idonei sint. Et liberalitas est in cui conferendo. vt dicit gl. in c. relatum. de præben. & c. quamuis. in 1. illo tit. in 6. vel in genere eligendo. Calder. consil. 2. rub. de rerum permuta. *Liberalitas est in beneficiis conferēdis.*
¶ Et an verbum liberè importet ipso iure? plenè de more scribit egregius senator D. Andr. Tiraquellus in interpretatione l. si vnquam. in verbo reuertatur. num. 111. & sequen. C. de reuocand. donatio. Et si libertatem habeat conferendi, tamen debet conferre iuxta iuris dispositionem, vt dicit hic text. ideo poterit conferre suo nepoti, si aliud canonicum non obsistat. c. dilecto. & ibi Panor. in 1. notab. de præben. imo etiam propriis filiis, vel aliis consanguineis idoneis. gloss. & doct. in c. 1. de cohabi. cleri. & mulie. Decius consi. 129. Panor. in consil. 96. Iesus. in 2. vol. Et patronus proprium filiū poterit præsentare. Panor. in c. quia clerici. & c. consuluit. de iure patro. quia potius tenetur suis subuenire, quā extraneis, cæteris paribus. c. non satis. 86. dist. Nemo enim præsumitur habere carnē suā odio. c. nō *Conferre possunt episcopi nepotibus suis vel filiis idoneis.*

æſtimemus.13.q.2.eo prohibetur conferre conſanguineis, ne per illos eccleſiæ lædãtur, ſed ſi idoneis conferat, ceſſat illa cauſa, ergo & conſtitutio.arch.pulchrè in c.omnino.in fin.10.q.2.

Episcopi sunt caeci circa nepotes.

¶ Hodie tamen epiſcopi ſunt cæci circa nepotes.gloſſ.in c.peruenit.1.q.3.Ita vt hodie armum dextrum (id eſt pinguia beneficia) habeant, & adulatores.vt Leuit.7.c. ille de filiis Aaron, qui ſanguinẽ, vel adipem obtulerit, habebit armum dextrũ in portione ſua. Ille dicitur offerre adipem, qui ſuauiter vngit, vt adulator. Et ferè omnes ſacerdotes vocant filios ſuos nepotes, ſed intellige nepotes fratrum. Et quomodo verbum liberè reſtringatur ex natura actus, ponit Fel.in c.cauſam.2.col.12.num.2.& ſeq.de reſcriptis.

viris graduatis [a] per vniuerſitates nominatis (qui gradus & nominationis literas cum ſtudij tempore debitè inſinuauerint) confer-

Requisita in nominatis.

a ¶ *Viris graduatis*] Et ſic antequam nominatis ſint conferenda beneficia, requiruntur ſequentia. Primum quòd ſit vir, & non mulier, ibi viris, licet mulier abbatiſſa vel prioriſſa poſſit eſſe. c. indemnitatibus.de elec.in 6.non tamen poſſunt ei concedi nominationes, de quibus hic, quia vir excludit mulierem. l.1. ff.de leg.l.ſcripturas.C.qui potior.in pign.habeantur. l.2. de veſtib. olober.lib.11.& l.ſi pater.in fin.de fideicom.libert.

¶ Niſi ſubiecta materia conueniat etiam mulieribus, tunc non excluditur mulier, vt teſtificari.per tex.in c.licet vniuerſis.de teſtib.Dec.in c.2.de fide inſtru.tex.in c.1.de præſumpt. Sed non conuenit hæc materia mulieribus, ergo eis non concedentur nominationes.

¶ Secũdò, quòd in vniuerſitate ſtuduerint priuilegiata ad hoc, & ſic, non in vniuerſitate extra regnum. §.1.ſupra eod.

¶ Tertiò, quòd poſt ſtudium ſit graduatus, ibi graduatis. dixi ſupra eodem.in verbo graduatis, & in §.præterea.in verbo ſtuduerint.infra eodem.

¶ Quartò, quòd ſit graduatus ab vniuerſitate, & non ſub b[u]lla, ibi, per vniuerſitates, &c.

¶ Quintò, quòd ſit nominatus, ibi, nominatis, &c. & §.volumus.infra eo.

¶ Sextò, quòd poſt tempus præſtitutum ſit nominatus, infra eo. §.præterea.non ante, alioqui ei non prodeſt.

¶ Septimò, quòd ſit nominatus ab vniuerſitate regni, & graduatus,

duatus, non ab vniuersitate extra regnum, de quibus hic non loquitur, patet in §. monemus. infra eod.

¶ Octauò, q̄ sit nominatus per vniuersitatem, & nõ per facultatem. ibi, per vniuersitates, &c. & dico in trac. nominatio. q. 6.

¶ Nonò, q̄ præsentauerit literas gradus & nominationũ cum certificatoriis literis tẽporis studij. ibi, qui gradus & nominationes, &c. Et literas attestatiõis nobilitatis, si sit nobilis. §. teneãtur. infra eod.

re seu præsentare teneãtur. Beneficia verò quæ in quinto & sexto mensibus, vacare [a] contigerit, simili modo personis idoneis liberè conferre, seu personas ad illa præsentare possint. Beneficia autem quæ septimo mense vacare contigerit, graduatis, qui simili modo literas gradus cum tempore studij debitè insinuauerint, conferre teneantur. Beneficia verò quæ octauo & nono mẽsibus vacare contigerit, pari modo personis idoneis conferre, seu

¶ Decimò, quòd debitè & legitimè præsentauerit literas suorum gradus & nominationis, & alia necessaria, seu ĩsinuauerit, videlicet tẽpore quadragesimę: vt ĩ hoc tex. debitè. & inf. eo. §. teneãt.

¶ Vndecimò, requiritur quòd beneficiũ vacet, antequam possit acceptari per nominatum, vt in hoc tex. ibi, vacare contigerit.

¶ Duodecimò, requiritur q̄ nominatus beneficium vacans petat. §. teneãtur. infra eod. & prosequatur. §. fi. infra eo. & his concurrentibus nominatus poterit beneficium requirere, & sibi cõferri petere. Alioquin non prosequatur, nec inanibus sumptibus se vexet. cùm obtinere non speret. arg. l. 1. ff. de inoff. testamen. & sic summatim vides requisita in nominatis, quæ notes.

a ¶ [*Vacare contigerit*] Beneficia enim ante vacationem conferri non possunt. c. 2. de conces. præb. fallit, vt per Cardi. in cle. fin. q. 3. de præb. videlicet in canonicatu, de quo dixi supra tit. proximo. §. fi. Et dicitur vacare beneficium propriè quando ecclesia priuatur sponso. Imol. in cle. vlt. nu. 32. de rescri. & aliis modis quos tradidi in glo. vacantibus. §. monasteriis supra. de regia nominatio. Et intellige quando vacauerit verè, secus si fictè, quia verba debent intelligi verè, & non fictè. l. 3. §. hæc

Vacare quando beneficium dicatur.

verba.ff.de nego.gest.Bar.& alij in l.1. §.1. ff. ad l. falci. verba enim debent intelligi secundum naturalem intellectum,& nõ fictum.Deci.consil.441.visa donatione. col.3. vide Soci. consil. 260.in causa.colum.8.versi.in casu nostro.in 2.vol.Bald.& Ias. in l.gallus.§. & quid si.ff.de libe.& posthu.

Beneficia vacantia in mẽsibus nominatorum,an legatus conferre possit.

¶Et ideo si legatus vltima die Iunij,vel in mẽse Iulio contulerit beneficiũ coram eo resignatũ, derogãdo regulæ de viginti diebus, si resignãs moriatur ante viginti dies, & in mẽse Iulio affecto nomĩatis, nõ debebit hoc beneficiũ nominato, tũ quia beneficia causa resignationis vacantia nõ debentur eis.§. volumus. infra eo. siue resignatio fuerit facta causa permutationis,siue simpliciter, vt ibi dicitur. Tũ etiã quia factũ legitimè

personas idoneas ad illa præsentare teneãtur.Beneficia autẽ quę in mense decimo vacare cõtigerit,graduatis nominatis, qui gradus & nominationis literas cum tempore studij debitè insinuaverint,per eosdem ordinarios conferri,seu ipsi ad illa prę̃sentari debeãt.Beneficia autẽ quæ vndecimo & duodecimo mẽsibus vacare cõtigerit, ꝑ eosdẽ ordinarios personis idoneis iuxta iuris cõmunis dispositionem cõferri,seu ipsi ad illa præsentari debeant.

non debet retractari,licet peruenerit ad casum, à quo incipere nõ potuit regula.factũ legitimè.de reg.iur.in 6. nec debet destitui qui ritè fuit institutus.c.querimoniã.de iure patro. Et maximè quando actus fuit perfectus,& cõsummatus,vt est in hoc casu.Bar.& alij in l. patre furioso ff.de iis qui sunt sui vel alie.iur.

¶Et per illum tex.dicit Ias. in l. nõ dubium.col.2.not.4.C. de legib. Quòd quamuis lex ciuilis non posset obligationem naturalem tollere.postquam est in esse deducta. per l. Iulianus. ff. de conditio.indeb. potest tamen impedire,ne oriatur,sic & legatus potest dispensando impedire,ne beneficium debeatur nominatis,licet postquam esset debitum, non posset eisdem tollere.vide pulchrè Bal.in c.at si clerici,col.pen.nume. 24. de iudi. Decius in reg.in ambiguis.§.1.ff.de reg.iur. & postquam legatus potuit derogare illi regulæ apostolicæ,ergo iure contulit,& sic illa collatio valida non debet retractari. nam postquam est derogatum illi regulæ,habetur,ac si facta non esset.

¶Nec

¶ Nec dicitur præiudicare nominatis, vel in fraudem illorũ facere, qui derogando regulæ fecit, vt ipsis nominatis non acquireretur, argu. l. qui autem. ff. quæ in fraud. credi. l. si sponsus. §. si maritus. 2. ff. de donat. inter vir. & vxor. nec enim videtur voluisse fraudare edictũ, qui sibi prospicit. Vlpia. in l. si pupillus. in 1. ff. de acqui. hered. nec præiudicium dicitur aliis facere qui iure suo vtitur. c. dilectus. de offic.. leg. & ibi Card. per illum tex. Anch. consi. 101. col. pen. Fede consi. 9. Barb. consi. 66. col. 5. in 4. vol. Decius consi. 260. nam in multis casibus potest præiudicari alicui in acquirendis, quod nõ fieret in aquisitis. l. seruus. & ibi addidi. C. de pact. c. vt super. de reb. eccle. nõ alie. Hippol. singul. 194. magna Francisqui. Curtius consil. 1. num. 22. vol. 2. & Auffr. in decis. Tholos. q. 150.

¶ Nam statutum laicorum potest facere vt non acquiratur ecclesiis, vel clericis, multò fortius legatus, vt non acquiratur qualificatis. Ias. in repet. l. filiusfa. §. diui. 1. lectura. nu. 8. ff. de leg. 1. & secundum istam opinionẽ fuit in hoc supremo senatu iudicatũ. Anno 1536. die 13. Maij. contra magistrũ Radulphum Thabary theologum, pro magistro Florentio Parmentier super beneficio curato S. Medardi le grand. rub. diœcesis Nouionen. *Arrestum.*

¶ Quia si non posset legatus derogare regulæ illi de 20. diebus, collatio interim esset in pendenti, quod est à iure alienum, regula actus legitimi. de regu. iur. & nihil prodesset eidem legato quòd sua maior esset potestas, quàm ordinarij, si non posset in mensibus, vel iuxta menses præstitutos nominatis vel graduatis conferre, & regulæ prædictæ derogare: nam si papa posset eam tollere in totum, ergo & pro parte eidem derogãdo, tam per se, quàm per legatum: quia resignatione admissa per legatum casualiter & fato quodam cõtigit, quòd resignans moriatur ante 20. dies, ergo illud non debet considerari. tex. in l. quæsitum. §. fi. ff. de leg. 3. Bal. expressim in l. oleo, per illũ tex. C. de vsur. Decius con. 523. aliàs. ver. 2. & in hãc sententiam inclinat D. Boer. in tracta. de dignitat. leg. fol. 27, ver. sed hic cadit. fusius probarem: sed tanti authoritas senatus sufficiat. Tamen in hoc casu non dicitur etiam fictè vacare per mortem, cũm iam sit prouisum, & regulæ cancellariæ derogatum. Secus si regulæ non esset derogatum. *Legatus regulæ de 20. diebus derogat.*

¶ Nec obstat quòd paria sunt aliquid facere tempore inhabili, vel habili, & conferre in tempus inhabile. l. in his. ff. de hæred. insti. l. quod spõsæ, C. de donat. ante nupt. quia loquitur quãdo

effectus confertur in tempus inhabile: vt dono quando eris vxor. sed in resignatione admissa per legatum tempore habili, effectus non confertur in tempus inhabile, quia statim collatio valet, ideo siue resignans moriatur, siue non, tenebit collatio facta per legatum. declarat Panor.in c. licet.de vitanda. de electio. & c. de vxore. de sepult. Boer.in §.1.de consuetu.matri. in consuet. Biturig. postquam derogat regulæ de viginti diebus.

Legatus an regulis cancellariæ possit derogare.

¶ Et quid si testes actoris dicant resignantem fuisse sanum die resignationis, & testes rei deponant illum infirmum, quomodo poterunt concordari? scripsi in tractatu de reprobatio. testium. in verbo concordia testium.versicu.19. Et an legatus de latere possit derogare regulis cancellariæ sine speciali concessione.not.doct. in ca.quòd translationem. de offi. lega. D. Boer. in d. tract. de dignita. leg. vbi concludit quòd sic, sed hodie expressim solet concedi, & nominatim, vt vidi tempore legationis domini legati de Prato, aliàs in Francia vix reciperetur.

¶ Nec refragatur quòd legatus non potest conferre beneficia vacantia in mensibus nominatorum aliis quàm nominatis, fac esse, sed illud beneficium verè vacauit in mense non affecto graduatis, nec nominatis, ideo rectè potuit legatus conferre, imo si vacasset in mense Iulio per resignationem, potuisset legatus cõferre, & etiam in aliis mensibus nominatis vel graduatis præstitutis. §.volumus.infra eo.

Fictus casus quãdo comprehendatur.

¶ Inquantum tamen supra dixi, quòd hic tex, non extenditur ad vacationem fictam, intellige nisi eadem ratio per omnia esset in casu ficto, quæ in casu vero, tunc etiam haberet locum in vacatione ficta, argu.c.ad audientiam.& c.cum dilectus.de cleri.non residen.& ibi per doct.& in l.gallus.§. & quid si tãtum. ff.de liber.& posthu. Nam etiam statuta concernunt casum fictum, quando fictio est circa id quod est iuris, & in quo statuentes habent potestatem. Bartol.in l. si maritus.in 2. §.1. ff. ad leg. Iul.de adult. Card.consil.60.incipien.quaglotus.colum.3. Bart.& alij in l.omnes populi.in materia extensio.restrict. ff.de iustic.& iure. Albert Brunus in tract. de statutis excludentib. fœminas, in 6.artic.q.1.in 4.membro. & q.2.artic.12.& sic deberetur nominato beneficium resignatum in mẽse Decembris, per legatum collatum, si resignans ante viginti dies moriatur in mense Ianuario, & non sit derogatum regulæ, quòd est notan-

tandum. Et intellige textum propter verba generalia, quando etiam vacaret de iure, licet non de facto, quanuis verbum vacare in rescriptis simpliciter prolatum, intelligatur de vacatione iuris & facti. tex. in c. cum nostris. & ibi doct. not. de concess. præb. Domi. consi. 86. in causa. col. 1. Feli. in c. in nostra. correla. 36. versi. 7. no. de rescrip. Imò etiam beneficia vacantia in mensibus præstitutis qualificatis eis regulariter debentur, quomodocunque vacent, quos modos expressi in §. monasteriis. in verbo vacantibus. supra de nominatione regia. vnde cum beneficium per non promotioné vacasset in mense Iulio, & ordinarius id temporis noluisset conferre, sed in mense Augusti, dixi deberi nominato non obstante collatione per ordinarium facta, per istú. §. qui dicit beneficia quæ vacare contigerit: ergo quæcunque vacabunt, & quocunque genere vacationis. Et quid si vacet per regulam cancella. 34. ibi, dicam in praxi beneficiali in explicatione illius regulæ.

§. SI QVIS VERO.

Hic §. duas continet partes. Prima, dicit collationem factam cótra ordinem iam dispositum esse nullam, & deuolui ad proximum superiorem. Secunda, præcipit immediato superiori, vt eisdem qualificatis conferat, qui si contrauenerit, ad alium superiorem fiet deuolutio, donec ad sedem apostolicam fiat. 2. est ibi, qui eisdé. & hoc loco summæ esto.

¶ §. Si quis [a] vero cuiuscun-

a ¶ *Quis*] Comprehendit etiam fœminam habentem collationem iure ecclesiæ, vt patet per hoc verbum quis, quod complectitur tam masculos, quàm fœminas. l. prima. vbi scripsi. ff. de verb. sign. l. si quis id quòd. de iurisd. om. iudic. & dixi in quæst. 8. tract. nomina. num. 9. licet fœmina non possit ordines sumere, impediente sexu & constitutione ecclesiæ. c. sacratas. 23. dist. & si sumeret, non reciperet characterem. glo. in c. diaconissam. 27. q. 1. Cardi. in cle. 2. de æta. & qualit. Panor. in c. noua. de pœni. & remiss. Dec. in reg. fœminæ. nume. 41. ff. de regu. iur. Tum quia mulieri non licet deferre coronam. c. quæcunque. 30. dist. quam gestare debent clerici. c. duo. de cleric. coniug. in 6. c. duo sunt. 12. q. 1. tum etiam, quia est sub viri potestate, ideo non potest recipere ordinis characterem, qui præeminentiá significat, quæ non potest esse in hoc statu subiectionis, eò quòd præcepto malè fuit vsa, & ideo subiecta. Genes. 3. c. &. c. est ordo. & *Fœmina nominatis prouidere debet.*

cap.hæc imago.& ca.mulierem.33.quæst.5.Benedici tamen mulier potest, vt officium spirituale legendi, fortè in matutinis habeat,teste Soci.in cap.ad audientiam.quæst.5.principa.circa finem.de homici.Vide Rotam decisio.21.quædam. de præbend. in antiqui.Felin.in c.cum venerabilis. nume.36.de exceptio.

que [a] status, etiam si cardinalatus [b],

a ¶ *Cuiuscunque status*] Ecclesiastici, vt in sequentibus declaratur, siue ergo fuerint cardinales, archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, patroni, vel alij inferiores collatores, hic comprehenduntur, etiam capitula ecclesiarum, vt supra dixi, & fusius in octaua quæstione. tracta. nomina.quibus dirigi possint nominationes, &c. non tamen papa,vt inferius dico.

Dispositio non cõprehẽdit cardinales si non exprimantur.

b ¶ *Cardinalatus*] Ideo expressit,quia dispositio quantumcunque generalis, si sit odiosa, non comprehendit superlatiua, vel maxima seu maiora expressis.c.sedes.de rescrip.etiam non comprehendit caput.l.cos.C.de aquæductu.lib.11.quam ad hoc allegat Barb.in rub.de reb.eccle.non alien.col.18.num.95.& cle. 2.in fine.de procu.&.c.qui ad agendum.illo titu.Nec comprehendit Cardinales. ca.vno.§.omnem de scismaticis.in 6.cap.2. de cleri.non resid.& ibi not.doct.Panor.in c.extirpandę.§.qui verò.in repet.col.8.nume.25. de præb.consuluit Ancha.consil. 295.& dico in dicta q.8.Roma.consi.498. in casu.col.1. Barb. plenè in trac.de præstan.cardina.q.7.partis.1.Et in c.in nostra. col.2.& seq.de rescrip.multò fortius papa etiam non comprehenditur. Ideo regulæ cancellariæ, quæ annullant gratias, in quibus verus valor non est expressus,non habent locum in gratia facta Cardinali.Decius in c.ecclesia.no.4.de constitut.col. 7.Feli.in c. ad aures.nume.11.de rescript.

¶Nisi factum esset de se malum, quia tunc cum grauius peccet ille,qui est maior, comprehenderetur.ca. homo.40.dist.glos.in extra.1.in verb.clericos.de senten.excõ.in communibus.Dom. in c.nemo.col.1.de elec.in 6.refert Ias.consi.117.in causa.col.3. in 4.vol.Quando dispositio generalis concernit bonum publicum,vel animæ vtilitatem,aut periculum,tunc etiam comprehẽduntur cardinales. teste Gomesio in commenta.regu. cancella. de viginti diebus. q.3. & vide eum in proœmio earum regula. q.4.Et sunt,vt ex ordine literæ apparet,maiores episcopis,& patriarchis,officio & administratione,& si ratione ordinis episcopus

pus sit maior presbytero, vel diacono cardinali, & propter hoc papa se appellat episcopum, vt in procemio decretal. & alibi. hoc tenet Barbar. in tractatu de præstan. cardinal. quæst. 1. partis primæ. Felin. in rubric. de maior. & obedien. columna 5. & in cap. quod super. in fine. de fide instrumen. Decius plenè in cap. cum venerabilis. not. primo. de exceptio. & cap. ad præsentiam. de appellatio. glo. in rubr. de numero & qualita. cardina. in pragma.

¶ Hodie curia Romana tenet, quòd nulla dignitas sit maior cardinalatu, cùm ipsi cardinales vnà cum papa iudicent omnes, nec possunt iudicari ab alio, quàm à papa, & suis collegis. cap. nemo. & sequen. 9. q. 3. Hostien. & Ioan. Andr. in cap. dilectus. 1. de præbend. Et ponendo pileum super caput delinquentis cardinalis potest liberare eum, qui ducitur ad mortem. Bald. in l. addictos. C. de episcopo. audien. Corset. in sing. incipien. cardinalis. Fallit in crimine falsi. Barba. in tracta. de præstan. cardina. in o. quæst. partis primæ. nume. 7. per tex. singul. in l. Lucius. ff. ad Turpilia.

Nulla dignitas maior est cardinalatu.

¶ Quod non seruaretur in Francia, vbi nullus extra regem gratiam concedit, nec crimen remittit, sed hoc fortè fuit tempore quo intra se continebant cardinales, & vix in anno contemplationi addicti videbantur, sed hodie multi longè absunt, quod est dolendum, & pro illis orandum, vt videant. Nam in concilio Basilien. quales esse debeant, sic fuit statutum, sint viri in scientia, moribus, ac rerum experientia excellentes, non minores xxx. annis, magistri, doctores, seu licentiati, cum rigore examinis, in iure diuino, vel humano, sit saltem tertia, vel quarta pars de magistris, aut licentiatis in sacra scriptura. an sit hodie, meum non est iudicare, sed Deum Opti. Maxi. oro atque deprecor, vt si tales non sint, tales fiant. vide alia in rubrica de numero & qualitate cardina. in pragma. Hic possem dicere quid sit cardinalis, vnde dicatur, quot sunt genera cardinalium, quot sunt numero, qui sunt, & ad quid sunt, & de eorum titulis, & priuilegiis: sed longum hæc haberent tractatum. ideo ea licet videre per Aluaro. in titulo episcopum vel abbatem. columna septima, cum sequentibus. Et per Marti. Carrat. in suo tractatu de cardinal. & per Petrum de Monte, in sua monarchia. & Barbat. in tracta. de præstan. cardinal. ac Hierony. Alba. in eodem tractatu de cardina. & Antho. capi. in decisio. Neapol. quæst. 120. Romanæ.

Cardinales quales esse debeãt

a ¶[*Patriarchalis*] Pro primate quandoque accipitur, licet diuersa sint nomina. c.1.dist.99.c.vrbes.80.dist. & ibi glos. Patriarcha dicitur quasi summus patrum. c.cleros.21.dist. Et sunt quatuor, videlicet Cóstantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus. c.antiqua. de priuileg. & hi quatuor euangeliorum scriptores (quos euangelistas dicunt) repræsentant. c.scriptum est.de elec. plenè per Florent. in sua summa.in 3.parte. titu.20.c.4.

Quatuor sunt patriarchæ.

patriarchalis [a], archiepiscopalis [b] aut pontificalis, vel alterius cuiuslibet dignitatis [c] contra prædictum ordinem [d], & qualificationes superius ordinatas, de dignitatibus, personatibus, administrationib⁹ vel officiis, seu quibusuis aliis beneficiis ecclesiasticis huiusmodi aliter quàm mo-

Patriarcharum priuilegia.

¶Not.tamen quòd hi patriarchæ seu primates nihil iuris vel priuilegij præ cæteris episcopis habét nisi quantum sacri canones, vel eis prisca consuetudo contulit. tex.in c.conquestus.9.q.3.&. c. duo de offic. ordi. Aluaro. in rub. episcopum vel abbatem.in prin.colum.pen. vbi tradit priuilegia & ordines ecclesiasticorum omnium, tam episcoporum, quàm archiepiscoporum, & melius Alberic.in rub.ff.de statu homi.& nouissimè per dominum Boer.in tract. de præeminentia magni concilij. in fin. qui omnes habuerunt à prouinciali ecclesiæ Roma.in prin. vbi seriatim ista omnia describuntur.

Quis fuerit primus archiepiscopus.

b ¶[*Archiepiscopalis*] Vigintiquatuor priuilegia archiepiscoporum tradit Rufæus in tract.de præeminentia archipręsulum, post tract.de mand.apost.ibi, licet videre ea quæ archipræsules tangunt, & primus archiepiscopus fuit Iacobus, qui iustus dicebatur.c.porro.66.dist.

c ¶[*Dignitatis*] Ecclesiasticæ, quia laicus patronus non ligatur nominationibus, vel gradu, vt dixi supra, & in tracta.nomina. q.8.vbi fusius.& in isto titulo exprimitur patronus ecclesiasticus.ergo alius non adstringitur, arg.c.qualis.25.dist.

Quid sit ordo, & quis inducere illum possit, & quare.

d ¶[*Ordinem*] Ea enim quæ non sunt ordinis, potest facere princeps, quòd sint ordinis, nam quod principi placet, vt sit ordo, est ordo substantialis, quem nunquam princeps apponit, nisi magno cum mysterio, & ratione. Bal.in l.prolatam.colum. 3.versicu.& nota quòd princeps.C.de senten. & interlocu.om. iudi,

iudi. Sequitur Barb.consi.44.scribitur,colum.3.in 1.volum. Et quod fit cótra ordinem datum à principe, est ipso iure nullum. l.1.C.de appellatio. & ibi Bal. not.3.dicit quòd præposteratio ordinis dati à iure,meretur appellationem: quia omittere ordinem est grauamen, secundum eum. & tum ordo legis dicitur substantialis;quando si omitteretur,pararet graue præiudiciú, vt hic,& túc eius omissio vitiat, secus si leue.l.1.in fine.ff. de ventre inspici.Bald.in l.2. §.prius. de vulga.glos,in verbo iuris ordinem.c.penu.de purga.canoni. Feli.in ca.cum dilecta. colum.6. versicu.tertium signum. de rescript.Philip.Perus.in cap.1.col.2.de accusat. Hic ordo ratione necessitatis omitti potest,argu.l.vnicæ.ff.de offi.consul.

do prædicto disposuerit[a]

¶Et sic quando non esset episcopus, posset conferre archiepiscopus non expectato episcopo, & sine alicuius recusatione, si forte bello aut casmate alio esset etiam capitulum destructum. Aliàs dic vt in glos.seq.versi.5.Estque iste ordo introductus ratione confusionis tollendæ inter nominatos & graduatos, vt infra dico.§. teneantur. Hic possem facere de ordine glossam longiorem.§. Callimachus,sed ordinem nostræ tantùm materiæ scribere in animo est.Sed vide plenè Albert.Brun.in tract. de forma & solennita.actus.rubr.quando aliquid censeatur traditum pro forma,conclu.15.& glo. in verbo canonicatum. infra, in forma manda.

a ¶*Disposuerit*] Et sic videtur quòd antequam ius deuoluatur ad immediatum superiorem, requiratur quòd primus collator contulerit,præsentauerit, vel alio prouiderit modo, & cum effectu,vt probat hoc verbum disposuerit,quod significat præteritum tempus, & non futurum ex vi & proprietate sermonis. l. si quis id quod. & ibi Bartol. & docto.ff.de iurisdict. omnium judi.l.vxori.§.1.de legatis.3.notatur.in l.verbum oportebit. vbi dixi.ff. de verbo. significa. & significat actum perfectum, & sic collationem factam.l.1.§.hæc autem verba. ff.quod quisque iuris. Item dicit hic text. deuolui collationem ad superiorem, quando primus collator disposuit contra ordinem supra statutum:ergo si non disposuit non deuoluitur collatio,sumendo argumentum à contrario, quod est in iure validum. ca. cum apostolica.de his quæ fiunt à præla.quia aliud est disposuisse, aliud disponere velle.argum.l.aliud.ff.de reg.iur.& l.amplius,rem ratam habe.In contrarium videtur,videlicet solùm requiri recu- *Collatio an requiratur ante deuolutionem.*

ſationem, ſimul quòd diſpendioſa ſit beneficiorum diutina vacatio,& animabus periculoſa.c.quam ſit.de elect.in 6.& ſic diu vacarent eccleſiæ,ſi oporteret expectare ſex menſes in quolibet collatore. Simul, quia primus requirens vigilauit requirendo beneficium ſibi conferri, ideo ſuam conditionem fecit meliorem,dicit iuriſconſul.in l.pupillus.in fine.ff.quæ in frau. credit. Adhæc,quia via malignandi daretur collatoribus.

Cuſtodi nos. ¶ Nam ſi non tenerentur conferre ante ſex menſes,ipſi pactiones illicitas interim inirent cum aliquo graduato, cuſtodi nos vulgò,vel rapè vocato,cui conferrent,& is poſtea dimitteret eis beneficium.Ita quòd intra dictos ſex menſes excogitarent omnes fraudes & malitias ad excludendum nominatos & graduatos, quibus malitiis iura obuiant. l.in fundo.ff. de rei vendica. Et lex quæ præbet materiam delinquendi, ſicut iſta faceret,reprobatur in l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact.l.conuenire. de pact. dotali.

Recuſare & differre non differunt. ¶ Et quia paria ſunt quo ad hoc recuſare & differre tex. egregius in l.præſenti. §. cum autem. ibi, ſed ſi hoc facere detrectet aut differat.C.de his qui ad eccleſ. cōfug.Guido papæ in deciſ. Delph.q.569.& ſingulari.559.detrectare. imò recuſare dicitur, ſi nil reſpōdeat, vel dicat ſe collaturum, termino non expreſſo. gl.ſing.in clemen.2.in verb.aut ſi.de appella. Feli.in c.ex literis, col.5.de conſti.gloſ.in verb.recuſarint.clemen.dudum.de ſepul. quia poſſet vſque ad decem annos protrahere, & idem eſt nolle,& contemnere.l.imperatores.ibi, ſi noluerit,aut contempſerit.ff.de manu teſta.

¶Et dicitur etiam nolle, qui differt & donat,qui confert.text, egregius in l.ſed & ſi vnius.§.planè. ff. de iniuriis. vbi ſunt iſta verba. planè ſi præſens agere nolit,vel quia differt,vel quia remittit atq; donat,&c. Fuit tamē in hoc ſenatu concluſum inter

Arreſtum. M.Io. Leſpine & Bellangier, collationem factam à ſuperiore intra ſex menſes non valere,ſi inferior intra illud tempus,etiam poſt requiſitionem & collationem ſuperioris contulerit habili, & qualificato, vel præſentauerit, ſecus ſi inferior incapacem præſentauerit vel illi contulerit, quia tunc ſuperioris collatio

Poſt recuſatione inferioris aditur superior. valebit facta etiam intra ſex menſes inferioris, quod planè ſcribunt doct.in c.2.de conceſſio.præbend.

¶Præterea hoc de conſuetudine ſeruari dicit gloſ.in §.quòd ſi quis.in verbo eo ipſo.eod.titu.in pragma.videlicet,vt poſt recuſationem collatoris poſſit ſuperior adiri,& doctori atteſtanti

con-

consuetudinem credendum censet Bartol.in l. de quibus. ff.de leg. nisi collator iustam causam differendæ prouisionis allegauerit.glos.in verbo gradus.§. Item quòd vniuersitates. eod. titu. in pragma.

¶ Nec refragatur secundum istam nouissimam opinionem verbum hoc disposuerit: quia non conferendo requirenti qualificato,dicitur aliter disponere, quàm supra dictum extitit in dicto.§. proximo,in quo dictum extitit, vt collatores teneantur conferre qualificatis, & qui non facit quod facere debet, videtur facere aduersus ea, quia non hoc facit. l. qui non facit. ff.de reg.iur.& appellatione facti non factum continetur. l. si mora. ff.solu.matrimo.dixi in repetitione legis vnicæ, in glos. prout. nume.16.C.de senten.quæ pro eo quod interest. Decius in regula,id quod nostrum.ff.de reg.iuris.

¶ Nec etiam obstat quòd verbum disposuerit, non extenditur ad futurum,hoc est verum, nisi subiecta materia aliud suadeat, vt hic,per text.& ibi glos.& docto.in c. ad hæc.in verbo elegerint.de rescript. facit.l.nouissima. ff. iud.solui.l.verbum erit.de verbo.signi.dixi in glos.studuerint.§.præterea infra eo.nec me mouet quòd verbum disposuerit,rem perfectam significat,quia etiam qui recusat conferre,dicitur aliter disponere, quàm præceptum sit.& sic actus quo ad illum dicitur perfectus, vt supra dixi,nec potest sumi argumentum à contrario,quando absurdum resultaret.per tex.& ibi Bal.in l.conuenticulam C.de episco.& cleric.l.2.de conditio. insert.Ias. & alij in l.1.ff.de offi.eius.

¶ Et per hoc iste tex.cautè vsus est verbo disposuerit,& nõ verbo contulerit,vel prouiderit,vt demonstraret dispositionis vim generalissimam,tam pro collatione,& alia prouisione,quàm etiam pro recusatione,negligentia,& alio actu.cap.pen.de offic. delega.in 6. Feder. consi. 195.factum ita.col.1. dixi in glos.dispositionem supra.§.proxi.& quòd verificetur in quolibet actu, probatur per Dauid.Iocundus homo qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio. & Lucæ. 22.cap. Ego dispono vobis,sicut disposuit mihi pater. Prouerbio. 16. cap. Cor hominis disponit viam suam,sed domini est dirigere gressus eius.Panor.per illum.tex.in ca.2.no.3. de sepult. Et propriè in vltimis voluntatibus dicitur dispositio.§. fin.quib. mo. licet. in institu.§.disponat.in authen.de nuptiis.colla.4.& etiam inter viuos,vt consuluit Iason.consi.130.institutio.col.1.& seq.in 4.vol.vbi plenè tradit.Et mãdata p. incipiũ etiam dispositiones

Disponere generale est.

dicuntur.in authen.de manda.prin.paulò post prin. ibi,sed saluberrimas dispositiones,colla.3.sequitur Lucas de penna, in l. 1.C.de proximis sacr.scrinio.lib.12.Et hoc declarat verbum cótrauenerit sequens,videlicet sic intelligendo,quòd si quis aliter disposuerit quàm præmisso modo statuto,dispositio sit nulla,& deuoluatur ad superiorem;qui si cótrauenerit,etiam recusando conferre,deuoluatur ad alium immediatum superioré collatio.

Requisitio primi collatoris an sit necessaria. ¶Ex quo infertur primo,quòd requirédus est collator primus, vt videatur an disposuerit aliter,quàm supra statutum est,& per consequens deuolutio sit facta ad superiorem,nécne: vel si non disposuit,saltem quòd disponat,vel negligendo,vel recusando, ad hoc vt deuolutio ad proximum superiorem fiat , vt dixi in tracta.nominatio.q.17

¶Et si inhabilis requirat, potest collator recusare collationem, & alteri conferre.text.& ibi Ancha. not.in c.significauerunt.2. nota.de exceptio.

¶Nisi,vt dixi in glo.ordinem.supra eo.quando medium abesset, videlicet tam episcopus quàm capitulum.

Gradatim fit requisitio. ¶Secundò infertur, quòd requisitio fieri debet gradatim, sicut fit deuolutio : alioquin non valet collatio facta omisso medio, sicut dicitur de appellatione in l.imperatores. ff. de appellatio. Et dico infra eod.in glo.ad alium.& in d. q.17.nu.8. Nec valeret collatio superioris,etiam si inferior non conferret: quia iure

Collatio facta ante deuolutionem non valet. deuoluto contulit,quod nondum erat,ideo non potuit eo iure conferre,vt nota.in c.ex parte,de conceff.præbend.& quia collatio est actus legitimus,ideo non potest esse in pendenti. gl. & docto.in c.2.de electio.in 6.& notatur in reg. actus. de reg.iur. & quia ista collatio superioris mediati esset temporalis, videlicet si alius conferret intra sex menses , non valeret , & collatio debet esse perpetua.c.præcepta.55.dist.glo.in c.veniens, de filiis presby.&.c.si gratiosæ.de rescrip.in 6. Et licet apostolici expectantes non acceptent beneficium intra mensem,collatio tamé interim facta non valet.de Rota decis.834. cum ad collationé. in antiquis. vbi dicit istam opinionem communiter approbari. & idem si ordinarius contulerit beneficium vacans in curia ante mensem,vt collatio nó valeat,etiam si papa intra illum mensem non conferat,quia præproperè cótulit. doct.in c.statutum. de præb.in 6.Stepha. Bertrand.in consil.38.vol.3.ex noua editio.& sic non valebit collatio superioris antequam sit deuoluta potestas conferendi ad eum,licet postea deuoluatur. Feli.& alij in c.

in c.cum ex officij.in fi.de præscrip.licet Panor.ibi teneat contra.tamen opinio Feli. est communis. & sic etiam non valebit collatio superioris antequam requiratur inferior. Quid autẽ in præsentatione,tradit Thomas Ferra.cautel.45.sciẽdum.Feli.in c.cum Bertoldus.col.3.de re iud. Roch. Curti. in tracta.de iure patro.in verbo honorificum.vide in tract.nomina.q.17.nu.10. Scripsi in ca.illud,dando illi nouum intellectum,de iure patro.

¶ Tertiò,infertur quòd statim facta collatione,vel alia dispositione,de qua supra dixi,deuoluitur potestas conferendi ad superiorem immediatum, si graduatus & qualificatus prosequatur. Alioqui si facta prima recusatione, iterum nominatus addit primum collatorem,& ab eo iterum requirit, licet non sit necesse, si tamen conferat isti graduato,vel nominato. collatio non est nulla ratione deuolutionis,quia nominatus reuertens ad primũ collatorem, nolebat deuolutionem esse factam, vt dixi in glos. dispositiones. infra eod.cũ istæ deuolutiones in fauorem qualificatorum sint introductæ.vt dico ibidem. *Deuolutio, an statim fiat.*

¶ Quartò, quòd si nominatus vel graduatus sit excommunicatus.poterit acceptare beneficium,& requirere,vel si primus collator sit excommunicatus,vel suspensus,adhuc per nominatum est requirendus,tum quia non disposuit quòd requirit hic text. tum quòd possit absolui ante sex menses,quos habet ad conferendum.ca.2. de conces.præb. quod tempus non potest tollere graduatus aut nominatus,vel episcopus,aut alius, quia indultũ à iure beneficium nemini est auferendum.regu.indultum.de regul.iur.in 6. Imò nec archiepiscopus,vel alius superior poterit hoc tempus semestre abbreuiare,vel minuere, licet possit prorogare per tempus intra quod potest conferre. Ioan.And.in cap. cum olim.de maior.& obedient.refert Ludo.Rom. in l.2.ff.de re iud. & Geor.Natan.in repetitio.cle.sæpe.in princ.col.48.de verbo.signifi. Nec episcopus tempus datum patrono ad præsentandum minuit.Feli.in cap.cum Bertoldus. col.4.de re iudica. Rochus in tracta.de iure patrona.in verbo honorificum.in 22. q.in electione idem dicitur per doctores in ca.ecclesia.& ca.in causis.& cap.ne pro defectu.de elect. & Mandagor.in tractatu de electio,in prima parte.c.2. quia vbi lapso termino legis incurritur pœna,ille terminus non potest abbreuiari. Bart.in d.l. 2.per tex.iuncta. gl.in verbo tertiam.de milite vassallo qui contumax est.clemen.1.in verbo tertio.de vita & honest. cleric.sed collator & patronus lapso termino amitterent & ius conferen- *Excommunicatus acceptare potest beneficium,& episcop⁹ excommunicatus est requirendus.* *Tẽpus conferendi seu præsentandi non potest minui.*

di,& præsentandi pro ea vice,vt dicunt.ergo illud tempus pœnæ inductiuum non poterit minui.

¶ Nec me mouet,quòd frustra sit requisitio , quia respon.contrarium. Nam hæc acceptatio seu requisitio facta ab excommunicato afficit beneficium , ita vt non possit conferri etiam per papam,vt est declaratum per legem regni,rubr.*des graduez*.arti. 14.Et ideo requisitio facta per graduatum etiam inhabilem,afficit,& præuenit papam, quia præueniri dicitur etiam de facto. Nam verbum præuenire est facti,ideo verificatur etiam in prẹuentione facti,quia non potest dici non præuentus, facit text. in l.posthumus. §.1.ff.de inoffic. testa. vbi rescisio illius , cuius non interest,prodest illis quorum interest.

Requisitio facta per inhabilem, an præueniat papã.

¶ Et sufficit quòd iste possit requirere instar creditoris petentis se mitti in possessionem bonorũ debitoris,vt si prætor vni permittat,omnibus permisisse videtur.l.cum vnus.in prin.ff.de bonis auctoritate iudicum possidend. Sed si vnus tamen non graduatus requireret,non afficeret beneficium,nisi hoc faceret nomine qualificati,vt in §.planè ibidem probatur.& hæc sunt mihi visa veriora,quanuis diu ancipiti cogitatione, & dubia mente in vtranque partem distractus fuerim . & faciunt quæ dixi in tract.nomina.q.17.nu.18.facit quod dicit Ancha. consi.58.circunscriptis. col.2. quòd collatio papæ etiam inualida præuenit ordinarium,ergo & requisitio etiam inualida , cùm tantùm ius præuentionis sibi papa retinuerit in istis beneficis qualificatis, intellige vt dico in glo.iure præuentionis.titu.sequen.

¶ Et quòd si nominatus requisiuit vicarium qui respondit illi, vt adiret episcopum, episcopus contulit alteri,& mortuus fuit, rex iure regali confert , iste nominatus collationem obtinet à superiore,quis præferatur,causa fuit ad consilium posita in hoc senatu,anno millesimo quingentesimo quadragesimosecundo, die 19.Septembris.

Capitulum sede vacante est requirendum.

Arrestum.

¶ Quintò,si collator sit mortuus , non est primò adeundus archiepiscopus,vel alius superior, sed capitulum sede vacante requiri debet per qualificatum : quia ad capitulum sede vacante spectat collatio beneficiorum necessaria, non voluntaria, qualis est ista.text.& ibi docto.in cap.2,ne sede vacante.sic fuit decisum in hoc venerabili senatu Parisien . super archidiaconatu Bituricen,hoc mense Ianuario 1538.(vt fertur)sicut de insinuatione dixi in tracta.nominatio.q.14.nume.78.

Dicens se prouidisse nõ põt postea cõferre.

¶ Vltimò , si collator dicat se prouidisse , & tamen non prouiderat

derat,deuoluitur collatio ad superioré,ita quòd collatio postea facta per eum qui mentitus est,non valebit.nam per mendaciũ perditur priuilegium.l. sed hoc §. fi. ff. de re iudic.l. hæreditatum. §. fi. ad legem falc.l.generaliter.C.de non numera.pecun. Nam contra negantem se appellasse, potest iudex à quo iurisdictionem exercere, vt arresto fuit decisum referente Ioan.Gal.in q. per arresta. quæst. 152.

dispositiones ipsæ sint ipso iure nullæ:[a] collationésq; & ꝓuisio-

multa tradit Ias.in l.quod te.nu.3. & in l.vinum. nume. 17. ff. si certum pet.& Hippo.in rub.de fideiusso.quęst.46.Item ad euitandas fraudes quas facerét collatores in dies,vt nominatus haberet collationem ante deuolutionem. Item si collator non dixisset se contulisse,nominatus non adiuisset superiorem,nec expensas fecisset.Ideo in hoc est puniendus collator.vt censuit senatus Parisien.anno 1543.die 14. Augusti,pro d. Carolo Garnier contra Alex.termeau. *Arrestum.*

a ¶[*Ipso iure nullæ*] Et sic nõ est opus rescisione, cùm id quod nullum est, rumpi non posit.l. nam & si,§. 1. ibi post defectum autem conditionis natus posthumus gradum non rumpit,quia nullus est.ff. de iniusto rup. & irrita.fact.testa.tex.in c. ad dissoluendum.de despon. impub. ideo non obstante collatione facta non nominato,& non vocato illo cui est facta collatio,poterit superior conferre nominato.cap.de multa.de prę-bend.possessionem tamen eo non vocato auferre non poterit. capit.licet episcopus. de præbend. in 6.intellige si nominatus vel graduatus petat illud beneficium sibi conferri, alioqui collatio non est nulla, quia collator ignorat, an qualificatus velit illud beneficium, instar mandati apostolici. cap. si clericus. ibi petere negligenter omittat. de præbend. in 6. cap. 1. §. penul. de concess. præbend. in 6. ibi, requiri.Et ipso iure sunt nullæ collationes factæ aliis, si nominatus velit & prosequatur. §.teneantur. &.§.fi. ibi,prosequẽtibus. infra eodé,vbi plenius dico. facit.§.in bonæ fidei.iuncta glos.de actio.in institut. ¶ Nam clausula decreti apposita semper intelligitur, si impetrans vti velit. Ioannes Monac.in capit. statutum,de præbend. in 6. l. proinde.§.fin.ff. si cert. peta. glos.in. §. quod si quis,in verbo irritum, eodem titu. in pragma. vbi dicit decretum apponi in fauorem & nominati & graduati, idcóque poterit ei nominatus & graduatus renunciare,c.ad apostolicam de regu- *Collationes factæ aliis sunt nullæ,si nominatus prosequatur.*

la, sicut dicitur de alienatione rerũ ecclesiæ, quæ est nulla. si tamen fuerit facta in vtilitatem ecclesiæ, poterit eam ratam habere prælatus. c. si qua. de rebus. 12. q. 2. sic consuluit Aegid. bellamera, consil. 33. quod si. col. 15. versicu. præcedentia dubia. quia vbi actus est nullus ratione personæ, non est absurdum quod posit per illam ratificari. l. filio. ff. de iniusto testa. plenè Imola in c. si

nes ac dispositiones [a] illorum, ad

quis presbyterorum. columna 6. de reb. ecclesiæ non alie. vide glo. solennem. in cle. 1. de regul. Non posset tamen episcopus post suam collationem non qualificato factam nominato vel graduato non prosequente alteri conferre. arg. l. 2. ff. de lege cõmisso. ibi, si venditor inemptum eum esse velit, quia id venditoris causa cauetur, &c.

An requiratur noua collatio nõ nominato, quando cũ nominato conuenit.

¶ Et hoc intelligit. glo in d. §. quod si quis. quando nominatus vel graduatus ante collationem renunciaret, quòd si fieret postea, non valeret sine noua collatione. idẽ si nominatus vel graduatus vti nollet sua nominatione: sed contrariũ obseruatur, vt si nominatus vel graduatus non prosequatur, quòd valeat collatio facta per ordinarium non nominato. sed gl. potest intelligi, quãdo nominatus semel esset prosecutus beneficiũ alteri collatũ. & collationẽ factã non nominato nullã pronũciari petiisset, si fiat conuentio postea inter nominatum & eum cui est facta collatio per ordinariũ. per quam nominatus renunciat iuri suo in fauorẽ non nominati, cui erat facta collatio, tutius esset quòd haberet nouam collationem post renunciationem nominati, & sic potest glo. intelligi,

Conferens nominato non potest variare.

a ¶ *Dispositiones.*] Et sic post factã collationẽ nominato etiam inhabili, vel graduato, non licet eidem collatori alteri, etiam nominato habili conferre, tum quòd ad superiorem sit deuoluta collatio, vt hic, & post deuolutionem collatio est nulla. c. licet. & c. si. de supplen. negli. præla. tum quia prima collatio impedit secundam. c. post electionem. de conces. præb. tum quia conferendo etiam incapaci, functus est officio suo. Panor. in. c. accedens. colum. 1. de præb. Ad hęc quia etiam in collationibus est prohibita variatio. cle. vna. de renũcia, facit. ca. si tibi absenti. de præb. in 6. & ita fuit prolatum, vt dicitur, arrestum in hac media partę quadragesimæ per supremum senatum.

Arrestum.

¶ Item anno 1543. die 14. Augusti, inter Carolum Garnier appellantem à præposito Parisien. & Alexandrum Termeau, e-

tiam fuit dictum episcopum non posse variare, nec gratificare, quando prius contulit indigno qualificato: quia est priuatus potestate conferendi. cap. cum in cunctis. §. fin. de elect. & quia variatio est maximè viris ecclesiasticis prohibita, vt dictũ est, nec poterit postea gratificare habilem, qui inhabili semel contulit.

¶ Secus est quando quis confert diuerso iure, vtpote primò tanquam ordinarius. & voluntariè non nominato. secundò coactè confert nominato, quia tunc variare poterit. discreta enim sunt iura, quanuis plura in eandem personam deuenerint. verba sunt iurisconsulti in l. tutorem. ff. de his quibus vt indig. Et quando duo iura concurrunt in vnam personam, illa habet vim duarum personarum. tex. in l. si consul. ff. de adopti. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. de inoffic. testa. Roma. consi. 422. iste Frãciscus. Et quando plura iura vni competunt, vno sublato aliud illæsum remanet. tex. & ibi Bart. expressè elicit in l. si domus. ff. de ser. vrb. præd. tex. in l. quoties duplici: & ibi plenè Decius de reg. iur. l. si prius. in principio. de aqua plu. arcen. & qui post collationem à se factam non potest conferre tanquam ordinarius, poterit conferre tanquam executor concordatorum. tex. in l. si paterfamiliâs. §. 1. ff. de adoptio. l. 1. §. sed videndum. ff. de succes. edict. quia nulla ratio est, quare permittatur magis vti vna potestate, quã reliqua. l. generaliter. ff. de fideiuss. tex. & ibi Bal. in c. cum olim. de re iud. vbi nota. quòd quis potest duas habere voces in vna electione. & quis potest conferre vt canonicus, & vt prælatus, & facta collatione vno iure, poterit alio iure facere. c. postulastis. de concess. præb.

Diuerso iure duplex fieri potest collatio.

¶ Ex his patet episcopum post collationem factam iure ordinario non nominato, posse postea conferre nominato requirenti, ideo debet requiri.

¶ Vide quæ dixi in tracta. nominatio. q. 17. nu. 4. & seq. vbi respon. contrariis adductis. & Collecta. in c. relatum de cler. non resi. Nec refragatur, quòd collatio facta post deuolutionem, nõ valet. c. licet. & c. fi. de supplen. neg. præla. c. 2. de concess. præbé. sed hic fit deuolutio facta collatione, ergo episcopus non poterit postea conferre, Respon. verum esse quando deuolutio fieret ipso iure. Et sic quando hic tex. diceret, dispositiones ad immediatum superiorem deuolutæ sint, tunc putarem quòd episcopus non posset conferre post suam collationem. Sed hic tex. dicit, Si quis aliter quàm modo prædicto disposuerit, disposi-

tiones illorum sint ipso iure nullæ,& ad immediatũ superiorem deuoluantur. vtitur verbo futuri temporis, quod non denotat ipso iure. glos. in l. in criminali. C. de iurisdiction. omnium iudicum. Feli. in cap. Rodulphus, de rescript. ideo vult dicere (vt reor) hic text. quòd sicut dispositiones factæ contra qualificationes in. §. proxi. positas, sunt nullæ. prosequẽte, videlicet nominato. §. fin. infra eod. ita deuolutio fiet, prosequente nominato deuolutionem. in commodum enim nominatorum & graduatorum introductum est, vt deuolutio ad proximum fiat superiorem, vt postquam collationem à primo ordinario habere non possunt, saltem à superiore habeant, ad quem fit deuolutio. ideo si nominatus vadat ad primum collatorem, qui non nominato contulit, iam non vult deuolutionem fieri ad superiorem, ergo ille ordinarius poterit isti nominato conferre, non obstante prima collatione facta non qualificato, quod est notandum: quia sæpius de hoc fui consultus. Alioqui quod fauore illorum esset introductum, in odium eorum retorqueretur, contra l. quod fauore. C. de legib. Item si is cui prouisio commissa est similiter prouiderit, iteratò prouidere poterit, quia verbum prouideas significat effectum rei. teste Bal. in ca. in literis. de officio. delega. intellige vt supra.

Deuolutiones in fauorem qualificatorũ inducta sunt

immediatum a

Superior immediatus quis dicatur.

a ¶ [*immediatum.*] Quæro quis dicatur immediatus superior? Super his varij varia dixere. Pone quod ad monasterium Aureliæ situm spectat collatio beneficij siti Parisien. quo vacante, nominatus requirit monasterium, vt conferre illi habeat, monasterium recusat, ad quem fiet deuolutio? vel ad episcopum Aurelianen. in cuius territorio est monasterium conferens, an ad episcopum Parisien. in cuius diœcesi beneficium conferendum est situm? Sunt qui dicant ad episcopum Aurelian. qui est immediatus superior personarum, & monasterij. pro hoc allegant. c. 1. & cap. authoritate. de priuileg. in 6. vbi si monasterium delinquat, episcopus Aurelianen. cognoscet, ergo & hic, quia in casu delicti fit deuolutio ad superiorem conferentis, non ad superiorem beneficij. doct. in cle. si de beneficio. de præb. Sed istud monasterium deliquit, eò quòd non contulit iuxta formam concordatorum. ergo ad episcopum loci, vbi monasterium est sitũ, fiet deuolutio.

¶ Item postquam papa voluit collationem eis religiosis committere, & eorum superioribus videtur, quòd voluerit, & sic vt

deuolueretur

deuolueretur ad eorum superiores, nempe qui vult antecedens & consequens.l.ad legatum.ff.de procurat.

¶ Ego vero putarem immediatum superiorem hic dicendum episcopum Parisien. ratione beneficij siti, quia omnes basilicæ sunt conferendæ ab illo episcopo,in cuius sunt diœcesi.c. omnes basilicæ.16.q.7. Et pro hoc est tex, solennis iuncta glo.in cle.vna.de supplenda neglig. prælat.dicens, quòd si prælati regulares negligunt conferre beneficia ad eorum collationem spectantia,tunc diœcesani locorũ supplent negligentiam eorũ. gl.in verb.locorum, sic dicit ergo non episcopi personarum, si ergo prælatus alterius diœcesis habet prioratum,quem conferre negligit in diœcesi Bononien.episcopus Bononien. supplebit, hoc probat decreta.2. eo.tit.ibi, in tuo episcopatu. nec distinguit vnde sint collatores,& illam glo.sequuntur ibidem Card.& Bonifacius. facit tex.in.c.1.in.fi. de priuileg.in 6.facit glo.in.§.item quod.in verbo locorum.de annatis.in prag.tex. in extra.execrabilis.§.cæterùm.de præb.Io. 22. Hoc scribit expressim Soc.in c.postulasti.col.4.q.6.de foro competen. Et papa auferendo collationem primam ab episcopo. in cuius diœcesi erat situm beneficium, non videtur intellexisse nisi de illa prima. arg. l. boues.§. hoc sermone.ff.de verb,sig. Et in dubio videtur papa voluisse minus grauare ordinarium quàm potuit. c. quamuis. de rescript. in 6. Et quando non contulit qualificato,siue delinquat siue non, voluit papa deuolutionem fieri ad immediatum superiorem,& non ad eum,quod sufficit, & de casu delicti. vide quod dicitur in c. quanquam.de electione, in 6.per Roma. consil. 361. in casu.Et iudex vbi prędium situm est, interponere decretum debet.l. si prædium, vbi doct. C. de præd.mino. & episcopus interponet authoritaté in cuius diœcesi est ecclesia donata,vel vnita, vt Panor.probat in c. pastoralis. columna, vltim. de priuileg. & in hanc sententiam conuenerunt mecum consulendo iurisperiti eximij, ac excellentes aduocati. D. Matthæus quadrigarius, & Franciscus de salerone, quorum authoritatem (quæ magna est) hic adducere non erubui.

Decretum à iudice vbi est situm prædiũ interponendum.

¶ Et sic patet quòd si præsentans negligat, vel aliter disponat quàm hic,ad instituentem fiet deuolutio,vbicunque, & qualiscunque sit,per d.cle.vnam.de supplend.neglig.prælato. vbi est glos. singul. in verbo dispositionem.& glos. in.§.quod si quis cuiuscunque,in verbo, proximum. de collatio. in pragm.idem

Ad quem fiat deuolutio.

dico si negligant eligentes, vt ad confirmantem fiat deuolutio. c. 2. de supplend. neglig. prælato. doct. in c. fi. de electio. in 6. & Panor. in cap. 1. illo titu. in decreta. Rochus. de curte. in tracta. de iure patro. in verbo honorificum. q. 33. per glos. in d. cle. vna.

¶ Si verò collator aliter dispo suerit quàm hic, fiet deuolutio ad immediatum superiorem, & immediatus superior dicitur ratione beneficij siti, ita quòd si monasterium conferens situm Tholosæ beneficium Parisiis. Situm aliter quàm debuerit contulerit, fiet deuolutio ad episcopum Parisien. Et is debebit requiri, quod est notandum. super his enim vidi sæpius dubitari, & sic respódi per text. etiam in arg. in c. 2. de religio. domib. sic dicens, feudi cognitio deuoluitur à domino feudi ad ordinarium rei sitæ alio superiore mediato non existente. c. cæterùm. vbi doct. de iud. glo. & doct, in c. vnò, §. præterea. 2. de prohib. feud. alienat. per Freder.

Cle. vnic. de supplē. negli. prela. declaratio.

¶ Item quæro an per ista verba ad immediatum superiorem censeatur derogatum cle. vnicæ. de supplen. neglig. præla. quo ad hoc, vt quando diœcesanus in exemptis supplet, hoc facit authoritate apostolica per illum text. & sic adeundu; sit papa pro immediato, vel alius ordinarius immediatus. Respon. putarem esse per hunc text. in hoc derogatum illi cle. vt immediatus superior ordinarius possit adiri etiam in exemptis, tum qòud hæc cócordata facta sunt in fauorem regni & regnicolarum, vt supra in prœmio patet, & maximè in fauorem pauperum graduatorum, qui nonpossent ire Romam, & leuare bullas, & tot expensis pares non essent, ob id ordinarius proximior aditur, & istius est sététiæ Panor. in d. cle. vna, in glo. sua authoritate, contra gloss. ibi, sed propter istum text, non videtur dubium, tum propter diutinam vacationem, quæ est ecclesis periculosa, quam sit. de electio. in 6. tum quia exempta & non exempta in d. cle. æquiparantur, & de exemptis conclusi idem sicut in non exemptis infra. in glo. vlti. Et quia in hoc tex. dicitur gradatim faciendam collationem.

¶ Item immediatus superior dicitur episcopus, quanuis ipse in prima collatione interfuerit tanquam canonicus. quia fortè capitulum primò contulit, secus si tanquam prælatus cum capitulo contulerit, quia tunc non deuolueretur ad episcopum, sed ad superiorem, quia non posset supplere suam negligentiam. c. penult. de conces. præbend. Et dicitur esse in capitulo tanquam

cano-

canonicus quandó non habet primum locum.glos.in ca.à collatione.de ap pel.in 6.

¶Item si tanquam abbas contulerit,ad ipsum tanquam episcopum fiet deuolutio,& dicetur immediatus,quia multi obtinent abbatias,& episcopatus.c.causam quæ.de iudic.consuluit Decius consil. 641. in duobus. in princip.

superiorem [a] deuoluantur [b].

¶Item si archiepiscopus vltimus collator nollet conferre graduatis, & fortè non potest adiri papa,vel non sine magno dispendio, poterit collator ad conferendum iure deuoluto ad cõseruationem saltem iuris graduati,vel nominati.arg.nota.in ca.nullus.de iure patro.per Panor.& alios ibi.& ita seruatur in Normania:vbi impetrant literas regias à cancellaria,in vim quarum episcopis, vel eorũ vicariis præcipitur, vt ad conseruationem iuris tantùm cõferant, & collatores his præceptis obtemperãt, & hæc praxis non esset etiam in hoc regno contemnenda,quando facilè papa adiri nõ posset,& bonum est hoc facere,& aliud non omittere.

Collator cõferre cogitur ad conseruationẽ iuris graduati vel qualificati.

a ¶*Superiorem*] In pragmatica est ad proximum. Notandum est,quòd ad superiorem fit deuolutio,nõ ad inferiorem.c. licet. de supplend.neglig.præla.c.2.de conceß.præben.fallit in ca.statutum de præbẽd.in 6.& ibi assignatur ratio. & ca.cum simus. 9. q. 3. Intellige tamen, quòd primò requirendus est inferior, postea superior,vt forma hic posita seruetur. Bal.in c.vno. colum.2.si de inuest.inter domi.vassal.lis oriatur. vbi dicit per illum textum iudices gradatim esse adeundos.per tex.in §. super hoc.in authen.de quæsto.colla.6.sic & collatores.

Deuolutio fit ad superiorem, fallit vt hic.

b ¶*Deuoluantur*] Quæ deuolutio eo inuenta est, ne diu ecclesiæ remaneant in suspenso. ca. 2. de conceß. præbend. & hoc propter vtilitatem publicam,vt actus exequantur.argu.l.sciant. C.de legitim.hæred.authen. hoc amplius. C.de fidei comiß.l. 1.ff.de succeß. edict. & fit propter negligentiam ad proximum superiorem.dict.cap.licet.de supplend.negligen.prælat.& propter delictum in maioribus dignitatibus ad papam.cap.quamquam. de elect. in 6.Secus in minoribus beneficiis, in quibus si collatio non habuerit effectum,redibit ad conferentem. cap. si electio.de elect.in 6. Idem quando omnes non peccauerunt, quia tunc ad illos qui non deliquerunt, ius deuoluitur. Panorm.& alij in cap. cùm in cunctis. §. fin.de elec. & hoc tempus currit à die quo sciuit.cap.quia de conceß. præben. vel so-

Quare deuolutio sit inuenta & quomodo fiat.

re debuit. arg. l. quod te.ff.si certum petatur. Rota decisi. 263. si propter.in nouis. Felin.in ca. à nobis.de exceptio. Curtius in tracta.de iure patron.in verbo honorificum.q.27. quæ scientia præsumitur. Anton. & alij in dicto cap.licet. Decius consilio 135.ad iustificationem.in fine.

Qui eisdē personis[a] modo præmisso qualificatis, prouidere te-

¶ Et hoc ius deuoluitur eo ipso quòd collationes sunt factæ nō qualificatis, vt hic, intellige vt proximè dixi in glos. dispositiones. Si verò collatio facta non fuerit per episcopum, non fit deuolutio ante sex menses, nulla facta requisitione. vt dixi in glos. disposuerit supra eo. vide glos.in cap.nulla, de concess. præbend. & ibi dixi. quando ius deuoluatur in omnibus beneficiis, tam maioribus, quàm minoribus. Et in præfa. istius titu. circa finem. versicu. 4. & vltimo. vide Bonifac.in clem.1. not. 13. de iure patrona. & Panorm.in cap. cum ecclesia Vulterana. de elect. clem.in plerisque. illo titu. Imol.in c.post electionem.in fine.de concess. præbend. Nec mora potest purgari post sex menses: quia statim fit deuolutio, vt ibidem per docto. & per Cardin. & alios in cap. quia diuersitatem, de concess. præbend.

Collatio transit ad superiorem cum suo onere.

a ¶ *Qui eisdem personis.*] Et sic collatio non est libera apud eum ad quem deuoluitur, sed transit cum suo onere, vt clem. vna. de sup. negl. prælа. dixi in tract. nominatio. q. 8. princ. versi. 7. quæro. vbi licet fusius videre, & per Felin. in c. cum accessissent. col. 7. nu. 18. de constitu. Item hic text. vult vt superior conferat, & non idem ordinarius, vt hic patet. quod facit contra episcopos omnibus nominatis, vel graduatis requirentibus cōferentes, vt vltra semel eodem iure conferre non possint, cùm vnus eodem iure pluribus conferre nō possit. per gl. in verbo dispositiones. supra eodem. ideo decipiunt pauperes nominatos sic cōferendo, contra quos deberet senatus animaduertere, & inhibere, ne plures vno & eodem iure facerent collationes. nam secus faciendo veniunt conta hæc sacra cōcordata, quorum ipsi sunt conseruatores, vt infra. rub. de pœna. temerè venientium contra cōcord. patet etiā quia collatio facta nō nominato valet, nō prosequente nominato. §. teneātur. infra eo. vel si nō iure prosequatur, cum sint paria. l. quotiés. ff. qui satisd. cog. nec requiritur primus collator, qui prius cōtulerat, per secundum nominatum, vt illi iterum conferat, si iam qualificato cōtulerat, sed vt sciat ipse an primus

Duobus nominatis an possit conferre episcopus.

an primus collator disposuit, necne, per hunc tex. ad hoc, vt postquam sciuerit ius esse deuolutum, accipiat collationem ab eo qui conferre potest. Et quanuis primus collator isti requirenti secundo conferret, huic tamen collationi nominatus non cõfidat, sed aliam à superiore capiat, si sibi iure consulere velit, vt si vna nõ sit iusta, altera sustinebitur. c. post electionem. de conceß. prębẽ. Nec sufficeret recusatio ab ordinario, nisi nominatus vel graduatus collationem à superiore haberent. Recusatio enim non tribuit ius, sed deuoluit, ob id oportet sequi deuolutionem, & collationem à superiore accipere, qui tenetur prouidere, vt hic.

neatur. Et si contrauenerit[a] ad aliũ superiorẽ[b] deuoluatur prouisio & præsentatio huiusmodi gradatim, donec ad sedem apostolicam fiat

Duplex collatio quãdo est petẽda, & non sufficit recusatio sine titulo.

a ¶ *Contrauenerint*] Contrauenire dicitur siue aliter quàm hic conferendo, siue nolendo conferre qualificatis, siue alio modo negligendo, de quo verbo text. & ibi not. in cap. cum accessissent. in fine. de constitu. Vide glo. in extrauagan. execrabilis. in verbo contrarie, de præben. in extrauag. Ioan. 22.

Contrauenire quando quis dicatur.

b ¶ *Ad alium superiorem*] Scilicet immediatum, & gradatim, videlicet de abbate ad episcopum, de episcopo ad archiepiscopum, & postea ad legatum, vel ad Romanum pontificem. Et sic patet per hunc textum quòd etiam legatus non poterit conferre nõ facta requisitione alterius inferioris immediati, tum quòd ad eum non sit deuoluta conferendi potestas, vt hic, dum dicitur, donec ad sedem apostolicam fiat deuolutio, tum quòd ordinem istum substantialem immutare nemo potest. rub. de fir. & irreuoca concord. stabit. §. 1. Ad hæc quòd non sit immediatus superior, ad quem fit deuolutio. Quod an sit verum, non decido: quia pendet quæstio in senatu, ideo matura deliberatione decidetur. Fuit iudicatum quòd potest ratione concursus per ea quæ dixi in tractatu nomi. q. 17. versicul. duodecimo, quæro. nume. 16.

Legatus an omisso medio conferre poßit.

Arrestum.

Dictio gradatim refertur ad gradus personarum.

¶ Item ista dictio gradatim refertur ad gradus personarum, nõ præbendarum. glo. in cap. fi. de consue. in 6. Rota decisi. 300. si mandetur. in nouis. tex. & ibi doct. in l. fi. C. de verb. signi. l. intra. in fi. ff. de diuer. & tempora. præscript.

In exẽptis ad quos fit deuolutio.

¶ In exemptis verò ad papã videtur quòd fiat deuolutio. ca. sicut. & c. licet. de supplen. neglig. prælat. c. cum singula. §. fina.

de præben.in 6.hoc tenet glo.in verbo gradatim.eo.ti.in prag. Ro.consi.361.in casu.Cùm papa sit superior eorum proximus, c.authoritate.de priuileg. in 6. nec hic fit mentio de exemptis: quòd fiat ad alios deuolutio,ergo sic fiet.

¶Item in exemptis fit ad papam deuolutio,nisi in regularibus. clem.vna.de supplen.neglig.prælat.

¶Ista fortè possent esse vera tēpore pragmaticæ sanctionis.per text.ibi, ad proximum superiorem deuoluatur. proximus enim dicitur,quem nemo antecedit.l.proximus.ff.de verb. sign. & sic ad papam in exemptis poterat fieri deuolutio ibidé, quia erat, proximus,tamen per hunc textum puto contra,videlicet, vt ad immediatum superiorem etiam in exemptis deuolutio fiat, per hoc verbū immediatum in textu positum. Alioqui non deuolueretur ad immediatum superiorem, sed ad summum superiorem,videlicet ad papam,& ad supremum superiorem.

¶Item non fieret gradatim.vt in textu dicitur,videlicet de episcopo ad archiepiscopum,si de abbate, vel alio exempto fieret ad papam deuolutio.

Dictio alius declaratur.

¶Præterea text. dicit quòd fit deuolutio ad alium superiorem, dictio alius regulariter in tribus verificatur, alter in duobus.l. cum emancipatus.§.si pater.2.ff.de bono.possess.contra tab. & l.sequen.l.cum in vna.de appel.l.3.de coniungen.cum emancipato.Paul.Castr.in l.cum ex filio.§.filio.ff.de vulga.no.in l.ancillæ.C.de furt.Bald.& Barb.per illum text.in c.1.de rescript & Feli.in c.sedes.col.pen.in fin.ibidem. Sed si in exemptis ad papam fieret immediatè deuolutio, non fieret ad alium superiorem,sed ad alterum, nec procederet hic text. nec dictio alius; licet aliquādo in duobus etiā procedat.c. 1.de parochi.c. quod autem.de iure patro.c.ex literis ibidem.l.etiam.ibi,alio casu.ff. de verbo.sign.vbi scripsi.tex.in c.cum speciali.de appella.l. binas. de serui. vrba. præd. Insuper immediatus superior tenetur eisdem personis qualificatis conferre, vt hic. Sed si deuolueretur ab exemptis ad papam,ipse non teneretur conferre,ergo nō procederet text.patet in tit.de manda.apost.infra.& hic.text.generaliter loquitur,ergo generaliter intelligitur.l.1.§. generaliter.ff.de leg.præstan. videlicet tam de exemptis, quàm de non exemptis,vt ad immediatum superiorem fiat deuolutio,& vltimo loco ad papam.& hoc est introductum,vt supra dixi,in fauorem nominatorum,& retorqueretur in eorum odium, contra.l.quod fauore.C.de legib.

¶Nec

¶ Nec refragatur clemen.quia regulares.de suppl. negl. præla. quæ licet loquatur in regularibus, tamen habebit etiam locum quo ad hunc casum in secularibus, tum quòd sit partim fauorabilis. videlicet vt celerius prouideatur ecclesiis, damnosa est enim ecclesiarum vacatio.c.quam sit.de elec. in 6. & partim odiosa.s.prælatis: tamen adhuc venit amplianda. *Constitutio partim fauorabilis, partim odiosa, est ampliãda.*

deuolutio [a] gloss.in l.2.C.de in ius vocan. quam sing.notat Barb.in trac.de præstã. Cardi.in 1.q.partis.1.colum.19.nu.33.& in cle.fin.col.6.de rescript.& consi.1.col.14. in 3.volu.& consi.81.nu.13.in 4.volu. Tum etiam quia immediati superiores deputantur conseruatores concordatorum, ergo illi poterunt collationem facere per hunc tex.nec accedemus necessario ad papam pro collationibus nominatorum vel graduatorum, nisi iure præuentionis & gradatim.

¶ Ad hæc quando est vtile reipu.legem ampliari, & non restringi, non debet coartari.l.si quis in graui.§.vtrum. ff.de senatusconsul.silla.& l.hoc modo.de condit.& demonstra.sed vtile est reipub. gallicæ, ne res nummariæ extrahantur à regno, & ne ibidem diu vacent ecclesiæ, & vt notis prouideatur per prælatos regni, ergo ista constitutio non restringetur, vt tantùm debeat intelligi de non exemptis. Nam postquam ista concordata sunt ad vtilitaté regni facta, vt patet in proœ.supra: ergo id quod vtile est regno tenere debemus, & ita seruatur, teste domino Ruseo in trac. de præeminentia archipręs.1. priuile. Cui tanquam in iure experto credendum esse reor. Primò, quòd sit abbas exemptus. Secundò, quòd sit egregius senator, qui ista potuit vidisse obseruari. Ad hæc quòd autoritati excellentis doctoris attestantis vsum & consuetudinem sic esse, standum est, prout est huius doctoris excellétissimi authoritas, vt tenet Bar. in l.de quibus.in 4.prin.q.ff.de legi. Cepola.consil.40. Lucius. col.5.saltem standum est attestanti consuetudinem, donec contrarium probetur. Dec.consil.540.quæritur.colum 2. & quo ad præsumptiuam probationem. Decius consil.559.in casu. col.2. & ita concludo, tam in exemptis, quàm in non exemptis, ad immediatum superiorem, & non ad papam primo quoque tempore deuolutionem fieri in beneficiis graduatis & qualificatis debitis, in aliis ius commune seruabitur. *De domino Ruseo senatore.*

a ¶ *Deuolutio*] Ergo non fit deuolutio ad sedem apostolicam, nisi omnibus mediis requisitis, si nó fiat deuolutio, nec collatio fieri poterit: igitur papa non poterit conferre, nisi gradatim, & *Collatio facta à papa omisso medio valet.*

ita volũt dicere quidã per istũ tex. Sed respõ.tex.velle dicere ad immediatũ superiorẽ deuolutionẽ semper fieri, donec ad papã fiat deuolutio, sed cũ episcopus recusat, ad archiepiscopum fit deuolutio,& papa concurrit cum archiepiscopo,itaque sicut archiepiscopus cõferre poterat, ergo & papa:quia in papa est deuolutio,& concursus,& pauci hoc intelligũt, putãtes papã regi regulis simplicibus episcoporũ,quod non fit,quia donec ad sedem apostolicã fiat deuolutio,archiepiscopi,& primates,ac alij conferre poterunt,sed papa etiã ratione concursus,quem habet cũ eis,semper conferre potest, si non ratione deuolutionis,saltẽ concursus.sed papa habet vtrũque, quia nõ ligat seipsum in his deuolutionibus,quominus conferre possit.Ideo quando nominatus vel graduatus omissis etiam mediis ibit ad papam, & ab eo obtinebit collationem,illa valebit,tum ꝙ papa plenitudinẽ potestatis habeat.c.proposuit.de cõcessio.præb. maximè in beneficialibus. c.2. de præb.in 6.tũ quia est ordinarius omnium. c.per principalem.&,c.cuncta per mũdum.9.q.3. Ideo cũ omni prælato cõcurrit in potestate & iurisdictione.c.si eo tẽpore,vbi Io.monach.de electio.in 6.Bal.in c. 1. qui feudũ dare possunt. & hoc probat Panor.per illum text.ibi,præter eius desidiam & negligentiam poterit præbẽdas donare.in c.quia diuersitatem. de concessio.præb.plenè scripsi in praxi mea beneficia.

¶Igitur episcopo recusante ad archiepiscopum fit deuolutio, & papa concurrit cum eo,ergo poterit conferre,sicut archiepiscopus poterat. Et hæc non considerant quidam ignorantes istum concursum. Ad hæc in fauorem qualificatorum introductæ sunt istæ deuolutiones,quod superius dixi, vt facilius collationes habere possint, ergo si fauorabilius est qualificato adire papam,quàm alium inferiorem,illum adire poterit, alioqui esset habenas potestati papæ ponere,quas non imponit euangelium,sed quodcunque ligaueris,&c.dicit.

¶Nec me mouet §.1. de firma & irreuocabi. infra. vbi papa vult nõ valere factum ab eo contra hæc statuta,sed respon.papa non facit contra statuta,quando confert nominato,vel graduato,iuxta descripta in hoc tit.imò sequitur legem suam hic statutam,ergo gesta ab eo valebũt, siue iuræ præuentionis conferat, siue post primum collatorem omissis mediis dummodo qualificato idoneo conferat,& ista vidi in forensi iudicio dubia, ob id illa omittere nolui. & hic concursus cùm iuris sit,non est necesse,vt in bullis exprimatur, sed sufficit quòd papa iure deuoluto

luto conferat. cle. si de beneficio. de præben. nam sicut archiepiscopus iure deuoluto contulisset, ita & papa, qui cum illo & omnibus aliis prælatis concurrit cõferret. cle. vna. de suppleud. negli. præla.

a ¶ §. *Praeterea*] Duas habet partes vsq; ad §. Pręfati. Prima pręcipit beneficia in mensibus pręstitutis vacantia nominatis & graduatis cõferri, qui per competens tempus studuerint. Secunda, declarat quando dicatur tempus competens. Secunda, ibi, tempus autẽ. dictio præterea cõtinuatiuè ponitur pro item. §. præterea. insti. quibus nõ est permiss. fac. test. l. 1. C. de episc. & cle. c. fraternitati. de cleri. nõ residẽ. Et sic apparet hic quibus debent concedi nominationes, de quo dico in tracta. nominationum quæst. 5.

Nota de dictione praeterea.

§. PRAETEREA.

Collatores tenentur cõferre beneficia assignata nominatis, et graduatis, qui per tempus competens studuerunt, & tempus competens quid sit, declaratur in hoc tex.

a ¶ Præterea volumus quòd collatores ordinarij, & patroni ecclesiastici pręfati dignitates, personatus, administrationes, & officia, ac beneficia in mẽsibus graduatis & nominatis assignatis vacãtia, illis graduatis simplicib[9] b aut nominatis illa conferre, aut ad illa eos dũtaxat pręsentare teneãtur, qui per tẽpus competens

b ¶ *Graduatis simplicibus*] Intelligo graduatos simplices, qui non habent nominationes, quia hi vno iure vti possunt, & sic simpliciter, videlicet suo gradu tantùm: nominati duplici, videlicet & gradu, & nominatione, quippe in mensibus graduatorum sunt capaces illorum beneficiorum, tunc vacantium: quia graduati sunt. item possunt obtinere beneficia in mẽsibus assignatis nominatis, cum sint nominati, igitur illi dicuntur simplices, quando nihil vltra gradum additum est. l. iubemus. ibi, siue nihil huiusmodi adiectum sit, sed simpliciter. C. de appellationibus. text. in cap. literas. Ibi præpositus. quondam simplex canonicus. de concessione præbendæ. & ibi, scripsi illum dici simplicem canonicum, qui non habet nisi canonicatum & præbendam in illa ecclesia. & non dignitatem. sic intelligi debent ordinationes regiæ, loquentes, *des graduez simples.* in ordin.

Quis dicatur graduatus simplex & canonicus.

regiis.vide Decium in c.præterea.colum.1.de off.deleg.& text. in c.quanto.ibi, ſimplices ſacerdotes. de conſue. c. prætera. de cenſibus.c.ad aures.de reſcrip. gloſſ. in c.ſi teſtes. §. item in teſtibus.4.q.3.Bar.& alios.in l.1.ff.de vul.l.1.§. ſi quis ſimpliciter. de verbo.oblig.l.codicillis.§.inſtituto. de lega.2.& Georgium Nathan in repet.cle. ſæpe.in principio. de verb. ſignifi.

in vniuerſitate famoſa [a]

Simplices fures qui.

¶Item ſimplices fures vocantur, qui clam interdiu,noctúque ſurantur extra tamen occiſionem. l.1.ff.de fur.declarat pulchrè do.Iac.bolenc.in hoc parlamento olim ſenator egregius.in repeti.§.famoſos.l.capitalium. fol.9. verſicu.circa hæc.ff.de pœnis. Fugitiui ſimplices dicuntur, qui fugiendo ſe liberos non dicunt.l.fugitiui.ff.de ſeruis fug. ſic dicitur de donatione ſimplici,& ob cauſam.in l.1.ff.de donat.nec intelligitur hic de ſimplicitate contraria dolo, vel diſcretioni, de quibus tradit gloſſ.in c.ſi cupis.16.q.1.Panor.in c. veritatis. de iureiur.& c. paſtoralis. & c. dilecti. de iudic. prout quidam ſimplices intelligebant,ſimplices dicentes graduatos, id eſt fatuos,vel ſimplices,id eſt ignaros,quibus nihil additum eſt,vltra quàm haberent tempore natiuitatis. Sicut dicitur de his, qui nudo officij nomine appellantur,vt ſunt plurimi doctores ſine doctrina:vt eſt text.& ibi Luc.de pėna in l.vna. C.de collegia. lib.12.vel ſimplici nomine vocari, eſt proprio nomine ſine dignitate.c.ad aures.de reſcript.

Quæ vniuerſitas dicatur famoſa.

a ¶*Famoſa*] Id eſt inſignis,& plena famæ, in qua celebres doctores frequenter legunt cum magno auditorum numero, qui præbēt famam vniuerſitati,ſicut dicimus glorioſam victoriam, gloriæ plenam, ſi verò non legatur in vna vniuerſitate,vt in vniuerſitate Auraicen.quæ ſicut aura regitur,non puto eā famoſam.& ſic accipitur hic in bonum,vt in authen. de monach. §. ſi verò intra. colla.1. & in authen.iuſiuran. quod presb. ab his, colla.2.& Iudith.c.8.

¶Et dicitur famoſa quaſi ex notoria fama inſignis. l. conſtitutiones.ff.de appella.& manifeſta.l.ſi quis exhęredato.§.quid tamen.ff. de iniuſto rup.licet multoties capiatur in malā partem. l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœnis.rub.C.de famo. libel. & l. neque famoſis.de digni.lib.12. & ibi Lucas de penna allegat alia iura.vide tamen tex.quē non allegat in l.2.§.ſi mulier. ff. ad Tertu.ibi,ſi mulier ſit famoſa, id eſt infamis.exponit glo.ſed in prag.dicitur ī vniuerſitate priuilegiata.ſupra eo.ī §.1.declaraui.

¶Nec

¶Nec puto quòd graduatus vel nominatus hábeat probare vniuersitatem famosam esse, cum habeat præsumptionem pro se quælibet vniuersitas Franciæ, vt tradit dominus Chassa. dubitatiuè tamen in catalo. glos. mundi, decima parte considera. 32. & tex. supra loquitur de vniuersitatibus regni, ergo de illis hic intelligitur, videlicet ꝙ sit vniuersitas regni & famosa.

Nominatus non tenetur probare famosam esse vniuersitatem

studuerint [a]. Tempus autem cõpetens decennium in magistriis seu licentiatis, aut baccalariis in theologia, septennium vero in doctoribus, seu licentiatis in iure

a ¶*Studuerint*] Ante adeptionem gradus, tũ quia hic taxatur tẽpus competens ad gradum ergo ante gradum oportet quòd illud tempus sit completum, aliàs non dicitur competens. tum etiam quia non dicitur studuisse, sed studere velle, qui non compleuit tempus: & quòd quinquenniũ debeat præcedere, probatur in l. iubemus. ibi, nec de cætero quenquam, antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse supradicto consortio sociari. C. de aduocat. diuerso. iud. §. sed quia solitum, in prooemio. ff. Item collatores tenentur hic conferre illis, qui studuerint per tempus competens, ergo illis, qui non studuerint, nõ tenentur cõferre, nec possent illi insinuare tempus, quo non studuerunt, quod requiritur, vt dicam in §. sequenti. Et ille dicitur graduatus, qui ritè. arg. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & ibi dixi. & studium debet præcedere magisterium. §. discipuli. in proœ. ff. c. cum in magistrum. de elect. & considerata natura antecedentis & consequentis iudicãdum est antecedens debere anteire, vt promissio refutationem. Bal. in §. quibus. col. 2. C. de nouo cod. componen. Aurio. in c. cum ex eo. de elect. in 6. sic expressè tradit in additio. ad Guillelmum de monte laudu. Præterea hic dicitur per tempus competens, & sic dictio per, denotat perfectionem. l. vrbana. §. pernoctare. vbi scripsi. ff. de verbo. sig. & in reg. Iulij secundi, in 4. parte. & denotat actus perfectionem, & temporis continuationem. Ioan. And. in addi. ad Specu. in tit. de teste. §. nunc videndum, in 1. addi. vide Bald. in rub. C. de exerci. actio. col. 1. & hoc verbum studuerint præteritum tempus denotat, vt in simili probatur per Oldra. con. 198. circa primum. col. 1. vbi si fuerit facta alicui gratia non obstantibus literis, quas alij impetrauerint, intelligi debet de præterito, & ista est iuri conformis opinio.

Studuisse debet quinquennium ante gradum, non post.

¶ Sed contraria opinio ex quadam æquitate posset sustineri, videlicet quòd sufficiat etiam studuisse post gradum adeptū: quia hic tex. non distinguit ante, vel post, ergo, &c. & sic arguit glos. supra allegata, nā est eadē ratio naturalis. tex. ante vel post studuerint. & extrinseca, quæ etiam habet locum in statutis. Cy. in l. non dubium. C. de legi. Bal. in §. opizoni. de pace Cōstantiæ. nam æqualis istorum est labor, ergo debet esse æqualis remuneratio. glo. in §. 1. insti. de iusti. & iur. c. 1. de sepult. vnde dicit tex. in c. recolentes. de statu monachorum, qui similem aliis vitam suscipiunt similem in legibus sentiant disciplinam.
¶ Et quando subiunctiuum studuerint, vel aliud ponitur in lege vel statuto cum de natura legis sit dare formam futuris negotiis, intelligitur de futuro. Bar. in repet. l. omnes populi. in 6. q. prin. nu. 58. ver. iuxta præmissa. ff. de iust. & iur. & in l. hoc artic. col. 1. de hæred. insti. Ias. & alij plenè in l. 1. §. 1. ff. quod quisque iur. Item quando verbum potest poni in præterito & fututuro. in dubio vtrunque tempus complectitur, quādo est eadem ratio. l. pater. §. fidei tuæ. ff. de lega. 2. l. si vxor. de auro & argēt. lega. l. verbum erit. & l. verbum oportebit. ff. de verbo. signifi. Ias. in l. 3. §. ex pluribus. col. 3. num. 18. ff. de acqui. posses. Quinimo si actus per verbum præteriti temporis declaratus cadat etiam sub futuro, dispositio etiam trahetur ad futurum. l. talis. §. fi. cū l. seq. ff. de l. 1. Idem è contrario. l. Plotiana. ff. de iure codicil. & ibi Roma. sic consuluit Ias. in consil. 11. in themate. col. 2. vol. 1. facit quod consuluit Roma. con. 333. quo ad primum vbi consuluit super priuilegio indulto illis, qui annum in negotiis ecclesiæ laborauerint, intelligi, siue ante priuilegij cōcessionem, siue post laborauerint. Decius in c. fin. no. 4. de consti. sic & hic per regulā quā tradit Curtius in l. si quis id quod. col. 3. ver. 7. aduerte. ff. de iurisdictio. om. iud. ꝙ subiunctiuum studuerint, vel simile, quod potest intelligi in præterito, & futuro, recipit illam interpretationem, quæ conuenit subiectæ materiæ, vt magis faueamus actui, de quo agitur. Panor. & Feli. in c. ad hæc. de rescript. & c. significauerunt. in fi. de testi.
¶ Igitur vt magis faueamus studio, intelligimus etiā in futuro & quando prӕteritū nō est finitum, sed in futurū extensum, tūc trahitur etiam ad futurum. l. verbum oportebit, vbi scripsi. ff. de verb. signi. facit l. pe. C. de vsur. l. filij. ff. ad tertulia. Ita potest esse hic, videlicet pro parte finitum, in eo in quo studuerit. In alio non, imò quādo verba statuti possunt intelligi de præterito

&

& futuro, in dubio debent intelligi de futuro. glo. nota. in verbo commiserint. c. vlt. de constit. in 6. quam sequuntur Domi. & Philip. Perus. ibi. & Alex. consi. 190. mature. col. 2. in 2. volu. glo. in c. vnico. in verbo receperint. de cleric. non residen. in 6. & vt res magis valeat, quàm pereat. l. quotiens. ff. de reb. dub. Bart. in l. 1. num. 11. de iure codicillo. vide Areti. in c. quotiens. vlt. no. de testib. & ita declarauit arrestum prolatum per hunc venerandum senatum, quo voluit post biennium quem posse sumere gradũ, tam in facultate iuris ciuilis, quàm canonici. quòd aliàs esset illusorium, contrà l. si prætor. ff. de iudic. Et studentes grauarentur ad sumendum iterum gradum, & sic deciperentur beneficio arresti. contra. l. 1. C. de iis qui veniam æta. impetra. quod non est dicendum. *Arrestum. Post bienniũ potest quis effici baccalaureus.*

¶ Ideo ego intelligerem gradum sumptum post biennium valere, non tamen vt ille graduatus possit beneficia in vim istius gradus habere ante perfectum tempus quinquennij aliis qualificatis existentibus, sicut dicitur in eo, qui est promotus ante tẽpus, vt non possit ei conferri beneficium curatum. ita tenet Panor. in c. pro illorum. col. 1. de præb. no. in c. ei cui. illo titu. in 6. Feli. in c. postulasti. col. 14. de rescript. Nec posset istum baccalaureum post biennium promotum ordinarius gratificare in beneficiis vacantibus in mensibus graduatorum aliis qualificatis existentibus, vt no. in §. statuimus. 1. infra. eo. Sed post gradum studebit adhuc vsque ad quinquennium: quo perfecto, vtetur gradu suo, hoc est declaratum hic in magistris artium, ergo etiã in aliis habebit locum. Et proderit hic gradus aliis non existentibus qualificatis, arg. l. vt gradatim. ff. de muner. & hono. vt ordinarij istis teneantur conferre. Saltem beneficia villarum muratarum. de quibus in § statuimus. 2. infra eo. *Gradus ante quinquẽnium receptus de quo prosit.*

¶ Quid si testator reliquerit cẽtum alicui, si studuerit in legibus an sufficiat tẽpore modico studere? vide Ias. consi. 149. in quæstione. col. 1. in 4. vol. concludentem teneri studere vsque ad doctoratum inclusiuè, quia verba intelligi debent cum effectu. l. 1. quod quisque iur. ff. c. relatum. de cleri. nõ residen. & aliis rationibus, quas ibi per eũ videre licet. & per Decium. con. 177. quod supra. col. 2. Ego verò putarem sufficere studuisse vsque ad gradum licentiæ inclusiuè, per not. in proœ. fforũ. §. duabus. & maximè apud Gallos, cum pauci gradum doctoratus sumant. sed Prouinciales, & Ocitani, ac Itali cõtrà. & licentiatus etiam dicitur perfecisse studium, sicut doctor Feli. in proœ. decret. Greg. *Studere dicitur quis vsque ad doctoratũ.*

a ¶[*Medicina*] Et sic medicus est habilis ad beneficia.debet tamẽ (licet sit peritus)postquam beneficium fuerit assecutus,abstinere ab exercitio & practica medicinæ,alioqui promoueri prohibetur,c.ad aures.& ibi doc.de ætate & qualita,Henr.Boic.in c. tua nos.& ibi alij doct.de homic. Cuius peritia cognoscitur, si ægritudinis causam sciat exprimere. Hippocrates in prologo pronostico.& debet tria scire, videlicet

Peritia medici quomodo cognoscatur.

canonico,ciuili aut medicina.a quinquẽnium autem in magi

præterita, id est vnde infirmitas traxit originem. præsentia, id est,in quo statu est morbus.futura,an sit curabilis, an mortalis, Isidorus lib.etymolo. 4.c.10.& Cardi. Alexand.in d.c.ad aures. de Ripa in tract.de peste.fo.130.nu. 70.refert. Vide per Mat.de afflict.in constit.Neapoli.fol.312. & seq.rub. de probabili experientia medicorum. Et sic magistri in theologia præferuntur doctoribus canonum, sumendo hic argumentum ab ordine literæ,quod est in iure validum.ca.quorundam.de elect.in 6.nota.in c.auaritiæ.de præb.Item doctor in iure canonico,doctori legum:doctor legum,doctori in medicina. Quæ scientia sit nobilior.& sic præferenda,tradit.glo.in eo.ti.in pragm.sanct.quæ habuit à Florent.in tertia parte summæ, in tit.5.c.2.§.4. scripsi in tract.no.q.2.

Triplex medicina est.

¶ Et de triplici medicina,vide ibi.tit.7.c.1.in fi.ac quinque partes illius scribit Leonart.Fuschi.in Method. seu compend.medic.c. 5. vbi etiam dicit duplicia medicamenta, simplicia nimirum & composita.Et tria necessaria in medico tradit Anton.de Butri.in ca.ad aures.de ætat.& qualita. Primò, quòd sit eruditus.Secundò,quòd secundum artis traditiones experiatur. Tertiò,quòd sit diligens in artis exercitio.

Tria necessaria in cõsultore & medico.

¶ Vnde dicit Placenti.in summa conseruatio.in princ. medicũ quatuor debere considerare, videlicet quantitatem medicinæ, qualitatem,tempus,& ordinem.Sic.dicit D.Butrius in cõsultore.Primò,ꝙ sit peritus.Secundò,quòd consulat secundum cõmunes opiniones.Tertiò, quòd sit diligens in examinando factum.Refert de Ripa in trac.de peste,fo,131.ver,3.Quòd debet examinare antequam consulat, alioqui fatuus est medicus, qui dedit potionem ægro, & postea inspicit libros, si bene fecerit, & interim ægrotus mortuus est,teste Io. Monach.in rub.de hæret.in 6. vbi dicit ꝙ modus sciendi prius est quærendus, quàm scientia.Licet quidã respondeant ante factum narratũ,& statim disce-

discedant sine iurium allegationibus, & sine rationibus, quod est prauæ conscientiæ, & bonis contemnendum.

a ¶[*Cum rigore examinis*] In aliis non repetitur hic rigor examinis, quia oportet initiũ esse forte, vt possit superædificari, argu. l. egi. ff. de excep. rei. iud. & iactis fundamentis facilè superædificari potest: aliàs, quæ malo inchoata sunt principio, bono vix peragũtur exitu. cap. principatus. 1. q. 1. ideo hic rigorem examinis in aliis non requirit scientiis: quia postquam scholaris habet bonum initium, licet parum alterius scientiæ habeat, sufficit, cùm ille, qui nihil habet, nisi solum initium, vtpote magister artium, sit beneficiorum capax, multò fortius & qui habet initium & modicum alterius scientiæ, videlicet theologiæ, vel alterius scientiæ. & sic magistri artium non possunt conqueri, si aliquis sumat gradũ in medicina, licet in ea parum sciat, & idem si in alia facultate, vt infra dicam. *Examen rigorosũ debet esse magistris artium, & quare.*

stris seu licentiatis in artibus cũ rigore^a examinis à logicalibus ^b

¶ Hodie examen est in omnibus scientiis dulce. nõ rigorosum, nec metuendum, vt videre licet, quia sicut ecclesia nulli claudit gremium, sic nec vniuersitatum doctores, cum non habeant in Francia iusta stipendia, oportet quòd passim admittant omnes: qui abusus per Regem reformari deberet, & per suum supremũ Senatum proponendo doctoribus stipẽdia pro peritia eorũ & facũdia, vt in l. vna. C. de professori. qui in vrbe Cõstã. &c. li. 12. *Examẽ in omnibus sciẽtiis dulce hodie est*

b ¶[*A logicalibus*] Et sic studentes grammaticæ, etiam si per decem studuerint annos, nõ iuuantur priuilegio nominationum, nec gradus. & quæ sit ratio, potest responderi, non omnium quæ à maioribus nostris constituta sunt, ratio reddi potest. l. nõ omnium. ff. de leg. quia sic voluerunt conditores. §. furtiuæ. & ibi glo. insti. de vsucapio. gl. in cle. fi. de senten. excom. potest tamen dici, quòd sicut illi qui primis literis pueros imbuunt, non habent vacationem, l. vt gradatim. §. fin. ff. de munc. & hon. l. si duas. §. fi. de excusa. tuto. dixi in vltimo priuil. schol. Poetæ etiam nulla prærogatiua iuuãtur. l. poetæ, C. de professo. & med. lib. 10. Sic nec conditores voluerunt hic aliquod tribuere priuilegium quo ad nominationes, vel gradus istis, nisi à logicalibus suprà, vel si in maiori facultate studeant, & hoc ne in nucibus senescant, & humi semper repant. scripsi in tract. nominatio. q. 11. nu. 16. vbi dixi, an tempus quo rexit, computetur. *Studentes grãmaticã nõ gaudent nominationibus.*

¶ Si tamẽ probaretur quẽdã studuisse in iure ciuili, vel canoni-

co tempore quo in artibus ſtudebat, non ob hoc poteſt reprobari ſtudij tempus de falſo, quia alternis horis in iure audire potuit,& alternis in artibus ſtudere, cũ ſint 24.horæ diei,& maximè apud Pariſ. hoc fit, qui omnes ferè ſcientias mixtim in dies audiũt, nec propterea ſtudij tẽpus in vna & præcipua facultate minus continuaſſe cenſentur, ídque potiſſimũ in hac noſtra iuris canonici facultate,quæ expreſſum habet ſtatutum,hoc ipſum ita declarans, nec hoc à iure reprobatum eſſe inuenio, niſi quod vagans per ſcientias vix erit perfectus, Fab.in procemio inſti.

inclusiuè,[a] aut in altiori facultate.[b] Sexenniũ autẽ in baccalariis

Dictio à exclusiuè ponitur.

a ¶[*inclusiuè*] Ideo poſuit incluſiuè, quia dictio à, vt plurimùm accipitur excluſiuè.glo.in l.datio.§.fi. ff.de actio.emp.& in ca. ſtatutum.de præb.in 6. Bal.in tract. ſtatu.in dictione à, in 1.& conſi.457.reuerendus.col.3.vol.1.& conſi.412. F. locauit. in 5. vol.& in c.capellanus.de feriis.Oldra.conſi.49.conſueuit.Alexand.conſi.42.in cauſa.nu.15.in 3.vol.vbi doct. multa tradunt de hac dictione.ibi,videre licet. hic multa dicerem de hoc, ſed extra oleas.Vide Feli.in c.ego N.de iureiur.& Ioan.Dayma in rub.de nomina.regia.in verb.à die,&c.ſupra eo.

Altior facultas quæ dicatur.

b ¶[*Altiori facultate*] Altiorem facultatem vocat omnẽ,tam theologã,quàm canonicam,legalem,vel medicam,quia omnis facultas eſt altior reſpectu artiũ.nã Origenes cyniphes ranas(quibus Aegyptij ſunt percuſsi)per vanã dialecticorũ garrulitatẽ,& ſophiſtica argumẽta intelligit.c.legimus.37.diſt.& dicitur in c.vino.ibid. ꝙ dialecticorum argumẽta quædã fantaſmata ſunt, id eſt,vmbræ quædã,& imagines,quæ citò pereunt,& reſoluũtur. nec quis in dialectica placet deo.c.omnẽ.ibid.vide Ciceronem libro primo Rhetoricorũ ad Herẽnium. c. de ambiguo.& Lucã de penna in l.vna.col.3.C.de ſtudiis libera.vrb.Romæ,libro vndecimo.& ſic probatur hic, quòd poſſit quis ſumere magiſterium ante quinquennium,& poſtea accedere poterit ad altiorẽ facultatẽ,vt dixi ſupra in verbo ſtuduerint.Et hic reiicienda eſt gl.vt intelligatur de altiori, quæ habeat conformitatem, vel de theologia,& de medicina tantũ,quia omnes ſciẽtiæ habent cõnexitatẽ & cõformitatẽ ſimul, & maximè cũ dialectica quã pri diſcere etiam in aliis facultatibus oportet,vt eſt omnibus notũ, ob id nõ probo ſententiã Probi in additio.ad Io.monac.in c.1. de off.vic.in 6.quã etiã repetit in additio.ad prag.in §.inſuper. in verb.ſuperiori.de collatio.& cõtra eam ſæpius fuit iudicatũ.

¶Si

¶Si tamen quis studuerit à logicalibus supra triennium,& paupertate oppressus non sumpsit magisterium, nec licentiæ gradum,sed postea studuit biennium in iure ciuili, vel in alia facultate, dicerem etiam tempus triennij coniungi cum vltimo,tum quia hic non prohibetur, imo eadem ratio tex.est in hoc casu, & etiam quia hoc cōceditur priuilegiū ratione studij,ergo si studuerit per triennium à logicalibus supra,& biennium in iure ciuili,vel alia facultate, poterit in illa facultate sumere gradum,& nominationes obtinere, alioqui pauperes grauarentur,quod esset contra mentem concordatorum,& ista sunt valde æqua. Idem dicerem si studuerit triennium cum dimidio in artibus,& cum esset pauper non sumpsit tunc magisterium,sed post annum sic,vt ille annus debeat ei computari si in superiori facultate interim studuerit per prædicta. *Studiū artiū sine magisterio prodest.*

simplicibus in theologia. quinquenniū [a] vero in baccalariis iuris canonici aut ciuilis,in quibus bac

a ¶[*Quinquennium*] De iure studium legale perficitur quinquennio.§.quibus. in procemio digestorum, studium vero iuris canonici septennio.c.cum ex eo.de electio.in 6.parum potest hodie quis videre per septem annos in vtroque iure,Bart.in octauum annum studium suum traxit, vt testatur in l. quidam cum filium. ff.de verbo. obligatio. Aristotelem annis viginti apud Platonem stetisse Laertius est auctor, nemo enim repente fit summus.c.charitas.de pœnitentia,distin.2.nec in modico tempore quis potest multum addiscere.§.1.68.distin. glo.in c. tum ex literis.de restitut.in integr.l. vnique. C. de proximis sacro. scrinio.lib.12.Et dico sufficere hoc tempus,licet non vehementer studuerit,vt notat. in prooemio sexti libri, quanuis deus sit remunerator aduerbiorum,non nominum.glo.in capitulo.1.de collu.detegen. Quia vbi requiritur tantum tempus studij, tunc modica scientia sufficiet, vt hic. *De Barto. studio & Aristotelis.*

¶Nec debet episcopus ipsum examinare,quia iniuriam faceret vniuersitati,reprobando eum.gl.in §. item quòd vniuersitates. in verbo gradus,eo.tit.in prag. Nempe si papa scribat pro graduatis,nunquam mandat inquiri de idoneitate impetrantis,nec vult eum examinari,cum iam sit approbatus,secus in aliis.Feli, in c.fi.de præsumptio.& expressim Io.Staphi.in tract.de literis gratiæ,in 10.forma expect.fo.30.Et hæc est practica Rom. Minus ergo episcopus examinabit graduatum & nominatum ab vniuersitatibus. *Episcopus nominatos non examinat.*

Præsentatus ab abbate nõ est ab episcopo examinandus.

¶ Sic non potest episcopus examinare præsentatum per abbatem, quum sufficiat abbatis testimonium. c. monachi. 16.q.1. & expressim Collecta.in c. accepimus. de æta. & qualita. Nam si episcopo daretur examinatio, nunquam inueniret nominatum vel graduatum doctum, etiam si esset Bar. vel Panormi. similis, nisi esset sibi propitius: hoc igitur est reprobandum.& omnis nominatus, vel graduatus, præsumitur habilis: nã quãdo actus habet debitã formam, habilitas personæ præsumitur, text.in cap. in præsentia.& ibi Decius not.10.de probatio.l.ab ea parte. ff.illo. titulo.licet sint bene multi eruditionis absconditæ. Vide Auffrer. in decisio. Tholosæ.q.449.

calariis[a] iuris canonici aut ciuilis, si ex vtroque parẽtes nobiles fuerint, triennium esse decernimus.

Vno die an quis sumere possit duos gradus.

¶ Si vltra quinquẽnium studuerit, fortè per sex annos ante gradum baccalaureatus, poterit postea post annũ assumere gradum licentiæ, in quo requiritur per hunc textum septennium. Nec fit distinctio hic, an sumat vno die gradum baccalaureatus cum licentia, an diuerso tempore, ideo sufficiet, quòd tempus præstitutum in vtroque gradu completum sit, argumẽ.l. de precio.ff. de publici.in rem.actio.& tunc vno die poterit sumere & gradum baccalaureatus, & licentiæ. Secus si fieret distinctio, vt in ordinibus, in.c.dilectus.de tempo.ordi.

Scientiæ omnes subsunt iuri canonico & ciuili.

a ¶ *Iuris canonici, aut ciuilis*] Priuilegia voluit conferre nobilibus studentibus in his tantùm duabus facultatibus, quæ de aliis omnibus disponunt, & quibus omnes aliæ indigẽt, & ancillantur, teste Bart.in prima figura Tyberia. quia si theologus perperam de trinitate senserit, iurisconsultorum pœnam non euadet. Idem si medicus malè secuerit ægrotum. §. præterea.instit. de.l.aqui. & si mensor falsum modum dixerit recurritur ad iurisconsultos, rubri.ff.si mensor fals.mod.dixerit. Et ideo hæ scientiæ dicuntur architectonicæ, id est de omnibus aliis disponentes, in prooemio.ff.§. itaque. in fi.& ibi Hieronymus Cagno.allegat Aristotelem, libro primo Ethico.cap.2. dicentem, Videmus honoratissimas facultates ciuili scientiæ subesse, vt rem militarem, œconomicam, rhetoricam, cúmque scientiis reliquis.& in.c.16.dicit expressè ciuilem scientiam honorabiliorem, & præstantiorem esse medicina, vt supra eodem, in verbo medicina.& hæ duæ scientiæ, canonica videlicet & ciuilis sunt

coniunctæ, sicut Pilades & Horestes, vt dixi in tract. nomina. quæstio.5.versicu.5.quæro. adde quòd ius canonicum, &c.nume.14.

§.Præfati a] Legitur vsque ad.§.cum verò.& nō diuiditur, quia vnum tantùm continet dictum, videlicet quòd de literis gradus, nominationum, temporis studij, ordinariis collatoribus, vel patronis ecclesiasticis, est faciēda fides. Intellige semel tantū arg.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verbo.signific.l. cum procurator.§.1. ibi, nam ipsi domino, quum semel nunciauit, non permittitur iterum nunciare ff.de oper.noui nunciat. etiam si alius in collationibus succederet.ordina. regia.arti.9.rub.*des priuileges des escolliers*. Fallit in quatuor casibus traditis in tract.nomina.q.14.principa.& q. 11.illius.q.vbi licet videre alia ad hanc rem facientia. *Semel tantùm est facienda insinuatio.*

§. PRAEFATIQVE.

Nominati & graduati semel ante beneficij vacationem literas nominationum, gradus, & temporis studij, manu scribæ vniuersitatis signatas, collatoribus & patronis ecclesiasticis exhibere debēt, hoc dicit.

¶§.Præfatíque a graduati & nominati collatoribus ordinariis, siue patronis ecclesiasticis semel ante b vacationem benefi-

b ¶*Ante vacationem*] Posset etiam fieri insinuatio incontinenti post vacationem, arg.§.tutor.insti.de author.tuto. vbi tutor in ipso negotio debet auctor fieri, post verò non valet, nisi postea incontinēti auctoritas præstetur, vt dicit ibi glos. probatur in.l. Pompo.§.ratihabitionis.ff.de procura. vbi exceptiones dilatoriæ possunt incōtinenti post litem cōtestatam opponi, licet de iure ante litem contestatam debeant.l.ita demū.C.de procu.vt abundè scripsi in trac.de exceptio. Item licet ante litem cōtest. debeat fieri reconuentio, quantùm ad effectum.l.qui prior.ff.de iudi.& no.in.c.1.&.2.de mutuis petitio.tamē incontinenti post litem contest.fieri poterit. Bald. in cap.cum venissent.col.pen. de iudi.sequitur Ias.qui sex similia adducit in. l.edita.nume.13. & sequen.C.de eden. De Ripa lib.1. respon. de leg.c.8.in causa.quia paria sunt aliquid fieri ante actum, vel incōtinenti, post etiam in his quæ de necessitatē debent fieri ante actum. & hoc in protestatione probat Ias.in.l.nō solùm. §.morte.nu. 13.col. 4.ff.de noui operis nuncia.quia quæ incontinenti fiunt, inesse *Insinuatio an possit fieri post beneficij vacationem.*

videntur.l.lecta.versicul. dicebam.ff. si certum petatur.Imò illud videtur prius actum,quòd incontinenti subsecutum est.c.officij.& ibi Baldus per illum textum. de elect. sequitur Ias.in.l.si quis mihi bona.§.iussum.colum.13.ff.de acquir.hęred.num.22.& sequen.& statim post litem contestatam potest emendatio libelli(licet ante debeat)fieri. dict.l.edita. & ibi Alexand. & alij. Oldrad.consil.183.col.penul.Et si testis primò deposuit, & incontinenti iurauit,valet depositio, licet ante debeat iurare. Ias. in.l.admonendi.nume.227. & sequen.in repeti.ff.de iureiuran. per glos.in.l.2.C.de iureiurand.propter calumn.dand.& l.1.de operis liber.& l.iurisiurandi.de testib.vide Feli. in cap.qualiter in.1.col.16.versicu.fallit.2.de accusa.& ca.exceptionem.colum.1.de exceptio. Et quanuis in prima citatione actor debeat declarare,quos intendat conuenire ratione clausulæ quidam alij, tamen incontinenti post,hoc poterit. Do. & Perus.per illum tex. in.c.2.vltim.nota.de rescript.in 6.

Depositio testis non iurati,an valeat.

¶Intelligerem verum esse,quando alius non superesset,alioqui in præiudicium illius qui insinuauit illo anno , non admittetur is qui post vacationem insinuauit , argumé.l.2.§.si quis à principe.ff.ne quid in loco publico. capitu. quanuis. de rescript.in sexto.Ita intelligi debet glos.in verbo inane.§.si autem illi.eodem titulo. in pragmat. & opinio Aurioli in cap.si clericus.in additio.ad Guillelm.de Monte laud.& præbend. in sexto. vbi concludit insinuationem in præiudicium alterius,qui iam insinuauit ante beneficium vacans fieri non posse.vide quæ dixi in tractatu nomina.quæst.15.numer. 33. vbi tenui beneficium vacans tempore nominationum deberi nominatis, quando tempore illis præstituto vacauerat. intelligendo tamen vt hic,quando nullus alius superesset.& in graduatis idem dicerem, vt gratificare collatorem illum non posset,etiam facta sic insinuatione per istum text.& supradicta extantibus aliis , qui ante vacationem insinuârunt.

Collatio valet facta non qualificato, quãdo is non insinuauit.

¶Intellige valere collationem factam non qualificato,etiam si nominatus postea insinuaret,& peteret beneficium sibi conferri,per.§.teneantur.infra eodem. quia non debet retractari,si superueniat ad casum,à quo incipere non poterat, per regulam iuris,facit capitu.si tibi absenti.de præbend.in sexto.Et sic hęc beneficia ecclesiastica præsumuntur esse vacantia , nisi collata esse appareant.Bald.in.l.1.ff.de rerum diuisio.refert Angel.in.§.nullius insti.illo titu.

¶De

a ¶[*De literis gradus*] Refertur ad plures graduatos, quòd teneantur facere fidem de literis gradus, & sic singuli non tenentur facere fidem de literis graduum, dum plures habent, quia hic tex. dicit de literis gradus. nã quando plures habeo actiones, vnam possum eligere, & proponere. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. actione. Barto. & alij in l. edita. C. de edend. facit quod no. Inno. & Ant. in c. 1. de cleri. peregri. vbi si quis fuerit ordinatus à persona prouida & honesta ad maiores ordines, non tenetur ostendere literas aliorum ordinum, quia præsumitur quòd ille vir prouidus non ordinasset eum ad maiores ordines, nisi fuisset certificatus de minoribus. Panor. in. c. nisi. in. 1. notab. de præbend. Sic non est verisimile quòd tam prouidæ vniuersitates Franciæ promouissent aliquem per saltum cùm eisdem prohibeatur infra, in. §. monemus. secus de vniuersitatibus Italiæ, quæ solent sine gradu baccalaureatus promouere, dixi in tracta. nomi. q. 14. nume. 46. & sic est hic vnus casus in quo requiritur scriptura, alios licet videre in. c. 1. de censib. in 6. per Ioan. Monac. & postea per Ioan. And. ibidem. Idem in mandato apostolico dicitur in titu. seq. vbi scripsi in verbo literas. §. primo. *Literas omnium graduum, an quis teneatur insinuare.*

cii de literis gradus [a], seu nominationis [b],

b ¶[*Nominationis*] Vel nominationum, quia si plures quis habeat nominationes, tenetur plures exhibere. Nam licet hoc edictum singulariter scriptum sit, tamen si plures interuenerint locum habere debere Pompon. scribit in. l. 1. §. Item hoc edictum ff. quod falso. tuto. aucto. gestum esse dicat. Et quanuis singulari numero vsa lex. 12. tabul. proximum vocet, tamen dubium nõ est, quin si plures sint eiusdem gradus, omnes admittantur. §. si plures. de legi. agnato. succesio. in institut. l. 3. §. negotia. & ibi addidi. ff. de negoc. gest. l. 1. §. 1. de asignat. libert. c. relatum. 2. & ibi doct. de testa. Imol. in clem. 2. in glos. 1. de rescript. text. in clemen. si plures. vbi etiam Imol. de præbend. Decius in. c. accepta. in glo. de appel. *Plures nominationes debent exhiberi.*

¶Interdum tamẽ iurisconsul. vtrunque numerum ad maiorem expresioné inducit. l. 2. ibi, creatus creatíve. ff. de curatore bo. dand. Albertus Brunus in tracta. de statutis exclud. fœm. artic. 12. quæst. 13. Et hic accipitur indefinitè quæ æquipollet vniuersali. cap. vt circa. de elect. & ibi glo. not. & facit. l. si pluribus. ff. de legat. 2. Et in vniuersitatibus quæ reguntur senatu parisiaco, solent volenti cuipiam plures concedi nominationes, secus

in vniuersitatibus ressortus Tholosani, quæ vix cōcedunt vltra vnam vni. Sed in illa describuntur tot episcopatus, & abbatiæ, ac prioratus, quot nominatus affectauerit, vt facilius sibi prouideatur, & hoc est instar mandatorum, quæ non solent concedi vltra vnum vni, saltē, nisi in secundo fiat mentio de primo. c. in nostra. de rescrip.

& cum per ordinationes regias vel concordata non sit prohibitum plures concedi nominationes vni, cēsetur esse permissum, argu. c. nam concupiscentiam. de constit.

& de præfato *tēpore studii per

Quot nominationes concedi possint.

¶ Quot nominationes possint vni dari: crederé, arbitrio vniuersitatum relictum, vt tot dent, quot videátur sufficere, vel in vna tot episcopatus aut abbatias describant, per quæ posit nominato facilè prouideri ad summá taxatam, infra. eod. §. volumus. arg. l. 1. ff. de effracto, nec debent vniuersitates se restringere ad duas vel tres, quia postquá paterfami. est largus, dispensator nō debet esse tenax. c. alligant. 26. q. vlti. & beneficium principis latissimè est interpretandum. l. beneficium. ff. de consti. princip.

¶ Et si primæ fuerint nullæ, secundæ valebunt, etiam si non fecerint de primis mentionem: quia nominationes non sunt literę apostolicę, in quibus oportet exprimere illa, quæ Felin. docet in c. in nostra. de rescript. & ego scripsi in forma manda. in verbo pro expressis. & coram ordinario expresso non fit. cle. fi. de offic. ordi. ideo cū exprimatur in d. §. volumus. infra eo. quæ in nominationibus exprimi debeant, si hęc nō sint expressa, nominationes sunt nullæ, sed alia non tenentur impetrantes exprimere, cum tex. ad hoc illos non adstringat, & ita seruatur, vt dixi in tractatu nominatio. q. 9.

a ¶ *Et de præfato tempore studij.*] Non sufficeret ergo exhibere literas gradus & nominationis, nisi literæ certificatoriæ tempore studij exhiberentur, vt hic, quia ad veritatem copulatiuæ requiritur vtrunque esse verum. l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. c. 2. & c. inter cæteras. de rescrip. & tam nominatus q̃ graduatus simplex tenetur facere fidem, etiam de literis temporis studij, vt in . §. teneantur, infra eo. & cum hic dicat faciendam fidē temporis studij, intellige totius: nec sufficeret baccalaureo facere fidem de biennio, nec doctori de triennio, sed oportet quòd faciat fidem totius temporis per hunc tex. & sic prius debét studuisse, alioqui studij literas non possent ostendere, vt hic dicitur, & supra in. §. præterea. dictū extitit, & opiniones cōciliatę.

Et sic.

¶ Et sic fuit iudicatum, & in mente curiæ retentum, non sufficere studium post nominationes impetratas, anno 1523. in mense Augusti, licet tempore vacationis beneficij studium esset completum. Nec obest alicui, si priusquam nominationes sumeret, studuerat per quinquennium, & post nominationes impetrat, seu (vt dicunt) leuat literas tēporis studij, quia hic tex. requirit tantùm studiū præcessisse, ideo nominatus, qui studuerat quinque annos, si illo anno non curat de literis temporis studij, & anno sequenti, vel aliis, à scriba recipit, & insinuat cum nominationibus, non sibi præiudicat, licet hoc anno receperit literas nominationum, & anno sequenti literas temporis studij. Imò in antiquitate eidem non præiudicabitur, etiam si post decem annos literas à notario, seu scriba exigeret, quia non est quod repugnet. & ita cēnsuit senatus, anno 1544. die. 23. Decēbris, quo die d. præses à sancto Andrea, pronunciauit illud publicè.

Arrestum.

Leuare literas studij post nominationes an quis possit.

Arrestum.

literas patētes [a] vniuersitatis [b] in qua studuerint, manu [c] scribæ &

a ¶[*Patentes*] Id est publicas, quia quod est publicum omnibus patet. §. consequens. insti. de suspect. tuto. vel apparentes, vt dico in tracta. nomina. q. 14. princ. in. q. penul. vel iunge supradictos intellectus, & meliorē, vt reor sensum elicies. facit cle. vna. §. nos itaque. de iureiurand.

b ¶[*Vniuersitatis*] Famosæ, vt supra dixi in. §. proximo. & regni. de quibus supra locutus fuit tex. quia hæc sequentia declarantur ex præcedentibus. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de test. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. dixi fusius in tracta. nomina. q. 10. Et si in pluribus vniuersitatibus studuerit, de studio facto in omnibus tenetur facere fidem, vt hic patet, dum dicit vniuersitatis, in qua studuerint. ergo in quacunque studuerint tenentur facere fidem, nisi tantum temporis studuerit in vna vniuersitate, quod sufficeret sine studio alterius vniuersitatis, quia. §. proximus requirit competens tempus. dixi in d. tract. nomina. q. 14. nume. 45.

Tēpus studij cuiuslibet vniuersitatis insinuari an debeat.

c ¶[*Manu scribæ*] Sufficit ergo signum vnius scribæ si sint plures, vt Tholosæ & si non fuerit nisi vnus, vt in Mōtepessulano, quem secretarium vniuersitatis vocant, & is fuerit impeditus, potest substitutus ab eo signare: alioqui eo impedito nominationes cessarent, quod nō est dicendum, vt plenè scribo in tract. nomi. in. 10. q. principali. in 4. requisito. vbi licet plenius videre.

Substitutus à scriba vniuersitatis signare literas potest.

Nec tenebitur nominatus probare subſtitutionem,quia præſumitur eo ipſo,quòd ſic emanatę fuerint literę,& ſigillatæ,ob id transfertur onus probandi in aduerſarium.doc.in.l.actor.C.de proba.& in.l.qui accuſare.de edend.& oporteret probare literas ob hoc falſas,ſuper quo eſt antea cogitandum.

¶ Vniuerſitas tamē Pariſien.hoc non recepit, quia quælibet facultas concedit tā literas gradus,quàm tēporis ſtudij manu bidelli facultatis ſignatas,& non ab vniuerſitatis ſcriba.& hęc forma fuit(vt dicunt)per ſenatum approbata,quia facultas eſt pars vniuerſitatis,ideo largè & impropriè cenſentur ab vniuerſitate emanaſſe,cùm quodlibet officium facultatis ab vniuerſitate recipiatur,& in toto pars continetur.l.cuius effectus.& ibi Decius.ff.de reg.iur. & reg.in toto illo titu.in 6.

ſigillo [a] vniuerſitatis ſignatas fidem [b] facere teneantur.

Quelibet facultas Pariſienſis ſuo ſigillo in literis gradus & temporis ſtudij vtitur.

a ¶ [*Sigillo vniuerſitatis*] Non ergo ſufficeret ſigillo facultatis ſigillare.ſi tamen vtrunque apponeretur,vt apud Bituriges, non vitiarentur,quia ſuperflua non vitiant.l. teſtamentum.C.de teſta.vide quæ dixi.in d.q.10.in.5. requiſito. vbi plenè de hoc ſigillo.de conſuetudine tamen quælibet facultas ſuo ſigillo vtitur in literis gradus & temporis ſtudij apud Pariſios, Pictones, & ferè alias Franciæ vniuerſitates cōſuetudinarias.& hoc ſigillum etiam facultatis poteſt dici authenticum.per glo.& docto. in c.2.de fide inſtrumento. Scripſi in tract.de literis obligato. ſigillo regio,vel alio authentico ſignatis.art.1.in verbo authentiquæ.Facit tex.in c.præſentata.ibi,& actis omnibus redactis in ſcriptis ſigillorum ſuorum impreſsione ſignatis.de teſti.

Facere fidem quomodo intelligatur.

b ¶ [*Fidem*] Plenam,quia vbi fit mentio de fide, vt fiat fides,intelligitur in dubio de plena.clem.conſtitutionem.§. inſuper.in verb.fides.de elect.quam notab.dicit Alexan.con.147.viſis dubitationibus.columna 1.in.1.volu.&.c.1.de regu. ſiue agatur de magno præiudicio,ſiue de modico,contra gl.pragma. ſanctio. in hoc ver.niſi lex aliud exprimeret. c.ſtatutum.§.1. de reſcript. in 6.c.nulli.in fin.de elect.eod.lib.c.paſtoralis.de exceptio.quia propter paruum vel minus præiudicium non diſceditur à vera ſignificatione vocabuli.l.non aliter. ff.de legat.3. & ſemiplena probatio non eſt probatio,& ſemiplena fides non eſt fides.not. in cap.vt circa.de elect.in 6.vbi ſemiplenè probans non excuſatur ab expenſis, etiam ſi agatur de leui præiudicio. nec.l.theſaurus.

saurus.ff.ad exhiben.allegata per glos. pragm.facit mentionem de fide,nec etiá alia iura per glos.allegata probant.sed vide Feli.in rub.de probat.col.3.

¶ Notandum est quòd quando in lege vel cõstitutione debet fieri plena fides,non defertur iuramentum in supplementũ probationis. Ias. & alij in l.admonendi. in repet. nume.282.ff.de iureiur. per glo. in c.cupientes. §.quòd si per viginti.in verbo fidem.de elect.in 6. & quando plenaria fides adhibenda est alicui actui, contra illum non admittitur probatio in contrarium,per text.singul.in clem.vna. de proba.quam singul.dicit Barb.in consil.2.columna 3.in.2. volum. & consil. 13.à Ioue.colum.9.in.3.volum.& in cap.præterea. column.2.de offic.delega.& cap.Raynutius,columna 21.de test.Io.de Ana. consil.14.viso puncto.column.1. Non sufficeret ergo facere fidem nominationum, vel gradus, seu temporis studij, per exemplum,quia non faceret plenam fidem, vt hic requiritur, vel sine sigillo,vel scribæ subscriptione, vt plenè dico in. d. quæst. 10.tract.nomina.vbi fusius videre licet,vt modum glosę nó excedam.

§. CVM VERO.

Probatio nobilitatis ad effectum studij per quatuor testes in iudicio fieri debet coram ordinario loci, in quo quis natus est, & in absentia partis fieri potest.

§. Cũ vero [a] ꝓbatio nobilitatis [b]

¶ Item non posset collator exemplo adhibere fidem,vel illum, qui non insinuauit,habere pro insinuato,aut non graduatũ pro graduato,quia legi solennitatem,vel formam inducẽti non potest renunciari. Bart.& alij in.l.ius publicum.ff.de pact.l.penul. C.illo tit. Feli.& alij in c.si diligenti. de foro competent. quia actus forma omissa est nullus, vt dico in rubr. forma mandati inferius.& in.§.statuimus.1.in glo.1.infra eod.

Pro insinuato non potest episcopus habere graduatum.

§. CVM VERO.

¶ Non diuiditur,quia breuis est,& legitur vsq; ad.§. teneatur.

a ¶ [*Probatio*] Quomodo probari debeat nobilitas,& testes debeant deponere super ea latè tradidi in tract.nomina. q.12. vbi licet cernere.& infra in verb.ad effectum.

b ¶ [*Nobilitatis*] Generis,vel mixtæ, videlicet generis & virtutis:sed de nobilitate solius virtutis & sapiẽtiæ hic non intelligitur,de qua loquitur Salomon,Sapien.7.c. Omnibus nobilibus

nobilior est sapientia. Bar. & alij in l.1.C. de dignitati. lib.12. Panor. in.c. venerabilis. & .c. de multa. de præbē. Bonus de Curtuli in tract. nobili. in 2. parte. Et nobilitas oritur ex sapientia, virtute, dignitate, ex comitatu, vel baronia, ex militia, progenie, diuitiis, ex loco, & communi opinione, quæ prosequere, vt per Lucam in. l. mulieres. colum. 1. & sequen. C. de dignit. lib. 12. tamen hic tex. intelligitur de nobilitate generis, super qua disputare est de stercoris nobilitate contendere, prout dicit gl. in extrauag. execrabilis. in. §. nos itaque. in verbo ac generis. de præbend. in extrauagan. com. Et dicit Policrat. lib. 8. c. 15. vt citat Lucas de Penna in. l. militaribus. C. de decurionib. lib. 10. Claritas sanguinis elationem parit, potentiam affectat, conculcat inferiores, pares habere dedignatur, loquitur grandia totus, cum ex alto magnóque sanguine, tanquam fecerit ipse aliquid, propter quod nobilis esse debeat: sui immemor eorum qui retro esse videntur obliuiscitur, & se in anteriora, sine cultu virtutis, ridiculū Thrasonis imitatorem ostendit. hi à paribus abstinent in humiliores libidinosè & crudeliter agunt, hominū non causarum toti sunt, vt apud quos gratia vim æqui habet, iudicia domi conflant, in foro pronunciant, vt ait Liuius lib. 2. ab vrbe condita, de Appio Claudio, & aliis. hi non morum probitate, sed armorum feritate vendicare sibi satagunt dignitates. Bernard. in epistola ad Innocentium papam, & ex propriis culpis præmiorum retributiones expectant, vnde gl. in. c. quoniam. 24. q. 1. hos tradit versus, Nobilitas fastum, fastus litem parit: arma, lis odium, capiūt, hæc tria mortis iter.

Vnde oriatur nobilitas.

Nobilitas generis quid pariat.

Priuilegia nobilium.

¶ Habent tamen hi nobiles multa priuilegia ante alios. Primò vides hic in abbreuiatione temporis, rationem tradidi in tracta. nomina. quæst. 12.

¶ Secundò, sunt immunes à collectis (quas tallias vulgus appellat) l. 3. §. 1. ff. de munerib. & honorib. l. non tātum. §. 1. ff. de excusa. tutor. vide Guid. papæ in. q. Delph. q. 384. sed quid in nobilibus, &c.

¶ Tertiò, in beneficiis eisdem defertur. c. non satis. 86. distin. c. de multa. & . c. venerabilis. de præbend. vt facilè cū eisdē dispensari posit, vt duo obtinere valeant beneficia. Vide Felinum in c. cum adeo. col. 4. versi. nobilitas. de rescrip.

¶ Quartò, in depositione instrumētorum, quæ apud nobilē fieri debet. l. fi. ff. de fide instrumen. l. procurator. & ibi notant docto. C. de edendo. & in. l. 1. de conditio. in publi. horreis. lib. 10.

&

&.l.si coartalis.in fi.de coartalib.lib.12.& in authen. de defenso.ciui.§ interim.& §.audient.& ibi Angel.colla.3.

¶Quintò,in electionibus si suffragia siue voces sint pares.præferũtur voces nobiliũ.arg.l.maioré.ibi, qui dignitate.ff.de pac.l.3.&.l.ob carmen. de testib. Bart.in.l 1.col.5.versi.vnde in dubio.C.de digni.li.12.facit ꝙ no. Arch.in c.hoc auté.in fi.30.dis.

¶Item arma deferre possunt.§.si quis rusticus.de pace tenẽda.& eius violato.Lucas de Penna in. l.vna.col.pen.vt armorum vsus inscio principe sit interdict.li.11.vide triginta quinque priuilegia,quæ tradit Lucas in.d.l. mulieres.& 47. scribit Cepol. in tract.de imperatore eligendo.vers.nobilitatis etiá.& in trac. de re militari & duello.lib.7.rub. de pugna nobilium. & quinquaginta sex.Bonus de Curtili,in tracta.notabili.in 5.parte per totum.vbi fusius videre licet.

¶Et puto hoc priuilegium cõpetere nobilibus , siue patres vixerint nobiliter,siue non,cùm tex.hoc nõ exprimat,& quia hoc priuilegium datur nedum ratione nobilitatis,sed etiam ratione studij & gradus,licet regulariter nobilibus nobiliter viuẽtibus dentur alia priuilegia.teste Io.Masu.in rub.de talliis.§.illi qui. vbi dicit eos viuere nobiliter qui abstinent ab his quæ populares facere consueuerunt,& cum hoc sequuntur arma,& exercẽt ea,quæ spectant ad statũ nobilium.Vnde Aegyptij,Græci,Scythæ,Persæ,& Lydi,omnes qui artificio incumberent,pro ignobilibus habebant,qui verò militiæ generosos. teste Alex.lib.5. genialium.c.18.Idem habetur in rub.*des seneschaulx*.ordi.25.art. 5.& seq.in ordina.reg.Quod est notandum ad clericos clericaliter viuentes,quãdo dicantur viuere clericaliter, quod est quãdo exercent ea quæ concernunt clericos,& non laicos. vt scripsi in 1. tomo cõmen.in consti.reg.artic.2.nu.120.

Quando quis dicatur viuere nobiliter vel clericaliter.

¶Ideo nobilis furta exercẽs,vel alia crimina grauia,potest priuilegiis nobilitatis priuari, & vilis declarari , & deinceps inter villanos numerabitur,arg.militis ad nobilem.in.l.fin.C.de locat.Sic declarauit senatus Parisi.quendam nobilem Carnoten. furti conuictum,& eò ꝙ à manibus seruientiũ eripuerat filiam, quam patri tamen restituerat,ad mulctam cõdemnauit etiá honorariá, Anno 1528.& die 22. Nouembris.alia de nobilibus licet videre in dict.tracta.nobili. Boni de Curti.& in tract.Ioan. Raynaudi.Alibi declaro de nobilitate & eius gradibus. Nã habet gradus,sicut imperium,videlicet quædam est maxima,maior,magna:parua,minor,minima:licet Zazius in.l.quod nerua.

Arrestum per quod nobilis sua priuatur nobilitate.

dicat maius & minus nihil differre, saltem specie. cui respon.in repetitione super illa.l.

In illegitimis nobilium non abbreuiatur tempus studij, nec nobiles dicuntur.

¶Et intellige hic de nobilibus legitimè natis,nó de bastardis, qui de iure nó sunt nobiles.l.vna.C.de mulieri.quæ seruis propriis se iniunxerunt.cap. si gens Anglorum.56.distinct. Petrus de Vbald.in tractatu de succesſ. ab intesta. col. 107.vers.reuertendo ad

fieri debeat ad effectū [a],vt nobi

propositum. Et statutum ciuitatis præferens filios nobilium,filiis ignobilium intelligendum est de legitimis,cum illegitimi in defectum tantùm admittátur. l.generaliter.§.spurios.ff.de decurio.Hoc expressè tradit Domin.in cap.statutum,in fine princi. de hęret.in sexto.& sic non comprehenduntur in regula cancellariæ præferente nobiles ignobilibus,quia intelligitur de nobilibus legitimè natis,teste Benedict.in repe.c.Raynutius.in prin. nu.32.de testa.vbi plenè tractat de istis,ibi vide.Imol.nullus illegitimus in literis apostolicis dicitur nobilis: sed sic solet scribi.tibi,qui,vt asseris,defectum natalium pateris, ex nobili coniugato & moniali,&c.prouincial.fo.62.versic. nullus.Dicerem tamen his priuilegiis vti posse filium natum ex legitimo matrimonio,licet nascatur ex bastardo & muliere nobilibus, tū quia est legitimus,tum quòd consuetudo Francię facit bastardū natum ex nobilibus,nobilē.Guido papæ in decis.delphina.q.580. an bastardus.nec refragatur quòd filius legitimè natus ex bastardo,non potest dici nobilis,quia ex infecta radice nascitur.l. fi.C.de natura.liber. sic consuluit Petr. Anch.consi.389.visis diligenter.col.1.quia hoc est verum de iure, sed cùm consuetudo faciat bastardum nobilem.vt dixi,natus ex illo dicitur verè nobilis,& sic nominationibus gaudebit post triennium, siue mater siue pater fuerit illegitimus, etiam si vterque per prædicta.

Quatuor testes ad probādam fidem requiruntur.

a ¶*Ad effectum*] Et sic probatio nobilitatis debet fieri per quatuor testes,quo ad gradus & nominationes per hūc textum,sed quo ad alia,debet fieri secundum ius commune, per istum textum ibidem effectum,&c.de quo per Bar.in l.1. C.de digni.lib. 12.& tunc sufficit quòd duo testes ex his deponant de nobilitate patris,& alij duo de nobilitate matris,& sic nobilitas ipsa requirit quatuor testes,nó verò intelligendum est, quòd quatuor debeant deponere de nobilitate patris, & totidem de nobilitate matris,quia in ore duorum,&c.l.vbi.ff. de testi.& ob id statutum fuit,vt quatuor deponerēt, vt duo de nobilitate vnius depo-

po-

deponant,& alij duo de alterius nobilitate, vt minus deroge-tur iuri communi.c.cum expediat. de elect.in 6. & sic quatuor testes deponunt de nobilitate graduati. vt hic text.requirit, & non dicit quòd quatuor testes deponant de nobilitate patris, aut matris graduati, sed quòd nobilitas graduati probari possit per quatuor testes, quod est notandum, hoc suadetur etiam in verbo tūc nobilitas,&c.nam licet substitutio facta

De dictione tunc.

les gaudere possint beneficio [a] minoris temporis studij.tūc nobilitas ipsa per quatuor testes deponētes [b]

in vno casu porrigatur ad alium.l.cum proponas.C. de hæred. insti. Tamen hoc non procedit,quando in casu expresso apponeretur dictio tunc. Ancha.consi.357.ex serie. Dec.consi. 314. pro resolutione per tex.in l.in institutione.ff.de vulg.facit.l.4. §.fi.de conditio.& demonstra.l.huiusmodi.de verb. obliga. & hic apponitur dictio, tunc ergo, &c. nec sufficerent duo testes deponentes de vtriusque nobilitate, tum quòd hic pro forma est statutum, vt quatuor adsint, & omissio forme vitiat actū.c. cum dilecta.de rescript.tum quia duo facilius possunt corrumpi, quam quatuor, etiam quodlibet verbum operari debet.l.si. vbi glos.ff.quod metus causa.

a ¶[*Beneficio*] Eo verbo vtitur text.in cap.dispendia.§.fin.de rescript.in 6.l.4.in princ.ibi,amici beneficio. ff. de manumissio. cap.inter alia.de sententia excommunicatio.text.in l. vxorem. ff.de lega.3.c.Raynaldus in fi.de testa. l.aut damnū.in fine,ibi, beneficio principis.ff.de pœnis.l.si præses. de minor. scripsi in praxi benefic.in prin.

b ¶[*Deponentes in iudicio*] Iurare tamen (& si text. non dicit) tenentur.l.3. §. idem diuus Adrianus. & ibi glo.ff.de testib. & in iudicio, ac die non feriato recipi debent, nam bonum est argumentum de loco ad tempus.l.vinum. ff.si cert. peta. & sicut non valet iudicium die feriata. cap. 1. de feriis. l. omnes. C.illo titul. ita non poterunt eo tempore testes pro nobilitate iurare, cùm iudicium id temporis exerceri prohibeatur.l.fin. C.de feriis.Et si reciperentur,non valeret dictum illorum.Lanfranc.in repet. cap. quoniam contra. in verbo testium depositiones. q. 10. de prob. & quanuis notarius in aliis causis iuramētum testis non recipiat, bene tamen examinationé testium,

Testes iurare tenentur.

etiam domi.glo.ſingu.in l.hac conſultiſsima.§.fina.C.de teſta. quæ depoſitiones ex duabus conſtant,ex iuramento,& dicto teſtis.& vnúm ſine altero non valet.c.fraternitatis.&.c.tuæ.de teſtib.l.iuriſiurandi.C.illo tit.in nobilitate tamen probanda neceſſe eſt,& teſtes iurare in iudicio, & deponere etiá palam poterunt in hoc caſu,cum ſit modici præiudicij,& quia rubore cõfuſi non audebunt in conſpectu populi aſſerere nobilem , qui non ſit,& quia in cauſis ſummariis , quæ ſunt modici præiudicij,poſſunt teſtes publicè examinari, etiá partibus præſentibus. Bal.in l.prolatam. C.de ſententiis & interl. omnium iudicum. licet regulariter teſtes ſecretò debeant examinari , & ſigillatim, & deponere .l.nullum.C.de teſt.c.cũ cauſam.&,c. venerabili,& c.2.vbi glo ibid.Pau.in l.minime.ff. de legi.Imò ſi iudex teſtes in aliis caſibus palam examinaret, non valerent teſtiũ dicta. gl. ſing.in c.quia propter.in verbo ſecretè. de elect. Lanfran. vbi ſupra.q.11.ſed.hic vult quòd iudicio deponant teſtes.

Palam teſtes an deponere poſſint.

¶ In iudicio dicuntur deponere, quando iudex ſedens in loco, vbi ius reddere ſolet,eos examinat, ſecus ſi domi eos reciperet, & examinaret. Panor. & alij in rub.de iudic.col. 1. vbi dicit etiam non requiri litis conteſtationem.per nota.in l.voluit.& l. ſi defenſor.ff.de interrogator.actio.

Inſtrumentũ nobilitatis quale eſſe debeat.

¶ Et hoc debet atteſtari in inſtrumento eſſe actũ in iudicio , vt conſtet de iſta qualitate,quia quádo lex requirit actũ cum qualitate non ſufficit illum actum probare ſine qualitate.tex. in l.1. §.ait prætor.& ibi Bar.ff.ne quid in loco publico. l. fina. §. in eum, & ibi Paul. & Iaſ. ne quis eum qui in ius voca. eſt vi eximat.l.Fulcinius.§.cũ hoc.vbi glo.& Bart.ff. ex quibus cauſis in poſſ.eat.c.licet cauſam.& ibi Panor.12.notab.de proba.quia factũ qualificatũ cenſetur vnũ & idé,& ſermo qualificatus céſetur eſſe quoddá indiuiduũ.Bar.in l. Aurelius.§. idem quæſiit.ff. de libera lega.& ſi quis dicatur cõtraxiſſe in tali loco,in primis de illius loci qualitate cõſtare debét.c. cæterum. de iud.& ibi not. arg.illius tex.& Barb.con.50.col.2.in 1. vol.& con.17. colum. 4.in 2.vol. ſic in primis debet hic conſtare teſtes depoſuiſſe in iudicio,alioqui quo ad nominationes & gradus nõ valebit,nec quo ad illorum effectum , vt hic, poſſet tamen nobilis probare per teſtes atteſtationes nobilitatis in iudicio factas , quia non prohibetur , & parem vim habent probationes inſtrumentorum,& teſtium.l. in exercendis.C. de fide inſtrumen.Sed interim amitteret primũ poſſeſſorij caput, vel ſententiá recredétię.

a ¶ Ordinarie

a ¶[Ordinario loci] Quia probatio melius & congruentius potest fieri per eos de regione, quã per alios. §. si tres. & ibi Aluaro. & Card. de pace tenend. & eius viola. l. cũ de lanionis. §. asinam. ff. de fund. instr. l. 1. §. 1. de flumi. nam vicini præsumuntur melius scire, quàm remoti. l. si vicinis. C. de nupti. & ca. per tuas. de probat. ca. quosdam. de præsumptio. ideo nobilitas isti⁹ melius probabitur per testes loci, vnde traxit originem nobilis & coram iudice illius loci, quàm per alios.

in iudicio coram iudice ordinario loci [a] in quo est

¶ Et dico non vitiari literas nobilitatis, etiam si vna mulier deposuerit de ea, quia illius vel duarum dictum suppletur per alios duos testes masculos, præcipuè propter authoritatem iudicij. l. si pacto. & ibi Ias. C. de pact. gl. in l. 3. § eiusdem. in verbo numerus. ff. de testib. Barb. in c. 1. col. 34. nu. 110. versi. capio secũdum. de iudic. Et etiam quia mulier potest esse testis extra testamentum, & casus à iure exceptos. & hic non est vnus ex illis: ergo, &c. l. qui testamentum. §. mulier. ff. de testa. l. ex eod. de testi. vbi limitat. Iacobi. quando esset meretrix, vel vilis conditionis. not. in c. forus. de verborum signific. & etiam quia non prohibetur hic, quin mulieres possint testificari. Imò textus vtitur verbo communi, videlicet testes, quod est communis generis, comprehendens tam virum quàm mulierem. probatur in rubr. de testib. ff. iuncta l. ex eod. ibidem. *Mulier an possit deponere de nobilitate.*

¶ Et ego deficientibus masculis eas admitterem, quia eo casu etiam inhabiles admittuntur. c. 3. de testi. & ibi not. quis dicatur ordinarius loci hic. & coram quo iudice debeant testes deponere, dico in tracta. nomina. quæst. 12. non repeto.

b ¶[In quo] Scilicet loco, & sic requiritur quòd probatio nobilitatis fiat corã ordinario loci, & in illo loco vbi solitus est reddere ius, vt hic probatur per hæc verba loci, in quo est natus, &c. Quia ibidem melius nobilis cognoscitur, quàm alibi. cap. pudenda. 24. quæst. 1. cap. postquam. de electio. aliàs fieri posset fraus in alio loco, vt si quis in Hispania, vel in alio loco incognito coram suo ordinario, ibibem casu inuento quatuor testes produceret, qui sic deponerent de nobilitate, nec timerent de ea etiam falsò, cum ibidem non cognoscantur, deponere, sed in loco in quo est natus graduatus, aut nominatus, testes non audebunt deponere aliquem esse nobilem, qui non sit, cum omnes cognoscant illum qualificatum: & ideo statuitur vt co- *Vbi fieri debeat probatio nobilitatis.*

ram ordinario loci,& in illo loco, in quo est natus, si ibidē ius reddatur. ita fuit decisum per senatum pro Francisco de Caluimont, contra Hugonem de Mauriac. hoc anno 1536. in mense Martio ante pascha.

Arrestum.

¶ Fallit quando in illo loco non redderetur ius, vt si aliquis sit natus in municipio, vbi non redditur ius, tunc opus est, vt nobilitatis probatio fiat in loco, in quo ius solet reddi, sicut quando quis citatur coram iudice Parisien. intelligitur, vt cognoscat Parisiis, & quando causa delegatur abbati S. Dionysij Parisiis commoranti, intelligetur vt Parisiis debeat cognoscere. Feli. in cap. nonnulli. in prin. de rescript. Panor. & Barb. per illum tex. in c. fi. de rerum permuta.

¶ Secundò, fallit quando in illo loco nō posset fieri per iustum metum. c. statuimus. de offi. delega. in 6. Roma. per septem similia hoc probat in con. 433. quo ad primum. Ias. in l. testamenta. col. 1. C. de testa. allegat. tex. in §. & hoc peruenit. in authen. vt nulli iudicum. collat. 9. facit capite statutum. §. cum verò. de rescript. in 6.

Tempore pestis in loco non solito electio fieri potest.

¶ Idem si pestis impediret, ne in illo loco fieret. quod probatur in gloss. seq. etiam electio prælati in ecclesia fieri debet, siue in capitulo ecclesiæ. ca. quod sicut. de electio. c. cum terra. vbi Panor. & cap. cum nobis, illo titul. Si tamen pestis vigeat in illo loco poterunt canonici in alio loco, in quo tempore pestis degunt, eligere capi. in nomine. 23. distinctione & hoc etiam declaratur in rubric. de authoritate genera. concilio. in primo decreto. in pragma. Innocen. in cap. cum ex iniuncto. de noui operis nuncia. Bertach. in tracta. de episcopo. in secunda parte primi libri. Refert de Ripa in tracta. de peste, in prima parte secundæ partis. 8. priuilegio. & Petr. Gerard. singul. vltim. Sed tunc in illo instrumento debet fieri mentio de illo impedimento, vt instrumentum probet, ob quam causam fuit alibi confectum.

Publicatio resignationis vbi fieri debeat.

¶ Et si publicatio resignationis, quæ per regulā cancel. 34. debet fieri in loco beneficij, non fuerit facta ibidem, propter periculum pestis, vel metum, aut aliud iustum impedimentum: sed alibi, tamen nō minus valebit, vt in propriis terminis tenet Maleret. in tracta. de electio. q. 12. fol. 80. per nota. per Roma. in l. si verò. §. de viro. in 40. fallen. ff. solu. matrim. Et scripsi fusius in d. regula.

¶ Item hæc attestatio nobilitatis poterit fieri coram iudice ordinario

ordinario loci etiam si ordinarius esset pater vel frater istius nobilis, quia iurisdictioné voluntariam potest quis exercere etiam inter suos. l. si consul. ff. de adoptio. cum l. sequ. vbi magistratus potest emancipare filium, & adoptare, ac manumittere. l. apud. ff. de manu. vindicta.

natus[a] ille de cuius nobilitate

¶ Potest etiam sacerdos absoluere propriam cócubinam, quandiu toleratur, melius tamen faciet, si alteri cómittat. c. omnes. & ibi Archi. 30. q. 1. & sic non habet locum. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. omnium iudic. quæ loquitur in iurisdictione cótentiosa. Ias. ibi. col. 2. & quia istud est modici præiudicij, & quidam dicebant hos iudices esse, quo ad hoc delegatos, & sic ius posse dicere suis, nomine tamen delegantis vt not. in d. l. qui iurisdictioni, & etiam quia fit in iudicio hæc probatio, ideo propter iudicij calorem cessabit cósanguineorum quo ad hoc affectio, vt supra dictum extitit.

a ¶ *Natus*] pro hoc est tex. valde accommodus in l. si quis. C. de fabricen. lib. 11. sic dicens: Si quis consortium fabricentium crediderit eligendum, in ea vrbe in qua natus est, vel in qua domicilium collocauit, his quorum interest conuocatis prius acta conficiat, seséque doceat non auo, non patre curiali progenitum, atque ita demum gestis confectis, vel apud moderatorem prouinciæ, vel si is absit apud defensorem ciuitatis.

Vbi literæ nobilitatis fieri debeant.

¶ Nisi alibi tempore pestis natus fuisset, tunc debet fieri coram ordinario iudice domicilij. per l. huiusmodi. §. legatum. ff. de lega. 1. vbi doct. dicunt, quòd natus casu in aliquo loco extra domicilium, censetur in loco domicilij natus: & admitti debet ad munera in loco domicilij, ac si ibi natus esset, teste Ioanne de Platea, in l. filios. C. de municipib. & origina. lib. 10. quia mater quæ habebat animum reuertendi, fingitur semper fuisse in ciuitate. l. 1. & l. retro. ff. de captiuis, & ibidem peperisse. Panor. & Feli. in ca. Rodulphus. de rescript. plenè de Ripa. in tract. de peste, in 2. parte in 8. pestis priuile. Primò ergo in loco in quo est natus fiat: qui locus, si impeditus est tunc in loco domicilij, si alibi habeat domicilium, si vero domicilium peste etiam affectum sit, in loco, in quo degit. per prædictam gl. præcedentem. Et quæ hic superius scripta sunt. Sed vidi fieri per iudices loci natiuitatis, in illo loco, in quo magistratus iudicium exercent, & curiam tenent tempore pestifero, quod est melius.

Requisita ad probationem nobilitatis. ¶ Et sic breui habes requisita in hac probatione nobilitatis ex hoc text. elicita. 1. quod sint quatuor testes, ibi, quatuor. dixi in glo. ad effectum. Secundò, quòd illi testes deponant, ibi, deponentes, nec sufficeret, quòd iurarent, & essent recepti. Tertiò, quòd in iudicio deponant. ibi, in iudicio, ergo domi non valeret, vt scripsi supra in gl. deponentes. Quartò, quòd coram iudice, non coram notario deponant. ibi, coram iudice, & sufficeret, etiam coram locum tenente. quia etiam is dicitur iudex loci, vt supra. Quintò, quòd iudex sit loci ordinarius, ibi ordinario loci. vbi in glo. elucidaui. Sextò, quòd audiantur testes in loco, in quo nobilis natus est, ibi, in quo natus est, alia collige.

ex vtroque [a] parente constare de-

Nobilitas ex ãtiqua progenie an esse debeat. a ¶ *Ex vtroque parente*] Parentes vsque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur. l. iurisconsultus. §. parentes. ff. de gradi. affinit. & l. quíque. §. prætor. de in ius vocan. l. appellatione. de verborum significa. Nec requiritur nobilitas nunc ex antiqua progenie, tum quia non repetitur hic, tum etiam quia in dubio ex repetitione tacita & suppletione nó debemus corrigere ius. glo. in c. cupientes. §. quòd si per viginti, de elect. in sexto. sed si repeteremus ex antiquo genere corrigeretur ius quod non requirit antiquam nobilitatem. l. 1. C. de digni. lib. 12. licet laudabilior de iure sit antiquior nobilitas. Bonus de Curtili in tract. nobilita. in tertia parte. nu. 129. & sequé. l. tam dementis. C. de episcop. audient. tamen nobilis filius núc factus habet priuilegia nobilitatis antiquæ hic posita.

¶ Nec obstat quòd dispositio argumentatiua constitutionis præcedentis continet in se tacitè omnes qualitates & limitationes, quæ continentur in dispositione augmentata. l. inter. §. cum inter. ff. de pact. dota. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pigno. actio. quia respon. concordatum non venire ad augmentum prag. sed ad destructionem. Ideo non sumus in illis terminis, nam renunciatum fuit prag. sanctio. vt continetur in liters secundis pontificis Leo. &c. circa finem supra. Patet ergo quòd concordata non veniunt ad augmentatum pragma. iam destructæ.

Parẽs quis dicatur. ¶ Nec obest quòd dictio parentes vsque ad tritauum protendatur: propriè tamen in materia correctoria, vt hic, & exorbitanti intelligitur pater & mater tantùm, & secundum vulgarem modum loquendi. l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testam. l. libe-

l.liberorum.ibi,parentes pios.vbi scripsi.de verb.signifi. Et Cice.1.offic. Vnicuique nostrûm sunt chari parentes, sunt chari liberi.& Cato, parentes ama, cognatos cole. Barb.in repetitio.l. cum acutissimi.col.50.in fi. & seq. C.de fideicommis. vbi dicit propriè verificari in patre & matre,iuxta illud.

¶ Insita natorum cordi doctrina parentum.tex.in §.1.insti. per quas perso.nobis acquiri.vbi aliquando accipitur pro patre tantùm,vt in §.seq.ibidem. Abundè scripsi in d.l.appellatione parentis.de verbo.sign.ff. vbi nouum intellectum dedi ad.l. iurisccon.ff.de gradib.hactenus perperam intellectam,& in intellect. no.Item hic tex.dicit ex vtroque parente,ergo non intelligit de aliis extra patrem & matrem,sed de duobus,quia dictio vterque verificatur in duobus.l.si ego.& l.quidam.ff.si cert.peta.dixi in quarto notab.repe.l.vnicæ.C.de senté.quę pro eo quod interest . & sic tantùm,intellexit hic de patre & matre. nam vbi conueniunt verba,& dispositio.l.4.§.& toties.ff.de damno infect. sed hic tex.cóuenit nobilibus natis ex patre & matre. ergo,&c.

¶ Nec refragatur ꝙ lex sequés recipit restrictioné ex lege pręcedente.l.sed & posteriores.ff.de legi.hoc verú esse reor,quando præcedens lex staret, sed ex lege correcta non debemus aliqua repetere.nec eam allegare sub pœna falsi.l.fi.ff.de fal. & §. hunc igitur.de Iustinia. codice confirmand. quanuis contrariú teneat Do.Probus in additio.ad Ioan.Monach.in c.cum nullus.de tempo.ordinan.in 6.per rationes quibus supra respondi.

¶ Et sic nó probatur hic nobilitas per famam,vt dicit Bal.posse fieri.in l.prouidendum.C. de postuland. vnde affixi conclusionem,videlicet nobilibus ante quinquennium nominationes frustra conceduntur, intellige quando non est nobilis ex vtroque paréte,vt supra dixi.Probatur in c.venerabilis.ibi,ab vtroque parente illustrem.de præben. & si nobilitas nó causetur ex parte matris,scilicet solius.l.nullus.2.C.de decur. tamen quando vterque est nobilis,talis filius ortus ex illis dicitur nobilis ex vtroq; parente,etiá propriè,vt d.c.venerabilis.& Oseæ.9.Gloria eorum à partu,ab vtero,& à conceptu.vnde dicit Bal.in l.fi. C.de seruis fugit.ꝙ loquendo simpliciter & præcisè.nó dicitur quis nobilis respectu matris,sed bene secundum quid.quia omne compositú participat de forma & materia.Bonus de Curtil. in tract.nobilita.in 4.parte.num.29. Alioqui paris conditionis esset,qui nasceretur ex patre nobili & matre ignobili,& qui nasceretur ex patre & matre nobilibus,quod nó potest sustineri;

Conclusio. Nobilibus ante quinquennium nominationes frustra cócedútur.

cùm duo vincula sint vno fortiora.c.1.de treug.& mater nupta viro nobili genere,nobilitatem retinet.l.1.C.de dignit.lib.12.

An quis posſit dici nobilis ex parte matris.

¶ Nec refragatur,ſi dicatur nullũ dici nobilem ex parte matris, quia verum eſt ex ſola matre.nam ſi ſit nupta plebeio,perdit nobilitatem.l.fœminæ.ff.de ſenat.quam non poteſt dare,cum nõ habeat.l.traditio.ff.de acquirend.rerum domi.& priuatio præſupponit habitum.l.decem.ff.de verbo. obligatio.§.ſeruus. inſtitu.de cap.di.Sic loquitur tex.in l.nullus.2. C.de decurio.lib. 10.ſed quando nupſit nobili, non perdit.d.l.1.C.de dignit.lib. 12.ergo natus ex illis dicetur nobilis ex vtroque parente.

¶ Et ſic non valere conſuetudinem , vt quis ſit nobilis ex parte matris,aſſerit Bar.in l.exemplo.C.de decu.quod ego intelligo, quando ſtatutũ vel conſuetudo diſponeret,ꝙ quis eſſet nobilis ex matre,quia ex non ente fieret:ideo non valeret,ſed bene poteſt conſuetudo facere aliquẽ nobilem,etiam ſi pater non ſit nobilis,dum tamen mater ſit nobilis:& etiam ſi non eſſet nobilis, non tamen ille filius eſt nobilis ex matre , ſed conſuetudo facit eum nobilem , quod poteſt facere . & ita tenuit Feli.in c.ſuper eo.col.2.de teſti.& in c.nouit. & ibi Decius. de iud.l.fœminæ. ff.de reg.iur.Benedic.in ca. Raynutius.in princ.de teſta. Quia hoc eſt iuris poſitiui , ideo conſuetudo hoc inducere poteſt, vt per Panor. & alios in c.de multa. de præb. hoc expreſſe firmat Roch.Curtius in c.fi.in 4.not.verſ.7.infertur.de conſue. Et ſic vides has opiniones contrarias poſſe conciliari,ne contrarietas oriatur,videlicet quòd ex ignobili nobilis naſcatur,quòd non poteſt eſſe genere, ſicut nec ex ſerua liber.quod fallit in caſibus traditis per Iaſ.in l.naturalis.in prin.ff.de præſcript.verb.& ibi dixi,quod eſt valde notandum, quia adhuc nõ ita conciliatum vidi,nec tactũ,laus Deo & virgini Mariæ,ac beatæ Genoueſę, precibus cuius ſerenitas temporis nobis illuxit. Sine qua fruges conſumebantur ob aquarum abũdantiam,hoc menſe Iulio,anno 1535.& anno 1541.in menſe etiam Iulio idem contigit.

Cõciliãtur ſentẽtiæ cõtrariæ.

Mulieres non nobilitantur honore maritorum.

¶ Adde quòd quanuis gl.& doct.paſſim dixerint vxores nobilitari per ſuos maritos,tamen ego contrarium teneo,alioqui omnis natus ex nobili eſſet nobilis ex vtroque parente , ſiue mulier eſſet genere nobilis,ſiue non,quod non eſt dicendum.ideo text.in l.fi.C.de incol.lib.10.dicit mulieres honore maritorum erigimus,genere nobilitamus,ergo per maritum non nobilitantur, bene eriguntur ac ſuperbiunt,& honore , ac dignitate augentur.ca.ſuper.eo.2.de teſti.ob id in dicta.l.fi. mortuo primo

viro

viro, si nubant viris inferioris ordinis, priuatæ sunt dignitate prioris viri, non dicit nobilitate. vnde tex. in l. fœminæ. ff. de senato. dicit in hæc verba, fœminis enim dignitatem clarissimam mariti tribuunt, non dicit nobilitatem. Idem habetur in l. filij. § primo. ad municipales. nec tex. in §. hęc itaque. in authent. de consuli. collat. 4. sed vxores corruscare radiis maritorum non erubescit dicere lex, quare cũ nulla sit constitutio tale quid dicens. §. si nautem. in authent. de non eligen. secundo nuben. colla. 2. ego non hæc proferam, etiam quia non inueni oriri nobilitatem per cõtractum matrimonij inter virũ & vxorem.

bet etiam [a] in partis absentia probari posit.

a ¶ *Etiam in partis absentia*] Et sic potest probari nobilitas præsente parte quam lædere potest, & absente, quia dictio etiam, est implicatiua, & includit diuersam speciem ab expressis. cap. tanta. de simo. & cle. grauis. de sententia excommunica. Domin. consi. 65. in nomine, &c. discutiam. colum. 3. vbi etiam tenet implicare maiora expressis. vide textum. in l. 2. & ibi docto. C. de testib. & Baldus consi. 209. illa verba. in 3. volum. non tamen tenetur pars vocare parté. imò si episcopus esset vel alius collator præsens, non posset se iure opponere, & si de facto se opponeret, vel appellaret, vt non fieret hæc attestatio nobilitatis, iudex non obstante exceptione vel appellatione posset procedere, cũ hic eidem permittatur, vt etiam in absentia fieri possit, multò melius in præsentia, etiam si opponatur. l. qui potest inuitis. ff. de regu. iur. & ibi Decius. reliqua vide in tract. no. q. 12.

Dictio etiam quid significet.

§. TENEANTVR.

Graduati & nominati tenentur tempore quadragesimæ literas gradus, nominationis, & temporis studij, ac nomina & cognomina collatoribus & patronis ecclesiasticis insinuare, ac duplicatas dare, alioqui beneficium petere illo anno non poterunt, sed collatio ordinarij etiam non qualificato facta valebit, & si non superuenerit alia quadragesima ad insinuandũ nomina, tamen graduatus & qualificatus erit habilis ad acceptãdum beneficia, quæ interim vacabunt post literarum insinuationem, hoc dicit.

§. ¶ Teneantúrque [a] præfati

§. TENEANTVR.

¶ Tres habet partes. Prima, præcipit graduatis ac nominatis li-

teras gradus, temporis studij nominationum, & attestationis nobilitatis tempore quadragesimæ insinuare, & duplicatas dare. Secunda ponit pœnam non facientibus hic requisita. Tertia limitationem, quando non insinuauit nomen & cognomen. Secunda, ibi, & eo anno. Tertia, ibi, si tamen graduatus, &c.

graduati[a] tã simplices q̃ nominati patronis ecclesiasticis aut collatoribus [b] ordinariis (quibus gradus, aut nominationis literas [c]

Graduatus cuiuslibet facultatis insinuet.

a ¶[*Graduati*] Quilibet, siue sit doctor, licentiatus, seu baccalaureus vel artium magister, & etiá intellige cuiusuis facultatis sit, siue theologię, decretorum, siue legalis medicinæ, vel artium, cùm indefinita æquipolleat vniuersali. ca. vt circa. de elect. in 6. & idem dic in nominatis, vt infra patet.

Patrono collatoriq; est insinuatio faciẽda

b ¶[*Aut collatoribus*] Cauillantur quidam hunc textum dicentem nominatum non teneri insinuare, nisi patrono soli, aut ordinario soli, quod est verum, quando suas nominationes tantùm direxisset patrono, si verò directæ sint nominationes patrono & ordinario, tunc vtrique est facienda insinuatio, reddendo singula singulis, etiam vtrique dandæ sunt literæ duplicatæ, sed quando nominationes soli patrono diriguntur, non sunt insinuandæ ordinario collatori, licet institutio ad eum pertineat, ideo text. hic dicit patronis, aut collatoribus. dixi in tract. nomi. quæst. 14. nume. 58. & sequen. facit text. in l. sed & si plures, ff. qui satisda. cogant. Item debet intelligi hic tex. in versic. quibus gradus aut nominationis literas, &c. vt graduati literas gradus insinuare debeant, nominati literas nominationum cum literis gradus & temporis studij, vt fuit dictum in §. præfatíque graduati. supra eodem.

Literæ nominationũ & aliæ integræ insinuãdæ sũt.

c ¶[*Literas*] Totas & integras, & sic cum die & consule, vt collator antiquiori conferre possit, vt infra dicetur in §. seq. nam edere non videtur, qui totum non edidit. l. 1. §. fin. ff. de edend. Nec refragatur tex. in §. editiones, ibidem, quia in instrumentis loquitur. nam eæ nominationes nil operantur, nisi integrè insinuentur, & duplicatæ integrè dẽtur. Bal. & Barba. in rubri. de rescript. arg. l. inciuile. ff. de legib. Et originales insinuare necesse est l. 1. C. de manda. princip. vt superius scripsi, quòd facit ad intellectum ordin. regiæ, in rubr. de literis reg. vbi nullus debet admitti ad allegandas literas cancellariæ, nisi promptam fecerit fidem. & hanc fidem integram literarum esse oportet,

tet, aliàs non sufficeret, vt ibi dixi. scriba verò non potest cogi per nominatum, vt ostendat prothocollum, nisi ad præceptum iudicis. Paul. in 1. C. quemadmo. testa. aperiantur. sequitur Ias. in l. fi. de precib. imperato. offerend. vbi dicit de notario, qui potest dare exemplum, si merces ei soluatur. si verò pars velit videre prothocollum, vt videat, an aliquid pro se contineat néc ne, nó coget notarium nisi per iudicem, & ita obseruat consuetudo secundum eum. hodie extat ordinatio regia. art. 177. & seq. vt patet in rub. *des notaires*, art. 10. & seq.

Scriba nõ cogitur per nominatũ ad ostendẽdũ prothocollum sed à iudice.

huiusmodi insinuare[a] debent) li

a ¶ [*Insinuare debent*] Per. §. præfati. 2. supra eo. & tenentur insinuare tempore quadragesimæ, tam literas, quàm nomina. Sed per ordinationes regias est in electione nominati & graduati, vel tempore quadragesimæ insinuare, vel extra, vt patet arti. 3. Rubr. *des graduez simples*. Tamen ibi, artic. 10. dicitur insinuationem factam tempore alio, quàm quadragesimæ non valere, ob id reiiciendam per iudices, & hodie consuetudo huic. §. cóformis habet, vt tempore quadragesimæ insinuatio fiat, quæ est optima legum interpres. l. si de interpretatione. ff. de legi. Ideo interpretatur hic. §. ex consuetudine. & sic minimè mutandum est, quod semper habuit certam interpretationem. l. minimè. ff. de leg. & text. hic etiam videtur velle per dictionem ac copulatiuam. per. l. nullus. C. de sum. trini. Et sic in isto text. requiritur insinuatio, & non requisitio, vnde si nominatus insinuaret literas gradus, nominationis, & temporis studij, licet in insinuatione non requirat beneficium sibi conferri vacaturum præstituto nominatis tempore, tamen valebit insinuatio, & sufficiet requirere, dum vacabit, nam vbi requiritur intimatio, & non requisitio, sufficit vt intimatio fiat. gl. vlt. in cle. causam. de elect. Tutius est tamen, quod tria in insinuationis instruméto describas. Primò insinuationé literarum necessariarum, & tempus quo facta fuit. Secundò, dupli literarum dationem. Tertiò, requisitionem de conferendo beneficium vacaturum tempore in concordatis præstituto. Vltimò addas protestationé de pœnis con tra collatores statutis, tam in concordatis, quàm in iure, ac in or dinationibus reg. & instrumentum insinuationis sic rectè & ritè confectum erit, quod notes, & vide alia in tracta. nominatio. in q. 14. Sufficient tamen duo prima per istum tex. Si velis videre multa de insinuationibus nominationum, primò quid sit insinuatio. 2. cur sit inuenta. 3. quo tempore fiat, 4. intra quod

Insinuatio tẽpore quadragesima fieri debet.

Quatuor in nominationibus requisita.

Forma instrumenti insinuationis.

tempus.5.quo in loco.6. quæ debent insinuari.7. quomodo sit insinuatio facienda. 8. quibus præsentibus. 9. quibus fiat insinuatio. 10. à quibus sit facienda.11. quoties.12. an collatoribus scientibus.13.an insinuans debeat literas quas insinuat,aperire. vltimò,qua pœna afficiantur non insinuátes, & alia multa cùm vtilia, tum quotidiana, recurras ad tracta. meum de nominationibus.q.14.principali, per totum,vbi de insinuationibus plena manu scribo.

teras suorum gradus[a] & nominationis, certificationis temporis studij, attestationis [b] nobilitatis,

a ¶[*Gradu*.] Nó ergo graduū,igitur doctor nó tenetur insinuare literas baccalaureatus nec licentiæ, sed sufficit quòd insinuet literas gradus,quo iuuare se vult cum literis certificationis temporis studij illius gradus, quia doctor vel licentiatus debet studuisse septennium, ergo tempus septennij insinuare debet cum literis gradus licentiæ,vel doctoratus & nominationis,nec debemus plura requirere,quàm hic requirat tex.alioqui si aliud voluissent conditores dixissent.c.ad audientiā.de dec.& ad superflua lex non adstringit,sed resecat.in 1.cōstitutione codicis.vnde magister artium factus baccalaureus decretorum,nó tenetur insinuare literas magisterij in artibus, si tanquam baccalaureus decretorū veniat,sed sufficit,ꝙ insinuet tēpus studij,quod in artibus acquisiuit,si non sufficiat eidem tēpus decretorū,si tamen doctori opponeretur,quòd per saltū sit promotus,debebit probare,& ostendere literas priorum graduum corā iudice,licet eas non insinuauerit.vt supra dixi in §.præfati.2.id verbo de literis.

b ¶ *Attestationis nobilitatis*] Quando est nobilis,alioqui sufficit literas gradus, & alias extra literas attestationis nobilitatis insinuare,& duplicatas dare,& iste tex.refertur ad nobiles, qui si binas literas attestationis nobilitatis habeant, ambas insinuare,& illis se iuuare poterūt,sicut pluribus titulis.c. post electionem.de concessio.præb.& superflua non vitiant. l.testamentū. C.de testa.sufficeret tamen alteras insinuare, cum tex. hic non adstringat nos ad superflua.

Binæ attestationis literæ an insinuari debeant.

¶Hoc verum quando singulæ literæ cōtinerent plenam nobilitatis probationem, aliàs secus,vtpote si vnum instrumentum factum sit ex nobilitate patris, alterū de matris nobilitate,tunc vtrunque insinuandum erit,quòd illa duo pro vna attestatione habeantur, & pro vnica probatione, & plena fide, quæ debet fieri

fieri, argu.l.instrumenta. C.de probat. Scripsi in §.præfatíque graduati.in verb.fidem,supra eo.

a ¶[*Duplicatas*] De hoc verbo est tex.in c.vno.ibi, induciæ duplicantur,de plus petitio.cui consonat tex.in §.hodie. instit.de except.glo.in l.iustas.C.de iure fisci.li.10. vbi quando quis plus

duplicatas [a]

petit,contra eum duplicantur induciæ temporis restãtis.tex.in l.aut dãnum.§.quisquis.ff.de pœnis.& l.si sic.quemadmo. seruit.amittam.l. fideicommissa. §. si quis decem.ibi,duplicata ei legata videantur.de lega.3.& l.1.§. si cui.ibi,duplicata legata. vt lega.seu fideicõmi.nomina.cauca. Itẽ primò genitus debet habere escas duplicatas.glo.in c.quàm periculosum.7.q.1.Igitur nominatus & graduatus primo dat literas originales videndas collatoribus, & postea illarum duplũ siue exemplum,& sic literas duplicatas concedit,sed collator originales non retinet,sed exemplum,vt sic videat, quis sit antiquior,& melius qualificatus,vt postea illi prouideat, sicut tenetur. Tamen nominatus non tenetur coram collatore literas legere,postquã illas dat duplicatas.per cle. causam.de electio.ibi, porrecto,aut perlecto,quia nec ita consuetũ est, nec iure cautũ.

Legere nominatus corã collatore nominationis literas non tenetur.

¶ Quæro an hoc exemplũ debeat esse manu notarij subsignatum?quod videtur,vt in l.in fraudem.§.quotiens.ibi, manu cõmentariensis annotanda ff.de iure fisci. sed tex.in alio casu loquitur:ideo dicerem,quòd si episcopus vel alius collator hoc peteret,tunc nominatus & graduatus teneretur:quia interest collatoris scire tenorem nominationũ,& annum & diem,quos nominatus posset falso inscribere,& inficiari duplũ literarum datũ per eum.aliàs insinuatio literarũ valebit,etiam si exemplar non sit manu notarij signatũ:cũ hic nõ dicatur, sed tantũ duplicatas sufficit dare nisi petatur.Nã iudici potest dari exemplum appellationis sine notarij subscriptione,& nõ authenticũ. c.appellatio.de appel.in 6.Sic poterit in hac insinuatione fieri nisi collator requirat,vt dixi in tract.nominatio.q.14.nu.86.Probat etiã tex.in c.1.de senten.excõ.in 6.ibi, exẽplũ verò huiusmodi scripturæ teneatur excõmunicato tradere intra mẽsem,si fuerit requisitus.ibi,nõ dicitur,quòd esse debeat signatũ,vel authenticũ. nec debet nominatus subscribere huic exemplo.l.exempla.ff.de edẽd. & debet nominatus de hac insinuatione cõficere publicũ instrumẽtũ,in quo describatur insinuasse literas gradus, tẽporis studij,& nominationũ,ac literas duplicatas dedisse.& ideo statim dãdæ sunt literæ duplicatæ,etiã si nõ petãt,cũ hic dicat tex.

Exemplũ an debeat esse manu notarij subsignatum.

teneantur nominati,&c. quod verbum importat necessitatem. vt scripsi.in §.1.sup.eo.debet etiã si sit nobilis literas attestationis nobilitatis ostendere,& duplicatas dare,vt in hoc tex.patet.

¶ Quid si fuerit aliquis nominatus ante concordata, an teneatur dare literas duplicatas? potest decidi quòd sic per notata in c.si.per Felinum & alios.de constitu. & per glos. in cle.vt ij qui. in verbo in posterum. de æta.& quali. & in cle.1.de testa.Corset.in verb.lex.in sing.Quid si per malitiam collator remouet literas nominationum, & alias à nominato,an pœna falsi,vel alia puniri possit, & quid si eas frangeret?vide Guido.papę in decisio.Delphi.q.233.aliquis.& q.579. cõtingit.Bona igitur cautela erit,vt nominatus tres literas originales tam temporis studij,quàm aliarũ literarum habeat,vnas poterit procuratori tradere ad insinuandum, alteras in iudicio producere,dum opus fuerit,aliàs penes se retinere,glo.in verbo formari.in cle.sæpe,de verbo.significa.saltem duas habeat,iuxta.l.vnum.ff.de testa.§.nihil.& ibi Bauer.institut. illo tit. alioqui si vnas tantum haberet,& eas perderet,non paruo negotio posset aliàs habere,& fortè interim sententia pro aduersario ferretur.Idem docet Spec.in titu.de libel.obla.vers. actoris.

dare [a],ac

cautela pro nominatis, vt tres literas habeant.

a ¶ [*Dare*] Importat translationem domini.§. sic itaque discretis.insti.de actio.& ibi Iason.l.quæ.de legato.ff.de lega.1.& sic nominatus & graduatus tenentur propriis expensis exemplum literarum tradere collatoribus, per hoc verbũ dare, & quia ista insinuatio fit ad commodum nominati & graduati, ergo onus expensarum subire debent.regula secundum naturam.ff.de reg. iur.glo.& ibi Barba.in cle.causam.de elect.tex. in c.cum personæ.de priuileg.in 6.facit c.cum contingat.de rescript.Bal.in c. nonnulli.col 3.ibidem.Domi.& Perus. in c.2.de litis contesta. eo.lib.glo.in verbo porrecto,in cle.causam.de elect. nec posset postea collatorem pœnitere,sicut in cõtractu, do vt des:in quo si dedero, possum te postea compellere ad dandum, vel ad interesse.l.naturalis.§.1.ff. de præscrip.verb.nominatus & graduatus potest dicere collatori, do vobis exemplum literarum mearum,vt detis mihi beneficium vacans, vel vacaturum, cùm facultas se obtulerit in mensibus præstitutis nobis.

Nominatus ac graduatus exemplũ propriis expẽsis tradit collatoribus.

¶ Quæro an hęc insinuatio possit probari per testes?videtur ꝙ non,quia hic dicit literas. Contrarium credo verius, quia tantum valet actus sine scriptura,quãtum cum scriptura.l. pactum. quod bona fide.C.de pact.& paré vim habent testes,& instrumen-

Insinuatio an per testes probari possit.

menta.l.in exercendis.C.de fide instru. & regulariter actus testibus & instrumentis,vel testibus probari potest. l.contractus. & ibi not. C.de fide instrumen. & hic tantùm vult literas fieri de gradu,nominatione,& tempore studij, ac de nobilitate: nil dicit de insinuatione,ergo poterit probari sicut de iure,alioqui

singulis [a] annis tempore [b] quadra- fieret fraus, cui est obuiandum.c.sedes.

de rescrip.nam vt vidi, nullus reperitur in quibusdam locis notarius,qui velit instrumentum insinuationis recipere, & nominatus sic perderet suas nominationes, vel gradus, vel summis expensis oporteret ducere notarium ex aliis locis, in magnum præiudicium nominatorum, & malitiam episcoporum,vel collatorum: ideo dicerem tam ratione vitandæ fraudis, malitiæ, quàm expēsarum,insinuationem posse probari per testes, quod est notandum.& sic nominatus & graduatus debet esse cautus, vt semper deferat duplum siue exemplum nominationum,vt in defectum notarij illud possit collatori dare coram testibus, sicut de literis citatoriis tenet glo.in extrauagan.ad reprimendū. in verbo per literas.quomodo in læsæ maiesta. crimi.proceda. quam sequitur Alexan.in l.iustè.nume.31.ff.de acquiren.poss.& Ias.in l.iubere.nume.7. de iuris.omnium iudic. Hippo.in repe. l.de vno.nume.196.de re iudicata.Et fuit conclusum,& in mēte curiæ retentum, quòd non exacta probatio in hac insinuatione requiratur, sed leuis sufficiat concordatis conueniens, anno 1513.die.1.Aprilis.An teneatur nominatus vel graduatus insinuare hoc instrumētum insinuationis, videtur quòd sic,per hoc verbum duplicatas.Contrarium est verum,quia hic exprimit literas gradus, temporis studij, & nobilitatis insinuandas, ergo aliæ literæ non,sed istarum duplum dari debet.

Cautela notabilis pro nominatis non inuenientibus notarium.

Arrestum.

a ¶[*Singulis annis*] Annus capitur hic ab vna quadragesima in alteram.c.1.de consecra. dist.3.&.c. quadragesima.de consecra. dist.5.& sic non loquitur hic de anno vsuali seu de naturali, de quo per Lucam de penna in l.3.col.2. C.de executo. & exacto. lib.12.à quo habuit D.Chassa.in catalo.gloriæ mundi, consideratione.39.vlt.parte.& in consuetu.Burgund.in rub.*des iustices.* §.8.glos.*dedans l'an.*& glos.in ca. si propter. de rescrip.in 6. & ibi. doct. Et sic non tenetur insinuare bis in anno, sed semel tantùm, quia actus de vno intelligitur. l.boues.§.1. ff. de verb. signifi.

b ¶[*Tempore quadragesimæ*] Sufficit si tempore quadragesimæ,si-

Omnes literæ an simul sunt insinuãdæ. ue coniunctim omnes literæ, siue separatim, insinuentur, & ideo si in prima hebdomada quadragesimæ insinuauerim literas tẽporis studij & gradus, potero postea intra eandem quadragesimam literas nominationum insinuare, per hoc verbum tempore, sicut papa potest dare duo mandata suo tẽpore, quia etiã separatim hoc poterit, vt dico tit. seq. in verbo tempore, quod est notãdum, quia super hoc vidi dubitari de quodam, qui insinuauerat in principio quadragesimæ literas gradus & nominationum, cum literis temporis studij & postea ostensa insinuatione fuit eidem dictum, vt insinuaret literas nobilitatis, quod fecit in fine quadragesimæ. Idem putarem si insinuaret vno anno literas gradus, & altero literas temporis studij, alio nominationum, vt nouissima demum insinuatione omnes aliæ confirmentur. arg. l. per fundum. ff. de seruitu. rusti. prædio. & quia sufficit ante vacationem beneficij insinuare, vt visum extitit in §. præfatíque graduati, supra eod. & sic patet quo tempore insinuentur, & latius dico in tract. nomina, quæst. 14. princip. quæst. 3.

gesimæ per [a] se, aut per procuratorem suum collatoribus nominatoribus seu patronis ecclesiasticis, aut eorum [b] vicariis eo-

Eligere potest nominatus an p se insinuet, vel per procuratorem. a ¶ *Per se aut per procuratorem*] Probatur in l. 1. ibi, per se vel per procuratorem. C. de bonis maternis. & sic electio erit nominati, an velit insinuare per se, vel per procuratorem, quia in alternatiuis electio est debitoris. l. 3. ff. de eo quod certo loco. l. plerunque, de iure dotium (& dico in 10. quæstione. 14. quæstionis princip. tracta. nominatio.) vbi dico an per substitutum à procuratore, vel per nuncium possit fieri insinuatio, & qualis debeat esse idem procurator. Et sic iste text. concedit nominato & graduato facultatem insinuandi, tam per se, quàm per procuratorem.

b ¶ *Aut eorum vicariis*] In absentia episcopi, vt patet in ordinatio. regis, rub. *des graduez simples.* arti. 9. & ibidem datur ordo. in artic. 11. & dico in dict. q. 14. quæstio. 9. vbi etiam dicitur insinuationem fieri posse extra diœcesim, & intra: quia ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis etiam extra territorium exerceri possunt. l. 2. ff. de offic. proconsul. & est hic alternatiua ordinis, sicut in §. statuimus. infra eo. & ibi dixi. & in §. 1. supra eo. in verbo baccalaureo. Non putarem tamen insinuationem vi-

cario

cario factam reprobandam, etiam si episcopus non abesset, tum quòd hic sufficit alteri fieri, tum etiam quòd hic non distingat: Ideo videtur esse in electione nominati. l. 3. ff. de eo quod certo loco. tutius est tamen episcopo fieri, quando est præsens, & haberi eius præsentia potest facilè.

¶ Et sic quádo episcopus se absentat, debet relinquere vicariũ, sicut olim procuratorem. c. fi. & ibi glo. procuratoribus. de voto. vide tamen vnum casum sing. per Dominicũ & Philip. Francum. in c. si episcopus. de supplend. neglig. præla. vbi episcopus non potest beneficia vacantia conferre, nec vicarium creare, & hoc quando episcopus à Turcis est captus.

¶ Tutius est episcopo insinuare, quàm vicario, & etiam quòd episcopus conferat: quia oportet probare mandatũ vicarij per l. non ignorat. C. qui accusa. nõ possunt. sic tenet Bertachi. in tracta. de episcopo. in 7. parte 4. libri. quæst. 8. vbi dicit non valere gesta per vicariũ nisi constet de eius mádato, quod in episcopo non requiritur. Imò fuit per arrestum reprobatũ instrumentum vicariatus, in quo non erant testes inscripti, aliàs possent episcopi cũ secretario semper instrumẽtum vicariatus facere cum antidatis, & fraudibus est obuiandũ. l. in fundo. ff. de rei véd. quod prolatum fuit die 29. Iulij, Anno 1519. in hoc Parisien. senatu. sicut de collationibus diximus in præfationibus huius tituli. Tamen si collatio vicarij sigillata sit episcopi sigillo, satis probatus censetur vicariatus. Consiliarij vicarij esse non possunt per not. in c. 3. loco. de probat. alibi scripsi quomodo intelligatur. Imò anno 1513. die 26. Aprilis, fuit facta prohibitio regiis consiliariis, ne haberent vicariatus aliquos acceptare episcoporum vel archiepiscoporũ nec exercere, licet quidá hoc non seruent, quia nullus conqueritur, sed hodie edictum regis Henric. priuat eos suis officiis, ideo abstinere debent si sapiant. *Instrumentum vicariatus testibus indiget.*

¶ Idem dico in legato, vt probari debeat sua potestas, quatenus in iure non inuenitur data, secus in potestate papæ, quæ est descripta in euangelio, quodcunque ligaueris, &c. c. proposuit. de concess. præbend.

¶ Et per istum tex. videtur quòd si episcopus creauerit duos, aut tres vicarios, nõ adiecta clausula insolidum, quòd insinuatio fieri omnibus debeat. cùm vnus sine altero non possit cõferre, nec aliquid facere instar iudicum. in l. duo ex tribus. ff. de re iud. cap. prudentiam. de offic. delega. Idem quando quis cõstituit duos procuratores non adiecta clausula, & eorum quemlibet inso- *Cùm plures sunt vicarij vni sufficit insinuare.*

lidum.c.si duo de procurato.in 6. Contrarium tamen putarem in hoc casu,tum ad vitandum calumniam collatorum, qui ad tollendas insinuationes nominatorum sic semper facerent vt nulla insinuatio esset bona,& sicut in causis spiritualibus, quando duo sunt constituti procuratores, iudex eligit idoneiorem propter celeritatem.c. si duo.§.fin. de procurato. in 6. multo fortius per

rum nomina & cognomina a

concordatum nominatus ad vitandum calumniam, & propter celeritatem,eligere vnum ex vicariis poterit, cui valeat insinuare,nec refragatur iste text.quia hic dicit esse insinuandum vicariis episcoporum,verùm quãdo quis est nominatus in pluribus locis,ergo si vnus esset episcopus,vicario illius est insinuandum per glo.in §.Item voluit.in verbo vicario. de collatio.in pragma.Etiam si decem constitueret, vni sufficeret insinuare, prout senatus censuit hoc anno 1540.Fusius dixi in tracta. nominationum,quæstio.14.nume.62.& Ioan.de Selua,in tracta.de beneficio.2.parte.quæst.14.

Arrestum.

Cognomen quid dicatur, et quo modo hic accipiatur.

a ¶[*Cognomina*] Cognomen dicitur quasi cognationis commune nomen.glos.in §.si quis in nomine.insti. de lega.vt est mihi nomen Petrus,cognomen Rebuffus.& nemo est in præsentem diem qui non iuerit in hanc sententiam.Iurisconsulti,rhetores, grammatici,turmatímque id genus scriptores non vno in loco prodiderunt,teste Alciato in li.4.dispunct.c.1. qui ab omnium opinione verbis refragatur.ideo quæritur, quomodo hic accipiemus nomen & cognòmen? Respondetur secundum communem opinionem,& non secundũ sententiam Alciati.nam communis opinio potest declarare vocabulum.l.Labeo.ff. de suppell,lega.Alexander & alij in.l.1. de oper. noui nuncia. Feli.in proœ.Decretal.Nempe verba legis,statuti, vel alterius dispositionis,licet sint apposita à viris peritis, tamen debent intelligi secundum vulgarem & communem vsum loquendi, & secundum loci consuetudinem.glo.in c.cupientes.§.1.in verbo commodè.de elect.in 6.& ibi Petrus Ancha.& Philippus Perus.gl. similis.in cap.nonnulli.de rescrip.& in l.2.in princip.ff. de origi.iur.Vide Bar.in.l.si quis filiabus.C.de testamen.tutel. tex.in l.donatio.de donat. Nec sufficeret exprimere æquipollens nomini & cognomini,sed oportet nomen & cognomé exhibere, cùm sint de forma. vt dixi in tracta.nomi.q.14.nu.34. Barb.in c.Ioannes.per illum tex.col.1.de testa,

a ¶In-

a ¶[*Insinuare*] Id est præsentare, & exhibere. c. insinuante. de officio delega. c. insinuatum. de simo. uide tex. in l. fideicommissa. §. si ita quis. ff. de legat. 3. & in §. & hoc verò iubemus. in auth. vt nulli iudicú. col. 9. l. 2. C. de dona. & Anth. de Canaro edidit tract. de insinuatione, respicientem insinuationem donationú, si quis indigeat ad eum recurrat. *Insinuare quid.*

insinuare.[a] Et eo anno quo præfatam insinuationem facere omiserint, [b] beneficium in vim gradus [c], aut nominationis huiusmo

b ¶[*Omiserint*] Id est non fecerint. tex. & ibi glos. in l. de pupillo. §. si is cui. ff. de oper. noui nuncia. fortè tacendo per totam quadragesimá. l. vna. C. quádo non peten. partes. Vel fecerint, sed non ritè, nec debitè, vtpote illi, qui non erat vicarius. vt in §. præfati. 1. versi. Beneficia auté quæ in quarto, &c. supra eo. &. §. seq. infra eod. quia quoties vitiosè cautú est, pro non cauto habendum est. l. quoties. ff. qui satisda. cogan. nulla differentia est, non interueniat tutoris authoritas, aut perperam adhibeatur. l. nulla. ff. de autho. tuto. Paria sunt non comparere, vel minus legitimè. c. Nicolao. de appella. & ibi Bald. not. vide tex. in c. si clericus. ibi, negligenter omittat. de præb. in 6. Et an delictú in omittendo sit leuius, quàm in faciendo, vel contrà, dixi plenè in repet. l. diuus. circa finé. ff. de senatusconsu. syllania. Idem si minus plenè insinuauerit, vtpote aliquas literas omisit, tex. singu. in l. veluti, ibi, vel minus plenè editú. ff. de edéd. secundú Bal. in marga. in verbo testis. vbi dicit, quòd si testes nó sint plenè examinati, possunt iterum examinari, etiá si sint publicati. Sic insinuato non plenè facta, habetur pro non facta, & ideo iterum est facienda per supradicta. *Quando quis dicatur omittere.*

c ¶[*In vim gradus*] Ergo in vim mandati, aut nouæ imperationis, vel si neutri, aut si nulli, seu alia ratione, posset: quia qui de vno negat, de alio concedit. l. cum prætor. ff. de iud. c. nonne. de præsump. nec in vim pluriú graduú, nec pluriú nominationum. Fallit si vná nominationé debitè insinuauerit, quia tunc in vim illius beneficium habere poterit, cùm insinuationem non omiserit quo ad illam, secus si omnium insinuationem omisisset, vt prædixi cum attestatione temporis studij & gradus, tunc nec petere poterit beneficium vacans in mensibus præstitutis nominatis graduatis, postquam non insinuauit. quia totum negat: & licet tex. in vno loquatur, tamen habebit locum etiam in plu- *Insinuatio vnius nominationis pro dest*

ribus.argu.l.singularia.ff.si cer.pet.l.3.§.1.ff.de nego. gest.quia ratio naturalis potius attenditur, quàm pluralis locutio.Bal.in l.1.col.2.C.de cōditio.inser.& stante statuto,si quis fecerit concordiam,soluat quinque:si plures fecerit,etiam tenetur. Albert. Brunus in tract.de statu.exclud.fœminas.art.12.q.13.in fin.Feli. in c.omnes leges.1.distinc.& sic ex hoc tex. videtur quòd nominatus, vel procurator ei⁹ debeat requirere beneficium sibi conferri in vim nominationis,vel gradus,si tamen sic non requisierit,sed simpliciter, an possit sustineri requisitio,decide ex his quæ scripsi in tracta.nomina.q.14.nu.111.ver.10. Et dicit tex.eo anno non poterit petere beneficia,& sic non perdit prioritatem,nec aliud etiam si longo tempore steterit ad insinuandum, quia postquam hic inseritur vna pœna,aliam non vult infligi , vt plenè dico in tracta. no.q.14. quicquid alij dicant,quibus respon.ibid.

di petere non possint:[a] & si collatoribus ordinariis,aut patronis ecclesiasticis in mensibus deputatis graduatis simplicibus, aut

Nominatus etiam si non insinuauerit, beneficium à papa impetrare potest,& pro alio qualificato petere.

a ¶ *Petere non possint*] Quandiu extant nominati vel graduati qui iure insinuauerũt:sed illis non extantibus,si collatio eis fiat, illud beneficiũ petere poterunt,vt infra patet,vers.& si collatoribus,arg.c.2.de renuncia.Idē si nominatus vel graduatus esset inhabilis,vtpote illegitimus ,.vel alia inhabilitate notatus:tunc is qui non insinuauit,alio ritè qualificato non prosequente, poterit impetrare beneficium à papa si cōferatur isti graduato inhabili,etiam si iure ille insinuauerit,quia alius etiā non graduatus posset sic beneficium impetrare,ergo & graduatus & nominatus:ne sit deterioris conditionis,ratione gradus aut nominationũ.arg.l.Seruius.ff. quod vi aut clā.c. eũ qui.de præbē.in 6. Imò literatus debet esse melioris cōditionis.c.in nostra.de pc. c.pen. de presumptio. Dico multa priuilegia in scholast.priuil. vbi inserui elucidationem ad auth.habita.C.ne filius pro patre. Intellige ꝙ nō possunt petere eo anno, quo non insinuauerint beneficia in vim gradus,aut nominationũ p se,nec p alios,quia perinde est ac si faceret,qui per aliũ facit,vt dicit regula iuris.& l.1.§.deiecisse.ff.de vi & vi arma.Posset tamē petere nomine alterius graduati,qui insinuauit eo anno,quia multa alieno nomine possumus facere,q̄ nostro nomine prohibemur.l. quæsitũ.ff. de in ius vocādo.gl.in l.lis nulla.ff.de iud. Rom.in rep.l.si ve-

rò.

rò.§.de viro.fallen.37.ff.soluto matrimo. Docto.in c.1.de rescri.in 6. Alex.consf.vlt.in 5.vol.Et sic nominatus vel graduatus qui non insinuauit,non potest petere beneficiũ vacans in tempore eisdem statuto:sic nec ordinarius poterit eisdem prouidere prosequẽtibus aliis qualificatis.c.si clericus.ibi.nequibit prętextu dicti mãdati petere,nec tu de ipsa sibi poteris prouidere. de præbend.in 6.

graduatis nominatis non esset graduatus, aut nominatus, qui diligentias [a] præfatas fecerit, collatio seu præsentatio per collatorem seu patronum ecclesiasticũ etiam eisdẽ mẽsibus facta [b] alteri

a ¶ *Diligentias*] Ergo non sufficit vnam fecisse,videlicet insinuasse gradum,& non tempus studij, vel insinuasse & non dedisse literas duplicatas,quia pluralis locutio in vno regulariter nõ verificatur.regula pluralis. de reg.iur.in 6.& fecisse diligẽtiã nõ prȩsumitur,nisi probetur.no.in l.fin. C.de his qui à nõ domi.manu. Et quis teneatur probare istam diligentiã? Respõ. Nominatus,vel graduatus,qui eã allegat.l. actor.C. de proba.dico plenè in trac.nomi.q.14. vbi etiã concludo nominatũ teneri probare se insinuasse tẽpore quadragesimȩ,ꝙ est notandum.nam qui fundat se in tempore, illud debet probare. l.matrem.C.de proba.l.cum actum.ff.de neg.gest.l.emptorem. & ibi Iacobi.de proba.Quis ergo debet esse diligens ? Nam & ipsa natura hominum desiderat diligentiam.l.quod Nerua.ff. depos.& in tantum quis diligens esse tenetur, quòd si ea prætermissa,quid secus eueniat, non excusatur ex vitio naturali.l.si seruuis seruum.§. si fornicarius.ff. ad leg.aquil.& debet esse hæc diligentia vtilis,& coniuncta bonæ fidei.l.si ita.ff. de manu.testamen.& est mater omniũ artiũ in opere suo: negligentia verò nouerca eruditionis.83.dist.c.nihil. & quomodo probetur negligentia,vide per Bart.in consi.102.clarissime domine. De hac diligentius scripsi in verbo diligẽti.in interpreta. authen.habita. C.ne filius pro patre, quæ iuncta est cũ scholastico priuileg.

Nominatus debet probare fecisse diligẽtiam.

b ¶ *Alteri*] Ergo si collatio fuerit facta alicui tanquam idoneo, valebit,etiam si in mensibus graduatorũ vacent beneficia,secus verò si ordinarius contulerit alicui tanquam graduato,qui nõ erat,tunc nõ valebit collatio,collator enim nõ erat intentionis conferendi nõ graduato,postquã hoc expressit,nã verba inuenta sunt,vt voluntatẽ exprimãt loquentis,l.Labeo.ff. de supelle-

Collatio facta tanquam graduato quãdo valeat.

cti. lega. Ideo quod ordinarius potuit, noluit, & quod voluit, implere nequiuit.l. multum. C.si quis alteri vel sibi. c. cum super.de offic.delega.Et quia falsa expressio, seu causa, debet vitiare dispositionem,quando requiritur ad substantiam, vt hic. Bar.in l. demonstratio. ff. de conditio. & demonstra. Feli.in c. quod super, col. 1. & sequen.de fide instru. Proinde si alij graduati, vel nominati,

quàm graduato vel nominato, nó propter hoc irrita[a] censeatur,

sciuissent eum non qualificatum, petiuissent beneficium, quod non petierunt, eo quòd graduato dicebatur prouisum. & hoc modo collator semper cóferret alicui tanquam graduato, vt aliis via præcluderetur. Et sic præberetur materia delinquendi. contra.l.conuenire.ff.de pact.dotal.

¶Item sicut processus est nullus,quando aliquis dicit se procedere tanquam delegatus.& erat ordinarius, tanquá ordinarius poterat, sed nó tanquá delegatus, teste Bal.in c.cum ex officij. in fi.de præscript. Valebit tamé collatio,si ordinarius existimet beneficium vacasse in mensibus affectis graduatis. & sic cótulit tanquam graduato, & talis erat, licet tempore libero beneficium vacasset,vt videtur concludere Ioan.de Selua, in tract.de beneficio. in 3.parte.q.54. & in primo casu quòd nó valeat collatio,fuit iudicatum in hoc senatu, & pronunciatum in vigilia purificationis virginis Mariæ,anno 1544. *Arrestum.*

¶Et sic est primus casus, quando confert alicui tanquam graduato, qui non est, & non valet,vt hic. quod probat Ludoui. Rom.con.496.primus consultationis.& Io.de selua,in trac.de benefic.in 3.parte.q.41.

¶Secundus,quando contulit alicui,non facta expressione tanquam nominato in mensibus nominatorum, & tunc etiam nó valet,vt dixi in tract.nominationum.q.21.nu.3.

¶Tertius est casus, quòd beneficium vacans in mensibus graduatorum sufficit esse collatum graduato, licet hoc non sit expressum tibi tanquam graduato. Et ita fuit conclusum in curia in processu Esclison contra Marinum.

a ¶*Irrita censeatur*] Dum tamen modò cóferatur idoneo & habili: aliàs contra,videlicet si conferatur hæretico, vel aliàs inhabili,de quibus scripsi in tract.de pacifi.posses. in 4. limita. & in c.graue. de præb.c. postulastis. de cleric. excommunic. minist, & hoc vult dicere hic textus,dum dicit, non propter hoc irrita censeatur,

censeatur, ergo propter aliud sic.sumendo argum. à contrario, quòd est validum.l.1. ff. de offi.eius cui mandat. est iurisdict.c. cum apostolica.de his quæ fiunt à præla.

¶Quid si vacet beneficium in mése Iulio vel Ianuario deputato nominatis, & nullus sit nominatus,vel nullus insinuauit, an graduatus,qui iure insinuauit,possit illud beneficiũ petere? Videtur quòd non, quia certa portio assignata est nominatis, & certa graduatis simplicibus. Ergo vnus non poterit habere beneficia alterius.§. præfatíque ordinarij.supra eod. Secundò videtur probare hoc verbum,non propter hoc irrita censeatur. *Nominatus deficiẽtibus graduatis admittitur.*

¶Cõtrarium credo verius,quia tertia pars beneficiorũ est affecta literatis graduatis copulatiuè & nominatis,si vacent in mẽsibus illis præstitutis. d. §. præfatíque ordinarij & in rubri. *des graduez simples.* artic.5.& plenius.arti. 9.ibi, *de la tierce partie des benefices ecclesiastiques deubz & affectez*, &c. in ordinatio. regiis. Si nõ sint nominati,adhuc remanet affecta graduatis. ergo illis debebitur,quia quando vna res debetur duobus,vno deficiente alteri debet dari,& illi soli remanet affecta.l. cum quis. ff. de solutio.& quando debetur Sticus aut Pamphilus,vno mortuo alter solus dandus est.l.Sticum.ff.de soluti.l.3. §.idem Iulianus & ibi doc.de eo quod cer.lo. no.in §.huic quoque. insti.de actio. Item non est verisimile, quòd conditores statim se correxerint.l. non ad ea.ff.de conditio.& demonstratio.corrigerent se,si vellent illam tertiam partem iam affectam qualificatis,non conferri graduatis.

¶Præterea ista concordata sunt introducta in fauorẽ literatorum graduatorum regni,& nominatorũ, vt in procemio supra patet. A hæc graduati in suis mensibus grauantur,vt ordinarius habeat inter eos gratificationem,ergo in aliis releuari debent, videlicet vt eisdem debeãtur beneficia,si non sint nominati vel non prosequãtur vacantia in mensibus nominatorum,arg.l. eũ qui.ff.de iureiur. Vlterius illud debet seruari,licet nõ sit scriptũ. quando verisimile est,ꝙ statutũ fuisset,si quæsitũ fuisset.gl.sing. reputata.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pact.secundũ Barb.in tract. de præstan.Cardin.in 7.parte.1.partis,penul.col. & in repet. c. Raynaldus.col.97. & col.109.& col. 137. de testamentis. & in repe.l.cùm acutissimi.col.21.C. de fideicommis.Ias.in l.barbarius.nu.3.ff.de offi.prætoris.& l.cum res.col.2.de leg.1. & consi.108.col.3. volu.4. & in d.§. fi. congessi fermè sexcentas allegationes in hac materia,quas mihi hic citare facilè esset, nisi ti-

merem turba allegationum lectorem fatigare. Item dicitur expressum illud quod fuit in intentione condentis. l.cum mulier. ff.solu.matri. Angel.per illum tex.in §.instit.de leg.patro.tute. Et prouisio testatoris facta in vnũ casum porrigitur ad alium, in quo verisimile est testatorem idem prouidisse, si de illo cogitasset,aut de eo fuisset interrogatus.tex.solen.in l.Titius.§. Lucius.ff.de lib.& posthu.& ibi dicit Ias.quòd dispositio facta in vna persona extenditur ad aliam,si ex cõiecturis colligi posit, quòd disponens idẽ disposuisset , si fuisset de illa interrogatus. Sed verisimile est, quòd cõditores qui ista fecerunt in fauorem literatorum,si fuissent interrogati deficientibus nominatis, an beneficia in illis mensibus vacantia debeantur graduatis,respõdissent quòd sic, quia octo menses liberos tantũ reliquerunt ordinariis: ergo alios quatuor voluerũt esse affectos & graduatis, & nominatis,& alteris deficiẽtibus alteris accrescere, cũ sint cõiuncti,& re & verbis.de quibus in l.re coniuncti.ff.de lega.3.

¶ Non obstant supra dicta.primùm,quòd certi mẽses sunt statuti nominatis & certi graduatis,ergo beneficia nominatorum non debentur graduatis simplicibus : alioquin vana esset assignatio supra dicta in §.præfatíque ordinarij.Respond. Fateor extantibus nominatis qualificatis graduatis, non deberi beneficia vacantia in mensibus præstitutis nominatis,sed illis nõ extantibus vel minus qualificatis secus.ideo singula singulis referemus vtrisque stantibus. Nec obest prædicta declaratio posita in dicto.§. præfati. quia fuit facta confusionis tollendæ gratia inter graduatos & nominatos,& ne inter eos lites oriẽtur, per illam rubr.infra,declaratio primi mensis. Tamen non intendit aliquid tollere graduatis , quo minus semper sit eisdem affecta illa tertia pars. alioqui sequeretur , quòd non stantibus aliquibus nominatis,non esset affecta tertia pars,sed tantùm dimidia tertiæ, quod esset loqui contra dictum.§.præfati.& ordinationes regias,& venire contra mentem cõditorum , & verba quæ afficiunt tertiam partem,& nõ solùm dimidiam tertiæ. Nec refragatur iste textus hic , sed mecum facit, dũ dicit collationem non esse irritam, quando graduatus aut nominatus diligentias non fecerit.ergo si alter fecerit diligentias , collatio erit irrita, sumendo argumẽtum à contrario,quod est validum. cap. cum apostolica,de his quæ fiunt à prælat. Et sicut primo nominato deficiente venit secundus , vt habetur in §.sequente. ita & nominatis deficientibus , vel non ritè qualificatis debetur beneficium

cium etiam vacans in mensibus nominatorum graduatis ritè qualificatis. & ista opinio est æqua & iusta, quæ tenenda est. Et deficientibus nominatis secularibus, an debeatur regularibus, vide in §. volumus, in fine infra eodem. vbi dicitur secundum conformitatem, videlicet beneficia secularia secularibus, regularia regularibus esse conferenda.

Si tamen graduatus simplex aut nominatus beneficium post insinuationē gradus aut nominationis, in mensibus eis assignatis vacans [a] petierit, & inter suam insinuationē & præfatā requisitionē non superuenerit quadragesima

a ¶ *Petierit*] Nominatus ergo & graduatus beneficium petere debet per se, vel aliū suo tamen nomine, si velit obtinere, alioquin collatio alteri facta tenebit, vt hic. Hoc enim iudicium (dicit iurisconsultus) certam conditionem habet, si postulatum fuerit. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. & magistratus qui non dedit tutorem vel curatorem, tenetur, si interpellatus fuerit. l. 1. §. magistratibus. ff. de magistrat. cōuenien. facit quòd non valet processus, si iuramentum calumniæ non præstetur, si fuerit petitum intelligitur: aliàs sic. not. in l. 2. §. sed verum. C. de iureiuran. prop. cal. dan. c. 1. eodem titu. in 6. Decius con. 607. & sequen.

Petere debet beneficium graduatus & nominatus.

¶ Item si lex mandet præstare fideiussores, aliàs annullat actum, si fideiussio non fuerit petita, actus non erit nullus. Paulus in l. vniuersa. C. de precibus impera. offer. per l. peto. §. fratre. ibi, si cautio non fuerit postulata. ff. de leg. 2. vbi etiam dicit idem Paulus se respōdisse ad quæstionem statuti dicentis, quòd appellans petens restitutionem, debet cauere cum fideiussoribus de reficiendis expensis, & aliter processus non valebit, si cautio non fuerit petita, processus non erit nullus, per illum tex. imò si iudici imponatur pœna, si causam non expedierit intra instantiam, non imponetur illa pœna, si pars nō requisierit, & institerit, secundum Panor. in cap. pen. col. vlti. de iudic. Barb. in c. de causis. col. 6. de offi. deleg. facit tex. in c. significasti. in fi. ibi, si petierit. de eo qui duxit in matrimo. Multa alia possē adducere, quæ de industria omitto. vide tamen Hippolytum in l. vnius. § cogniturum. 2. notab. ff. de quæstioni. & in sua practica. §. nunc videndum est, col. 2. cū seq. vbi plenè videre licet. Ergo

Instrumentum requisitionis beneficij fieri debet.

multa addidi ad dictum.§.hoc autem iudicium.& ad cle.vnicã. de foro compe.in fi.vide Feli.c.si autem.col.3nu. 4. de rescrip. & in c. ex tenore, in fin. & ibi in additione ad eum , ibidem. De hac requisitione debet fieri instrumentum publicum,alioqui non credetur nominato per text.in c.1.de senten. excom.in 6.versi.1.ibi, super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum,vel literas testimoniales confici sigillo authentico consignatas.facit gloss.in cle.causam.in verbo si petita.de electio. Intelligitur autem nominatus & graduatus acceptare beneficium,petendo sibi conferri per ordinarium,quando poterat illud requirere,quia vacauerat in tempore eisdem debito,vel recipiendo beneficium sibi collatum.glo.not.in c.1.in verbo post acceptationem. de concess.præben.in 6.per tex.in cle.vna.illo titu.vel aliàs.vt per dominos de Rota,decis.432.licet in dubiis.in nouis. & decis. 23. rub.de præb.in eisdem decisio. Et duplex est acceptatio , quædam quæ fit ante collationem, altera post. vt per Bonifaciũ in cle. Si plures.per illum tex.de præbend.

Acceptari beneficium quando dicatur.

in qua nomen & cognomen insinuare debuerit, ad beneficiũ sic

Beneficiũ an sine peccato possit peti.

¶ An possit quis sine peccato petere beneficium? ꝙ non,si non procurat prodesse,tradit Angel.in summa Angeli.in verbo beneficium.§.32.& Panor.& alij in c.cũ M.in.4.notab.de consti. Collect.in cap.episcopus.de præben.sed hodie pauci hoc cogitant,sed petũt iuuenes, virgines senes cum iunioribus, atque vt breui dicã petunt omnes fermè. Et mulieres, quibus hodie non dicitur id quod Christus in Euangélio , Nescitis quid petatis, sed cõmuniter obtinent,& pro iniustis frequenter.vnde melius esset vt nerent vel suerent,vel alia facerent,quàm indignis procurare beneficia,sed nesciunt quid faciunt. Et in petitione consideranda sunt tria. Primum quis petat , gratus videlicet, non odiosus, quia cùm is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.in summa.49. distin. Lucas de penna in rub.de legatio.C.in primo requisito.lib.10. Secundum est quid petatur, an sit iustum vel iniustum , nam iustè petentibus nõ est negãdus assensus.l.2, ff.de his qui sunt sui vel alie.iu.& Iacobi.4.c.petitis,& nõ accipitis,eò quòd malè petatis.& dicitur stulta petitio.in l.Domitius.ff.de testa. Tertiũ considerare debemus, à quo petatur , videlicet an is à quo petitur, concedere postulatũ possit.l.vniuersis. C.de preci.impera.offe.

Tria in petitione consideranda.

&

& Esa.7.c.Pete tibi signum à domino Deo tuo. & Sapien. 13. ca.in fi. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est, & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat, &c.

Et sic in nominato tria requiruntur. Primum in principio, videlicet idoneitas, in medio continuatio, perseuerantia, vt videlicet singulis annis insinuet nomé & cognomen. 3. requiritur consummatio siue perfectio, videlicet vt vacans beneficium tempore præstituto conferri sibi à collatore petat, vt hic, teste Bald. in simili. in c.fi.col.2.de præscrip. quæ notes. *Tria in nominato requisita.*

vacans eum capacem, [a] ipsúmque illud consequi posse & debere decernimus.

a ¶[*Capacem*] Quia nominationes ligát à tempore primę insinuationis, vt dicitur in §.si quis vero. supra eod. ideo si vacat beneficium statim facta insinuatione, & nullus alius reperiatur antiquior nominatus, huic debebitur, vt hic, vel si sit graduatus, poterit in mensibus eisdem præstitutis gratificari, vt dicá in §. seq. & sic patet, ex hoc textu, quòd in primo anno insinuari debent literæ gradus, & alię in secundo nomen & cognomé sine literis. si tamen in primo anno vacauerit beneficium, poterit requiri, vt hic, etiam ante insinuationem factam de nomine & cognomine separatim sine literis, & ita pfectò debet intelligi iste textus, licet multi malè intelligant. & sic potest teneri cóclusio, quòd sine insinuatione beneficium nominato debetur, intellige, sine insinuatione solius nominis & cognominis, quando vacat beneficium primo anno. secus si diceretur sine insinuatione nominis facta in literis, quia nó potest negari insinuationé nominis factam, cùm literæ gradus & aliæ exhibentur, sed insinuatio nominis fit separatim, vt dico in tractatu nominationú, in quæst.14. licet dicant quidam per huius finem tex. insinuationé posse quolibet tépore fieri, quod nó est verú inspecto isto tex. ac cósuetudine & vsu Fráciæ. Vnde iurìscó. ait, si diurnarú, aut nocturnarú horarum aquæ ductú habeá, non possum alia hora ducere, q̃ in qua habeam ius ducendi. l. 2. ff. de aqua quotid. Sic nec nominat⁹, vel qualificatus, poterit alio tépore extra quadragesimá insinuare, & hoc iure vtimur. dicit l.3. ibidem & sic hæc clausula in fine posita refertur ad literas etiá gradus & téporis studij vt debeát tempore quadragesimæ insinuari. argu. l. talis

Nominatus ante nominis & cognominis insinuationẽ beneficium petere poterit.

Sine insinuatione quãdo debeatur beneficium.

B

scriptura.in fi.ff.de leg.1.&.c.2.requiris.de appell. & ne vna res id est insinuatio diuerso iure cẽseatur.l.cũ q edes.ff.de vsuc.scri psi abundantius in tracta.nomi.q.14.nu.5.& seq. vbi alia vide.

§. STATVIMVS. I.

¶ Tres habet partes. Prima, declarat pluribus graduatis existentibus cui sint beneficia conferenda, si in mensibus illis prestitutis vacent. Secunda, statuit de nominatis, cui conferẽdum sit, & dicit antiquiori. Tertia, tradit quando omnes nominati sunt eiusdẽ datæ, quis præferri debeat. Secũda, ibi, quod verò ad beneficia. Tertia, ibi, concurrentibus autẽ, &c. & est §. primus Statuimus, quia ĩfra est alius §. sic incipiens.

§. STATVIMVS. I.

Collatores & patroni possunt gratificare vnum ex graduatis, rectè qualificatis, quo, ad beneficia in mensibus eis deputatis vacantia, sed nominato antiquiori conferre debent beneficia in mensibus eis addictis vacantia, sed pluribus in eadem data concurrentibus cui hoc debeatur in text. vide.

¶ Statuimus quoque & ordinamus, quòd collatores ordinarij & patroni ecclesiastici præfati ĩter graduatos, q literas grad' cũ tẽpore studij & attestatiõe nobilitatis debitè [a] insinuauerĩt. quo ad beneficia in mensibus eis de-

Collator non potest habere pro insinuato eum qui non insinuauit.

a ¶ *Debite*] Id est iure, & sic non sufficit insinuare, nisi iure insinuetur, quia illud intelligimur posse, quod possumus iure.l. nepos Proculo. ff. de verbo.signific.gl.in §. emancipatos.& ibi Bauer.insti.de exhæreda.libero. Requiritur ergo vera insinatio, nec posset collator isti insinuationi renunciare, & habere pro insinuato, tum q ius publicum non potest remittere, nec formam hic constitutam.l. quidam.in prin.ff.de administra. tutor.tum ratione fraudis vitandæ, tum etiam quia homo priuatus fingere nõ potest, vt no. in l.si is qui.ff.de vsuca.& in insinuatiõe donationis hoc expressim tenuit Guido papæ, sing.273.Cy.in d.l. si quis, &c. Scripsi in §.præfatique graduati.in fi.supra eo. Nec credi debet collatori de insinuatione, nisi probetur, imò qui sub falsa insinuatione beneficiũ obtinuit, intrusus & fur est, & tenetur ad restitutionem omnium fructuum, quos recipit.c. post trãslationẽ. vbi doc.de renũcia.c.dilecto.vbi Hẽric.bohic.de præb.& cum non sit pastor, nõ tenẽtur oues ei obedire, teste Siluestro in sua summa.

Intrusus est qui beneficiũ cũ falsa insinuatione obtinuit.

ma.in verb.beneficiũ.3.nu.20.& in c.nouimus. in fin. de verb. signi.sic scribitur pro illo falsario scelerato,quem ad mãdatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, vt in perpetuum carcerem ad agendam pœnitẽtiam ipsum includas,pane doloris & angustiæ sustentandũ,vt commissa defleat,& flenda vlterius non cõmittat, & melius est,vt in hoc sæculo agat pœnitentiam,quàm si igni perpetuo in inferno crucietur. Patet etiam hic quæ debent insinuari per graduatos ex necessitate.Primò, literæ gradus. Secũdò,literæ tẽporis studij. Tertiò,literæ attestatoriæ nobilitatis si fuerit nobilis,alioqui prædicta duo sufficiunt, nec de necessitate alia requiruntur cum tex.non dicat.Vide tamẽ quæ in tractatu nomina.dixi in 14.q.prin. in 6.q.& cũ hic habeamus determinationem.non debemus vlterius inuestigare rationem,nec alia querere,vt dicit Bald.in l.gallus.§.si eius.not.2. de libe.& post. refert Ias.consi.102.quia in dicto. in 4.volumine.

putatis vacãtia [a] gratificare [b] possint illũ

Quæ deb[...] graduati insinuare.

a ¶[*Vacantia*] Siue per mortem,quæ omnia soluit.§. deinceps. in authen.de nupti.colla.4.vide tamen casus in quibus beneficium nõ vacat per mortem per Feli.in c..cum accessissent.col.1. de cõstitu.vtpote si sint vnita,vel quando præbendæ non sunt distinctæ,vel de mensa,vt ibidem dicitur glo.in c.si propter.de rescrip.in 6.in verbo vacabunt. & in c.quia.de præben.illo lib.

Vacare quando dicatur beneficium & nominato deberi.

¶Intellige deberi nominatis vacantia beneficia tẽpore statuto, etiam si vacent ob non promotionem.c.licet.de elect. in 6. vel per adeptionẽ episcopatus.c.cum in cunctis.§.cũ vero.de elect.

¶Idem si adipiscendo aliud beneficiũ incompatibile. c.de multa.de præbend. Et idem per contractum matrimonium c.1.de cler.coniu.vel sponsalia per verba de præsenti.glo.& doct.in c. vno.illo titu.in 6. & idem in aliis vacationibus ferè de quibus per docto.& maximè per Ioannem Franciscũ,in tractatu de offic.& potesta.capituli sede vacante.in vltimo præludio.

¶Fallit tamen quando vacat per resignationem simplicem.vel permutationis causa factam,vt in §.volumus.versi.insuper. infra eodem.dico in tracta.nominatio. q.15. num.50.30.modos quibus vacant beneficia scripsi in §.monasteriis.in verbo vacãtibus.de nomina.reg.supra.

Gratificare quid significet, & ficiis possit.

b ¶[*Gratificare*] Gratificauit nos deus in dilecto filio suo. ad Ephes.1.c.&.gratificare,est gratum facere.tex.in c.in domo. §.

qu

sic itaque.& ibi glos.de pœnitē.dist.4.& sic vult dicere textus, quòd collator potest ex pluribus graduatis vnum eligere, & eidem conferre beneficium,quod vacat in mensibus præstitutis graduatis.& sic est liberalitas & gratia in cui conferendo.gl.in c.relatum.de præbend.& in c.quáuis.1.illo titu.in 6.& nō mera,quia eligit vnum de certis,videlicet de graduatis.& sic quodā modo necessaria videtur, vt dico in tractatu nominationū, q.14.nu.79.& ille, cui fit gratificatio, est naturaliter obligatus ei,qui eum gratificauit,secundum Panormi.in c.post electionē. notab.primo.de conces.prębend.per textum,in capitul.cum in officiis.de testamē.& in quibus casibus sit locus gratificationi, vide textū,& ibi glo.in l.fi.ff.de religio.& sumpti.funer. & per Alexand.in l.si titius. in fi. de verbo. obligat.& Bartho. in l.si vt certo.§.quod verò senectute commoda. l.si non expedierit. §.quod si vtroque de bonis authorit.iud.possidend.ff.l. pupillus.quæ in fraudem cred.Roma.singularis.698.

Papa et legatus gratificare possunt.

¶ Sed an legatus possit gratificare, dixi quod sic in tract.nom. q.17.nu.16.dubitant quidam in papa, cum nō sit dubitandum, quia retinuit sibi maiorem potestatem,quàm concesserit.c.dudum. de præben. in 6.& quia plenariam potestatem super beneficiis(vt iure cautum est)habet,ad hæc irrita decernit.§. primus infra.de firma & irreuocabili concordat. stabili.facta contra ista concordata. ergo secundum concordata facta valent etiam per papam. aliàs sequeretur absurdum quòd minoris esset potestatis,quàm ordinarius.Et tamen cum omnibus collatoribus concurrit.ca.si eo tempore,vbi Ioan.monach.de electio.in 6.dixi in §.si quis verò.supra eo.

Plura beneficia an possint graduato conferri.

¶ Attende, quod non posset collator plura beneficia in dictis mensibus vacantia, etiam compatibilia gratificando vni conferre,tum ne quis vendicet stipendia plurimorum.c.quia. de cleri. non residen. & ne vnus graduatus ebrius sit pluralitate beneficiorum, & alius esuriat, vt dicit diuus Paulus. 1. ad Corinth. 11. Tum etiam quia indigentia plurium graduatorum debet subleuari,& non vnus ditari.c. quia in tantum. de præbend.vbi etiam aliæ assignātur rationes pluralitatis reprobatæ. Ad hæc quia concordata,vt in procemio patet, volunt prouideri graduatis pauperibus,vt dico in tracta. nominatio.quæst. 3.& qui habet beneficium,non est pauper.cap.postulasti.de rescrip.& non est intentionis papæ quod personæ pluribus redditibus abundantes pauperes clericos super beneficiis inquietent.

tent.c.ad aures.de rescriptis.Item ratione fraudis vitandæ, quia ordinarius confert plura beneficia vni in fraudem alterius graduati,qui primus promitteret restituere vnum ordinario, & sic alij pauperes graduati,non haberent beneficia. certè his malitiis obuiandum est.c.sedes. de rescriptis. alioqui vnus graduatus,vel canonicus,vel collatori propitius haberet omnia beneficia in mensibus graduatorum. Ad quod debent aduertere curiæ supremæ : quia multæ in dies agitantur & exercentur calumniæ contra nominatos & graduatos: & vix confert ordinarius nominatis aut graduatis,nisi illicitis pactionibus præcedentibus,aut suis promittentibus aliquid dare vel facere.

¶Item habens literas expectatiuas à papa ad tria beneficia , vnum tantum beneficium obtinere ab vno collatore poterit,ita nuncupatim scribit Cassado. in deci. 1. rub. de conces. præb. Quod est valde accommodum huic decisioni,cum nominationes sint quasi gratiæ expectatiuæ. vt in tract. nominationum scripsi.Ideo distributiuè accipientur,non collectiuè.quia papa in dubio non videtur velle collatorem grauare in duobus.cap. mandatum.de rescrip.Sic nec nominationes, & sic dicunt quidam in nominatis hoc obseruari , sed in graduatis non, quibus potest collator vsque ad summam illis præstitutam conferre in his mensibus,& hoc seruatur.

¶Postremò non est idoneus ad beneficium qui iam vnum habet.c.is cui.de præb.in 6.vbi dicit Perus.2.no.ꝙ habens potestaté conferendi idoneis , non potest super pluralitate dispensare,& sic habēti beneficium aliud conferre. & idoneis beneficia sunt conferenda,vt in §.præfatíque ordinarij. & ibi dixi supra eodé.& singula beneficia singulis sunt cómitenda.cap.cum singula.de præben.in 6.Idem in nominatis diceré,vt antiquiori nominato duo beneficia simul vacantia conferre vnus collator nō possit,vt non occupētur plura in vnum se cōmoda collaturi,nihílque reliquis relicturi. tex. egregius in l.hac parte. in fi.C.de proximis sacro.scrinio.lib.22. Nam ideo inuentum est, vt plures nominationes dentur,vel ad plures collatores , & qui plures non haberet , vel ad plures,ei esse imputandum: quia ab vno sufficit semel esse prouisum,quo ad illum. Nam sermo intelligitur de primo.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verbo. signifi. facit quod notat Perus. in cap.quanuis.1.colum.1.de præbend. Nec refragatur quòd illa duo non excedant summam taxatam in.§.volumus.infra eodem.esto sanè, quia à diuersis potest vs-

que ad summam illam sibi facere prouideri, nõ ab vno.ideo facta antiquiori prouisione de vno, alter succedit cui debet de secundo prouideri:alioqui fieret fraus, vt supra dixi, & antiquior nominatus totum deglutiret, & alij nihil haberent. Limitarem non procedere quando ex alio collatore nominatus non posset petere sibi prouideri, vtpote quia erat nominatus ad regularia, & alter episcopatus est redactus in secularem, tunc in alio episcopatu regulari, in quo est nominatus, debet sibi prouideri vsque ad summam in d. §. volumus. infra eo. vel si omnia ferè beneficia vnita sint, in reductione ad secularem, tunc nominatus compellere poterit proximum episcopũ vbi est nominatus, vt vsque ad summam ei prouideat, cum per eum non stet, ei nõ est imputandum. l. in iure ciuili. ff. de reg. iur. & in hoc maximè debet inspici qualitas personæ, & in foro cõscientiæ melius esset, quod in vno episcopatu vni prouideretur quã in diuersis, quia melius posset graduatus & nominatus seruire duobus beneficiis proximis, q̃ aliis remotis, & tolleretur materia vagationis prohibita in cap. quia in tantũ. de præbẽ. & expediret quòd nõ esset aliquis nominatus, nisi in vno loco, sed antiquiori prouideretur prius, & postea aliis, vt hic statutũ est, & antiquior haberet optionem, donec sibi congruè prouisum esset sine fraude. An sola petitio afficiat, vide in l. cum quidã in 2. ff. de leg. 2. & ibi Imol. colum. vlti. vbi habetur, quòd requisitio vnius graduati afficit beneficium, ita vt ordinarius non posit non qualificato conferre. tamen non afficit alios qualificatos, quo minus requirere possint. arg. illius. l. & ita tenet ibi Paul. vide gl. in verbo disposuerit. in §. si quis verò. supra eodem.

Nominatus quãdo plura beneficia in vno episcopatu obtinere poßit.

Sola petitio an afficiat.

¶ Nec afficit requisitio graduati quo minus collator posit gratificare habilem, per istum textũ, ibi, quem voluerint, &c. Etiam post requisitionem, alioqui esset in potestate graduatorũ requirendo auferre eis gratificationem, quod non potest fieri, nisi vt supra scripsi, quãdo semel habuit. Nec obstat glossa in §. quod si quis. in verbo tempore vacationis. eod. titu. in prag. vbi dicit posse nominatum acceptare beneficium, si nõ habeat summam taxatam in dicto. §. volumus quia hoc intelligerem, quando nõ haberet, nec vnq̃ habuit, secus si illi fuerit semel ꝓuisum ratione gradus, vel noĩationũ vsque ad summã, & is resignat postea, vt non sit amplius capax ad excludendũ alios noĩatos, vel graduatos, qui nil habuerunt per rationes prædictas. no. Anchar. in c. is cui. 3. nota. de prębẽd. in 6. Et sic fuit cõclusum, & in mente curiæ

Resignans beneficium an sit capax nominationum.

Arrestum.

te curiæ retentũ, Anno 1543. die 14. Augusti. in hoc senatu. esset tamen capax quo ad ordinarium nominatis non existentibus, quia ista in fauorem nominatorum fuere introducta, & graduatorum vt supra non semel dixi. etiam si illa beneficia alio iure habuerat, posset vti suis nominationibus. vt dixi in §. seq. &

ex eis, quem voluerint.[a] Quo verò ad beneficia in mensibus graduatis nominatis

si semel gratificauerunt, non possunt variare. arg. l. serui electione. ff. de legatis primo. cle. vna de renuncia. gl. not. in c. causam. de elec. quia functus est officio suo, etiam si inhabilem & minus idoneum gratificasset, intellige vt dixi in glo. dispositiones. §. si quis verò, supra eo. vide Anch. consi. 214. Franciscus. col. 1. & seq. *Gratificans vnum non potest variare.*

¶ Caueant tamen collatores, ne in animarum suarum perniciem bonis & doctis alios ignaros etiam suos præferant, de his enim cogitare debent exactam se reddituros rationem. vt scripsi in repetitio. c. postulastis. de clerico excom. ministran. & in tracta. nominationum. q. 21. Nempe comparatis omnium graduatorum moribus præferre debẽt. quem magis illis præditum inuenient. l. fi. ff. de collusio. deteg͂d. nam dicit tex. in l. 3. §. sed si mulier. versi. si tamen plures. de libero ho. exhib. quòd is eligendus est, qui idoneior est, & optimus ex fide, & dignitate, quod pauci faciunt, sed væh illis, qui hæc non seruant. De clausula gratificationis apponenda in impetrationibus, dico in tract. de pacifi. possess. nu. 300. limita. 12.

a ¶ *Quem voluerint*] Et si hoc verbum in prophanis importat liberam voluntatem. l. fideicommissaria. 2. §. fi. ff. de fideicommiss. liber. l. cum quidam. de lega. 2. gl. in verbo videbitur. in extraua. ad reprimendũ quomodo in læsæ maiesta. crimi. proceda. tamẽ in beneficiis importat voluntatem iure regulatam. c. graue. de præb. & ibi plenè docto. c. cum in cunctis. de elec. Etiã si diceretur, sicut voluerit, & quibus voluerit, adhuc de habilibus intelligi debet. c. sint manifeste. 12. q. 1. Barb. in c. 1. col. 2. de successio. ab intesta. Et quando datur ampla potestas, intelligitur dũmodo quis ex fide agãt. tex. in l. creditor. §. Lucius. & ibi Barto. ff. mãda. Bal. in c. cum in iure. nu. 9. de offi. deleg. Alexan. & Ias. in l. si sic. ff. de lega. 1. & nota quòd quãdo subiecta materia suadet vt verbum voluerit intelligatur de voluntate rationabili, & iusta, tunc sic intelligetur, tex. & ibi glo. in cap. 1. in verbo vultis. prima distinct. Feli. in cap. significauerunt. colum. vlt. de testib, *Verbũ voluerit quid significet.*

¶ Non poterunt tamen gratificare eum, qui non studuit per tempus statutũ in. §. præterea. supra eod. per istum tex. ibi, ex eis. quem voluerint, & sic ex rectè qualificatis gratificare debent, si extent, alioqui illis qui studuerint triẽnium. iuxta. §. statuimus. 2. infra eo. dico in tracta. nomina. q. 21. princip. vbi dico qualis debeat gratificari. videant ibi collatores. nec posset nominatus aut graduatus appellare, ne alius gratificetur, cum ista collatores possint iure facere, & si appellauerit graduatus, appellatione non obstante valebit collatio alteri idoneo facta. Panor. per illum tex. in cap. pastoralis. 1. nota. de iure patro. vbi dicit præsentatum non posse etiam appellare, vt alius non præsentetur per patronum, quia iure hoc fit, & indultum à iure beneficium nemini est auferendum. regula indultum. de regulis iur. in 6.

Naturalis collatoris an poßit gratificari. ¶ Posset etiam collator suum naturalem legitimatũ, & rite qualificatum gratificare, per hoc verbum voluerit. & latius dixi in §. præfatíque ordinarij. glo. idoneis. supra eod. facit quòd si papa faciat gratiam episcopo, quòd possit conferre duo beneficia vni ex suis clericis, cui volet, non tamen poterit ea conferre illegitimo, quia indulgentia est secundum ius commune interpretanda, teste Collecta. in c. ex parte. de concess. præb. sed si sit legitimatus, sufficiet. Pet. de vbald. in tract. de success. ab intest. in vlt. modo legitimandi.

Cautela p nominato, quãdo ordinarius inhabili contulit. ¶ Quid debeat agere nominatus, quando ordinarius confert inhabili? Respon. adhuc requirere ordinarium debet, vt sibi conferat. qui si deneget, ad superiorem ibit, à quo collationem habebit. §. si quis verò. supra eo. dixi in tracta. nomina. quæst. 17. vide Panor. in c. cum autem. de iure patro. Et si tres gratificent qualificatum, septem verò conferant non graduato, valebit collatio minoris partis, quia minor pars dicitur facere ex voluntate concordatorum: ideo possunt executores concordatorum dici, secus in alijs. vt fuit prolatum arrestum pro magistro du Four, contra Guibbauld & Cheruyn, super præbenda sancti Martini, extra muros rupellæ. *Arrestum.* facit quod no. Panor. in c. dudum. 1. not. vlt. de electio. Vbi electio à maiori parte facta de indigno, non valet, sed à minori parte facta sic, & est confirmanda, quia eligentes indignum fuerunt priuati potestate eligendi, quæ remansit apud minorem partem dignum eligentem. per c. cum in cunctis. in fi. de electio. Item vbi sunt plures executores, & vnus digno contulit, alij indigno, valet collatio facta de digno. cap. duobus. vbi no. de rescrip. in sexto. sic dice-

dicemus in hoc casu,& pro hoc consului.

a ¶[*Antiquiori*] Antiquiorem dico non ætate maiorem,vt in authen. de monach. in §.ordinationem colla. 1. sed tempore, id est,qui primò fuit nominatus.c.fi.17.dist.gl.in verbo antiquiores.c.fi.de consuet.in 6. Aliquādo antiquior dicitur,qui diutius administrauit,& sic ratione administrationis.tex.in c.1. de paro. & ibi doct. Fusius declaro in tracta. nominationum, quæst. 21. vbi videre licet. ***Antiquior quis dicatur.***

deputatis antiquiori [a] nominato conferre, seu antiquiorem [b] nominatum, qui literas nominationis temporis studij & attestationis nobilitatis debitè insinuauerit, præsentare seu nominare teneantur. Concurrentibus autem nominatis eiusdem [c] anni doctores [d] licentiatis, licētiatos baccalaureis, dem-

b ¶[*Antiquiorem*] Habibilem.quid si nominatus habeat beneficium curatum, an simile teneatur ordinarius conferre eidem? facit text. hic quòd sic, & §. sequens, vbi potest vsque ad ducentos florenos habere. text. tamen in c.ordinarij.§. in conferendis.de offi.ordina.in 6. decidit non teneri eidem nominato conferre,si antea non ostendat dispensationem sufficientem.vide ibidem. & in tract.nomin.q. 14.num.43.& glo.in verb.non possit.§.volumus.infra eod. Et per hoc patet non obesse antiquiori, licet iunior prius habuerit collationem quàm antiquior, dummodo papa non præuenerit.§.declarantes.de mandatis,infra. ***Nominato habēti beneficiū, an ordinarius conferre aliud teneatur.***

c ¶[*Eiusdem anni*] Nec refert siue fuerit quis nominatus in principio quadragesimæ,siue in fine, nec maiorem habet prærogatiuam is qui in principio, quàm is qui in fine quo ad hoc, nisi concurrerent, vt inferius scribitur.etiam si is qui primò erat nominatus, non tamen antiquior, prius suas præsentasset nominationes,quia hic non attenditur præsentatio prior, sed antiquitas, quod secus est in mandatis, quando in data pares sunt. tex.in c.duobus.de rescrip.in 6 .dicas tamen,vt infra versi. & si in eisdem,&c.& per. Bar.in l.1.ff.de obseq. ***In nominatis eiusdem anni qualis sit prærogatiua.***

d ¶[*Doctores*] Cuiuscunque facultatis fuerint. ideo doctor in medicina præfertur licentiato in decretis,& in iure ciuili,quando sunt eodem anno nominati, in quacunque vniuersitate sint nominati,dum tamen famosa,vt supra dictum extitit.Et sufficit

quod sit doctor tempore vacationis beneficij, licet non esset tẽpore nominationum, quia quo ad habilitatem inspicitur tempus vacatiõis. §. seq. &. c. ei cui. de præb. in 6. vt si forte fuit prius nominatus tanquàm baccalaureus, & nunc est doctor effectus.

De cancellario ordinis sancti Michaelis. ¶ Nota tamen quòd nullus potest esse cancellarius ordinis S. Michaelis, nisi sit doctor theologus, vel decretorum, aut saltem licentiatus in istorum altero. Et episcopus, vel archiepiscopus, vt vidi in fundatione ordinis militiæ S. Michaelis, edita per Ludouicum regem sanctum.

ptis baccalaureis formatis in theologia, quos fauore [a] studij theologici licentiatis in iure canonico, ciuili, aut medicina [b] præferendos esse decernimus: baccalaureos iuris canonici, aut ciuilis, magistris [c] in artibus volumus præferri. Concurrentibus autem pluribus doctoribus in diuersis fa-

a ¶ *Fauore*] Multa in fauorem studij theologici priuilegia comperta sunt, quæ tradunt iura & doct. in rubri. de magistr. per totum. & ego latè scripsi inter priuilegia scholarium, quæ congessi in authen. habita, ne filius pro patre. C.

b ¶ *Aut medicina*] Secus ergo si esset licentiatus in vtroque iure, vel in iure ciuili & medicina, quia vult præferri baccalarium formatum vni, ergo non vtrique: quia duo vincula sunt vno fortiora. c. primo. de treuga & pace. & docto. in c. clerici. de iudic. dico in d. tracta. nomi. quæst. 20. princip. Nam absurdum esset, quòd baccalarius formatus præferretur licentiato in vtroque, vel doctori, vt concludit glos. in reg. cancella. in 4. parte. nec vult hic text. contrarium, licet forte esset difficile obtinere in practica.

Nota pro cõditoribus contra magistros artiũ, an baccalaureatus sit gradus. c ¶ *Magistris in artibus*] Qui in hoc conditores defecisse dicunt, tum quia baccalaureatus non est gradus, tum quia ipsi dicunt se habere dignitatem. per gl. in l. lege. in princ. ff. ad legem Iuliam, de vi publi. quam baccalaurei etiam in theologia non habẽt secundum eosdem, ideo dicunt ex affectione ista concordata esse facta, & acceptionem personarum in euangelio reprobatam. & ad Romanos. 1. & Acto. 10. cap. hic esse admissam. Quibus respondetur, quòd & si in Italia baccalaureatus nõ est gradus, nec requiratur ad doctoratum. gl. in regul. cancel. Iulij 2. in 3. parte,

tamen

tamen in Francia est gradus: & qui habet gradum in nobiliori facultate, est præferendus alteri, qui in infima facultate habet gradum, sicut sunt magistri artium, qui habent tantum gradum primæuum, & præparatiuum ad alios gradus: & ideo alij gradus isti præparatiuo præferri debent, sicut dicimus, quòd tonsura est ordo, & apud

cultatibus doctorem [a] theologum

canonum professores, & apud theologos nõ. c. cum cõtingat. de æta. & quali. Syluester in summa, in verbo ordo. 1.

¶ Item maiorem dignitatem habere dicitur graduatus in nobiliori facultate, quàm alius non sic graduatus, & per consequens baccalaureus in medicina est maiori dignitate præditus, quàm magister artium: tum quia habet duo vincula, & duos gradus communius, videlicet & gradum magisterij in artibus, & gradũ baccalaureatus in medicina, & si non haberet gradum in artibus, tamen quia habet scientiam artium, & vltra habet etiam nobiliorem scientiam & gradum in ea, ideo præferri debet isti magistro artium. & sic conditorum affectio fuit in bonum. & ob id laudanda. l. nec ei. §. eorum. ibi. sanctissima affectione ducti. ff. de adoptio. Secus si in malum, Io. 7. c. fugienda est turba affectuum malorum.

¶ Nec dicitur acceptio personarum, quando circa inæqualia seruatur inæqualitas. Nam & deus hoc facit. c. ad hoc. 89. dist. qui ordines dignitatum secundum merita habet. Panor. in c. de multa. colum. 3. de præb. Et Thomas secunda. 2. q. 73. & Syluester in sua summa, in verbo acceptio. post Angelum de Clauas. in eodem verbo. igitur cessent magistri artium obloqui in conditores, quia iustè leges huius tituli & sanctè tulerunt, vt lippis & tonsoribus patere potest, quod adagio dicitur. de quo glo. in l. quidam cum filium. ff. de verbo. obliga.

Affectio in bonum non est reprobata.

a ¶ *Doctorem theologum*] Ab vniuersitate promotum, & non sub bulla. §. 1. & §. 2. supra eodem. probatur etiam in §. præfati. 2. supra eodem, vbi tenetur fidem facere de literis gradus signatis ab vniuersitate. ergo si sub bulla nil eidem prodessent. vide quæ dico in tract. nominationum. q. 21. vbi dico quamobrem præferatur theologus alteri doctori, & de aliis scientiis, vbi licet videre. Et intellige etiam theologum legitimè promotum, & secundum statuta vniuersitatis, in qua est promotus, vt in §. monemus, infra eo. in quacunque vniuersitate promotus fuerit, si tamen ibi esset ius promouendi, & vniuersitas esset fa-

Doctor theologus promotus ab vniuersitate hac gaudet prærogatiua secus si sub bulla.

mosa,vt supra dixi,& in vniuersitate regni vel delphinatus.

Iuris appellatione quid veniat.

a ¶[*In iure*] Cuius appellatione venit hic ius canonicum, & ciuile,vt patet infra.vbi etiam postea distinguit,facit tex.in c.nouit.de appella.qui hic erant conditores iuris canonici & ciuilis papa videlicet,& rex.ille ius pōtificium tradit,hic in regno suo ordinationes facit,& promulgat. ideo appellatione iuris hic vtrunque ius venit.facit tex.in c.cum venissent.de eo qui mit.in possess.vbi Bald.dicit ꝙ si rex facit métionē de iure, intelligitur de iure regio. sequitur Feli. in c.causam. col.11. de rescri. Aliquando tamen secundum subiectā materiam capitur,pro iure humano, positiuo, canonico,ciuili,synodali,vel municipali.glo.in prooemio cle.in verbo iuris.& ibi latè Barb.&.c.1.vt lite péden.& inter hos fortè doctores fuit repertus Christus,vt patet Luc.2.

doctori in [a] iure: doctorē in iure canonico, doctori in iure ciuili: doctorem in iure ciuili,doctori in medicina præferendos esse decernimus. Et idem in [b] licentiatis & baccalariis seruari debere volumus. Et si in eisdem facultate & gradu concurrerēt,ad datam [c] nominationis seu gradus recurrendū esse volumus.Et si in omnibus iis concurrerent,tūc volumus quòd collator ordinarius inter eosdem

Christus repertus inter doctores iuris.

b ¶[*In licentiatis*] Videlicet vt theologus licentiatus præferatur omnibus aliis licentiatis,& eo deficiéte licētiatus in iure canonico,& eo remoto licentiatus in iure ciuili, postea venit medicus.& idem in baccalaureis intelligendū est,vt sequitur.& nota. in c.clerici.de iudi.per doct.& in l.cū quid.ff.si certum petatur.

Plures doctores eiusdē facultatis si concurrant quis præferatur.

c ¶[*Ad datam*] Et sic quando nominati eiusdē anni concurrunt in eadem facultate,vtpote sunt plures doctores theologiæ,tūc inspicitur data nominationum , vt si vnus fuerit nominatus in prima hebdomada quadragesimæ,alter in secunda , vt ille præferri debeat,qui est nominatus in prima. Si verò omnes fuerint nominati eodem die,attenditur prioritas gradus: vt qui primò sumpserit gradum is præferatur,si fuerit eiusdem facultatis , vt dicit hic tex.si verò duo fuerint nominati diuersarum facultatum,is præferetur, qui est graduatus in nobiliori : licet alter sit primò graduatus, & hoc probat hic tex.dū dicit in eisdē faculta

te & gradu.&c. ergo si in diuersis nõ, vt not. per Barb. in c. clerici.& ibi Decius, de iudic. Alia dico in trac. nominatio. quęst. 21. ¶In his vniuersitatibus Franciæ omnes nominati vnius anni sunt communius vnius datę, quanuis in vniuersitatibus aliis patriæ iuris scripti contrarium seruetur. Et hoc anno 1536. in mense Martio, ante pascha, fuit prolatum arrestum in hoc senatu, quòd nominationes cõcederentur illius diei, & datæ, in qua petũtur, & non vnius datę, sicut erat cõsuerũt, vt dies apponeretur in omnibus nominationibus eadem, videlicet de prima hebdomada quadragesimæ, qui abusus fuit reformatus in hac vniuersitate doctorib⁹ facultatis decretorũ prosequẽtibus, quod tamen arrestũ nõ fuit executioni datũ, & more consueto viuitur.

Nominationes eiusdem datæ dari debẽt, qua petuntur.

Arrestum.

concurrentes gratificare [a] possit.

§. VOLVMVS.

Quatuor partes habet. Prima, præcipit nominatis in literis nominationum beneficia per eos possessa exprimere, alioqui literas nominationum annullat. Secunda, tradit quando nominatus in vim nominationum non potest petere beneficium, vtpote quando habet duas præbendas in ecclesia metropolitana, vel cathedrali, vel alia beneficia seu beneficium vsque ad valorem ducentorum florenorum auri de camera. In tertia, statuit nominatis prouideri secundum personæ condecentiam, videlicet nominatis secularibus, de secularibus beneficiis, nominatis religiosis de beneficiis regularibus, nec suffragatur dispẽsatio apostolica in contrarium. Quarta pars, statuit beneficia vacantia causa resignationis simplicis, vel causa permutationis non esse affecta nominatis, etiam si vacent in mensibus eisdem affectis. Secunda, ibi, si quis verò. Tertia, ibi, & insuper. Quarta, ibi, quódque beneficia.

a ¶[*Gratificare*] Et debent gratificare legentem non legenti, vt no. in l. 1. & sequẽ. C. vt dignit. ord. serue. libr. 12. Et secundum illa quæ scripsi in dicto tractatu nominationum. quæst. 21. vbi fusius videre licet. Alioqui hic alia multa scriberẽ. Nota tamen quòd si collator nollet gratificare, posset compelli, vel superior gratificaret. Ioan. Monach. in cap. penulti. de rescript. in sexto. vbi dicit in illo textu canonicos compellendos ad gratificandum iudice imminente. per cap. nullus. de iure patrona. facit. l. huiusmodi. §. si. ff. de lega. 1. & potest ordinarius gratificare etiam nominatũ iuniorem, vel graduatum, quando parochialis ecclesia vacat *in*

Gratificare an cogatur collator.

mensibus ordinariorum dummodo gratificet graduatum idoneum,& ritè qualificatum,vt dico infra eodem.§.Statuimus.2. in 3.glo. præmisso modo.

¶ Tamen non potest gratificare eum,cui vsque ad summam semel prouisum est,vt est declaratũ in Prag. san. in §.Item quod ad dictas,in vers.ita tamẽ.eo. tit.vt etiam scripsi in graduatis,in glosa gratificare. supra eodem. Ob id postquam est in his nominatis declaratum, ergo & in graduatis seruari debet, quia contrarium non est expressum,imò est contra ius, vt satis supérque probaui ibidem. Alioqui maior esset deformitas in regno quàm olim, quia literarum studiosi sacerdotia adipisci nequirẽt,aut qui adipisci cuperent literarum studium abiicere,aut certè deponere cogerentur,quod in proœmio concordatorum dãnatur,nam vnus graduatus collatoris consanguineus omnia sacerdotia deglutiret, vt prædixi.

¶ Volumus [a] autem quòd

§. VOLVMVS.

Per verbũ volumus fieri potest constitutio.

a VOlumus] Et sic per verbum volumus vel nolumus,fit constitutio.l.voluit.ff.de interrog.act.l.nolumus.C.de testa. cle.vna.de offi.vica.cle.fi.de elect.c.si motu.de præben.in 6.Panor.in c.personas per illũ tex.de test. Ac per verbũ placet.l.1.ff. de manumis.test.l.placuit.C.de iudi.c.1.illo ti.quia quod principi placuit,legis habet vigorem.§.sed & quod principi. in insti. de iure naturali.l.1.ff.de cõsti.prin. declaraui inferius in rub.de reg.faculta.in verb.quod principi. & quando profertur ab illo qui potest præcipere, inducit præceptum. Cardi.in cle.1.§.volumus.de foro compe. & voluntas est declaratio mentis ad aliquid amplectendũ,vel respuendum.Bal.in con.17.in fi.in 3.vol.

Voluntas principis præceptum est.

¶ Ego verò dicerem, quòd aliquãdo voluntas non declaratur. Ideo definitio non est bona,per legẽ si repetendi.C.de condi. ob causam dato.ideo definirem sic,quòd est declaratio,vel cogitatio mẽtis,& c.l.cogitationis.ff.de pœnis.l.Labeo.de suppel. lega.vbi multa congessi.vnde dicit glo.in.l.1. in verb. sed ego. ff.quod iussu.quod rogationes dominorum & principum sunt præcepta. Archid.in c.quod præcipitur. 14.q.1. Alexand.consi. 124.in fi.vol.1.& consil.16.nu.3.in.3.col.

¶ Imò blanditiæ potentum inducunt iustum metum.glos.sing. in.l.

in l.vna.C.si rector prouinciæ. quam singul.not. Barb.in clem. 1.colum.4.de testibus.& consil.60.colum.6. in 1. volu.& consil.30.column.3.in 3.volumi. Iaso.in l.de pupillo.§.si quis.in 5. quæst. Barto.ff.de noui oper.nunciat.ideo dicit Lucas de penna in l.litibus.column.3.C.de agricol.& censi.lib.10. quòd rex sola fronte autverbo inducit iustum metú, per tex.in cap.conuenior.post princip.23. quæstio.8.quia indignatio regis nuncius est mortis,& vir sapiens placabit eum.Prouerb.16. Intellige tamen prædicta secundum ea quæ tradunt Panor.Imol.& alij in c.cum inter R.de elect.Feli.in c.1.de offic.delega. Steph.Maleret.in tracta.de elect.fo.6.col.3.& seq.

Rex fronte aut verbo inducit iustum metú.

nominati [a] literas nominationis ab vniuersitatibus in quibus [b] studuerint obtinētes in nominationum [c]

a ¶[*Nominati*] Ergo graduati non debent exprimere in literis gradus beneficia per eos possessa,quia hic tantum grauat nominatos,ergo alios non.argu.l. cum prætor. ff.de iud. cap.qualis. 25.distinct.probatur etiam infra.ibi, in nominationum literis. ergo non in literis gradus vel temporis studij, quia ad textum nil addendum est,qui non hoc requirit, alia dico in tracta. nominatio.quæst.9.

Graduati in literis gradus beneficia non exprimūt.

b ¶[*In quibus studuerint*] Si in pluribus vniuersitatib⁹ nominatus studuerit,in illa quam eliget, potest nominari,cum hic dicatur, in quibus studuerint.& ita seruatur, arg.l.fi. C.vbi in rem acti. exerc.deb.authen.habita. & ibi dixi in priuileg. scholarium,ne filius pro patre. Et debet studuisse in illa vniuersitate in qua vult nominari.per istum tex.qui in hoc non seruatur.Et sic potest nominari in vna vniuersitate, & in altera gradum sumere, cum hic gradus non requiratur,sed studium tantum, sed vniuersitates non solent graduatis in alia vniuersitate nominationes concedere,quod si facerent valerent per hunc textum, qui non prohibet,dummodo esset adoptatus & aggregatus in illa vniuersitate,vt fieri nunc solet.

Adoptato an nominationes concedi possint.

c ¶[*In nominationum*] Et sic,vt proximè dixi, non requiritur in graduato,nec sufficeret exprimere in literis gradus, vel temporis studij, sed oportet quòd in literis nominationum hoc exprimatur,vt hic dicitur,& si velis videre quæ in nominationibus sunt exprimenda,vide in tractatu meo nominatio.quæst. 9. vbi fusius dixi.

a ¶*Beneficia*]Comprehendit dignitates,personatus,& quæcunque alia beneficia. glos.in cap.1. de regul. iur.in 6. & quandoque beneficij appellatione venit episcopatus.ca.veritatis.de dolo.Sed ibi fuit expressum etiam officium.dico in dicto trac.nomina.quæst.9. & intellige in beneficiis perpetuis. secus si esset eidem datum ad tempus, quia illud non tenetur exprimere, sicut de dignitate dicit Panorm.in cap. de multa. col.penult.de præbend.

literis beneficia [a] per [b] eos possessa [c], & eorum

vbi dicit per adeptionem dignitatis non perpetuæ non vacare primã perpetuam.vide ibi. Sicut qui habet beneficiũ non perpetuum,vtpote locum collegialem,nõ poterit sumere ordines ab illo episcopo,in cuius diœcesi habet collegium ad tempus.secus si haberet capellaniam,vicariam, vel aliud beneficium perpetuum.c.cum nullus.& ibi Gulielmus de Monte laud. de temporibus ordi.in 6.

¶Etiam si esset modici valoris,vt in vicariis sancti Petri puellarum apud Bituriges videre est.& hoc probatur in c.de appellationibus.extra de appel.vbi etiam grauatusin minimo appellat, vide multa quæ scribit Corset.in suo tracta.de minimis.

Possidens beneficium per alium an teneatur illud exprimere.

b ¶*Per eos*]Idem si per alios, nomine tamen eorum, quia qui per alium facit,perinde est ac si faceret.l.1.§. deiecisse.ff.de vi & vi arma.& is possidet cuius nomine possidetur.l. quod meo.ff. de acquirend.possess.ideo si locasset fructus alicui etiam laico, quod potest.cap.vestra. de rerum permuta. haberet locum hic textus,vt teneretur illud beneficium in nominationum literis exprimere.Idem si episcopus haberet fructus primi anni.per ca. si propter.de rescript. in sexto. dico in verbo beneficium.infra eodem.

Possessio quomodo probetur.

c ¶*Possessa*]Quæ possessio probatur eo ipso, quod probatur nominatum detinere beneficium,vel detinuisse tempore impetratæ nominationis, quia ea quæ aliquis detinet, vel detinuit, præsumitur possidere,nisi contrarium probetur.glo.vlt.in c.põtifices.7.q.1.nota.in c.ad decimas.de restitutio. spoliat. Domi. in cap.fi.col.1.vt lite penden.in 6.Bal.consi.357. No.pro duce. col.2.in 5.volu.

¶Ille etiam possidere dicitur,qui omnia beneficij bona,vel maiorem partem obtinet.cap.1.de restitutio.spoliato.in sexto.Expressim.Ioan.de Imol.in cle.1.col.2. vt lite penden. etiam dicit illum possidere,qui habet liberum curæ exercitium c.commissa.

de

de electio.vi.c.Si tibi.2. de præbend.in 6. & in dubio quando sit mentio de possidente vel possessore,intelligitur de possessione iuris,non facti,id est de possessione naturali,vel ciuili.l.stipulatio.§.hæc quoque.ff.de verb.obliga. nó de nuda detentione, nisi ratio subiectæ materiæ aliud inducat.Bal.in.l.1. C.communia.de vsuca.Et consil.10.in quæstione.col.3. volu.5. Feli.in c. causam.col.6.de prẹscrip.nú.11.Idem si possideat tantú vnum, quia etiam illud tenetur nominatus exprimere,vt dico in tract. nomi.quæst.9.vbi trado multas quæstiones super hoc,quas ibi licet videre.

¶Et an appellatione possessionis veniat quasi possessio,vide Ias.& alios.in l.3.ff.de acqui.possess.in prin. Intellige si possideat nomine proprio,secus si alieno, quia statutum loquens de possessore,intelligitur quando nomine proprio possideret. Aret.in rub.ff.de acqui.possessio.refert Francisq. Curtius consi. 108.facit.l.sciendum.ff.qui satisd.cogan.& sic est bona limitatio ad hunc textum, per quem posset sustineri conclusio, quòd nominatus beneficia possessa non tenetur exprimere, intelligendo,vt supra,scilicet alieno nomine. *Poßidens nomine alieno exprimere nõ tenetur.*

¶Tenebitur ergo nominatus probare dimissioné,si pars probet eum possedisse,& debet probare se resignasse beneficiú ante nominationes,alias succúbit,sicut dicimus de eo, contra qué probaui obtinuisse duo beneficia,nam prẹsumitur quod adhuc obtineat,nisi probet,quòd resignauerit.arg,l.siue possidetis.C. de probat.docto.in c.ordinarij.§.in conferendis.de offic.ordina.in 6.Vel sufficit quod probet euictum fuisse beneficium etiam per sententiam possessoriá recredentiæ.à qua non tenetur appellare.l.propter, in fi.ff.de senatusc.sylla. sicut nec emptor, qui succubuit.l.Herennius.§.Caia.ff.de euictio.Cepol.in decisio.Neapol.q.106.etiam si malè iudicatum fuerit:vt ibi doc.dicunt.vide Aegid.bella mera.conclu.755.si rector.tamen nó sufficit resignatio,si resignans adhuc percipiat fructus.ob id oportet probare dimissionem,& fructuum perceptionem, alioqui si probaretur nominatum recepisse fructus post dimissionem,nominationes nullæ essent,quia hic ponderantur fructus, & non censetur dimisisse cum effectu,qui fructus recipit.c. relatum.de cleric.non resid.l.1.ff.quod quisque iuris.& sic facit contra eos, qui habent multos rape,& custodi nos vocatos,vt in conscientia teneantur,& ipsi,& custodes, qui vtinam ipsi intelligerent, & nouissima præuiderent,& hoc non facerent. *Dimißionem nominatus probare tenetur.* *Nominatus sententia appellare non tenetur.*

C

a ¶ *Verum valorem*] In pecunia vsuali.not. in cle.vltima de deci.& non sufficit exprimere valorem consuetum regni, videlicet quod non excedit summam. 24. ducatorum auri de camera, secundum communem æstimationem, &c. per hoc verbũ verum, & etiam quia in nominationibus cessat ratio consuetudinis nõ exprimendi verum valorem, quia in nominationibus ob veram expressionem nõ soluitur annata, nec pecuniæ ex regno extrahũtur, vt dico in tra. nomina. quæst. 9.

verum [a] valorem exprimere teneantur, alioqui literæ nominationis huiusmodi eo ipso nullæ sint, & esse censeantur. Si quis verò ex dictis [b] qualificatis, graduatis simplicibus, aut nominatis

Nominationes concessæ habẽti beneficia ducentorũ aureorum non sunt nullæ.

¶ Notãdum est, quòd si quis verum valorẽ expresserit, licet tunc haberet vltra ducentos florenos auri de camera, nõ tamẽ sunt nullę nominationes, quia hic nõ annullantur, si cõcedantur ab vniuersitate. Sed per hunc tex. si tempore vacationis alterius beneficij illud velit acceptare, non poterit vt hic: & sic esset vtile nominato tunc resignare beneficium, antequam aliud requiret. glo. pragm. sanctio. eodem verb. §. quòd si quis ex dictis. non debent tamen vniuersitates habentibus summam, hic taxatam, nominationes concedere. Nec obstat quòd spiritualia æstimationem non recipiant. c. ad quæstiones. de simo. quia ipsum beneficium prout sonat in ius, & in titulum non æstimatur pecunia: sed temporalia, quę ex beneficio percipiuntur sic. nam beneficij prouentus locari possunt. c. vestra. de locat. &. 1. & 2. ne prælati vices suas. Sic tenet exprefsè Ancha. in cle. vna. 4. oppo. de conces. præben.

Theologo vltra summam non potest preuideri.

b ¶ *Ex dictis qualificatis*] Etiam si esset theologus, qui haberet beneficia vsque ad valorem ducentorum florenorum auri de camera, quia etiam ipse non posset in vim gradus, vel nominationum aliud beneficium habere, tum quod iste text. loquatur de qualificatis & graduatis, quæ duo in theologo concurrere debent, antequam sit præbendæ etiam theologalis capax, vt dictum extitit in §. 1. supra eo. Tum etiam quia theologus Christi imitator esse debeat, vt victu & tegumento contentus esse teneatur: Iuxta diui Pauli sententiam. Et non cumulare agrum agro, adhæc, quod hæc lex generalis est, & omnes ligat, nisi inueniantur in hoc priuilegiati, sed non inuenio theologos ad hoc priuilegium habere, ergo hic comprehendentur, etiam vltra

tra habendo desiit bonum & æquum esse. l. qui seruum. ff. de actio. & oblig. ergo hi cõtenti ista penuria esse debent, sicut alij, nec præbendam theologalem habebunt, si priora beneficia nõ resignarent, nisi beneficium esset modici valoris, tunc si non esset curatum, posset fortè retineri cum præbenda, vt dixi in. §. 1. supra eod. nec possunt duobus dominis seruire, vt est in euangelio scriptum, sic nec duobus beneficiis.

tempore [a] vacationis beneficii in mensibus eis deputatis vacantis

a ¶[*Tempore vacationis*] Et sic non inspicitur tempus datæ, sed vacationis, contra. c. si eo tẽpore. de rescrip. in 6. Respon. inspici tempus datæ quo ad expressionem. Sed an habeat summam hic taxatam, inspicitur tempus vacationis, & sic intelligitur tex. hic. Sicut si prohibeatur extero emere immobilia in tali loco, sufficit, quòd sit ciuis tempore traditionis, licet nõ esset tempore cõtractus. Feli. in c. cum adeo. col. 2. de rescrip. Vltra dico inspici debere tempus datæ regulariter. c. eam te. & c. constitutus. de rescrip. Nec refragatur. c. ei cui. de præbend. lib. 6. quia ibi agitur secundum docto. de habilitate impetrantis. *Tẽpus vacationis inspicitur.*

¶Ego verò dico illum tex. non obstare, quia etiam ibi attẽditur tempus datæ. nam non potest prouideri de præbenda sacerdotali, si non fuerit id temporis in ætate legitima. nec debet capi ibi argumentum à contrario, quod non sumitur, quando tendit ad correctionem iurium. glo. singul. in verbo petere. in cap. cupientes. §. quòd si per viginti. de electio. in 6. Ias. & alij in l. 1. de offi. eius, &c. sed ibidem dicitur in tex. quòd aliã expectare debet, videlicet cuius erat capax tempore impetrationis, & sic tempus impetrationis inspicitur. Vide an possit hic nouus intellectus conuenire ad ea, quæ dicit Feli. in d. capitul. eam te. vbi tradit limitationes. vide Imol. in cle. si. de rescrip. & quę dico in forma mandati, infra glo. datum. *Nouus intellectus. c. ei cui. de præbẽ. in 6*

¶Et sic intelligerem sufficere tempore vacationis esse habilẽ, vt docet Bal. in d. c. cũ adeo. nu. 7. quando nominationes nõ erant omnino nullę, quia tũc quod ab initio vitiosũ est, nõ potest tractu tẽporis conualescere. ff. de reg. iur. l. quod in initio. & regula nõ firmatur illo tit. in 6. ideo si nõ tõsuratus, vel regularis impetrauerit nominationes ad secularia, vel aliàs inhabilis (de quibus in 4. limitatione. dixi in tractatu de pacifi. possesso.) licet postea efficiatur habilis, tamẽ nominationes non conualescũt. *Quando requiratur habilitas in nominato.*

quia erát nullæ,sed si nominationes nó erát nullæ,vtpote, quia impetrans tunc temporis cum impetrauit,nó erat cononicus ad effectum obtinendi dignitatem,vel non erat dispēsatus ad duo curata,& habebat vnú tépore impetrationis,vel non erat translatus,si tempore vacationis inueniatur habilis,& dispēsatus,sufficeret.probatur in capit.quod ;sicut.de electio.vbi electio,quæ erat facta nó vocato vno ex canonicis,& sic poterat annullari, si postea canonicus contemptus consentiat,valebit.glo.in.d.regula non firmatur.facit.l.per fundum.ibi,nouissima demú cessione superiores omnes confirmabuntur.ff.de seruitu.rust.prædio.& ibi Paulus & Floria.& Innocen.in c. cum cósuetudinis. de consuetu.Decius in d.l.quod in initio.& consil.214.in causa.col.1.& plenè Angel.in disputatio.incipiente vsurarius manifestus,non enim inspicitur tempus quo actus geritur,sed tépus quo effectus consumitur.§.furiosus,& ibi Angel.& Imol.insti. qui test.tuto.dari possunt.

Arrestum. ¶Et ita fuit iudicatum,& in méte curiæ retentum, Anno 1537. die.19.Februarij,inter F.Vincentium de la roche,& Aegidium quesuyn.Vbi etiam fuit approbata translatio facta tempore vacationis,licet non esset facta tempore nominationis,quanuis illud iudicatum dicat D.Probus,in.§.illi. de collat.in pragma. non videri posse systineri de iure.per tex.in c.beneficium.de regula.in 6.vbi beneficium vacat per professionem , ergo & per nominationes,quæ solú præbent ius ad rem, quod facilius perditur.adde tex.in cle.gratiæ.de rescript.sed quod ad me attinet ego iustissimum & sanctissimum existimo illud senatus decretum,& vt breui hanc comprehendam materiam facio sequentes casus.

Nominationes an per possessionem extinguãtur. ¶Primus est,nominationes clerici secularis concessæ ad secularia beneficia extinguuntur per professionem & sic intelligitur opinio Probi,quia non est post professionem habilis ad secularia,ideo suæ gratiæ renúciare videtur profitendo.d.cle.gratiæ. de rescript.c.si eo tempore.illo titul.in 6.& d.c.beneficium.

¶Secundus casus , nominationes clerici secularis ad beneficia quæcunque,nó extinguntur per professionem illius, per tex.in c.ei cui.de præben.in 6.secundum nouum intellectum,quia intelligi debēt de beneficiis,ad quæ habilis erit tempore vacationis,vt hic & superius dixi, nam hoc casu secularis non perderet beneficium regulare, si illud haberet , & profiteretur in monasterio,in quo beneficia habere possunt. doc.in d.c.beneficium.

sic

ſic nec amittet nominationes,quod probatur,nam religioſi nõ mendicantes poſſunt nominari,& illis beneficia cõferri in vim nominationum,vt hic patet,ergo ille non amittũtur per ingreſſum religionis,nam difficilius quis perdit,quàm conſequatur.l. patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.c.quemadmodũ. de iureiurand.vide quæ ſcripſi in tracta. nomina.in.q.vlt.in fi. facit.l.3.§.liberi.ff.de bonorum poſſe.contra tabul.ibi,hæc autem verba inſtitui non poſſunt,ad mortis tempora referuntur.

¶Tertius caſus,nominationes Clerici ſecularis conceſſæ ad regularia beneficia,vel regularis ad ſecularia , non valent.ca.ſi eo tempore.de reſcrip.in 6.c.cum de beneficio.de præben.ibidem, quia illi ad ea beneficia ſunt inhabiles. c.2. de ſtatu monacho. Ideo ſi poſtea ille ſecularis efficiatur regularis nominationes nõ reconualeſcẽt hoc caſu:quia ſemel fuerunt nullæ.l.qui res.§.aream.ff.de ſolutio.& hoc plenè probaui,& per iſta conciliantur opiniones contrariæ, quod eſt notãdum,etiam ſi diſpẽſatus ſecularis ad regularia nominationes impetrarẽt, eſſent nullæ per hunc tex.circa finem.Idem in mandatariis, dixi in.§.declarantes.in verb.comprehenſa.de manda.apoſtol.infra.

¶Et quid ſi tempore impetrationis nominationũ beneficium poſſeſſum non valebat ducentos aureos, ſi poſtea plus,minúſve valuerit,vide Barb.in c.ad aures.nu. 42.&.c.in noſtra. nu.133. de reſcrip. Soci.conſi.81. non eſt dubium. in 3.volu.& quæ dico in dicto tractatu nomina.q.9.& quando quis debeat eſſe habilis,tradit Feli.in c.cũ dilectus. de accuſa.& in c. poſt ceſsionem.col.2.de probatio.

¶Et per iſtum tex.patet nominatum & graduatũ debere ſaltẽ tempore vacationis beneficij eſſe habilem, aliàs beneficiũ obtinere non poteſt.Et ideo ſi is habebat beneficium curatum, vel aliud incompatibile, cum ſit inhabilis ad aliud incompatibile, non poterit ſimile requirere, vel acceptare ſine diſpenſatione. Nec poteſt poſt vacationẽ obtineri diſpẽſatio quo ad iſtud beneficium,ſed debetur iuniori nominato,qui aliud non habebat beneficium.vt dixi in glo.non poſsit.infra eod.tum quia is,qui habet vnum beneficium,non eſt idoneus ad aliud incompatibile.c.is cui.de præb.in 6.tũ quia nominationes ſimiles ſunt gratiæ in forma pauperum,quæ expirãt per adeptionem beneficij. c.ſi pauper.de præben.in 6.Saltem vt non poſsit de incompatibili prouideri ei,qui aliud habet,nec duo ſpecialia videtur velle inducere iſte tex.videlicet,vt eis prouideatur p nominationes,

Graduatus habens beneficiũ non poteſt aliud incompatibile habere.

& de duobus sine dispensatione, arg.l.1. C.de dotis promissio. facit. §.teneantur.supra eod.ibi,& eo anno quo præfatam insinuationem facere omiserint, beneficium in vim gradus, aut nominationis petere nō possint. Ergo si nominatus insinuauerit, potest petere beneficium in vim nominationis, nō beneficia.& in versi.seq.idem dicitur semper in singulari, ad denotandum, quòd non potest plura acceptare incompatibilia, quia hęc pluralitas est maximè odiosa.c.quia intantum. de præb. Item prius debet satisfieri illis, quibus non est prouisum, quàm aliis, quibus est prouisum de incompatibili.§.ita tamen.de collatio.in pragma.maximè si sequamur rationes concordatorum, quamobrem nominationes inuentæ sunt, quas scripsi in tracta.nominatio. quæst.3.

¶ Nec refragatur quòd per adeptionem pacificam secundi vacabit primum.c.de multa.de præben.extra.execrabilis.Ioan.22. eo.titul. Respon.hoc esse verum, quando episcopus ille contulisset, nam tunc dicerem collationem non esse nullam, sed episcopus non tenetur ei conferre, qui est inhabilis, nec superior iure deuoluto.per.§.si quis verò.supra eodem.quod probat.c.ordinarij.de offic.ordinar.in 6.

¶ Nec me mouet, quòd nominatus possit protestari se dimissurum primum post adeptionem secūdi. Respon.nō sufficere protestationem, quæ non facit eum habilem ad secundum, nisi de facto primum dimittat, quia non sufficiunt verba, quādo est opus facto.vt in hoc casu.gl.in cle.gratiæ.in verb. renunciare.de rescriptis. Nec obest quòd si nominatus dimittat illud.quod habet, fortè non consequetur secūdum pinguius, & carebit etiam primo. Respon.Imò non carebit primo, quia si dimiserit primū sub protestatione, quod dimittit illud, si secūdum obtinere possit, non aliter, nec aliàs, tunc si non possit obtinere secūdum, reuertetur ad primum suum dimissum. per.c. si beneficia. de præbend.in 6.Nec est opus quòd nominatus resignet suū primum beneficium, sed quòd dimittat, vt ibi dicitur. Alioqui fortè haberet locum.l.quæritur.§.si venditor. ff. de edili. edict. & cap. quam periculosum.7.quæst.1.& hoc beneficium dimissum conferetur iuniori nominato,& sic nulli fiet præiudicium, quod fieret, si aliter diceretur, & non prouideretur graduatis singulis, vt est de mente concordatorum, sed si qualificatus velit obtinere secundum compatibile cum primo, tunc episcopus teneretur ei, vel collator ordinarius prouidere vsque ad summam hic

Dimittere debet nominatus beneficium si aliud incōpatibile petiet.

ta-

taxatam, vel superior iure deuoluto, sed de altero incompatibili non sine dispensatione, quòd est æquum, & rationabile, & sic tenendum. licet contrarium seruetur.

a ¶ *Obtineat*] Quocunque modo, siue ea obtineat ratione nominationum, gradus, mandati, permutationis, vel per resignationem, seu alio modo, cum

duas obtineat [a] præbendas

hic text. loquatur simpliciter. & quia eadem ratio habet locum quomodocunque obtineat beneficia vsque ad summam ducentorum florenorum, quia non est pauper, & nominationes inuentæ sunt, vt pauperibus prouideatur, vt dixi in tractat. nomina. quæstio. 3. etiam si haberet beneficia ex præsentatione patroni laici eadem ratione, licet laicus non possit grauari nominationibus, vt habetur in §. præfatíque ordinarij. supra eod. Sed hic excluditur repletus ducentis florenis auri de camera.

¶ Quæro si quis habebat nominationes, & per resignationem, vel alio iure acquisiuit beneficia vsque ad hanc summam, quæ tamen beneficia resignauit, an suis vti possit nominationibus? Respon. secundum ea quæ præponerentur posse, tum quia pauper est, tum etiam quia nemini facit iniuriam, qui suo iure vtitur. l. fluminum. ff. de damno infect. & nullus dolo videtur facere, qui suo iure vtitur. regula nullus. ff. de regul. iur. licet enim sacerdoti patrimonium suum relinquere suis consanguineis, & illis donare, & viuere de redditibus ecclesiæ. cap. postulasti. vbi docto. de rescript. & in cap. cum secundum. de præbend. sic liberum est ei, qui habuit beneficia in vim forte mandati, aut aliàs quàm per nominationes, & gradus, ea resignare, & vti suis postea nominationibus. Quia hic text. excludit eos, qui obtinent, ergo alios non argu. l. cum prætor. ff. de iudic. cap. nonne. de præsumptio. alioqui studium suum esset ei nocumento, si non posset sui vti nominationibus, & omnibus nominatis non repletis debet prouideri iuxta. §. statuimus. supra eodem. Nec est eadem ratio quando habuit aliàs quàm per gradum, aut nominationem, quia non nocuit tunc qualificatis: sed si habuerit semel in vim gradus, aut nominationis, nocet aliis nominatis, quando ea resignat, & vult vt interim sibi prouideatur, nocet enim alteri qualificato post se venienti, etiam posset fieri fraus, quando aliquis obtinet in vim nominationum, vel gradus, beneficia,

Resignans beneficia quãdo suis vti possit nominationibus.

& ea resignare posset. quia collatoris nepos, vel productor illius omnia beneficia sic haberet,& postea resignaret, ideo malitiis est obuiandum.c. sedes de rescript. quæ fraus cessat quando alio iure habuit,quanuis D. Philippus Probus teneat contrarium in §.Item quod vniuersitates.in verb.numerum.de colla.in pragma.

obtinere quãdo quis dicatur.

¶Item quæro quando quis obtinere dicatur? Respon.per requisitionem, collationem, & acceptationem factam. Archi. in ca.si gratiose.de rescript.in 6.dixi in glo.obtinet in forma manda.& sic per verbum obtineat, requiritur quòd nominatus vere habeat,& cum effectu.l.nomen.§.fi.& l.habere.ff.de verb.signi.scripsi in gl.habentem.§.1.de máda.infra.vel per eum stet, quominus habeat.c.cómissa.de elec.in 6.l.quod te.ff.si certum peta.nam qui potest redimere rem,& hoc non facit, non caret culpa.l.3.ff.depos.si igitur potest primum habere, non debet ei adiudicari secundum.

Stare quãdo dicatur per noĩatũ quominus habeat.

¶Stare autem dicitur per nominatum & graduatum, quando post collationem sibi factam,& requisitam, illud nó prosequitur,nam vix est vt non videatur renunciare, qui patitur vsucapi,& non petit intra annum in possessorio, vel intra triennium in petiorio. l.alienationis.ff.de verb.signi.

¶Item stare videtur per nominatum, quominus habeat, si vel expressè renunciauerit, quia tunc censetur per alium obtinere, & paria sunt obtinere sibi,vel alij.l.1.§.videor.ff.de vi & vi arma.& peruenisse ad te rectè dicitur,quod per te ad alium peruenerit.l.peruenisse.ff.de verb.signi.& l.2.§.peruenisse.de hæredi. vel actio.vend.

¶Idem si tacitè renunciauerit,vel non prosequédo,vt dixi. vel si cóposuerit,& cópromiserit cum parte, & receperit fortè pensionem viginti aureorú ex beneficio ducentorú aureorum,nam respiciemus valorem beneficij,non vero pensionem, quam habet,per.l.si dictum. §.si compromisero. ff.de euictio. & sic erit suis exclusus nominationibus is, qui ita pensionem receperit, si beneficium tanti erat,quod ad exclusionem erat sufficiens.

Quæ cõputẽtur nominato et graduato.

¶Item beneficia pacificè possessa nominato computátur, non vero litigiosa,quia ea non obtinet, quod hic requirit tex. ideo poterit requirere & acceptare nominatus multa beneficia, donec ei fuerit pacificè prouisum vsque ad ducentos florenos auri de camera,per hunc.§.volumus. scripsi in quæst. vltima tracta.nomi.

¶Item

¶Item non computatur beneficiũ, quod nominatus requisiuit sibi conferri, sed tamen nullam collationem habuit, quia eo casu no obtinet, nec obtinere potest sine collatione, & post requisitionem forte vidit beneficium resignatum, ob id noluit collationem obtinere, vnde qui nõ habet actionem, non videtur habere rem, sed contra. l. qui actionem. ff. de reg. iur. & qui collationem non habet nõ habet actionem, ergo peruenisse ad eum non videtur, nec per eum stare. l. 2. §. peruenisse. ff. de hæreredi. vel actio. vendi. nec dicitur quis obtinere ante collationem, nec petititio ei debet imputari, ac si collationẽ obtinuisset. & quia hic §. dicit si quis obtineat fructus, vel redditus, quos iste qui requisiuit, vel eius procurator, non obtinet, ergo, &c. *Requisitio nominati an cõputetur ad repletionem.*

¶Item nõ computatur, si victus fuerit per primam sententiam etiam in possessorio, quia non obtinet, nec per se stat quominus obtineat, nec ab illa sententia appellare tenetur. l. propter. §. fin. ff. ad senatusconsul. silla. & si appellauerit, & non prosecutus fuerit appellationem. non potest ei obiici ad repletionem, postquam semel victus fuit, quod est verum, si victus fuerit post exhibitionem titulorum, & prosecutionem, secus si per collusionem. l. 1. ff. de collusio. detegend. Et colludere dicitur nominatus, qui nõ producit literas tonsuræ, vel alias, seu alio modo de industria vincitur, & ex suo consensu, & illud beneficium ei computatur, ac si obtinuisset, quia per eum stetit quominus haberet: ideo nunc videri debent acta, & sententia, quæ si referat literas, & quas, quo ad hoc probabit. Barto. & alij in authen. si quis in aliquo. in fin. C. de edend. vbi plenè docto. non tenetur tamen sententiam expectare, si notorium esset beneficium sibi non deberi, quia debet bonam fidem agnoscere. l. quotiens. §. denique. ff. de administra. tuto. sic docet Oldra. consil. 304. infrascriptæ. nume. 8. colum. 3. licet tutius sit expectare sententiam. gloss. in §. item quod ad dictas. in verb. nominatorum. de colla. in prag. facit gloss. in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. & hoc consulo, ne postea obiiciatur ipsi illius beneficij acceptatio, & collatio, & sic repletio. *Victus non excluditur.* *Colludere quando dicatur.*

¶Idem dicerem, si collator contulerit beneficium nominato non requirenti, nec acceptanti. quia ante acceptationem non dicitur suum. cap. si tibi absenti de præbend. in 6. Ideo nominatus simul atque scit sibi esse collatum, si ei obiiciatur, potest se tueri, quod nõ acceptauit, nec acceptat, sed si illud resignaue- *Requisitio & collatio nominati probari debet.*

sigillũ.c.significauit.de appel.arcam communẽ.l.1.ff.quod cuiusque vniuer.nomine.tractatum communem.c.tertio loco.de proba.Feli in c.attendentes.col.1.de præscrip.Barb.alia tradit, cõ.17.præclare.col.3.in 1.vol. Et hoc in dubio.vbi vero ex fundatione,consuetudine, vel priuilegio constat ecclesiam esse collegiatam, vel nõ,illi standũ est dictis qualitatibus circũscriptis. Nicol. Milius in repertorio,in verbo ecclesia collegiata. Anchara. in cle. 2. notab.1.de æta.& qualita. Et hæc quandoque dicitur conuentalis de iure, licet non de consuetudine, quia ex communi vsu loquendi conuentalis dicitur ecclesia religiosorum. Panor. in c. edoceri.&.c.capitulum de rescrip.c.cum ecclesia sutrina.de cau. posses.c.nobis. de iure patro. vide gloss. in c.1.§. sed quod per electiones.in verb.collegiatis de elect.in prag.

alia, beneficiũ [a] seu beneficia

¶ Et intellige secundum quosdam nominatum excludi à suis nominationibus, etiam si illæ præbendæ non essent ducentorum florenorum,quod raro euenit per gloss. in prag.in verbo duas.§.quod si quis ex dictis, quòd reprobo in tract.nominationum.q.vlt.per hunc tex.dicentẽ,quorũ insimul, vel cuius fructus &c. Et per hoc verbum ibi tempore residentiæ,quia beneficia curata,etiam si quis non resideat dato vicario,tantum ferè valent quantum si resideat: ideo intelligitur de residentia in prębenda facienda.

¶ Præterea suadetur ex tex. horis diuinis interessendo. nam in ecclesia collegiata, si quis vult recipere fructus præbendæ, debet interesse horis diuinis,alioqui distributiones non habet. c. vno de cleric.non residen.in 6.& sic conuenit præbẽdis. Probat etiam tex.interessendo.& quia text.taxauit ad ducentos florenos, vt viri literati possint cõmodè ex eis redditibus viuere, quod non possent,si haberent duas præbendas, non ascendentes ad dictam summam. Ideo si nominatus habeat duas præbendas, quæ non ascendant ad summam hic taxatam, poterit adhuc nominationibus vti,& idẽ in graduato intellige suadente eadem ratione.

a ¶[*Beneficium*] Non dicit hic text. quòd obtinere debeat fructus,sufficit ergo si obtineat beneficij titulũ, licet fructus primi anni reciperentur per episcopum,vel alium.iuxta.c. si propter. de rescrip.in 6.c.præsenti.de officio ordina.ibidem, tum quia obtinet beneficium, vt hic,tum etiam, quia illa beneficia ascen

dunt vſque ad ſummam ducentorum florenorum.quod etiam hic ſufficit,ad hæc,quia non reſidendo in præbenda, non recipit fructus,nec diſtributiones quotidianas.c.vno. de cleri.non reſiden.in 6.& tamẽ ſi quis, habeat duas præbendas,vel vnam, & aſcendat vſque ad ſummam ducẽtorum florenorum auri de camera,ſi non reſideat,& ſic nullos fructus recipiat,tamen non poteſt iſti prouideri vlterius in vim nominationum, vel gradus, à fortiori quando habet beneficium, cuius fructus recipiet poſt vnum annum, vel duos: quia tunc non poterit impetrare nominationes, vel eis vti,& acceptare beneficium,ſeu beneficia in vim earum.

¶ Nec obſtat c.ſi tibi conceſſo.de præb.in 6.vbi non vacat primum beneficium per adeptionem ſecundi,cuius fructus alius recipit, quia verum eſt quãtum ad perceptionem fructuum ipſius primi beneficij,vacat tamen quantum ad hoc,vt poſtquam poſſeſsionem pacificam adminiſtrationis ſecundi beneficij habuerit debito tempore conferatur,aliàs habebit locum Lateranen. concilium.c. nulla.de conceſſ. præben. Henric. Bohic. in c.de multa.col.tertia.in 2.diſt.de præb.& ſic nihil facit contra hunc textum.vide glo.in verbo petere,in fi.§.teneatur.ſupra eo.

Omnes fructus beneficij non poſſunt recipi ab habente priuilegiũ.

¶ Nota tamen perpetuò non valere priuilegium, ſtatutum vel conſuetudinem , vt archidiaconus , vel alius beneficij recipiat fructus omnes , quia debet reſeruari dimidia pars fructuum,vel pars quæ deſcribitur in extrauag.ſuſcepti.de elect. in extra. Io. 22.& in extra.vna.Ne ſede vacante,in communibus.Et ideo ſolet appellari à notario abuſu ad ſenatum, ſi maiorem penſionẽ velint eximere , qui hoc ſolet reformare , niſi illa portio ſit illi ſufficiens ad victum, vt commodè viuere poſſit, alioqui cũ beneficio quis fame periret.Imo hoc anno 1550.& die 22.Maij,in magna camera fuit iudicatum contra archidiaconum Vandomien . & condemnatus fuit ad reſtitutionem fructuum , quos perceperat poſt ſententiam recredentiæ,licet cauſaretur ſibi fructus deberi ab his,qui non ſunt promoti, ſed quis non tenetur promoueri,niſi habeat pacificam poſſeſſionem,ob id archidiaconus, vel alius, non poteſt recipere poſt recredentiam fructus per non promotionem,c.commiſſa.vbi glo.de elect. in 6.alioqui ſententia recredentiæ nil prodeſſet,& eſſet illuſoria.contra, l.ſi prætor.ff.de iudic.fuit inſuper damnatus ad intereſſe, damna & expenſas, & bonũ eſt, quod iſti fructuum beneficij vſurpatores ſeu prædones caſtigentur.

Arreſtum. Archidiaconus poſt recredentiam fructus nõ percipiat.

¶ Item

¶Item si post requisitionem & acceptationem primi beneficij vacet aliud, poterit nominatus si dubitet primum sibi non deberi secundum requirere, cum protestatione, quod si consequatur primum non intendit secundum prosequi, aliàs sic Nicola. Milius in reperto. in verbo acceptatio. 1. Archid. in cap. relatio. in fi. 21. q. 1. quod etiam procedit in mandatario.

quorum insimul, vel cuius fructus [a] redditus [b] &

¶ Et habito primo beneficio, sufficit mandatario vel nominato exprimere verbo se dimittere secundum beneficium: & nó requiritur expressa renuntiatio, cum non habeat nisi ius ad rem, quod sufficit verbo dimittere, vel facto. cle. gratiæ de rescript. glos. in c. ex ore. de his quæ fiunt à maior. parte. ca. sic consuluit Calder. consi. 5. An si impetrans. rub. de renuntiatio. Et hanc dimissionem oportet probare, vt supra dixi, si tamen eodem die nominato conferrentur duo beneficia, & ipse acceptauit, minus, vt posset postea maius habere, vtpote primum erat quingentarum librarum, vel ducentorum ducatorum, alterum centum. dico hoc non posse fieri, quia primo collatum prius debet acceptare. alioqui computabitur secúdú acceptatú, vt nó possit postea aliud habere, licet illud minus non excedat summã, aliàs fieret fraus, quę excludéda est. c. sedes. de rescript. & alias scripsi. *Dimittere quomodo nominatus teneatur.*

a ¶*Fructus*] Qui dicuntur deductis expensis. l. 1. C. de fructi. & litium expens. cap. ad nostram. de iureiurand. Barba. in cap. cum contra. col. 2. de pigno. & etiam possunt dici, qui supersunt deducto labore personæ. glo. vlt. l. per diuersas. C. manda. emolumenta etiam dicuntur deductis sumptibus. clem. statutum. de elec. no. Ancha. in c. si propter. de rescript. in 6. nisi in decimis. c. pastoralis. vbi glo. & doc. de deci. Et sic licet qualificatus haberet quingentas libras in beneficiis, deductis tamen oneribus, nó habet quadringentas, poterit nominationes impetrare, & impetratis vti per prædicta, quod est notandum. sic dixi in tract. nomina. q. 9. nu. 35. non tamen ponderaui hoc verbú. vide in l. frugem. ff. de verb. signi. vbi dicit glo. ꝙ omnis fructus est redditus, & ibi dixi glo. & docto. in clę. 1. de reb. eccle. non alienan. vide Ancha. in c. pastoralis. q. 1. de deci. & Bal. nouellum. in tracta. de dote. in 6. parte. 75. priuilegio ante matrimonium. glo. in extra. suscepti. de electio. in extrauag. Ioan. 22. in verb. fructus. *Fruct⁹ qui dicãtur & emolumenta.*

b ¶*Redditus*] Cuius appellatione omnes fructus continentur. glo. & doct. in cap. generali. de electio. in 6. & eo dicitur, quòd *Quid appellatione redditus veniat.*

singulis annis redeat,non retro datus,vt tradit Bar.in l. filio.ff. de liber.& posthu. & est nomen gneralius, quàm fructus,quia omnes fructus consistunt in redditu,sed non è contrario, nam partus ancillarum est in redditu.l.Paulus.§.hæres.ff.de vsur.sed non est in fructu.l.in pecudum.ibidem.§.in pecudum.instit.de rerum diuisio.Specul.in titul.de locato. §.1.versicul. illud autem. Corset.in repeti. ca. grandi. numer. 86.de supplend. negligent.prælato.in sexto. Et annui redditus ad longum tempus, vel perpetui inter immobilia computantur, alioqui inter mobilia.cle.exiui.§.cúmque annui.de verbo.signifi. Bar.in l.iubemus nulli.in fine princip.C.de sacrosanct.eccles. Alexand. in l.mouentium.ff.de verbo.signifi.Chassa.in consuetu.Burgund. in rubri. *des rachaptz.* §.1.in princ.Et de his redditibus tradit abundè Conrad.in tracta.de contractibus.quæst.72.& redditus est genus generalissimum: genus verò subalternum fructus,genus inferius fruges dicit Albert.in l.frugem.ff.de verbo. signifi. vbi fusius scripsi.

prouentus [a] tempore residentiæ, & horis diuinis interessendo, ad summam ducentorum

Qui sint prouentus. a ¶[*Prouentus*] Est nomen magis generale, quàm duo proxima, nam comprehendit fructus & redditus. allegatur. l. vsufructu legato. ff.de vsufruct. quæ redditus & obuentiones exprimit, sed adduco tex. in l.annonam. ibi, vberes prouentus. ff. de extraordin.crimi.Lucam de penna in l.litibus,colum.7. versicul. hæc de redditibus.C.de agricol.& censi. lib.11. ea enim quæ de mulctis,& iurisdictione,ac alias vndecunque proueniunt prouentus dicuntur, seu obuentiones. Boer. in decisio. Burdega. quæst.224.abbas. Innocen.in cap. pastoralis. colum. 2. de donat. cap. vno. vt eccle. beneficia. quasi velit dicere hic textus quod siue nominatus habeat ducentos florenos in fructibus beneficij, siue in redditibus, vt in syluis, cæduis & viuariis,siue in aliis prouentibus beneficij, etiam si in pensione consisterent, quod tunc beneficium petere in vim nominationis, vel gradus, non poterit,nec consequi, vt dico in q. vlti. tractatu nominationum, differentiam inter fructus emolumentum & lucrum tradit Imol.in ca. si hæredes.colum.1.de testa.nec obstat quòd si redditus sit genus generalissimum, ergo prouentus non potest esse magis generale, quia respondeo in d.l. frugem. de verbo.signifi.

a ¶[*Floreno-*

a ¶[*Florenorum auri*] Floreni dicuntur à flore lilij illis impresso, & quòd à florentinis primo percussi fuerint, vt asserit Gomes. in regula cancel. de valore exprimend. vbi dicit etiam florenum solidum, & ducatum eiusdem valoris esse. Allegando. Albert. Brun. in tracta. monetarum, quod not. est ad intellectum huius textus, & ad exclusionem graduatorum & qualificatorum, vt nisi habeant beneficia, cuius fructus ascendant ad ducentos

Floreni quã dicãtur, & nominati quãdo suis exclusi sint nominationibus.

florenorum a auri de camera ascẽderẽt, beneficiũ in vim gradus b, seu nominationis huius-

ducatos de camera nominationes impetrare possint, & illis vti. Et qui dicit illos habere vsque ad prædictam quantitatem, probare hoc habet, & non nominatus. li. 2. ff. de prob. Et idem, si quis dicat illum nominatum habere aliud beneficium, probare enim debet actor suam intentionem. l. actor. C. de probat. doctõ. in l. 2. & l. qui accusare. C. de edend.

b ¶[*In vim gradus*] Non prohibetur ergo hic obtinere in vim mandati, vel per nouam prouisionem, vel si alio modo sibi canonicè conferatur, quia postquam de vno negat, de alio concedere videtur. c. qualis. 25. dist. glo. in c. de multa. de præb. Imò si habens beneficia vsque ad hanc summam in vim gradus, vel nominationis, beneficium non peteret, sed eidem conferretur per ordinarium, non vacaret ipso iure, si esset compatibile cum primo, quia multa tenent facta quæ prohibentur fieri. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & etiam quia hic non annullatur collatio illi facta, nec fit incapax ad illud beneficium ipso iure, si nullus alius nominatus aut graduatus prosequatur. In hoc ergo casu posset alius nominatus illum beneficium requirere à collatore, & prosequi, quia postquam nõ debetur isti nominato, ergo alteri debebitur, qui sit debitæ qualitatis, per ea quæ notantur in clemen. vna de supplen. negli. præla.

¶ Nec posset iste, cui est facta talis collatio, resignare hoc beneficium in præiudiciũ illius nominati, aut graduati requirẽti, nec plus iuris transferre, q̃ habeat. l. traditio. ff. de acqui. rerũ domi. Bar. in l. si vniuersæ. C. de lega. quia si iste qui habet ducentos florenos, non potest illud in vim nominationũ consequi pro se, ergo etiã nec pro alio, quia hic totũ negat, ꝙ nullo modo possit cõsequi, alio prosequẽte beneficiũ in vim nominationũ cõsequeretur, si ex iure resignato alius haberet, gaudeat ergo ĩ sinu.

¶ An possit papa iure præuentionis isti conferre vltra dictam

summam? videtur quòd sic, & hoc patet in rub. sequen. in verbo quomodocunque. quod an sit verum, ibi examinabitur. Prohibetur tamē ab ordinario isti conferri, tam in vim gradus quàm nominationis, & etiam in vim vtriusque. in l. certi condictio. §. 1. ff. si certum peta. & no. docto. in l. 2. de verbo. obligat. vbi sub simplicibus continetur mixtum.

modi tunc petere [a], seu consequi

Acceptatū beneficiū, aurepletus prosequi posśit.

a ¶ *Petere seu consequi*] Et sic argumentum sumendo à contrario, quod est in iure frequentissimum. l. 1. ff. de offi. eius. & c. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla. non prohibetur nominatus prosequi illud beneficium, quod iam acceptauerat, etiam postquam est repletus, quia tantum prohibetur petere, seu consequi postquam obtinuit beneficium vsque ad ducentos florenos, sed prosequi illud in quo ius antea habebat, non prohibetur, quod probat etiam hic tex. dicens, si tempore vacationis habebat beneficia vsque ad ducentos ducatos, non poterit petere beneficium, ergo iam habitum prosequi non prohibetur.

¶ Vnde si nominatus vel graduatus in vim nominationū, vel gradus, acceptauerit beneficium primum, super quo sibi lis mouetur, & postea ei confertur aliud, quod pacificè obtinet, vel acceptauit secundum, & obtinuit, non prohibetur primum acceptatum prosequi, eo quòd tempore vacationis illud non habebat, & fuit primum quod acceptauit. vnde multa prohibentur fieri, quæ facta tenent. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iuris. & factum legitimum non retractatur, etiam si peruenerit ad casum, à quo incipere non potuit. per regul. iuris.

¶ Etiam quòd nostrum est, sine facto nostro à nobis auelli non potest. l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. sed istud beneficium erat acceptatum tempore adeptionis secundi, ergo non potest à nominato auferri, sine illius resignatione, & facto.

¶ Item ponderanda est dictio obtineat, vbi si nominatus obtineat, non potest secundum consequi, sed non obtinebat tempore acceptationis primi beneficij, ergo valuit collatio primi, vt in glo. obtineat. supra dixi. igitur illud primum prosequi poterit post adeptionem secundi.

¶ Præterea non inducitur priuatio, nisi in iure sit expressa. text. iuncta glo. in c. fi. de iure patro. nec est aliqua lex tale quid dicens. §. sin autem. in auth. de non eligendo, secundo nub. coll. 1. & nominati & graduati essent deterioris conditionis, quàm mandatarij & alij.

¶ Nec

¶ Nec refragatur tex. in cle.gratiæ. de rescrip. quia ille tex.loquitur de gratia, quæ ad vnum tãtum beneficium competebat: Ideo vno adepto incõpatibili gratia expirat, quo ad aliud incompatibile habendum, quia gratiæ suæ renunciare videtur, cũ duo incõpatibilia obtinere nõ possit, & ius præsumit, quod nõ relinquet beneficium pacificum pro gratia sua, nec dimittet certũ pro incerto, secus est in nominationibus, quæ nõ solùm dátur ad vnũ beneficium, sed plura donec fructus ad ducentos ducatos ascendant, etiam in nominationibus non posset nominatus sine dispensatione aliud obtinere curatũ, & aliàs incõpatibile, vt dixi. *Intellectus ad cle.gratiæ.*

non possit. [a] Et insu-

¶ Nec obest.c.si pauper. de præb.in 6. quia loquitur in gratia in forma pauperum, quæ cessat & extinguitur per adeptionem pacifici beneficij, quia is non est pauper, qui vnum habet, diuersum est in nominationibus, quæ non extinguntur per vnum beneficium, si non sit valoris ducentorum florenorum auri de camera, & sic in omnibus nominationes non sunt similes gratiis in forma pauperum, etiam si habens istam gratiam acceptasset beneficium in vim illius, licet postea obtineret aliud compatibile, non extingueretur ius iam acceptatum.

¶ Item ibi non potest is, qui est adeptus beneficium, acceptare aliud in vim suæ gratiæ, nec nominatus, qui est adeptus beneficium ducentorum ducatorum poterit petere, & consequi aliud in vim nonminationum, sed illud quod est consecutum, retinere potest, & sic ius quod obtinuit per collationem non amittit, nec me mouet quod consequitur postea, certè de facto & cum effectu, sed de iure est consecutus per collationem & acceptationem, vt suum dici possit. cap.si tibi absenti. de præbend. in 6.& qui habet actionem ad rem, ipsam rem habere videtur. l. qui actionem. ff.de reg.iur.

¶ Nec me conturbat, quia sic nominatus primus fraudem faceret prosequendo secundum, & fraudibus est obuiandum. l.in fundo. ff. de rei vend. respon. nulla in hoc fieri potest fraus, si opponatur à parte, nam si antiquior prosequatur secundum, opponi contra eum potest repletio, & quod obtinuit vnum vsque ad summam prædictam, vnde iudex secundo nominato adiudicabit secundum, si antiquior non probauerit se succubuisse super primo, vel ei non fuisse debitum, quia resignatũ, & sic fraus cessabit, & ista sunt notanda.

a ¶ *Non possit*] Ergo antequam eidẽ sit prouisum vsque ad sum-

mam ducentorum florenorum auri de camera, poterit nominatus & graduatus petere,& consequi beneficium compatibile cum primo. licet prius haberet vnum vel plura per hunc tex. & per c.quanuis primum. & ibi docto.de præbend. in 6.non poterit tamen alterum incompatibile petere,nec consequi,non habita prius dispensatione.c. ordinarij.§. 1.de off. ordin. in 6. & si facta acceptatione secũdi imcompatibilis obtineret dispensationem, non efficeretur habilis in

per quod tam graduati simplices quàm nominati beneficia in mensibus eis assignatis vacantia petere & consequi possint secundum propriæ personæ condecentiam [a]

præiudicium alterius.c.quanuis. de rescrip.in 6. quia dispensatio vt nunc valet, non vt tunc. Præpo.& alij in legitimatione in c.per venerabilem.qui filij sint legiti.vide quæ scripsi in tracta.nomina.q.15.nume.34.& supra in verbo vacationis.

a ¶[*Condecentiam*] Etiam si in nominationibus religiosi non exprimeretur ad beneficia regularia, vel illius ordinis, quia verba in nominationibus posita debent intelligi secundum qualitatem personæ,ad quam referuntur.c. cum de beneficio.de præb. in 6.c.possessiones.& ibi Barb.& alij.de reb.eccle. non alien.l. plenum. §. æquitij.ff. de vsu & habi. & ibi addidi alia ad hanc rem facientia . Et priuilegium censetur concessum secundum qualitatem personæ, cui conceditur.l.ex militari.ff.de testa.milita. & ibi Bald.& facit dictum Ioan.Monach.in c.cum aliquibus.de rescript.in 6.

Religiosus an debeat esse pfessus ante nominationes.

¶ An requiratur quòd sit expressè professus antequam impetret nominationes, vel antequam in vim illarum prouideatur? Responde sufficere esse professum tempore vacationis,per hũc tex. & sufficiet etiam tacita professio,quia in electionibus est statutum,vt quis debeat esse expressè professus.ca.nullus.de elect. in 6.& in prioratibus & administrationibus.in cle.1.de statu monach. & ideo posset fieri collatio illi , statim post suam professionem.Fed.consi.258.factum tale est,quidam abbas,&c.

¶ In mandatis apostolicis declaratur per legem regni,quod nõ debent cõcedi religiosis nisi professis,in ordinatio. regiis.rubr. *des mandatz*, arti.6. & idem in nominationibus seruatur in hoc regno,vt ante professionem expressam nulli de beneficio prouideatur. An in collationibus vel prouisionibus,seu postulationibus

nibus habeat locum dictum.c.nullus.vide Io. And.Panormita. & alios in c.2.de testa.& not.in cle.1.de electio. Ioan.de Selua, in tracta.de beneficio.in 3.parte.quęst.51.decidentes quod non sed contrarium seruatur in Francia. An sufficiat quòd tempore vacationis sit regularis,vel secularis,vt qualitas beneficij expo-

& conformitatem [a],videlicet se- scit,vide Felinum in c. eam te. colum.vltima. de rescript. post. glos.in verbo religiosis. in §.illi verò eodem titu.in pragmati.& dominum Probum in additio.ad Ioannem Monachum,in ca.eum qui.de præb.in 6.pulchrè Bald.in cons. 492.Petrus de Fessa,in 1.volumine.

a ¶ *Et conformitatem*] Conformitas & condecentia est,vt religiosis sancti Augustini prouideatur de beneficiis illius ordinis & religionis,& religiosis sancti Benedicti,de beneficiis illius ordinis & in ecclesiis vbi monachi gererent habitum nigrum,decet prouideri aliis deferentibus nigrum habitum & similem,vbi est habitus albus, prouideatur ex decentia habentibus album habitum.c.deus qui.de vit. & honesta.cleri. Nam dicitur, Non arabis in boue simul & asino , id est homines diuersæ professionis in vno officio simul non sociabis. Deutero.22.&.ca.in nona.16.q.7.facit canon.vt lex.27.q.1.cle.ne in agro. §.1.de statu monacho. Deficientibus tamen monachis nigris possent conferri beneficia illius ordinis monachis albis vel canonicis, quia isti in iure æquiparantur.c.quod dei timorem.de statu monach. glo.in c.cum singula.§.fi.de præben.in 6. & quia istæ religiones conueniunt omnes in tribus substantialibus regulæ,de quibus.in c.cum ad monasterium.de statu monachorum.& ista diuersitas facit potius religiones differre in qualitate accidentali, quàm in substantia.text.& ibi Barba.not.in cle.1. de elect.vide Domi.in consi.41.pro clariori.& tex.in c.nullus.61.dist.glo.in c.possessiones. de reb.eccle.nō alien.Et de prælatione & præeminentia inter monachos sancti Benedicti,& canonicos sancti Augustini,tradit plenè Ioan.Baptista in suis consiliis sacro.collegiorum Bono.Paduæ & Ferra.per totum.

Religioso quomodo per nominationes prouideri possit.

¶ Et an deficientibus nominatis vel graduatis regularibus possint beneficia regularia vacantia in mensibus eis deputatis istis secularibus conferri,quod non,probatur in hoc tex & in c.cum de beneficio.de præben.in 6.vbi status beneficij non potest immutari,nisi omnino deficerēt religiosi,tūc secularibus dari possent,& requireretur quòd essent qualificati.per tex.& ibi no. in

Deficientibus nominatis regularibus,an secul tribus cōferri possint benefi cia regularis.

cle.1.de rebus eccle.non alienand.quia necessitas non habet legem.c.si quis propter.de fur.l.vna.ff.de officio consul.& necessitas facit licitum, quod aliàs non esset.l.2.§. cúm in eodem. & ibi glos.ff.ad legem rhod.de iact.&c.c.dilectissimis.12.q.1.Petrus gerard.singulari vltimo. vide tex.in c.inter quatuor. de religio. domi.Decium in c.cum M.c. cum in cunctis. in si.princ. de electio. post Imol.in cle. vna.l. 3. de suppl. negli. præla. q.6. Ioan. Dayma in procemio supra in verbo ven dicabant.fo.71.

culares secularia, & religiosi regularia [a] beneficia ecclesiastica, ita quòd secularis nominatus beneficia regularia in mẽsibus deputatis vacãtia prętextu cuiusuis

¶ Et tunc prodesset papæ dispensatio secularibus concessa ad regularia, aliàs non valet in præiudicium nominatorum, vt inferius dicit text.prætextu cuiusuis dispensationis.

Quæ dicantur regularia, vel secularia, aut solita regi per seculares.

a ¶ *Regularia*] Dicuntur illa de quibus in fundatione dictum extitit, vt per religiosos regerentur, vel quæ consueuerũt per eos regi.glo.in §.idem ordo.in verbo regularibus.eod.tit.in prag. Ioan.de Selua, in tract.de beneficio.in 1.parte.q.4.nume.13.

¶ Idem intellige in beneficiis consuetis regi per regulares, vt regularibus debeantur.& consueta regi per seculares secularibus. c.cum de beneficio.de præben.in 6.requiruntur tamen sequentia, antequam qualitas beneficij mutari possit.

Quot requirãtur antequã beneficia dicãtur cõsueta conferri regularibus vel secularib9.

¶ Primum, quod is qui possedit beneficium, fuerit ibi institutus. tex.ibi, institutis.& accipitur largè institutio pro collatione, vel alia prouisione. Dy.in regula prima. de regu.iur.in 6.per illum tex.& in c.post electionem. iuncta. glo.de concessio.præb.& si de facto teneretur beneficium, non haberet locum ille tex.vt gl. ibi, & docto.firmant, quia nõ esset institutus, vt requirit ibi tex.

¶ Secundò, requiritur bona fides, ideo si clerici seculares contra papæ præceptum, vel prohibitionem, beneficium possederint regulare, non præscribunt. Feli.in ca. in nostra.col.pen.de rescript. Ioan. de Selua.in tract.de benefi. in 3.parte. quæst.11. nume.49.dixi in §.1.infra.de firma & irreuocabili concord.stabi.quia malæ fidei possessor nullo tempore præscribit. ca.vigilanti. de præscriptio.

¶ Tertio, requiritur quòd conferens eo animo & intentione onferat, videlicet vt imprimat alium statum beneficio.& ideo n collatione debet collator dicere regulari, cõfero beneficium secu-

ſeculare:& ſeculari debet dicere confero regulare, licet non ſit illius qualitatis.alioqui ſi daretur in commendam,vel ex diſpenſatione poſſideretur, vel diceretur dependere à monaſterio,aut diceretur officium regulare, tunc qualitas contraria non præſcriberetur.Domi.& Peruſ.ibidem.vide Aegidium bella mera. conſi.41.ſuppoſito. Niſi beneficium commendaretur aliud iam habenti, quia hæc commenda fieri cenſetur ratione alterius beneficij, non ratione qualitatis beneficij: ideo ſi ſeculari habenti beneficium in titulum commendetur regulare, non expreſſa tamen ea qualitate, ſed ſimpliciter papa dixerit, parrochialem eccleſiam tibi commendamus, tunc in illa commenda qualitas præſcribitur, vt vidi teneri in praxi, per ea quæ doc. not. in d. cap. cum de beneficio.

diſpenſationis [a] apoſtolicæ,nec econtra,

¶Quartò,requiritur poſſeſsio quadraginta annorum, quando probaretur beneficium eſſe regulare, vel econtrario, vel vera qualitas: ſecus ſi contraria qualitas non probaretur. quia tunc ſufficit,quòd fuerit vltimò poſſeſſum per ſecularem,licet nõ interuenerit preſcriptio ad hoc,vt ſeculari debeatur,ſi probaretur poſſeſsio hinc inde,eo caſu attenderetur vltimus ſtatus.de Rota.deciſio. 487. nota quod impetranti. in antiq. & deciſio.32. fuit in no.Nicola. Milius,in repert.in verb.beneficium.§.23.Feder. conſi. 240. ſalua. etiam titulum requiri conſuluit Ancha. conſi.162.in quæſtione.Et D.Gomeſ.in tracta. gratiarum expectatiuarum, in decima forma, dicit decem annos ſufficere quo ad fauorem graduatorum,ſi tamen eccleſia regularis mutauerit ſtatum in ſecularem, vel econtrario, non tamen perdit ſubiectionem,vel collationem.per tex.& ibi doc.in c.dilectus.de capel.monacho.quod eſt valde notandum,quia ſæpius vidi ſuper his dubitari.vt ſcripſi in praxi benefic.

a ¶[*Diſpenſationis*] Non excludit diſpenſationem apoſtolicam & regiam, quia nil tam naturale eſt, quàm eo genere vnum quodque diſſolui, quo ligatum eſt.l. nihil tam naturale eſt. de regu.iur.ff.& omnis res per quas cauſas naſcitur,per eaſdem diſſoluitur.c.1.de reg.iur. *Papa quando poſsit ſuis per religioſis diſpenſare.*

¶Poſſet tamen papa diſpenſare, vt religioſus vnius monaſterij, habeat beneficia in alio alterius ordinis, & ille ſic diſpenſatus poterit beneficia in vim gradus,vel nominatiõis obtinere, quia hic tex. tantum prohibet diſpenſationem regularibus, vt ſecu-

laria habeant beneficia,& contra:sed non vt regulares habeant regularia alterius etiam ordinis. vide Panor.& alios in c.Deus qui.de vit.& honest.cleric.& regulam cancel. 66. posset etiam papa iure præuentionis regulare beneficium conferre seculari, vt titu.proxi.infra.§.declarantes.in verbo quomodocunque patet, sed dispésare quod nominatus secularis habeat beneficium regulare per suas nominationes,hoc non potest,vt hic & dico infra titul.proxi.nisi in defectum religiosorum, vt dixi supra in verbo,& conformitatem. Nec posset dispensare circa qualificationes in tex.positas,cum altera pars super contractu non dispenset.l.1.& 2.C.quando liceat ab emptio.disced.& sic non valeret,si dispensaret,quòd quis posset sumere nominationes sine studio,vel post biennium,vel sine gradu.

Super qualificationibus papa non dispensat.

¶ Idem si papa vellet afficere aliqua beneficia graduatorum, vel nominatorum : vtpote , si cedentibus vel descendentibus duobus canonicis papa statuerit, vt illorum præbendæ conferrentur cantoribus, seu aliis non qualificatis , nam si præbendæ primæ vacent in mensibus qualificatorum debebũtur non obstante statuto, vel tali dispositione qualificatis, quia postquam papa non potest tollere in totum beneficia qualificatorum , sic nec pro parte,nisi iure præuẽtionis,prout sibi retinuit. in §.declarantes.infra titu.proximo.& quia hoc videtur ordinasse sine præiudicio qualificatorum.cap.quanuis.de rescript. in 6.& sua dispositio sortietur effectum , quando vacabunt alio tempore non affecto dictis qualificatis.

Professionẽ nouã facere , an teneatur monachus ad aliud monasterium translatus.

¶ An monachus,professus in vno monasterio,si ad aliud transeat,debeat ibi professionem facere nouam? ꝙ sic.probatur in c. abbate.S.Syluani.& ibi Panor.in 4.not.de verb.sign. & consi. 96.cum ad aures.in fi.vol.1.quod est verũ,quando diuersæ sunt regulæ,& vt monachus dicatur secũdi monasterij, secus quo ad substantiam regulæ. Decius in c.præterea.de præb.Seruatur vt nõ fiat noua professio. Et an valeat permutatio facta de beneficio unius monasterij,cum alio alterius monasterij? quod non coram ordinario sine translatione, notatur in c.1.in fi.de priui. li.6.hoc nuncupatim tradit Collecta,in c.Ioannes.in fi.de reg. sed coram papa secus.quia translatio videtur per papam fieri.licet non petatur,si appareat ex supplicatione,quod alterius monasterij sit religiosus,vt est regula cãcella.de translatio.religiosorũ,incipient.Item si regularis,regu.66. De dispẽsatione, vide quæ dico in gl.dispensationum, infra in forma mãda. apostoli.

a ¶ *Religiosus*] Et sic religiosus potest obtinere nominationes, debet tamen antequam adeat studia generalia, habere facultacultatem à suo prælato cum consilio sui conuentus, vel maioris partis ipsius. text. in c. 2. ne cleri. vel monach. in 6. Auffre. in decis. Tholos. q. 270. Item an valeat. &c. & in constitutio. benedictinis. ca. 6. de studiis, licet de consuetudine solus abbas missioné præstet, & facultatem: qui si sine causa recuset monacho docili, facultatem hanc dare poterit episcopus. arg. c. nullus. de iure patro. Io. And. & alij in d. c. 2. & si religiosus sine prælati licẽtia ad studia se trãstulerit, est excõmunicatus, nec poterit gradum sumere, tum quia pro mortuo habetur. c. 2. & ibi doc. de maiori. Ias. in repet. l. si quis pro eod. ff. de vsucapio. tum etiam quia excõmunicatus dicitur infamis. gl. in c. 1. quo tempore miles. c. infames. 6. q. 1. Roma. sing. 675. & 688. Ideo ad dignitates aspirare prohibetur. Regul. infamibus. de regul. iur. in 6. & quia hæretico comparatur. gl. in c. fi. de pœnis. in 6. & quia est prohibitus à communione hominum. c. 2. & c. exceptionem. de exceptio. c. excommunicatos. 11. q. 3. Bar. & alij in prima const. Cod. & Petrus de Lesnauder. in opusculo de doc. in 1. parte. q. 18. Sexaginta excommunicatorum pœnas, scripsi inferius in rub. de excom. non vitand. Et eo casu non poterit nominationes impetrare, cum rescriptum ab excommunicato impetratum non valeat. ca. 1. de rescrip. in 6.

Religiosus a quo debet habere facultatem eundi ad studia.

religiosus a secularia beneficia petere aut cõsequi minime possint. Quodque beneficia simpliciter,

Excommunicatus gradum sumere prohibetur.

¶ Si verò facultatem studendi extra monasterium habuerit à suo prælato, tunc & nominationes sine alia licentia habere poterit, quia ista videntur concessa in consequentiam. c. præterea. de offic. delegat. l. 2. ff. de iurisdict. omnium iudi. & ibi nota. nam Spurius legitimatus per papam potest doctor fieri, & ad alias dignitates admitti. per quas nulli fit præiudicium, secus in aliis. Cardi. in procemio. cle. Ioannes. q. 3. in princi. Puto etiam quod si sine facultate studeret postea habita absolutione à suo prælato, tempus illud studij factum sine licentia proderit, quia per absolutionem reponitur in illo statu, qui ab origine naturæ inhærebat; ideo actus conualescit. l. filio cui pater. ff. de liber. & posth. l. qui appollonios. de hæred. institu. Facit quod notat Bar. in l. cum vir, col. 3. de vsucap. & Panormi. in c. cum ex officij, col. penulti. de præscriptio. d. ca. 1. de rescrip. in 6. vbi docto.

Monachus habēs prioratum, an desinat esse sub obediētia abbatis

¶ An monachus electus ad prioratum non curatum, nec collegiatum, sed ad simplicem & regularem, & eiusdem monasterij, desinat esse sub obediētia, & iurisdictione abbatis? quòd non, cōcludit Ias. cō. 77. præsupponitur. in 1. vol. vide Bonif. in cle. ne in agro. §. ad hęc. de statu monach. & gl. in c. de monachis. 16. quæst. 1. & an postquam renunciat primo monasterio, remaneat monachus primi monasterij quo ad suffragia, & alia, vide per Pet. de Perus. in trac. de mutatio. status persona. q. 2. & 3. & glo. in ver. eligant. in §. 1. de elect. in prag.

vel ex causa permutationis [a] in

Beneficium in fraudem permutantium nominatis debetur.

a ¶ [*Permutationis*] Nisi fieret in fraudē nominatorum, vel graduatorum, quia tunc illa beneficia licitè cōferuntur nominatis, vel graduatis, cū resignatio teneat, & quia resignantes non fuerunt vsi beneficio iuris, sed in fraudē legis. & sic non habet locum cle. vna de rer. permuta. ibi videlicet, vt collatio facta aliis quàm permutantibus, non valeat: nam hoc casu ratione fraudis valebit, per tex. ibi, ne concessione iuris. & ibi hoc tenet gl. facit. c. cum vniuersorum. eod. tit. & l. auxiliū. in fin. ff. de minoribus. Idem si resignās ante viginti dies moriatur, si nō fuerit derogatū regulæ de xx. diebus, vt dixi supra eod. in §. pręfatique ordinarij. in verbo vacare. Idē si resignarem meū beneficium, vt tuus nepos haberet illud, & tu resignares tuū, vt ergo illud haberem, quia ista resignatio est simoniaca. Card. & alij in dict. cle. vna. facit. c. ex parte. 1. de offi. deleg. Innoc. in c. cū vniuersorum. de rer. permuta. Multas congererem hic quæstiones de permutatione, sed propriā materiam prosequor. & bene multa licet videre in tracta. permutationis benefic. & per doct. in locis ordinariis. de rerum permutatio. & in praxi benefi. eo. titu.

Sex requisita in permutatione beneficiorum.

¶ Notandum est tamen, quòd in permutatione beneficiorū requiruntur sequentia.

¶ Primum, quòd resignentur beneficia, c. vno. de rer. permutatio. in 6.

¶ Secundum, quòd interueniat collatio beneficiorum resignatorum causa permutationis, c. inter. de præb.

¶ Tertium, quòd episcopus, vel alius superior, authoritaté pręstet, c. quæsitum. de rerum permuta.

¶ Quartum, consensus illorum, ad quos spectat collatio, electio vel præsentatio. glo. in cle. vna. eod. tit.

¶ Quintum, consensus permutare volentium, c. 1. ibi, communi vo-

voluntate, de rer. permuta. Petrus de Vbal. in tracta. de permut. benefic. quæst. 4. nu. 42.

¶ Vltimum requiritur, quòd permutētur spiritualia cū spiritualibus, & ius in re, cum iure in re, non cum iure ad rem. Federicus in tracta. de permuta. benefic. q. 13. allego tex. in c. fi. de rer. permuta. & Hostien. in summa illius titul. §. quid potest permutari. Alia scripsi in praxi beneficiali in rescrip. permutatio.

¶ Et si permutauero beneficium meum cum tuo, quod dicebas pacificū, si quis mouerit mihi litē super eo, ego debeo tibi denūciare, vt persequaris, & quod facias cessare molestiam super eo, aliàs in casum euictionis, quod condemneris ad simile beneficium, valoris, & qualitatis primi à me dati, & sic condemnari solet. ita in praxi seruatur. Vel quod liceat mihi ad meum redire beneficium. per c. si beneficia. de præb. in 6. & tutius est hoc vltimum prosequi.

Praxis quādo mouetur lis super beneficio permutato.

¶ Et in hac permutatione debet episcopus diligenter inquirere si versetur vtilitas ecclesiarum permutatarum, vel necessitas c. scias. 7. q. 1. & debet conuocare patronos, si ecclesia habeat, & omnes, quorum interessē potest ad illam inquisitionem, & si reperierit permutationem vtilem, vel necessariam, præstabit consensum & authoritatē, pro qua semper præsumitur, & quod rectè fuerit accommodata. Inno. in c. innotuit. de eo qui furtiuè ordines recepit. refert Anch. cons. 279. quæst. Calder. cōs. 2. rub. de rerum permuta. & cons. 4. ibidem dicit, an succurratur alteri permutanti, si fuerit læsus vltra dimidiam, quod non. concludit Anth. de Burgos. in c. cum causam. 22. limita. col. penult. de empti. quia titulus beneficij habetur à superiore, nō à parte. Anch. ibidem, & Imola. & Probus in additio. ad Io. Monachum. in c. 2. de renuncia. in 6.

Deceptor vltra dimidiam in permutatione beneficij, an succurratur.

¶ Quod est verū remedio illius legis, quæ pro rebus datur prophanis, vnde Decius cons. 210. viso puncto, concludit post Feder. in tracta. de permuta. beneficio. quæst. vlt. solam inæqualitem non reddere permutationem nullam, nō probata alia fraude, sed si aliunde probetur fraus, vtpote persuasit pars suum beneficium tanti esse, & affirmauit, tūc si non sit verū, permutatio rescindetur. c. cum vniuersorū. de rerum permutatio. vel agetur vt impleat, quod promisit ratione inęqualitatis. c. ad quęstiones ibidem. vide Boer. in decis. Burdeg. quæst. 205. tractatus. & ad episcopum aut superiorem spectat admittere permutationes, & non ad inferiorem. capitulo quæsitum. de rerum permut. an ca-

pitulum ecclesiæ collegiatæ possit hoc præscribere, quod non, cócludit Aegidius bella mera, côsi. 27. vtrû. Et permutatio dicitur fauorabilis, & quanuis pluries fiat, nô presumitur fraus. teste Dec. in c. cum venerabilis, sexto no. de exceptio. vide plenè per Paulum de Roma. in tract. de pensio. c. 7. §. fi.

Affecta beneficia quã do dicãtur.

mensibus graduatis simplicibus & nominatis asignatis vacantia, eis non sint affecta[a] nec debita sed ex causa permutationis cum permutantibus dûtaxat, simpliciter vero vacãtia[b] beneficia huiusmodi personis idoneis per ipsos ordinarios liberè côferri posint.

a ¶ *Affecta*] Dicuntur beneficia ratione litis. cle. 1. vt lite penden. & commédæ c. nemo de elect. in 6. & ratione expectantis, qui acceptauit, & non fecit sibi prouideri, & vbi papa apposuit manum, etiã si moriatur not. in c. tibi qui. de rescript. in sexto, Prouinciale fol. 57. Panor. & alij in c. inter dilectos. de excessi. prælat. sed hoc iure non vtimur in Francia quo ad vltimum. vt dixi de reserua. §. 1. supra. & etiam afficitur beneficiû ratione reseruationis, quando papa reseruat suæ collationi. d. c. tibi qui. item ratione decreti. c. dudum de præb. in 6. & quando confertur canonicatus c. si postquam. ibidem.

b ¶ *Vacantia*] Non fraudulenter, quia quãdo fit permutatio in fraudem graduatorum, vel nominatorum, seu resignatio in fraudem antiquioris nominati, tunc debetur eisdem, non verò facientibus fraudem, vt supra dixi in glos. permutationis. Quæro quando dicatur fieri in fraudem? Respon. Fraus & dolus ex côiecturis probantur. l. dolum. C. de dolo. l. quia autem. §. non simpliciter. ibi, si modo nulla collusionis suspicio religionem prætoris instruxerit. ff. si quis omissa causa testa. ideo videndæ sunt coniecturæ, ex quibus probantur.

Coniecturæ ad probãdã fraudem in beneficiis.

¶ Prima est, quãdo aliquis graui infirmitate detentus permutat beneficia in mensibus graduatorum, vel iuxta postea in illis mésibus ante viginti dies vacat, vel in mésibus nominatorû. l. filiæ. ff. solu. matri. & dicitur grauis infirmitas, quando ex ea moritur, vel quando per medicos, vel communiter alios reputabatur moriturus ex illo morbo. Alber. in d. l. filiæ. & ista grauis infirmitas debet allegari, & probari, & quod fuerit tempore resignationis & permutationis, alioqui non prodest. Ancha, consi. 385.

licet

licet pridie.in fi.& consi.388.in casu.col.2.& seq. Plenè scribit Barb.in c.in pręsentia.nu.38.& seq.de probatio.& Aymo Crauette,in consil.82.dominus.col.2.

¶Secunda coniectura est,quando consanguineus cum consanguineo,vel magnus amicus cum amico permutat in præstituto tẽpore,quia præsumitur quòd caro & sanguis reuelet illã permutationem, vel magna amicitia c.graue.de præbend.de Rota decisio.361.not.præsumitur. in antiq.not.Ias.in simili.in l. exigendi.C.de procur. Anch.consil.385.licet pridie,in fi.

¶Tertia cõiectura est,quando quis permutat pingue beneficiũ cum tenui,tunc inæqualitas fraudem præsumere facit.l. spadonem.§.fi.& ibi not. Bal.ff.de excusa.tutor.c. quia verisimile.& ibi Card.Panor.& Feli,de pręsumptio.quia nulla ratio hoc verisimile reddit,vt quisquam beneficium multis fortè expensis,& laboribus acquisitũ,quo sustentari debet,facilè sine magna causa sua sponte resignet.tex.in c.super hoc. de renuncia. ex nimia enim liberalitate præsumitur fraus.l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in fraud.credi.facit.l.ex morte.cum seq.& authen.ibi posita. C.de pact.conuent. *Permutatio pinguis beneficii cũ tenui fraudẽ ostendit.*

¶Quarta coniectura assumitur ratione temporis.l. omnes §.fi. ff.quæ in fraudem cred.vt quando tempore pręstituto,seu circa resignatur,& postea beneficium vacat tempore præstituto graduatis,vel nominatis.vt supra dixi.

¶Quinta,quãdo resignatio fit clam,& dicitur notario & testibus,vt teneant eam secretã.Barb.consi.60.præclarè.col.3.in 4. vol.Bar.in l.in fraudẽ.in princi.ff.de his quib.vt indignis. Decius in l.quo tutela.§.clam.de reg.iur.nã qui malè agit,odit lucem,ne manifestentur opera eius,vt est in euangelio.& in c.cõsuluit.de offi.deleg.

¶Sexta est,quando resignãs esset valde senex,ita quòd nõ esset spes vt excederet mensem qualificatis præstitutum.glos.in c.fi. de renũcia.in 6.nam senectus per se morbus est, teste Cicerone de Senectute,& parũ viuere præsumitur.l.hæreditatũ.ff.ad legẽ falcid.Ideo fortè facilius est admittenda resignatio senis,quàm ægri.senio enim confectus præsumitur citò liberare ecclesiam, quia antiquitas & senectus sunt pręnuncia mortis. Archi.in ca. nihil.2.col.7.q.1. per tex.in c.illud.13. q.2.sed ægroti & infirmi diutius solent aliquando viuere,quàm senes,secundũ eum,quia proximus morti pro mortuo habetur.arg.l.penul.ff.de test.milit.Anch.consil.430.fuisset.col.2. *Senis renũciatio fraudem præsumit.*

¶ Septima, quando quis resignaret tempore pestis in domo resignantis iam existentis, quia habetur, ac si tempore infirmitatis resignaret, cũ prope sit contagionis ratione, arg. l. si quis fumo. ff. ad l. Aquil. l. præsens. de procura. de Ripa. in tract. de peste. in princip. vel si resignaret aliquis accusatus statim condemnandus vt docet Boer. quæst. 206. & quia in decis. Burdeg.

Multiplex resignatio fraudē docet.

¶ Octaua coniectura est, multiplex resignatio, nam hoc ostēdit omnino velle priuare graduatum, aut nominatum, seu alium expectātem. arg. c. semel malus. de reg. iur. in 6. & ex multis clausulis positis in fauorem vsurarij præsumitur contractus vsurarius Card. in cle. vna. de vsur. §. cæterum. col. 2. Cepola, in tracta. de simula. contractuum. 14. præsumptio.

¶ Nona coniectura est, quando resignans dicit promissiones sibi factas adimpleri, tunc præsumitur, quòd nō intendebat resignare, nisi mediantibus illis promissionibus. Barb. consi. 60. præclarè. col. 3. vol. 4. & illa resignatio præsumitur simoniaca.

¶ Decima coniectura est, quando beneficium postea per mortem vacans confertur ei, qui resignauit tenue beneficium durāte infirmitate illius, qui habebat opimũ beneficium, quia fraus ex actuum sequela præsumitur. Bal. in c. dudum. 2. col. 2. de ele. vel quando confertur suo consanguineo. c. 2. de renun. in 6. vel quando confertur etiam alteri, data pensione resignanti beneficium modici valoris, quia tunc est eadem ratio. per tex. in c. in nostra. de rescript.

¶ Vndecima est, quando inimicus mandatarij, vel expectantis resignat beneficiũ tenue, licet non speret aliud sibi conferri, etiam si nullus sit infirmus. gl. & doct. in d. c. 2. cum sit eadem ratio. ergo erit eadem iuris decisio. l. illud. ff. ad legem Aquil. facit tex. in c. nobis de simonia.

Resignatio fraudulenta non valet.

¶ Duodecima, quando procurator resignat alio modo, quàm esset constitutus, vt si erat constitutus ad resignādum causa permutationis, & procurator resignat simpliciter, tunc non nocet constituenti, quia actus agentium nō debent operari vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. si certum peta. & non intendit pars resignare nisi sic, quod probat clausula non aliter, nec alio modo, quæ solet poni in instrumentis procurationum, de qua Soci. con. 251. col. 4. in 2. vol. & alibi scripsi.

¶ Etiã non debet nocere resignanti, si cōstituerit procuratores ad resignandum in fauorem certæ personæ, & alius fraudulenter aperiendo literas accipiat pro eo, & resignare simpliciter faciat,

faciat,& hoc probat clemen.multorum.de pœnis.si bene inducatur.& inferius scribam.

¶ Vltima coniectura est, quando subditus collatoris renunciat beneficium decem solidorum, vel aliud modici emolumenti, quia hoc præsumitur facere in fraudem expectantis instigatus per collatorem,etiam si nullus sit infirmus, per ea quæ not. per illum tex.in c.super hoc.de renunc. & not.in l.1.ff.de publi.

¶ Vidi tamen excogitari vnam cautelam cõtra ordinarios,qui sic faciunt vacare beneficium minimum,vt is mandatarius procuret,quòd aliquis illud impetret à papa iure præuentionis, & postea mandatarius illud ab ordinario requirat,& is impetrans aget contra mandatarium,interim pendente processu, si vacet aliud beneficium, illud poterit petere sub protestatione solita. Sed cautela est,quòd ordinarius illud cõferat, ne præueniatur. *Cautela pro mandatariis contra ordinarios.*

¶ Et hæ sunt præsumptiones vltra 230. traditas per Lucam de penna.l.quemadmodum.C.de agrico.& censit.lib.11.quæ huic rei parum accommodæ sunt.

¶ Notandum est,quòd vna coniectura istarũ nõ sufficit ad iudicandũ,vt tenet Rota,deci.129.nota quòd non vitiatur.in antiquis.sed plures sic,ex quibus iudex posit animum suum ad iudicandum informare.c.in præsentia.de renuncia. & facta informatione fraudis, & probatione vtrunque beneficium debebitur qualificatis aut mandatariis. per dictum. c. fina. postquam vacauerunt in tempore illis statuto,& paria sunt nõ facere permutationem,vel minus legitimè.l.quotiens. ff.qui satisdat. cogan.& quanuis expectans non perdat suam gratiam, vt nominationibus est videre, tamen adhuc habebit locum decisio. dicti.c.2.& per ea quæ supra dicta sunt. quia quando duæ rationes sunt in vna lege,tunc vna cessante non cessat lex.§.affinitatis.insti.de nup.sed in d.c.fi.est duplex ratio,prima.vt obuietur fraudibus,secũda,ne expectãs sua gratia priuetur. si nõ priuetur sua gratia,tamen eo quòd est facta in fraudem,nõ valebit:aliàs dolus prodesset contra iura.c.ex tenore. de rescrip. & ius pararet viam fraudibus, quibus maximè obuiat.c. sedes. de rescrip. l.conuenire.ff. de pact. dota. sic expresim consulit Barb. consil.11.scripsit.col, 15. nu.16.in 1. vol. licet multi contra teneant in d.c.2. Ista tamen est verior. nam permutatio facta in fraudẽ illorũ,qui debent vocari,nõ valet. Calder.con.2.de rer.permu. nec permutatio facta in fraudẽ illius, qui debet optare. iuxta cap. fi.de consuetu. in 6.impedit optionem ,vt pulchrè consu- *Quot coniecturæ sufficiant ad iudicandum.*

lit Barba.consil.60.præclarè.colum.2.in 4.volumi.

Coniectura fraudis quomodo excusari possint.

¶Quæro quomodo excusentur istæ cōiecturæ? Respō. primò, si resignatio fuerit facta coram papa, qui in beneficiis habet plenissimam potestatem.c.2.de præb.in 6.cle.1.vt lite penden.intellige quando omnes illæ coniecturæ sunt expressæ coram papa,& in supplicatione, alioqui censetur circūuentus, nec sua valebit prouisio, quia non intēdit conferre, argu. l.mater.ff.de inoffi.testa nec purgatur vitium ignoratum.l.sequitur.§.Labeo.ff.de vsucap.l.seruus.de bono.posses.& sic concludit Oldra.cōsil.324.factum.col.3.& seq. vbi decidit resignationem fraudulentam in curia factam non valere, & ideo ordinarius poterit conferre illud beneficium, licet in curia vacauerit, quia dignus est pœna qui circunuenit conscientiam papæ.l.fi.C.de his qui à non domi.manu.& maculam, quàm ignorat papa, quod non intendat tollere, allegatur.d.l.mater.&.c.primum.de consti.in 6.sic consuluit de Bella mera, consi.32.pro introductione.col.pen.& Io.Baptist.in consi.sacro.colleg.col.pen.in con.Bononien.vbi dicit indultum non extendi ad ea, in quibus papa non præsumitur habere scientiam.allegat Bald.in l.fi.C.de senten.rescind.non posse.colum.2.

Impetrans beneficium in mense nominatorū hoc exprimere debet.

¶Item sicut necesse est facere mentionem de expectante.ca.ex parte.1.de offi.deleg.sic oportet exprimere quòd beneficium vacauit in mensibus qualificatorū, qui firmius ius habent, quàm expectantes,& non solùm facti mentio est habenda: sed & modus facti exprimi debet.l.precibus.C.de impube.glo.in cap.dilectus filius abbas.de rescrip. Et quanuis papa retineat sibi collationem beneficiorum iure præuentionis, quocunque modo qualificatorū, in rub.seq.non tamen sibi retinuit, vt in fraudem nominatorum & graduatorum conferat, ergo hoc non intendit:& si faciat, est circunuentus, quia contra sua cōcordata non intendit venire, vt is ipse attestatur, in rub.de firma,& irreuoca.concordato.stabili.infra.

Facta resignatione coram ordinario, an valeat coram papa iterum facta.

¶Imò si facta resignatione in partibus,& admissa, papa iterum conferat derogando illi regulæ de viginti diebus, non valebit hæc fraudulenta collatio, minus valebit derogatio per prædicta,& per consilium Oldrad.324.iam allegatum, quia nec iure præuentionis confert, nec vitium ignoratum tollit, licet videatur subtiliter factum, tamen nihil prodest. Idem in collatione legati facta post resignationem admissam per ordinarium, cum derogatione regulæ de viginti diebus, quia cum beneficiū non

vacaret,

vacaret,nō potuit frauduléter ius qualificatis tollere. Et sic fuit iudicatū in hoc supremo Parisien.senatu,& prolatum in vigilia Assumptionis beatæ Mariæ,anno 1539.pro domino Francisco de Borges,cōtra Bricon. Et sic limitatur gl.in verbo vacare.in §.præfatíque ordinarij. supra eodem.& his fraudibus totis (vt aiunt)neruis est obuiandum.l.in fundo.ff.de rei vendica. *Arrestum.*

¶ Secundò,vitatur coniectura fraudis,quando beneficium opimum habebat curam onerosam, vel aliud onus, cui non erat permutans par. vtpote quia erat senex, & beneficium modici valoris paruum onus habebat, fortè erat beneficium simplex, vel persona illa erat vtilior in alio loco.cap.scias.7.quæst.1. Anchar.con.279.quæstio proponitur. Bertrand.con. 311. etiam si, in 2.volu.ex prima editio.

¶ Tertiò, excusatur quando in beneficio non poterat securè morari propter inimicos ibibem habitātes, vel aliàs: nam tunc inæqualitas beneficij excusat.cap.ad supplicationem. de renunciat.cap.pastoralis.7.quæst.1.Panor.& Feli.in c. quia verisimile.de præsumptio.

¶ Quartò, quādo aër ibi non erat salubris,quia fortè nimis calidus in ætate.c.dilecti.in fi.de dolo.Cepola in tracta.de seruit. rusti.prædio. rub.de aere. vbi dicit magis æstimari fundū propter cœli temperiem: & etiam beneficium, quando est in loco amœno,& delectabili. teste Ancha.con.388. in casu. colum.2.

¶ Quintò,quando beneficium tenue erat in patria cedentis,beneficium opimum non, quia patria sua induxit eum ad permutādum,etiam cum modico,cum sit cuilibet dulcissima.l.qui habebat.in prin.ff. de lega.3. & impium est cuilibet suam patriam relinquere.glo.in l.vna.C.si curialis relicta ciuitate,rus habitare maluerit.lib.10.& ibi patruus meus Rebuffus, & patria originis semper reputatur esse maior.glo.in l.fina. C.de seruis exportand.quam sequitur Bald.in l. executorem. nume.30.C. de executio.rei iud. *Beneficiū in patria magis optatur.*

¶ Sextò,quando beneficium modici valoris fuit possessum diu per illos de consanguinitate, vel per eos fuerit fundatum. nam affectio præsumitur ad res maiorum.l.si in emptione.ff. de minor.l.1.§.sed si rem.si quid in fraud.patro.Cepola. in d. tracta. de simula.contract.15.præsumptio.

¶ Septimò, quando beneficium leuis valoris est intra ciuitatem opulentam, beneficium magni valoris est ruri, tunc excusabitur fraus, si ille qui vult habitare in ciuitate, poterat in *Beneficiū intra ciuitatem pluris est quā extra.*

ciuitate lucrari, vtpote quia doctus, & poterat consulere, vel aliam vtilitatem facere, & etiam quia dicitur, Beati qui habitant vrbes. l. 2. ff. de nundinis, nolebat esse ruri subditus, vt omnibus armigeris gallinas præberet.

¶ Octauò, quando tenue beneficiũ habebat dignitatem, & is qui habebat pingue, erat Thraso miles gloriosus, vel nobilis, volens habere honores, vel volebat esse iudex delegatus iuxta c. statutum. in princ. de rescript. in 6. vide Lucã de pẽna, in l. quemadmodũ. C. de agricol. & censit. lib. 11. aliàs fraudis coniecturas in beneficiis, cum infinitæ sint, omitto.

§. STATVIMVS. 2.

Parrochiales ecclesiæ in ciuitatibus, vel villis muratis sitæ non debent conferri, nisi debitæ qualificatis, aut iis saltem, qui triennium studuerint in theologia vel in altero iurium, seu magistris artium, hoc dicit.

¶ Statuimus [a] quoque quòd

¶ Vltimò, tenere debemus mente, quòd si resignans receperit fructus post resignationem etiam nomine alterius, cum nullo iure recipiat, tenetur eos restituere, vt scribitur in prouinciali om. eccles. fol. 33. versic. consultus. &c. Secus si tantum constituerit procuratores ad resignandum, quia tunc antequam eidem notificetur resignatio, facit fructus suos etiam in conscientia, quia potest præsumere, quòd superior noluit resignationẽ admittere, vel procurator non resignauit, vel pars noluit. argu. l. sed & socius. §. si absenti. ff. pro socio. Probus in addi. ad Monach. in d. c. 2. nume. 30.

Resignans quãdo fructus postea recipere possit.

¶ Et poterit iste interim conferre beneficia, quorũ collatio spectat ad illam dignitatẽ, & erit rata per l. si fortè. ff. de offic. præsid. Sic ergo interpretabor hæc cõcordata, vt non possint reprehendi, ut dicit tex. in l. Sauius. ff. de lega. præstan. quem notat. Soci. con. 121. col. 2. in 1. volu. quod statuta debent interpretari, vt non possint à sapiente reprehendi. hactenus de §. volumus.

§. STATVIMVS. 2.

Dictio quoque quomodo accipiatur

a ¶ *Statuimus*] Hic. §. non diuiditur, quia vnum cõtinet dictũ. Quoque accipitur pro etiam. tex. in l. Labeo. & ibi Bar. & Ias. ff. de pact. l. seruum, quoque. de procura. Bar. in l. fi. col. 1. de eo quod certo lo. Ias. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. fi. col. 1. ff. de iureiur. vbi dicit naturam huius dictionis esse, quòd eadem qualitas sit in casu isto, quæ in præcedente, sed hoc satis

declarant

declarant verba sequentia.ibi,modo præmisso. &c. Aliquando continuatiuè ponitur, c.quorundã. & ibi Archi. col.2.de elect. in 6.c.ex eo.§.vlt.ibibem. vult dicere hic tex, quòd non solum beneficia debent cõferri,vt supra dictum est, sed etiã parochiales ecclesiæ, vt hic. nam hæc dictio significat similitudinem, ꝙ

parochiales [a] ecclesiæ

idem sit in casu sequenti quod in præcedenti Gomes. in §. in personam.col.2.nu.6.insti. de actio.vide quæ scripsi.in l. detestatio.§.familiæ.ff.de ver.sig.

Parochiales ecclesiæ quæ dicantur.

a ¶ *Parochiales ecclesiæ*[Parochiales ecclesiæ dicuntur, quæ habent parochiam ad eius curam deputatã,& territorium limitatũ. Archi.in c.licet canon.col.2.de elect.in 6. Nico.Milius in repertorio, in verbo ecclesia. parochialis dicitur à parochia eis deputata. c.ecclesias.13. q.1. quæ dicitur partitio curæ: quia rector ecclesiæ habet curam totius populi,intra illos limites congregati,vnde dicitur regere populum.c.1.de capel. monach. Et sic parochia est locus in quo degit populus alicui ecclesiæ deputatus.Ex quo infertur,quòd si sit aliqua ecclesia ruralis,& ad eam de nouo veniant homines ad illic habitãdum,non dicetur tamẽ parochialis ecclesia,si nõ habeat certũ territoriũ deputatũ licet possit dici ecclesia curata.Cardi. in cle.vna.q.5. de off.vica.& cle.1.de præb. & sic omnis ecclesia parochialis habet curã animarũ,vt plurimũ, sed nõ omne beneficiũ curatũ dicetur ecclesia parochialis.Io.And.& alij.in c.super eo.de præben.in 6.

Quid sit parochia.

¶ Etiam licet ecclesia sit baptismalis, tamen non ex hoc infertur necessario,quòd sit curata,vel parochialis, quia ex cõsuetudine,vel concessione hoc habere potest.teste Feder.con.135.Casus talis.Perusi.in c.ad decimas, per illum tex.in vlt. no. de restitu.spol.in 6.doctores in c.ex transmissa. de præscript. l. Gomes.in q.11.super commenta.reg.cancellariæ,de Idiomate. sed in Francia quo ad istum tex.sufficit,quod habeat parochianos,& curam in illos,& quod ibi soliti sint baptisari.

Ecclesia parochialis quomodo probetur.

¶ Et ad probandum ecclesiam esse parochialẽ,primò est necesse ꝙ habeat locum certis finibus cõstitutum, in quo degat populus illi ecclesię deputatus.secũdũ Rom.cõsi.356.circa primũ. col.1. vbi tradit in quo cõsistat ius parochiæ.& docto.in rub. de parochi. Alexãd.con.74. viso.in 4.volu. & etiam requiritur authoritas superioris cõstituentis eam parochialẽ.c.nullus. 16. q.7.&.c.sicut.de excess.præla. Aegid.de bella mera,in consi.38 supposito.col.2.cum seq.Barba.cõs.17.prę clarè.col.5.in 1.vol.

Quis dicatur parochianus ponit Fredc.con.254. quæstio subsequens.quem sequitur Panormita.in c.in nostra.col.penul.& in repet c.extirpandæ.§.qui verò.de præbend. & ibi dixi hoc anno interpretando illum §.& totum titulum. vbi dixi esse illum, qui de facto habitat in aliqua parochia animo manẽdi, ita ꝙ sit verè translatus, non iuris fictione, siue audierit ibi diuina, siue non. c. 1. distinct.18.c.si quis translatus. 22. q.1. c.3. de sepul.in 6.c.vt dominicis.&.c.fi.de parochi. Alia multa dixi quæ hic non repeto.

in ciuitatibus [a] aut

Ecclesia parochialis non vacat per nõ promotionem si pater vel alius retinuit bullas.

¶ Nota tamen vnum singul.quod si pater meus,vel alius, impetret ecclesiam parochialem pro me ignorante, & retinet bullas per annum,ideo non sum promotus,illa ecclesia non vacat,per tex.in c.cõmissa.de electio. in 6.& ibi Domi. in §.annus, hoc expressè tradit ponderando ibi tex.dum dicit,tibi non currit,si promoueri iusto impedimento detentus,infra tempus huiusmodi nequiuisti,quia licet pater potuerit mihi filio acquirere,nõ tamen acquisitũ renunciare,argu.c.si tibi absenti.de præbẽ. in 6. & not.per docto.contra Bart.ibi.in l.qui Romæ.§. flauius. in fi.ff.de verbo.oliga.vbi donãs Titio, vt post mortẽ acquiratur Caio,non potest reuocare,vt non acquiratur Caio, per l.quotiens.C.de dona.quæ sub modo.sic consuluit Deci.con. 58. & ista est cõmunis, teste Benedicto, secũdum quam fuit prolatum arrestum Burdegalæ.in repet.c. Raynutius. in verbo.si absque. 2.in substitutione fideicommis. nu. 23. cum seq.de testamentis.

Ciuitas interficiens episcopum eo priuatur, et quomodo constituatur ciuitas.

a ¶ [*In ciuitatibus*] Ciuitas dicitur, quæ habet episcopum. teste Bar.in extrauag.qui sint rebelles,in verbo Lombardiæ.quem si interfecerit,eo priuatur. c.ita nos. 25.q.2. Alexand. in l.2.ff. de verbo.sig.in additio.ad Bart.& constituitur ciuitas authoritate principis,expressè vel tacitè hoc agentis,vt sit ciuitas,& habeat priuilegia ciuitatis, & etiam sine authoritate superioris constitui potest,cum sit de iure gentium, patruus meus Rebuffus, & Platea.in l.vna.C.de metropo.berito.lib.11.Fel.& alij.in c.Rodolphus.de rescrip.Geminianus & cæteri,in c.si ciuitas.de senten. excommuni, in 6. Leges in ciuitatibus docendæ sunt. in prooemio. ff. §. hæc autem tria. Sex requisita ad gubernationem ciuitatis tradit Ioan.de Selua in tract.de benefi. q.5.1.partis.nu. 6.Quid veniat eius appellatione. Alber.in tracta. statutorum.in 2.parte.q.176.& Iacob.de bello visu,in §. illud.in authen.quib.mod.natu.effici sui.cõllat.6.Et in ciuitate construẽda

da de nouo, requiſita ponit Lucas de penna in l.fina. colum.3. C.de quibus muneribus.lib.10. Et an ſi verberetur ciuis, poſſit ciuitas bellum ob hoc indicere,tradit Lucas in l.2.C.de aparito.proconſu.& lega.lib. 12. Sed nullus nobilis, vel alius, etiam princeps indicit bellum in hoc regno,ſed ſolus rex. & quando obligetur ciuitas per procuratores, vel per ſyndicos eius,not.Bart. & alij in l.ciuitas.ff.ſi cer.peta.

villis[a] muratis exiſtentes non[b]

a ¶[*Villis muratis*] Villa murata, ſecundum conſuetum loquendi modum in Francia, dicitur locus muris circundatus, in quo frequentiſſimus eſt populus ibi habitans. gloſſ.in eo. verbo. in pragma.Deutero.1.ſic dicitur,vrbes magnę,& ad cœlum vſque muratæ. Et hic accipitur generaliter, quaſi text. velit dicere, quod nedũ parochiales eccleſiæ ſitæ in ciuitatibus magnis conferri debent graduatis, vel aliis qualificatis, verum etiam quæ exiſtũt in aliis villis muratis,& ſic in ſingulis villis muratis,vide quæ dico in tracta.nomina, q. 16. vbi trado regulam cum amplia.& limitatio. *Villa murata quæ dicatur.*

¶ Et hæ eccleſiæ debent cõferri qualificatis,etiam ſi nouis muris ſint circundatæ. Feli.in c.Rodulphus.colũ.1. de reſcript.vbi dicit, quòd eccleſia ruralis de nouo muris circundata debetur impetranti beneficiũ in villa murata,vel in ciuitate. Bar. in l.2. ff.de verbo.ſignifi. Et in dubio poſtquam eſt muris circũdata, debet villa murata iudicari ſi concurſus populi inſit.

b ¶[*Non*] Diuerſitas magna eſt inter verba huius text.& verba prag. nã in prag.erat oratio affirmatiua,hic negatiua, quæ totũ negat,& plus negat,quàm affirmatiua affirmet.tex.in l.ſi ſic ſtipulatus.& ibi Iaſ.not.ff.de verbo.oblig. glo.in l. hoc genus. ff. de condit.& demonſtra. & Cepola in tracta.de ſerui.vrb.prædio.c.35.gloſ.in c.cum dilectus.in verbo à ſuſpenſis.de conſue. Decius. in l. in eo.in princ. nume.9. ff.de reg.iur. & fortior eſt prohibitio legis prohibitiuæ,quàm permiſsiuæ.l.3.§.liberti. & ibi Bart.ff.de ſuſpec.tuto.Deci.in c.nam concupiſcẽtiam. 3.nota.de conſtitu.in prima lectura.Et quãuis hic nõ repetatur clauſula decreti,tamen collatio in cõtrariũ facta eſt nulla proſequẽte qualificato,quia nõ eſt dubium,ea quæ contra legẽ fiunt,pro infectis haberi.l.non dubium.C. de legi.& infra de firma.& irreuoca.concor.ſtabil.ponitur clauſula decreti, vbi licet videre. *De negatiua quæ totũ negat.*

¶ Etiã ſi fuerint collatæ per viã reſignatiõis,vel ſubrogationis,

quia hic omnino prohibetur collatio aliis facienda,quàm qualificatis,vt infra patet & idem si per viã permutationis,cum alij sint omnino incapaces extantibus qualificatis,vt hic patet,quia hæc cõstitutio est introducta partim in fauorem graduatorum, partim in fauorem populi,qui est magis capax.in ciuitatibus & villis muratis,quàm in municipiis.c.statutũ.in princ.de rescrip. in 6.gloss.in §.in ecclesiis.eod titu.in pragma.

Ecclesia parochialis de qua hic nõ potest permutari cũ non graduato.

¶Imò papa Clemens.7. declarauit collationes & prouisiones quascunque, etiam commendas de his parochialibus non qualificatis factas,etiam per papam non facta derogatione concordatorum nullas & inanes,siue per viam resignationis simplicis siue permutationis, vel aliàs quouismodo. Et hoc anno.11.sui pontificatus.8.idus Augusti, quam declarationem approbauit Paulus.3.Pontifex. max. & secundum istam declarationem iudicari voluit,anno incarnationis dominicæ 1534.tertio nonas Nouembris,pontificatus sui anno primo,quod est bene notandum. Et declaratio summi pontificis ex singularis personæ postulatione facta ad legem,vel constitutionẽ aliquam,ius generale inter omnes cõstituit.l.fi.C.de legib. Ludo.Roma. consil. 260.in propositio.in prin.& Feli.in rub.de rescript.in princ.

¶Non valet tamen dispensatio cõcessa alicui nõ graduato, vt ecclesiam parochialem talem tenere possit,& ille nil impetrasse videtur,vt in simili dicit tex.in l.1.ff.de nata.restituend.per tex. in §.1.de firma & irreuoca.concordato.stabilita.infra, vbi decernit irritum & inane, quicquid fuerit factum contra hæc concordata,etiam si à papa:& sic non valebit dispensatio illius cõtra hæc concordata,quicquid dicat Probus, in §.in ecclesiis.in verb.instituantur.de colla.in prag.vbi dicit quòd papa nõ contrahit,aut permittit aliquid, per quod eius potestas in toto, in parte minuatur.Ista opinio est contra iura, nam papa per vim contractus minuit sibi potestatem, aliàs contractui posset derogare,si hoc sequamur,quod est absurdum.c.1. de proba.l.1. & 2. quando liceat ab emptione discede.Ideo minuitur potestas papæ & principis in eo, quòd non potest solus contractũ tollere, nec illi contrauenire,alioqui nullus vellet secum contrahere, & aliis rationibus quas scripsi in præfa. ad hãc rub. supra. quibus non respõdet.& plus est hoc concordatũ quàm cõstitutio in cõcilio edita.vt patet in d.rub. de firma.infra. & quod legatus etiam non possit conferre has parochiales ecclesias alteri, quàm qualificato,fuit conclusum in senatu, & in mente curiæ retentum,

Dispensatio papæ contra concordata an valeat.

Arrestum.

tum,decidendo processum inter Guillelmum esclisson & Leonardum marin,anno 1536.

a ¶[*Nisi*] Hæc dictio, quia præcedit oratio negatiua, ponit illud,quod negatum est in præcedéti,vt est tex.& ibi Bar.& alij in l.actione.C.de transac.quasi velit hic tex.dicere, beneficia ciuitatum & villarũ muratarum non conferãtur nisi personis qualificatis. & sic qualificatis debent conferri. Et intellige quòd non semper ponit,sed interuenientibus aliis necessariis requisitis per alias leges,vt in regula peccatũ.de reg.iur.in 6. Bar. in l. diuus ff.de peti.hęred.licet cogitandum reliquerit. Ias. in d.l.action. vide quod in simili not.Cuma.consi.26.cum statutum.circa fi. *Dictio nisi quomodo accipiatur.*

nisi [a] personis [b]

¶ Nota quòd dictio nisi,negat potentiam,quando oratio negatiua respicit futurũ tempus l.titia.§.fi.ff.de manu.testa.quando verò oratio negatiua respicit præsens tempus, tunc dicitur negare actum, qui actus dicuntur de præsenti, quando in esse deducũtur, potétia verò respicit futura.Bar.& alij in d.l.actione.vbi licet videre fusius.vide moder.Crotum.in c.1.nota.6.de consti.in 6.Bal & ibi Barb in addit.ad eum.in c.vno.col.3.per quos fiat inuestit.§.sed & res.Doct.in c.præterea.2. de appella. Iacob.de bello visu,in repet.§.contrahentes.in verbo nisi inueniatur.ibidem,de fo.compe.in 6.

b ¶[*Personis*] Quarum appellatione venit tam vir quàm mulier. Bal.in l.quicunque.colum.3.versic.idem si statutum. C.de seruis fugit.Soci consil.57.Casus.col.penul.in 1.volu.non ex conceptione generũ, sed ex propria natura dictionis persona. Decius in reg.fœminæ.in fi.princ.ff.de reg.iur.hic tamen non cóprehenditur mulier, quia non potest habere qualitates hic requisitas:ideo tantum masculos comprehendit, nec omnes, sed idoneos & qualificatos, quia persona dicitur rationibilis creatura. Ideo nondum natus nó est habilis.Card.in c.2.§.cum verò.de concef.præben.vbi dicit facere contra Brixien.episcopũ, qui contulit ecclesiam vacantem filio cuiusdam nõdum nato, siue foret masculus,siue fœmina. *Personæ appellatione quid veniat.*

¶Imò etiam non comprehenditur hic vniuersitas,collegiũ ciuitas,municipium,vel aliud corpus communitatis,quia propriè appellatione personæ non veniunt.c.Romana.in fi.de senten. excom.in 6.Barb.in cle.causam.col.20. de elec. vbi plenè scribit,& ĩ cle.1.& ibi Bonifa.col.1.de iudic.& dixi supra eo.verb. in rub.de regia.ad præla.nominatio.faciend.in §.1.Et auth. ité

quæcunque.C.de episc.& cle.& ibi Bal. Alex.con.216. nec arguendi.col.3.in 2.vol. Ro. con. 436. quod indultum. col.1. licet quando materia subiecta patitur,appellatione personæ veniant.§.si verò cótigerit.in authen.de aliena.& emphy.coll.9. l.metum.§.animaduertendum.ff.quod met. caus.l. in facto. §. fiscus. ff. de condi. & demóstratio.facit.l. 1.§. personis.de iure immu. etiam

modo præmisso [a] qualificatis

furiosi persona dicit iurisconsf. in l.cum quasi.§. in furiosi persona.ff.de fideicommiss. liberta. Barb. consil. 47. clementissimum.col.5.& sequ.in 4.volum.l.fina.C.de eroga.milit. anno. lib.12.Ias.consil. 118. nume.2. volu.1. & maximè quando dicitur quæuis persona. Alexand.consil.40.in causa.col. vlti. in 7. volu.In iure tamen,persona ecclesiæ dicitur rector ecclesiæ, & communius ponitur cum adiuncto, videlicet persona ecclesiæ, non persona simpliciter.licet glo.in prag.in hoc verbo contrarium dixerit.per ca.ex parte.supra.de rescrip.c.bonæ. &. c.personas.de appel.c.fin.ne præla. vices suas. facit.c. quæsitum ibi, clericis quos personas vocant.1.q.3.

Persona ecclesiæ rector ecclesiæ dicitur.

Volens habere beneficium in villa murata quas qualitates habere debeat.

a ¶*Modo præmisso qualificatis*] Repetit omnes qualitates in hoc titu.traditas personas tangentes. Et sic requiritur primò,antequam quis sit capax beneficij villæ muratæ, quòd studuerit per tempus competens,& præstitutum.in §.præterea.supra eodem. vel saltem per triennium in theologia, vel altero iurium, deficientibus supradictis, propter dictionem saltem, &c. & de hac dictione modo præmisso qualificatis, est text.in §. præfatíque ordinarij.supra eod.

Grad⁹ post collationem nō sufficit.

Gradus an requiratur in beneficiis villæ muratæ habendis.

¶Secundò,requiritur gradus.§.præfati.1.supra eodem.alioqui non esset præmisso modo qualificatus,& non graduatis beneficia nō adstringuntur in hoc titulo conferenda, nisi saltem, &c. Nec sufficeret habere gradum post collationem, cum hic tempore collationis requiratur,& postea nō prodesset, vt dixi cuidam senatori, qui fuerat licétiatus post regiam concessionem, in qua vocabatur licentiatus,& tamen non erat.

¶Tertiò,requiritur gradus in vniuersitate priuilegiata:& sic requiritur,quòd gradum sumpserit in vniuersitate regni,vt hic dicitur. In vniuersitate priuilegiata,plenè dixi in tract.nomina,q. 10.& tunc erit præmisso modo qualificatus.

¶Quartò,requiritur insinuatio.§.teneátur.supra eo.vbi qualitas ponitur,quæ hic césetur repetita.Intellige ꝙ extátibus graduatis

duatis non graduati repelluntur, & si sint qui insinuauerint, nō insinuantibus præferuntur. vt plenè dico in tract. nomina. q. 16. quod est verum, si vacent hæc beneficia in mensibus præstitutis qualificatis, secus si in mensibus ordinariorum, quia in illis sufficit idoneis graduatis conferre, etiam si non insinuauerint. per verbum libere, probatur in d. §. præfatíque ordinarij. supra eo. vbi libere conferre possunt idoneis, & quilibet graduati sunt idonei, etiam si non insinuauerint, ergo collatio illis facta valebit, quia hæc qualitas gradus est introducta, tam in fauorem parochianorum villæ muratæ, quàm graduatorum, quibus satisfit prouidendo graduatis tempore statuto ordinariis. dic tamen vt in q. 16. tract. nominat. non putarem tamen sufficere, si conferretur baccalaureo facto ante tempus, vt si per triennium studuerit, quia non est modo præmisso qualificatus, nec satisfit text. in §. præterea. supra eo. extantibus aliis. secus illis deficientibus.

Insinuatio an requiratur in villa murata.

¶ Quintò, quòd tempore quadragesimæ insinuauerit, & literas dederit duplicatas, vt dicitur in d. §. teneantur, & sic erunt præmisso modo qualificati.

¶ Sextò, requiritur quòd non habeat beneficia vsque ad ducentos florenos auri de camera, alioqui non esset modo præmisso qualificatus, nec capax villæ muratæ. §. volumus. supra eod. ibi, in vim gradus seu nominationis petere non possint. & quia ratio eadem habet locum cum non sit pauper, qui obtinet beneficia vsque ad illam summam, & hoc aliis extantibus.

Habenti ducētos florenos non debetur villa murata.

¶ Septimò, si beneficium in villa murata sit regulare, regulari conferendum est qualificato: si seculare seculari: & prætextu dispensationis papæ non potest contra fieri, vt in d. §. volumus, continetur. & sic modo præmisso qualificatus erit regularis graduatus ad regularia, secularis ad secularia.

¶ Octauò, quòd nominato conferatur antiquiori si vacet in mensibus nominatorum, vel poterit collator gratificare in mēsibus graduatorum, dum tamen habilem & idoneum gratificet, & vt supra qualificatum. §. præfati. 1. supra eod.

¶ Nonò, requiritur in nobilibus, ꝙ sint qualificati, vt in §. prę terea. & sequen. & in aliis etiam, vt ibi dicitur, alioqui beneficiū in villa murata, vel ciuitate, si sit ecclesia parochialis, habere in Francia non poterunt. alia vide in d. tracta. nomina. q. 16.

¶ Nec obstat si dicatur, quòd ecclesiæ parochiales sint cōferendæ viris graduatis, si vacent tēpore præstituto graduatis, vel nominatis, si tempore suo vacent, & non alio tēpore, & hoc vide-

tur dicere verbum modo præmisso qualificatis. Sed respondeo quòd hic text. vult parochiales has ecclesias conferri personis præmisso modo qualificatis,& sic requirit qualificationem personarum,non temporis,alioqui tex.dixisset,cum qualificatione prædicta. & tunc putarem quòd tex. repetisset etiam temporis qualificationem , ita quòd si extra tempus

aut [a] saltem [b] qui per tres annos in

præstitutum vacassent, non deberentur. quod secus est per hæc verba.nota bene,quia vidi sæpius super his dubitari.

Aut est alternatiua ordinis.

a ¶[*Aut*] Alternatiua est ordinis,non electionis,vt in l.cum pater.§.pe.ff.de lega.2.probatur in §.1.in verbo aut baccalaureo. & ibi dixi supra eo.gl. in reg.in alternatiuis. de reg.iur.in 6.gl. & doct.in c.mandato.de præb.illo lib. sic dicitur de eo qui debet citari in facie,aut ad domum.vt prius in facie, si reperiatur, si minus,citetur postea ad domũ.l.1.§.1.ff.de liber. agnoscend. l.scire oportet.§.qui autem.de excusa.tut.Bar.& Alex.in l.4.§. prætor.ff.de damno infecto. Card.in cle.vna.col.1.de foro cõpe.quasi velit dicere tex.quòd parochiales ecclesiæ sitæ in ciuitatibus, aut villis muratis,quando vacant, conferendæ sunt graduatis,& qualificatis modo supradicto , & si non sint graduati & qualificati , conferantur illis saltem , qui per tres studuerint annos,&c.licet propriè non sic accipiatur glo.in c.cum plures. de off.deleg.in 6. & de multiplici alternatiua. vide text. in l.3. ff.de eo quod cer.lo. Ioan.Fab. & Ias.in §.huic.insti. de actio. Hic magnum apparatum facerem de alternatiua, si vellem, sed materiam propriam prosequar tantum.

De dictione saltem.

b ¶[*Saltem*] Subsidiaria est, & diminutionem significat.glo.& ibi Domi.& Franc.in ca.statutum. §.1.in verbo vel saltem. de rescr.in 6.vbi dicit glo.nota. quòd si aliter geri potest , primò id fieri debet . ad iuramentum enim recurritur solum in aliarum probationum defectum.sic in defectum graduatorum conferendæ sunt ecclesiæ parochiales illis , qui studuerint triennium, non aliàs. hoc etiam probat. l.1. §. vsus. ibi , saltem per alios. ff.de procu. cle. ne in agro.§. sanè. de statu monach. Et cle. causam. in princ.vbi Barb. not. colum.7. & seq. de elect.l. si quis hac lege.§. quoties. ff.qui & à quibus. Domi. in consil. 37. dubitabatur.colum.3.Item quando hæc dictio saltem coniungitur cum dictione aut, vt hic, vel seu,vel siue, tunc importat alternationem ordinis.ca.quia propter.de elect.Ioan.And. & Panor.in c. per vestras. per illum text. de donat. inter virum

& vxo.glo.in §.fi.de colla.in prag. Vult ergo text.dicere quòd primò personis modo præmisso qualificatis conferantur ecclesiæ parochiales, quandocunque vacent, & illis deficientibus saltem his, qui studuerunt per triennium, &c. quasi dicat, si aliter non potest, his tamen conferat ordinarius.

theologia, vel altero [a] iurium studuerint, seu magistris [b] in artibus

¶Et sic non requiritur quòd isti, qui studuerint triẽnium, sint qualificati: quia his deficientibus confertur istis, qui studuerint, &c. alioqui dictio saltem, non diminueret, & etiam quia nó potest esse baccalaureus in triennio. Nec etiam in his requiritur insinuatio, vt plenè dico in d.tra.no.q.16. Nec refragatur quòd si non fiat insinuatio, quomodo poterit scire episcopus, quòd quis studuerit triennium? Respon. Episcopus tenetur inquirere idoneos.c.graue.de præb. & si inquirat, inueniet, & si non inuenerit, conferat cui potest.arg.l. vt gradatim. ff. de munerib. si tamen post factam collationem veniat qualificatus, dummodo infra tempus iuris, admittetur, excluso eo cui est facta collatio, etiam si fuerit facta ei, qui studuit triennium per hunc tex.

Studẽs triẽnio an teneatur insinuare & gradum habere.

a ¶*Altero*] Idem si in vtroque iure per tres annos studuerit, cum & in altero studuisse videatur, vt dixi in tract. nomi.q.5. Et per hæc excludit medicos, vt non possint obtinere beneficia in ciuitatibus & villis muratis existentia, nisi sint graduati, & præmisso modo qualificati, etiam si studuerint per tres annos, quia hic tantum exprimit illos, qui studuerint in theologia, vel altero iurium, ergo in aliis locum non habet.arg.c.nonne. de præsumptio. nam scientia eorum tangit corpora hominum. ideo quando medicus est iuuenis, pestis est in patria, vt dicit Alberi. in l.prouidendum: C.de postuland.

Medici tres annos studentes beneficia in villis non obtinent.

b ¶*Seu magistris in artibus*] Cum hæc verba denotent ordinem patet quòd & magistris artium possunt conferri beneficia in villis muratis existentia, in defectum tamen aliorum theologorum, & iurium professorum. Qui præferuntur quo ad hoc magistris artium, etiam si theologi, vel alij hic expressi studuerint tantum triennio, quia magis capaces sunt ad ecclesiam regendam hi, qui in theologia, vel in iure canonico, vel ciuili, studuerunt per triennium, quàm in artibus magistri, qui tantum circa nuces laborauerunt. ideo hic tex. illos præmisit, & deficientibus idoneis hi admittuntur.l. vt gradatim.§.1. & l. honor.in

Magistri artium an præferãtur his qui triẽniũ in iure studuerũt.

fin.ff.de muneri.& honori. Tamen intelligo hunc tex.quando magistri artium non essent præmisso modo qualificati, quia tunc dicerem eum, qui triennium studuerit, isti præferendum, alioqui contra per hunc text. si rectè intelligatur.ideo is qui in iure studuit triennium, debet præferri magistro artium, qui est factus ante quinquennium, vt post triennium cum dimidio,quia tunc non est rectè qualificatus, ideo studens triennium preferetur, secus si quinquennium studuisset,quia tunc esset præmisso modo qualificatus, & alter non admitteretur.

qui in aliqua vniuersitate[a] priuilegiata studentes magisterij gradum adepti fuerint cōferantur.[b]

a ¶ *Vniuersitate*] Ergo non sufficeret si adeptus fuisset magisterium sub bulla, vel in vniuersitate Auraicen. vel in vniuersitate vltra montes, etiam non sufficeret cum hic dicat, in vniuersitate priuilegiata. & illæ quæ sunt vltra montes, non sunt quo ad nominationes & prærogatiuas regni priuilegiatæ, vt dico in tract.nomina.q.10.supra eod.titu.plenius dixi.

Confertur verbū quālibet dispositionē comprehendit.

b ¶ *Conferantur*] Comprehendit præsentationem, & aliam dispositionem.glos. in clemen. vna de rerum permuta. & in rub. vt ecclesia . beneficia sine diminutio . conferan. cap. 2. & cap. cum nostris.de concess. præbend. Ita intelligitur text.in §.1.in verbo collatorem. de mand . apostol. infra. & in §. præfati. 1. supra eod. ibi, conferre teneantur. Ioan. Andr.in cap.ex tenore. vbi hoc expressè tenet,de concess. præb. etiam comprehendit commendam. Videlicet vt non commendetur nisi præmisso modo qualificatis, nam commenda canonicus est titulus. ca.dudum. 2. de elect. & largè appellatione collationis venit. not. in c.nemo.de elect.in 6. dixi in tracta.de pacifi. possess. in 5.amplia.nume.35.cum seq.Ideo si nominatus requirat sibi beneficium conferri, licet ad præsentationem beneficium vacans spectet, non ad collationem, tamen illa requisitio valebit per supradicta, quia error in acceptatione (quando constat de corpore) non vitiat, argu.l. cum in corpus. ff. de acqui. rerum domi. de Rota. deci. 219. licet. in nouis dixi in tracta . nomi. quæst.7.in fin.quia etiam hæc requisitio se refert ad literas nominationum , quibus mandatur patrono , vt præsentet collatori, vt conferat . Perus. in cap. statutum . in primo nota , de præbend . in 6 . & sic secundum qualitatem personæ. l. plenum.

num.§.æquitij.ff.de vſu & habit. An data poteſtate conferendi cenſeatur data poteſtas præſentandi, tradit Ioannes Andr. & Imol.in d.ca.ex tenore,& Imol.in ca.fi.de conceſſ.præb.& ego plenè docui in praxi mea beneficia. Et an parochiani poſſint præſcribere ius præſentandi curatum in eorum parochia, vide per Alber. in regula quæ propter neceſſitatem.col. 2.& ſeq.de regul.iur.ff.

§. MONEMVS.

Monentur regni vniuerſitates ſub pœna priuationis priuilegiorum, vt eos tantum nominent, qui ſecundum prædicta tempora ſtuduerint, & iuxta ſtatuta vniuerſitatum, & non per ſaltum promoti fuerint, alioqui nullas declarat nominationes, & vniuerſitates ſuſpendere comminatur. hoc dicit.

¶ Monemus a

§. MONEMVS.

HIC. §. duas habet partes, in prima ponitur prohibitio, in ſecuncunda, pœna. ſecunda ibi, quod ſi ſecus. & legitur vſque ad.§.ſi quis autem. qui eſt vltimus huius tituli.

a ¶[*Monemus*] Licet regulariter monitio debeat eſſe trina, gloſ. nota.in cap.ex literis. de conſti.tamen in actibus extra iudicialibus ſufficit vna.ca.ſi epiſcopus.18.diſtinct. clemen.1.de hæret. in verbo.requiſierint.Inno.in cap.ad petitionem.de accuſa.Panor.in cap.conſuluit.de offi.delega. fallit in cap. 1. de ſupplen. negl.præla.& ibi Anto.de Butrio.Bar.& alij in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de damno infect.Feli.in c.2.in fi.de magiſt.& monitio iudicis habet vim trinæ citationis.l.2.C.quomo.& quando iudex.ſic & hæc principis monitio, ita quòd ſi vniuerſitates Franciæ hæc non ſeruarent, poſſent pœnis legitimis affici, non tamen ex ſola contrauentione priuilegiis priuari, vt nota. in c.ex literis.de conſti. Et monitio de occultis impetrari non poteſt pro re immobili, quià eſt nota,& conceſſa ad reuelandum cenſus,& redditus fuit annullata in hoc ſenatu, Anno 1541.die 18. Iulij.Cum cēſus inter immobilia computetur.cle.exiui.§.cúmque annui.de verb.ſignific.Fuit tamē approbata anno 1544.die 10. Februarij, contra quendam condemnatum ad expenſas: & vt eas ſolueret, fuit interrogatus, vt bona indicaret, qui domum alienam indicauit, poſtea iudex facta inquiſitione permiſit vti cenſuris, quod curia approbauit, appellantémque ab abuſu non recipiendum dixit, eúmque ad emendam condemnauit.

Monitio trina eſſe debet, fallit vt hic.

Monitio de occultis pro re immobili impetrari non debet.

Arreſta.

¶ Nota quòd quando in cōſtitutione eſt verbū moneo, vt hic,

missο per ciues, nisi perpetratum fuerit ex proposito & cōsilio, etiam si omnes ciues vexillo erecto, & pulsata campana facerét illud delictum sine deliberatione, quia tunc inquiri debet contra singulares, & illi puniri. text. singu. in l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam. Bar. in l. aut facta. §. fi. nu. 9. de pœnis. & Lucas in l. 3. C. de exacto. & executo. lib. 12. Feli. & Decius in c. cū omnes. de consti. Ias. in §. pœnales. nu. 26. insti. de actio. & consil. 139. volu. 4. D. Boer. in tract. de seditio. fo. 26. Anchar. in c. dilectus. 2. col. 2. & seq. de simonia. Idem si consules vel scabini delinquant insequendo consuetudinem, tunc est delictum populi. c. venientes. & ibi Ancha. in primo not. de iureiur. Et vbi vniuersitas deliquerit, instigatores primò debent corporaliter puniri. vniuersitas verò in pecunia & emenda condemnari debet. Et solet concludere procurator regius, q̄ ciuitas sic delinquens radatur, & solo æquetur, vt testis est patruus meus Rebuffus in l. quinque. C. de decur. lib. 10. & in rub. de mune. patri. lib. eod. col. 2. & de ratihabitione vniuersitatis tradit decisio. Neapolitan. 176. ex quo probatū addidi ad dictū. §. si in sepulchro. vide Hippoly. in l. nihil. nu. 19. ff. ad leg. Corn. de sica. Quod est verum in delicto momentaneo, sed in habente causam successiuā, vt rebellio, tunc ciuitas tenetur, dato quòd consilium & deliberatio nō præcesserint. teste Ancha. consil. 158. col. 4. & Ias. cō sil. 139. in præsenti. col. 1. volu. 4.

ne quando vniuersitas pro delicto puniatur.

sub pœna [a] priuationis omnium

¶ Crimen tamen vnius bene præiudicat aliis eiusdé professionis viris, quo ad diffamationem, quia ex honestate aliquorū studentium diffamatur tota vniuersitas, sicut ex delicto sacerdotis diffamātur alij, & etiā episcopus c. si mala fama. 2. q. 5. & ex mala vita aliquorū aduocatorum, & doctorū, vel religiosorum diffamatur ordo ipsorum. Bonifac. vital. in cle. vna. col. 3. de offic. ordi. Si ergo sola facultas theologiæ, decretorum, vel alia circa hoc deliquerit, aliquem per saltum promouendo, nō debet puniri tota vniuersitas, nec altera facultas, quæ nō deliquit per supradicta, & maximè vbi sunt omnino separatæ, vt hic Parisiis. & in Montepessulano facultas medicinæ à facultatibus aliis est separata. secus in aliis, quæ sunt cōiunctæ. apud Tholosates omnes facultates coniunctæ sunt, sed facultates iurium extollunt inter alias caput floridum.

Crimen vnius quādo alteri noceat.

Facultas vnā delinquens non debet puniri, etsi altera deliquerit.

a ¶ *Sub pœna priuationis*] Non importat priuationem ipso iure,

Sub pœna priuationis quid importet.

ſed comminationem.ita expreſsè conſuluit Alex.conſ.103.videtur.col.pen.vol.1.glo.in c.vno.de ſagit.tex.in c. ſalonitane.63. diſt.& ibi bona glo.tex. in c.relatum.in fi.de iure patro,glo.in c.non ſolùm.de regula.in 6.Barb.in repe.c.Raynaldus. col.101. de teſta.Hoc fallit in ſex caſibus traditis per D.Tiraquel.in repe.l.ſi vnq̃.in verbo reuertatur.nu.211. & ſeq. C.de reuocá. dona.vide glo.in.§.fi.de annatis.in verbo ipſo facto. in pragma.

& ſingulorum priuilegiorum à nobis [a] & à ſede apoſtolica obtentorum, ne collatoribus, ſeu patronis eccleſiaſticis habeant aliquos nominare, niſi eos qui ſecūdum præfata [b] tempora ſtuduerint, & ſecundum dictarum

Digniora quãdo non præponenda.

a ¶*A nobis & à ſede*] Id eſt à rege & à ſede apoſtolica. hic rex ſe præmiſit, quia ſua magis intereſt,vt in Euangelio, Ego & pater tuus dolētes quærebamus te.vel Romanus pontifex,qui hæc cōcordata condidit,cauſa honoris(vt fieri eſt ſolitū)Frācorum regē præmiſit, vt in c.ego Lodoicus.63.diſt. c.victor.97.diſt.& ibi gl.& in ſupraſcriptione epiſtolę inter claras.C.de ſumma trini.vbi Alberi.& in his nō eſt magna vis,niſi quòd digniora ſunt præponenda.ca.auaritiæ. & ibi Decius,de præb.quod fallit in loquente,qui de conſuetudine etiam minus dignum præponit,& non ſeipſum.

Principes etiã ſeculares vniuerſitatibus concedere poſſunt priuilegia.

¶Item notādū eſt ꝙ priuilegia poſſunt dari vniuerſitatibus,tā à papa,q̃ à principibus ſecularibus quo ad tēporalia.auth.habita.C.ne filius pro patre c.quo iure.8.diſt.& videmus multa priuilegia eſſe data clericis,& eccleſiis per Imperatores. in titu.C. de ſacroſanct.eccle.& ſeq.text.& ibi gloſ.in c.fina.de reb.eccle. non alien.Super ſpiritualibus nō poſſent ſeculares dare priuilegia,quia in ſpiritualibus nō ſunt ſuperiores.c.eccleſia.de conſti. c.bene quidē.96.diſt.glo.in §.item.vt decætero.in verbo regalibus.eod.titu.in pragm.tex. expreſſus in ca.conuenior.23. q.8. in prin.ibi,verum ea quæ diuina ſunt,imperatorię poteſtati nō ſunt ſubiecta.glo.in c.veniens.de præſcript.vbi doct.

Arreſtum.

b ¶*Præfata tēpora ſtuduerint*] Et ſic vniuerſitas non poteſt nominare aliquem iure,niſi ſtuduerit per tempus ſtatutum in §.præterea.ſupra eod.vbi dixi,& in tract.nomi.q.5. Etiā ſi poſt nominationes ſtuduerit,& ante vacationē beneficij per iſtum tex.Et ita fuit cōcluſum in hoc ſenatu,Anno 1522. die prima Aprilis.

a ¶Vni-

a ¶[*Vniuersitatum statuta*] Hic nõ repetitur ꝙ studuerit per pręfata tempora,sicut in nominationibus.& sic quis potest sumere gradum,dum tamen modo secundũ statuta vniuersitatis sit habilis,& sic licet nõ studuerit per tempus præstitutũ. in d.§.præterea.Vel potest intelligi,quòd vniuersitates non debent nominare , nisi eos qui studuerint per præfata tẽpora, & secundum statuta vniuersitatum promoti fuerint:& sic requiritur tam in nominato,quàm in graduato quòd studuerint per tempus præstitutum supra in.§.præterea.& prior intellectus à senatu Parisiẽ. tenetur tanquam æquitati conformis.

vniuersitatũ [a] statuta ad gradus,

¶Nota tamen quòd antequam quis ad doctoratum promoueatur,decem requiruntur.

¶Primò,ætas saltem.17.annorum.l.1.§.pueritiam.ff.de postu. quáuis Card.in prooemio.cle.in 2.q.dicat ꝙ nulla ætas est determinata,si habeat alia requisita,sed potest semp quis fieri doctor.nec refert secundũ eũ,an quis sit senex per ætaté,an secundum mores.ná aliqui propter nimiũ studium præueniunt tẽpus, vt Parisien.& Tholosates. gl.in c.tum ex literis.de in integ.resti.&.in.l.vnicuique.C.de proximis sacro.scrinio.lib.12. *Decem requisita doctoribus.*

¶Secundò,quòd per quinquennium saltem studuerit,in prooemio.ff.& prima constitu.C.§.quibus.facit.c.fi.de magistris.

¶Tertiò, quòd in vniuersitate studuerit,& non ruri.cap.tuæ. de cleri.non residen.

¶Quartò,ꝙ alios moribus præcellat.l.magistros.C.de profess. & medic.libr.10.& maximè requiritur quòd sit iustus , cum sit exemplar bonorum operum,scholaribus,aliàs nõ est dignus aperire sensum scripturarum,de quo habetur Apoc.5.c.& Deus reuelat humilibus & paruulis,quod interdum abscondit sapientibus,vt est in Euangelio.

¶Quintò,vt facundiam habeat.ibidem,&.l.vna. C. de profess. qui in vrbe Constan.Co.merue.lib.12.

¶Sextò,quòd habeat docendi subtilitatem. d.l.vna.Petrus de Lesnaude.in opus.de docto.q.6.partis.1.

¶Septimò, quòd in suo examine septé doctores sint.Barto.in l.medicos.C.de profess.lib.10.&.l.si quis.ibidem.quod non seruatur in vniuersitatibus Franciæ.

¶Octauò,ꝙ illi doctores iurati deponant illum esse sufficientem,quod etiam nõ seruatur,vt dixi in repeti.l.vnicæ. in verbo

subtilitatem.num.22.C.de senten.quæ pro eo quod interest.
¶ Nonò, quòd sit legitimè natus, quod in aliquibus vniuersitatibus non seruatur, nisi Valētiæ.& de iure intelligitimus potest doctorari c.innotuit.& ibi Bald.col.2.de elect.

Primū examen doctorum est cruména. Aliàs prorecti.

¶ Decimò, nō negociator, l.vna. C.negocia.ne militent.lib.12. & ista procedūt in doctoribus regentibus, in aliis omnibus ista non requirimus, sed primū examen est bulgæ, secūdum scientiæ.

& nō per saltum[a] promoti fuerint, quod si secus fecerint, vltra nullitatis [b] pœnam, quam in præ

Liber statutorum vniuersitatis probat.

¶ Insuper aduertēdum est, quòd si liber statutorum vniuersitatis reputatur pro tali libro, licet nō habeat subscriptioné publicam, tamen probat in iudicio, hoc tenet sing. Bar.in vlti.glo.in extrauag.qui sint rebelles.& expressius Domi.cōsil.15.reuerendæ, col.vlti.quod est summè notandum. Item si statutis vniuersitatis cautum sit, quòd vniuersitas nō possit aliqua statuere cōtra statuta antiqua, si tamen vniuersitas multum læderetur, si seruaret illa statuta antiqua, poterit eo casu statuere, & ordinare contrarium l.cum nauarcorum. & ibi patruus meus Rebuffus. C.de nauicula.lib.11.facit.l.si hominem.& ibi Curtius.ff. manda.& non est dubium vniuersitatem in suos statuere posse, vt in c.ex literis.vbi etiam nota.de constitu.

a ¶ *Per saltum*] Quando quis dicatur per saltum promotus, declaratur in rub.de clerico per saltum promoto.c.1. videlicet, vt tunc dicatur, quando scholaris fit doctor, vel licentiatus, antequam sit baccalaureus, saltum enim facit, & non ascendit gradatim.l.vt gradatim.ff. de muneri. plenius declaratur in tract. nomina.q.21.vlti.limita.

Annullatio actus an sit pœna.

b ¶ *Nullitatis pœnam*] Et sic retractatio & annullatio actus est pœna.glo.in c.cognoscentes.de consti.& ibi plenè doct.tex.in c.si religiosus.in fi.prin.ibi, in pœná præsūptionis illius, electio eadem ipso facto viribus vacuetur omnino.de elec.in 6.c.super literis.ibi, in pœnam suæ peruersitatis. vbi Bald.no.col.2.de rescript.& Barba.cons.17.præclarè.col.penult.in 1.volu.intellige quando actus annullatur in odium personæ.l.moris.& l.si quis fortè.§.fi.iuncta.l.aut damnum.in prin.ff.de pœnis.l.testamento centurio.in fi.de manu.testa.Boer.in decis. Burdega.q.1.nu.16.& seq.inde est quod statutum faciens quem inhabilem, dicitur esse pœnale, ideo restringēdum. Paul.per illū text.in l.is qui

hæres

hæres.ff.de vulg.Feli.in c.2.col.1.de test. Etiam prohibitio alicuius actus est pœna.l.aut damnum.in prin.ff. de pœnis. Et sic annullátur hic nominationes,& gradus,in odium personarum eos promouentium per saltum,vel ante tempus. & ita dicit tex. nullitatis pœnam.Itē dicitur pœna,quādo actus specialiter contra regulas iuris annullatur.l.senatus.ff.de contrahen.emptio.Deci.& alij in d.c.cognoscētes.

fatarū nominationum literis declaramus [a] vniuersitates ipsas no

Annullatio tamen dicetur pœna extraordinaria,& impropriè. Innoc.in c.si verè.de senten.excommunica. Philip. Peruſ.in c. fi.col.2.de elec.in 6.Bald.in.l.nemo martyres.C.de sacrosanct. eccle.Alex.in.l.turpia.in prin.ff.de leg.1.

¶ Si verò actus annulletur secundum regulas iuris communis, non dicitur pœna.Bal.& Ias.in l.non dubium.C.de legi.Itaque si actus annulletur doli ratione,vel culpæ,pœna est,diuersum,si irritetur ex defectu solennitatis,quia tunc nō est pœna,sed prouidentiæ defectus.teste Bal.in d.c.super literis.col.2. de rescrip. per tex.in l.codicillis §.fi.ff.de lega.2. Vnde iura quę annullant testamenta,vel sententias, non seruata solennitate requisita de iure communi,non dicuntur pœnalia.Bal.in d.l.nemo martyres.C.de sacrosan.eccle.per.l.eius.§.planè.ff.de iure fisci. Idem si annulletur in fauorem alicuius:ideo quando alienatio minoris,vel mulieris annullatur,non dicitur pœna,cum illud sit in fauorem illorum inductum,& nullum sit delictum,ergo nec pœna.l.sancimus.C.de pœnis.doct. in d.c.cognoscentes. vbi vide fusius.Quod facit ad cognoscendū,quando statuta dicátur pœnalia,& sic restringenda.l.cum quidā.ff.de libe.& posth.l.interpretatione.de pœnis.Pan.& alij in c.qua fronte.1.no.de appel. *Statuta quando pœnalia dicātur.*

a ¶ *Declaramus*] Ex hoc tex.patet limitatio ad tex.in c.cum secundū leges.de hære.in 6.vbi licet bona sint ipso iure confiscata,requiritur tamē declaratio.fallit vt hic,quādo declaratio fieret per legem,vel statutum,aliis modis limitant Do.& Peruſ.in d.c.cum secundum.& Feli.in c.Rodulphus, ver. sed declaratoria.col.22.& seq.de rescrip.&.c.cum non ab homine.de iud.vide quæ addidi ad d.c.cum secundum. & de quo prosit ista declaratio,tradit Fel.in c.1.col.12.versi. non obstat etiam huic limitationi.de constitu. Et sic nominationes sunt ipso iure nullæ,quando ante tempus quis est nominatus, vel quando per saltum est promotus,vt scripsi plenè in tracta.nomina.q.21. *Quando nō requiratur declaratoria sententia.*

Ii

Est priuilegium nominationes cõcedere.

a ¶[*Priuilegio*] Nota quòd posse nominare, est priuilegium. Et sic non competit vniuersitatibus extra regnum, vt patet supra in procemio, cùm hoc regnicolis tantũ concessum sit, & an hoc priuilegiũ possit reuocari, dico in. q. vlti. trac. nominatio. & multa dicerem hic de priuilegiis, quæ de industria relinquo, ne impleam chartas ex materiis incidentibus.

b ¶[*Suspendemus*] Patet hic quòd duplex pœna potest imponi pro vno facto, videlicet vt nominationes ante tempus præstitutum concessæ sint nullæ, & vniuersitates tales nominantes, priuilegio nominandi suspendi possint. intellige quòd duplex pœna imponi potest pro vno facto, quando vtraque per eandem constitutioné apponitur. l placet. C. de sacrosan. eccle. Item quãdo vna esset spiritualis, altera temporalis. glo. in c. de his. de accusa. Idem propter criminis enormitatem. glo. & doct. in c. at si clerici. de iud. & quando vna tenderet ad interesse priuatum, & altera ad vindictam. vel vna est ciuilis, altera criminalis. l. 1. C. quando ciuilis actio præiudi. crimina. Bart. in l. prætor. §. 1. ff. de iniur. & l. 1. & 2. vi bono. rapto. authen. imo. C. de actio. & obli. vbi imponitur triplex pœna. & in c. attendendum. 17. q. 4.

Duplex pœna quando pro vno facto imponi possit.

minãdi priuilegio [a] ad tẽpus secũdũ culpæ qualitatẽ [b] suspẽdemus.

¶Et quando vtraque est pecuniaria, tunc imponi potest altera, quatenus excedit, vt. l. quoties. ff. de actio. & obliga. Idẽ si vtraque prosequatur interesse priuatum, & vtraque descendat ex facto, ex quo resultant diuersi tituli criminis, qui habent se vt species separatæ, & distinctæ. l. si adulterium cum incestu. ff. de adulter. l. qui de crimine. C. de accusatio. Si verò oriantur propter duo crimina, quæ habent se vt genus & species, tunc vna pœna sufficiet. l. senat⁹. ff. de accusa. Boer. in decis. burdega. quæst. 289. quæritur. idem quando per nouam constitutionem imponeretur pœna penitus diuersa à prima imposita per ius commune, tunc etiam vtraque exigetur. l. qui sepulchra. C. de sepulchro viola. l. quoties, in princ. ff. de actio. & obliga. & quando vna per se non sufficiebat. c. non solum in fi. & ibi glos. de regula. in 6.

Pœna vni imposita an liberet alium.

¶Item quando pro eodem delicto imponuntur pœnę diuersis, tunc pœna vni imposita non liberat alium, vt hic, & in l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & clericis. l. si familia. ff. de iurisdict. omnium iud. l. penult. ne quis eum qui in ius voca. est, vi eximat. Item si ex vnico excessu plures offenderentur c. 1. de re

iud.

iud.in 6.pulchrè Barb.con.74.omnia.col.3.vol. 3. vbi plus dicit,quòd potest imponi ex vno facto pœna,& retractatio act9, quæ est pœna,vt hic per l.nemo martyres.C.de sacrosan.eccle. Fallit etiam in casibus traditis in c.at si clerici. §.fin.de iud.vbi traditur regula,quòd quis pro eodem facto non debet duplici pœna puniri. fallit,vt supra dixi. vide per Lucam in l.nemo.col.6.C.de cursu pub.lib.12.& l.3.col.8. C.de exacto. & executo. eodem libro. Card. Alexand.in cap.fraternitatis. columna secunda distin. 34. vbi elucidat quando plures pœnæ in lege, vel statuto ponuntur, quænã ex illis imponenda sit. ¶Et an punit9 in vna curia possit in alia puniri,vide per Bal.con.29.vol.4. & consil.402. ibidem. & consil.124.in 5.volu.Barb.d.consil.74. col.3.in.3.volu. Guido papæ consil.99.Ioannes, vbi dicit ex stilo curiarum temporalium seruari,quòd debitores excommunicati compelluntur ad soluendum à curiis temporalibus per captioné corporis & bonorum:donec se fecerint absolui.& si debitor in carceribus detinetur,tamen creditor potest conuolare ad bona.& contra.allegat Angel. Are.in l.4.§.si ex conuentione.ff.de re iudi.Henric.boteum in tract.de synod.episcopi.fol.58.Philip. perus.in c. fœlicis.§.per hoc.de pœnis in 6.glo.in §.1.in verbo permansuris.de concubinariis,in prag.vide Panor.& alios in c.de causis. col.vlt.de offi.deleg. Scripsi plenè in tracta. de literis obligato. regio sigillo,vel alio authen.signa,artic.10. & quando imponũtur diuersæ ponæ à lege,statuto,vel ordinatione, quæ illarum sit imponenda.Præposi. plenè tradit in c. fraternitatis.col.penul.& sequen.34.distinct.

Punitus in vna curia an in alia puniri possit.

§. SI QVIS AVTEM.

Nominati & graduati petentes beneficia in mensibus ordinariorum vacãtia, ac eos molestantes, ad expensas, damna & interesse condẽnantur,ac fructibus,gradus & nominationis sunt priuandi, similiter collatores tenentur beneficia conferre vacantia in mensibus nominatorum & graduatorum ipsis debitè qualificatis,illa prosequentibus,sub pœna suspensionis conferẽdi in octo mẽsibus illius anni.hoc dicit.

a ¶Si quis autem graduatorũ

§. SI QVIS AVTEM.

a ¶Hic §.duas habet partes.Prima imponit pœnam graduatis & nominatis.secunda collatoribus.secunda ibi, eodémque vinculo.

Petere ante litem contestatam quis non dicitur.

a ¶[*Petierit*] Petere non dicitur ante lité contestatam, sed petere velle.l.amplius.ff.rem ratá hab. Et hoc declarant verba sequentia,& in processu posuerit.ergo si extra iudiciũ petierit,non incidit in pœná huius tex.sed poterit pœnitere. Arch.in c.placuit primo.11.q.1.Et an verbũ petere requirat litis contestationé.tradit Bar.in d.l.amplius, & Ias.in l. si decé cum petiero.col.1.ff. de verbo.obliga. Georg.nathan in repeti.cle. sæpe.col.8.in verbo causas.de verbo.significa. Anto.in c.si diligenti. colum.7. cum sequen. de for.com. l.papinianus.§.meminisse. ff.de inofficio.testam.

aut nominatorum, in mensibus deputatis collatoribus ordinariis aut personis ecclesiasticis beneficiũ vacãs,invim gradus,aut nominationis [a] petierit, & collatorem [b] ordinarium in vim præfati gradus aut nominationis in processu posuerit,& aliter [c] mo-

Molestans prouisum ab ordinario, an sit puniendus

b ¶[*Collatorem ordinarium*] Et sic si nominatus,vel graduatus petat à prouiso per ordinarium collatorem, & in processu ponat, ac molestet,non incidit in hanc pœnam.cum hic tex.illud non dicat,& etiam quia ille prouisus expensas, damna, & interesse ab illo qualificato petere poterit,& sic nõ debet puniri quo ad collatorem,ne duplici pœna conteratur.c. at si clerici. §.fin.de iud.& quia bona fides non patitur, vt bis maximè ab vno exigatur.regula bona fides.de regu.iur.in 6. Alij contradicunt, vt molestans indebitè prouisum ab ordinario,incidat in pœnam: quia satis dicitur molestare ordinarium collatoré, qui molestat eius prouisum, cum ipse ordinarius teneatur postea euicto beneficio eidem conferre.c. inter cætera.de præbend. declaro in tract.nomina.q.vlt.& maximè, quia satis lucratur ordinarius, qui explet voluntaté.glo.in l.pen.ff.de condic.causa data.quam sing.not.Bald.in marg.in verb.lucrum.q.3. Decius in c.ex parte S.col.2.de rescript.addidi ad d.l.pe.tex. pro illa glos. dic.vt in q.vlt.tract.nomina.scripsi.

c ¶[*Aliter molestauerit*] Aliqui taliter molestauerit legunt, & intelligũt taliter,videlicet per processum c.fi.§.sanè. de deci.in 6. ibi,taliter à religiosis,&c. Alij legunt, & aliter molestauerit, videlicet quam per processum,scilicet de facto, & tũc appellatione molestiæ venit iuris & facti molestia,vt in l.vna. C.de nundinis.dixi in d.tract.nomina.quæst.vlt.

¶Vltra

a ¶[*Vltra expensarum*] Et sic in expensis tenetur, moderatis tamen. nam promittens reficere expensas, de moderatis tantũ intelligitur. glo sing. in authen. de iudicib. §. oportet. colla. 6. secundum Bal. in c. finem. col. 3. de dolo, c. 1. in fi. de sequestra. poss se. Et de expensis multa tradit Specula. in tit. de expen. & Lanfran. in repet. c. quoniã contra. in fin. de proba. Petr de Ferra. in pract. sua in forma libelli in actio. reali. in verb. & expensis quæ si hic vellem transcribere, ascenderent ad iustum volumẽ. *Promittens reficere expensas, intelligitur de moderatis.*

lestauerit, illum vltra [a] expensarum, damnorum, [b] & interesse [c] condamnationẽ à fructibus sui gradus & nominationis priuandum [d] esse decernimus. Eodémque [e] vinculo collatores ordinarios, & patronos ecclesiasticos, quibus graduati & nominati debitè (vt supra) qualificati suas gradus & nominationis literas insinuauerint, astringimus, vt beneficia ad eorum collationem vel præsentationẽ spectantia in mensibus graduatorũ simplicium aut nominatorum

b ¶[*Damnorum*] Quorum appellatione venit diminutio patrimonij. l. 3. ff. de damno infect. glos. in titu. de friuo. appella. in verbo damnorum. Expẽsæ tamen dãnorum appellatione nõ veniunt. text. sing. in c. in nostra. de iniur. ideo supra expressit expensas. &c. *Damnorũ nomine quid veniat.*

c ¶[*Interesse*] Appellatione cuius venit propriè lucrum cessans, & damnum emergens glo. & doct. in l. vna. C. de senten. quæ pro eo quòd interest. & ibi dixi in præfa. ad illam legem. non repeto, cum liceat ibi videre multa per me scripta in illa materia. *Interesse est lucrum cessans & damnum emergens.*

d ¶[*Priuandum*] Et sic non est priuatus ipso iure, sed per sententiam venit priuandus, quia participium futuri temporis, & verbum important canonem ferendæ sententiæ. c. cum tu. de vsur. l. improbum. C. ex quibus cau. infa. irrogat. l. in criminali, ff. de iurisd. om. iud. Fel. in c. Rodulphus. de rescript. Fallit in viginti casibus congestis per D. Tiraquel. in repet. l. si vnquam. in verbo reuertatur. nu. 32. cum seq. C. de reuocan. dona. Et ibi tradit vtilitates quæ ex hoc sequuntur, videlicet quando sit canon latæ sententiæ, vel ferendæ. scripsi in arbo. feudo. in fi. *Participiũ & verbũ futuri temporis important canonem sententiæ ferendæ.*

e ¶[*Eodem vinculo*] Hic versiculus duobus intelligitur modis.

¶Primò,quòd ſicut graduati & nominati tenentur ad expenſas,damna & intereſſe vltra nullitatis pœnam,quia literæ nominationum & gradus ſunt nullæ,quando moleſtant ordinarium collatorem:ita collatores conferentes beneficia in mẽſibus deputatis nominatis vel graduatis vacantia, aliis quàm qualificatis,tenentur ad expenſas,damna. & intereſſe nominatis & graduatis vltra nullitatem collationis. & hoc procedit ſi nominati & graduati proſequantur.dixi in.8.q.octauæ quæſt.princi.tracta.nomina.

vacantia extantibus [a] præfatis graduatis aut nominatis debitè qualificatis illa proſequentibus [b], aliis quàm graduatis aut

¶Secundò, intelligitur q; eodem vinculo aſtringũtur collatores,videlicet,ſicut nominati nõ debent petere beneficia eiſdem nõ debita,ſic epiſcopi beneficia eiſdem debita aliis non debent conferre,ſi in menſibus eiſdem præſtitutis vacent,ſub pœna ſuſpenſionis poteſtatis conferendi in octo menſibus illo anno ad collationem eorum,ad prę́ſentationẽ liberam ſpectãtibus.& ſic non repetit pœnas ſupra poſitas, & hic intellectus magis conuenit textui.vide quæ dico in tract.nomina.q.19.in fine.

Ablatiui abſolutè poſiti conditionem inducunt.

a ¶*Extantibus præfatis graduatis*] Ablatiui ſunt abſolutè poſiti inducentes conditionẽ.l.ab emptione.ff.de pac.& ibi Iaſ.& l.à teſtatore.de condi.& demonſt.Iaſ.in l.1.no.5. de iure emphi.& in rub.ff.ſolu.matri.Vult ergo dicere tex.ſi ſint nominati,& ꝓſequantur beneficia eiſdem debita,epiſcopus non debet aliis q̃ ipſis cõferre.ſi verò non ſint nominati,vel ſint,& nõ proſequãtur,epiſcopus tũc cõferre poteſt etiam nõ qualificato,quia ſemper lex intelligi debet,ſi petatur, vel ſi velit,vt Iaſo.latè dicit in l.2.C.de iure emphit.ſcripſi in gloſ.ipſo iure.in §. ſi quis verò. ſupra eod.multa congerit D.And.Tiraquel.in rep.l.ſi vnquam in verbo reuertatur.nu.8.cum ſeq.C.de reuocan.dona.

Proſequi debet nominatus. aliàs collatio alteri facta valebit.

b ¶*Proſequentibus*] Et ſic epiſcopus poteſt cõferre non nominato,vel nõ graduato beneficia eiſdem prę́ſtituta,& debita,ſi nominati non proſequantur nec graduati,vt hic. Idẽ ſi antiquior nominatus non proſequatur,tunc poteſt iuniori conferri beneficium debitum antiquiori,quia iunior vigilauit , & proſecutus eſt,ideo ſuam conditionem meliorem fecit.l.pupillus.ff.quæ in fraudem creditorum.

¶Item poteſt conferre parochiales eccleſias in ciuitatibus aut

villis

villis muratis existentes nõ prosequentibus graduatis, aut nominatis, aliis nõ graduatis. d. §. statuimus supra. & dicitur ꝓsequi quando petit beneficium sibi cõferri, & obtinuit collationem, & per eam prosequitur aduersarium vsque ad sententiã, secus si obtenta collatione ab ordinario taceat, quia tunc collatio ordinarij nõ est nulla, cum nõ dicatur prosequi, qui cum effectu nõ prosequitur. l. 1. ff. quod quisque iuris. nam præsumitur renũciare quãdo ante sententiam destitit. l. destitisse. ff. de iud. facit gl. in §. itẽ quod ad dictas. in verbo nominatorum. eo. tit. in prag. scripsi in repet. l. diuus, folio. 15. de senatusconsulto Silla.

¶ Præterea beneficia debita mandatario potest ordinarius collator conferre graduato, vel alteri, quando mandatarius non prosequitur. Rub. de mãda. apost. versi. declarantes prosequentes huiusmodi mandata, &c. & in mandatis solet apponi hæc clausula, si vobis pro alio nõ scripserimus, qui simile mãdatum, aut similem gratiam prosequatur, vt patet infra in forma manda. & ibi dixi. Ratio est, quia inuito non confertur beneficium, regula iuris, inuito. ff. de reg. iur. & etiam in gratia semper intelligitur clausula, si is cui conceditur, prosequatur, & vti velit, etiã si clausula decreti irritantis adsit. Ioan. Monach. in c. statutum. de præb. in 6. dixi in tracta. no. quæst. 18. facit. l. proinde. in fi. ff. si certum petatur.

¶ Item institutio facta sine præsentatione patroni, est ipso iure nulla. c. decernimus. 16. q. 7. instante, videlicet & prosequente patrono, alioqui non. Panor. & alij in c. illud. & c. ex insinuatione. de iur. patro. Rochus in verbo. honorificum. q. 1. tracta. de iur. patr. plenè Cassado. in decis. 2. de locatio. abundè scripsi in interpreta. d. c. illud. *Institutio sine præsentatione quando sit nulla.*

¶ Intellige ritè & rectè prosequẽtibus, & debitè qualificatis, vt dicit tex. supra in §. præfati. 1. & ibi dixi. & in tract. no. q. 18. Itẽ prosequentibus intra tempus, aliàs si vellet post sex mẽses, non facta requisitione, vel habita collatione prosequi post trienniũ non posset, sed posset repelli per decretum de pacifi. possesso. vt dixi in tract. de pacific. possess. in 13. amplia. nam permissum ad tẽpus, post tẽpus videtur ꝓhibitũ. l. statu liberũ. §. 1. ff. de leg. 2.

¶ Et si graduatus non tenetur acceptare per prædicta primũ beneficium vel nominatus, etiam si sciat illud beneficium sibi deberi, & se esse antiquiorem, tum etiã quia hoc nõ est expressum, sicut in mandatis. c. tibi qui. de rescrip. in 6. & in c. si clericus. de præb. eo. lib. Imo in §. teneãtur. supra eo. dicitur quòd graduati *Nominat⁹ nõ tenetur acceptare primum beneficium.*

& nominati, qui non insinuauerunt, non possunt petere beneficia vacantia in mensibus eisdem præstitutis. ergo si insinuauerint, possunt petere, nō dicit, teneantur petere, quia verbum potest, voluntatem & non necessitatem significat. l. sæpe. ff. de off. præsid. Bart. & alij in l. Gallus. ff. de liber. & posthu. Item non priuatur quis nisi in casibus à iure expressis. glo. in c. vlt. de iure patro. l. si seruum. §. prætor. ff. de acqui. hære. sed hoc non reperitur expressum, ergo, &c. ad hæc quòd in fauorem graduatorum &

nominatis non cōferant, sub pœna suspensionis [a] potestatis cōferendi beneficia in octo mēsibus illo anno [b] ad collationem eorum ac presentationem liberam spectantibus.

nominatorum est introductum, vt possint acceptare primum, vel aliud. ergo illi fauori renunciare possunt. c. si diligenti. de foro compe. In hoc ergo erunt melioris conditionis quàm mandatarij. Et in quibus differant, dico infra tit. proximo in verbo nominatis. §. declarantes.

Hæc verba sub pœna quid denotent.

a ¶ *Sub pœna suspensionis*] Comminatio est, nō pœnæ inflictio. possent tamen iudices seculares, & maximè domini senatores hanc pœnam collatoribus imponere, & interim persona prouida & honesta, quæ suspensi suppleret defectum, poni deberet. cap. graue. de præb. & etiam si episcopus non se corrigeret, posset puniri pœna contēta in d. c. graue. vel alia pœna arbitraria. Et hæc pœna habebit locum in collatore, qui confert etiam iure deuoluto, cum sit eadem ratio, & quia omnibus præcipitur in d. §. præfati. 1. & §. si quis verò. vide ibidem. & quæ dico in tract. nomina. quæst. 8. nu. 19. & an suspensus ab officio censeatur esse suspensus à beneficio, vide tex. & ibi glo. in cap. si quis sacerdotum. 81. dist. glo. Panor. & alios in cap. pastoralis. de appel. & de multiplici suspensione tradit glo. in cle. cupientes. de pœnis. Fel. in c. 2. de exceptio.

b ¶ *Illo anno*] Et sic patet quòd intelligitur de octo mensibus illius anni, & nō alterius, sicut si dicatur, per tres quadragesimas pœniteat, intelligitur de tribus quadragesimis vnius anni, text. in c. accusasti. de accus. glo. in c. qui compulsus. 22. q. 5. de qua dubitauit Corse. in fin. incipiē. quadragesima & hoc reprobaui in trac. nomi. q. 14. nu. 8. & facit quòd eligentes sciēter indignum sunt suspensi per triennium à beneficiis ecclesiasticis. c. cum in

cunctis,

cunctis.§.fi.de electio.intelligitur de illis beneficiis, quæ habét in illa ecclesi,in qua fuit facta electio.ca. si cōpromissarius.in fi. de ele.in 6. Reliqua tangétia materiã huius tituli,dico in tract. nomina.ad quem recurrito.& sic ex his dicam cum psalte egregio,Psal.67. Benedictus dominus die quotidie,prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum,vt ad finem vsque sua gratia possim peruenire. Sic continuãdo in hoc titulo dictum extitit quomodo conferri debent beneficia ratione gradus & nominationis,nunc sequitur videre quomodo ratione mandati.Ideo sequitur rubri.de mandatis apostolicis.

TITVLI DE COLLATIONIBVS FINIS.

¶ Rubrica de mandatis Apostolicis.

NOtandum est, quòd olim Romani pontifices nõ solebãt grauare ordinarios per hæc mandata, sed Alexander tertius(ut reor)fuit primus qui inuenit ista mandata. c.eam te. de rescrip.quæ demũ prosecutus est Innoc.tertius, vt in c. dilectus 2.de præb.postea Honorius tertius,vt in c.capitulũ. de rescrip. deinceps Gregorius nonus,vt in c.mãdatum. cum duobus seq. illo tit.superuenit postea Innocentius quartus, qui decretalem primam.de concess.præb.in 6.euulgauit.Et post eũ Bonifacius octauus compilauit decretalem vlt.de præb. in 6. Vltimò Clemens quintus in concilio Viennen. quædã dubia declarauit in cle.vna.de concess.præb.De his Ioan.And.not.in addi.ad Specula in rub.de conces.præb.in principio,& in c.duobus. in fin. de rescri.in 6.Petrus Anch.in d.cle.vni.in principio. *Quis primo inuenit mandata.*

¶ Postremò, papa & rex certam mandatis in hoc Franciæ regno,de qua infra patet, formam statuerũt,& hæc sunt iura,quæ in mandatorum materia allegari solent.

¶ Insuper in his mãdatis olim Romani pontifices primò dabãt literas monitorias(quasi primarias preces) per quas monebant ordinarios ad conferendũ mãdatariis.Veruntamé quia ordinarij voluntaté summi põtificis facilè non exequebãtur, ideo literas præceptorias inuenerũt,quibus præcipiebãt ordinariis collatoribus,vt mãdatariis cõferre haberent. Verum si mandatũ collatores nõ exequebãtur,nõ annullabatur illorum dispositio,sed contrafaciés erat puniendus.c.si soli.de cõcess.præb.in 6.c.dilectus 2.de præb.Fel.post Pan.in c.constitutus,col.9.nu.21.de re- *Quæ sunt literæ monitoriæ,preceptoriæ,et executoriæ*

ſcri. Ideo Romani pōtifices literas executorias ĩuenerũt, ꝑ quas mãdabatur, vt executores cõpellerẽt ordinariũ ad cõferendũ. de his tribus literis habetur in c.eã.& c.cõſtitutus.c.literis.&.c. ex inſinuatione.de reſcri. Veruntamẽ quia adhuc manus ordinarij non ligabãtur, vt collatio in contrariũ facta nõ valeret, niſi in tribus caſibus.

¶ Primus, quãdo mãdatarius erat creatus canonicus.c.ſi poſtquam. de præb.in 6.c. duobus.de reſcri. illo lib. Fel. in c. ad audientiam. colũ. 8. verſ. literæ non dantur. de reſcript.

¶ Secũdus, quando erat clauſula decret. c. 1. de cõceſſio.præb.in 6.

¶ Tertius, quãdo executor inhibuerat collatori,& ſuæ collationi reſeruauerat.c.tibi qui.de reſcrip.in 6.dict.c.ſi ſoli. Ideo executoribus poteſtatem cõferendi literis in executorialibus in recuſationem vel negligẽtiam dederunt.c.ſi apoſtolicæ.de præb.in 6.cap.ſi capitulo. de conceſſ.præben.ibidem. Aliquando verò dabantur tantum literæ executoriæ, vt in d.c.capitulum. de reſcript. & ibi amplè de hac materia.& in c.dilecto. de appellatione. Verumenimuero, quia hæc materia eſt difficillis,& cõfuſa:nam paucos habet tex. & dubia ſuper ipſis formis & clauſulis deciduntur argumentis legalibus melius, quàm canonicis conſtitutionibus, teſte Petro de Anch.in cle.vna.col.1.de conceſ. præb. ideo putaui hic aliqua quotidiana pro mandatorum elucidatione inſerenda.

Materia mãdatorũ eſt difficilis & cõfuſa.

¶ Quot modis capiatur mãdatum, tradit Barb.in c. mãdatum. notab.1.col.2. de reſcript. Et quid differat à præcepto. Feli. & Dec.in c.eam te.illo tit.& quid ſit mandatum principis.glo. in auth.de mandat.princip.collatio.3.in princip. Et quotuplex ſit Azo & docto.in eodem tit. C.& per Alber.in verbo mandatũ in dictio. Hic poſſem multa dicere de mandato, ſed tãtum proſequar materiam congruentem.

§. PRIMVS.

Quilibet Ro.pontifex poteſt ſemel grauare vnumquenque coollatorem, decem beneficiorum, vel plurium collationem habentem vno mandato, ſi verò quinquaginta, & vltra habeat duobus mandatis, tamen in eccleſia cathedrali vel collegiata non poterit in duabus præbendis grauare.

¶ Statuimus [a] & ordinamus

§. PRIMVS.

a ¶ *Statuimus*] Hic titulus quadriſariã diuiditur, Primò, præſtituit numerum mandatorum eccleſiis Franciæ dirigendũ. Secũdò, præ-

dò, præcipit mandata dari sub forma inferius descripta, ibi, & vt obuietur. Tertiò, reseruat sibi papa prçuentionem omniũ & quorumcunque beneficiorum, ibi, declarantes, &c.
¶ Quartò, vult verum beneficiorũ valorem exprimi debere, ibi statuimus, & de hoc verbo statuimus dictum est in §. primo supra. de colla. in 1. glo.

quod quilibet[a] Romanus[b]

a ¶ *Quilibet*] Canonicè promotus, alioqui anathemate cum suis auctoribus, fautoribus, & sequacibus, à liminibus sanctæ dei ecclesiæ separatus abiiciatur, sicut antichristus & inuasor, & destructor totius Christianitatis. tex. in c. 1. col. 3. dist. 23. quem tex. dicit sing. Addit. ad Panor. in proœmio decretaliũ, Gregorius. & panor. in c. licet. de elect. nu. 11. Et alibi dicitur, Si quis pecunia, vel gratia humana, aut populari, seu militari tumultu, sine concordi, & canonica electione cardinalium fuerit apostolicæ sedi inthronizatus, non apostolicus, sed apostaticus habeatur: liceàtque cardinalibus illum maiorem anathematizare, & humano auxilio à sede apostolica pellere. c. si quis 79. dist. ideo dicit Bal. in l. impetrata. Not. 1. C. senté. rescindi non posse. quod princeps legitimè electus est deus in terris, & maximè papa, sed non legitimè electus est diabolus, & apostata, & non habet claues cœli, sed inferni. sequitur Barb. in cle. ne Roma. col. penult. de electio. Nec refragatur verbum quilibet, quia debet intelligi de habili: vt in l. 1. C. de sacrosan. eccle. & ibi addidi. Alexand. in l. 1. §. nunciatio. ff. de operis noui nuncia. & ideo tex. supra. de elect. derog. dicit canonicè intrantium. & ibi Io. Dayma declarat quando dicantur canonicè ingredi. & Fel. in c. ego. N. col. 2. de iureiur. per illum text.

De papa canonice promoto.

b ¶ [*Romanus pontifex*] Etiã si habitaret extra vrbé Romã, quia nõ locus, sed dignitas hãc concedit gratiã. arg. c. illud. & c. multi. 40. dist. glo. in verbo Romanæ. in §. nos itaque in extrauag. Ioan. 22. rub. de præb. Et quòd Romæ debeat habitare, concludit Oldra. consil. 85. sanctissime. & Alber. in suprascriptione epistolç inter claras. C. de summa trinita. dicit tamen tex. in c. legimus 93. dist. quòd vbicunque fuerit episcopus, siue Romæ, siue Aeugubii, siue Cõstantinopolitani, eiusdem meriti est, eiusdem & sacerdotij. Ideo ego arbitrio suo relinquo, sicut Præposi. in c. in nomine domini. 23. dist. instar iudicis. l. 1. ff. de iure delib.

Papa vbi habitare debeat.

¶ Item dicit textus, Romanus pontifex. quia alius à papa non potest dare ius ad vacatura, cap. nulla. de conces. præben. cap. 2.

Quis possit dare mandata.

de præben.in 6.nec ista mandata concedere, etiam legatus, vel collegium cardinalium cle.ne Romani.de elect. c.dilectus.1.de præbend.glos.in ca.si cum.eod.tit.in 6.&.c.quanuis.de rescrip. illo li.& sic papa tantum hæc mandata concedere potest.Imol. in c.constitum, colum.1.de rescript.Pontifex enim princeps sacerdotum est, vel dicitur esse quasi via sequentium.Ipse sum

pontifex semel [a] duntaxat

mus sacerdos,ipse pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque leuitas. Ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit:ipse,quod vnusquisque facere debet, ostendit. Antea autem pontifices & reges erant.nam maiorum hæc consuetudo fuit, vt rex esset sacerdos, & pontifex. vnde & pontifices Romani imperatores appellabantur. sunt verba text.in ca.cleros.in versicul.pontifex.21.distinct. Hodie conuenit soli papæ, etiam ex communi vsu loquendi. cle. si Romanus pontifex.de præbend. cap.1. de constit. in 6.& ibi glos. & docto. tradunt, quibus vocetur nominibus. & Præposit.in capitu.statuimus. 4. distinctio.

Nomina Papæ conuenientia. ¶ Aliquando vocatur summus pontifex.cle.si summus.de sent. excommuni. Aliquando vocatur summus sacerdos, quod nomen cœpit à Moyse.c.sacrosanct.22.dist.Et maior est authoritas papæ,quàm sanctorum.c.de libellis.20.dist.de hac potestate multa tradit Bald.in l.rescripta.col.3.C.de preci.imperat.offeren. & Ollzam in suo tracta.de potesta. papæ. súntque alij multi tractatus de potestate papæ, qui potestatem fusius explicant.ad eos si lubet,cófugito.

Papa quid sit. Sunt tamen quidam hæretici, qui nihili potestatem papæ faciunt,cum ipsi nihili sint, non videntes quod dictum est eidem, Tu vocaberis cephas.& ipsis, Durum est vobis contra stimulum calcitrare, quia papa est omnis super omnia.teste Bal.in c.vno.col.2.versi.pone quod prælatus qualiter. Domi à feud.propriè priuet. & contra hos hæreticos, habetur Esaiæ 29.c. & erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te, & sicut fauilla pertransiens multitudo eorum, qui contra te,videlicet papam,præualuerunt.

Dictio semel elucidatur. a ¶ [Semel] Dicitur Iob 33.Semel loquitur deus,& secundò idipsum non repetit.sic & Christi vicarius: ideo hic dicitur semel, & per hoc patet, quòd prohibetur regnicolis petere secundum mandatum,nisi vt dicitur infra,quia semel & non sæpius hic peti conceditur,vt in simili dicit text.in l.fina.§.sed quia quidam. C.de iure delib.nam eo quòd prohibetur hic concedere, prohibe-

hibetur etiam petere, quia prohibito vno de correlatiuis, censetur reliquum prohibitum. l.1.& 2. C.de cupres.lib. 11.probatur in l.fina.& ibi pulchrè.Ias.C.de indic.vidui.tollend. Feli.in procemio decreta.inci.Gregorius.in princ.plenissimè per Hippoly.in l.si quis viduam.ff.de quæstio. Si tamen peteretur mandatum secundum, & per importunitatem Roma. pontifex concederet,non valeret,si dirigeretur habenti tantum collationem decem beneficiorum , propter illam clausulam decreti positam in rub.de firma & irreuoca. concordatorũ stabili.infra.nec collatores ratione illius mandati conferre tenerentur isti mandatario.vt infra eod. dico in glo.præferendos.intellige vt ibi dicitur:quia non dicitur hic quòd semel concedere possit vnum mandatum , sed semel tempore[a] sui pontificatus literas mandati concedere potest,vt sequitur.

¶ Nec posset super hoc papa dispensare,vt supra dixi in præfa. ad rub.de colla.nam ordo confunditur, quando sua iurisdictio cuilibet non seruatur.c.peruenit.11.q.1.& alibi dicitur in ca.ecce.99.dist. Meus nanque est honor vniuersalis ecclesiæ , meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ergo honoratus sum,cum singulis quibusque honor debitus non negatur.& quia ita conuentum est, contra quam cõuentionem altera pars non dispensat,vt plenè dixi supra titu.proximo,in præfa.Et de insinuatione literarum semel facienda dicit text. in §.præfatique graduati.supra titu.proxi.& plenè dixi in tract.nomi.q.14. ibi,vndecimo quotiens insinuentur,&c. *Papa an dispensare possit,vt plura mandadẽtur.*

a ¶ *Tempore*] Ergo quocunque tempore , quia indefinita æquipollet vniuersali.c.vt circa.de elect.in 6.siue statim facta coronatione concesserit,siue post.glo.in l.1.in verbo,tempore solutionis. C.de solutio.vbi exponit verbum tempore solutionis,id est in ipsa solutione,vel parum ante vel post. Imò etiam cõcessum mandatum ante coronationem valeret.tex.in extrauagan. vlt.de senten.excommu. in communibus,licet de stilo ante coronationem non soleant concedi, vt videtur concludere Felin. & recentio.in c.eam te.col.5.versicu.2.restringitur. de rescript. Vide Præposi.in c.1.col.7.distin.33. est tamen differentia, quia papa ante coronationem vtitur bulla plumbea pro dimidia tãtum parte sculpta.teste Bonifa.in cle.vna.§.porrò.nu.27.de iureiuran.& vix reciperetur sic in Frãcia, sed post coronationem tota est sculpta,vt ibidem dicitur. Et sic concedet mandatũ antequam cedat papatui.c.1.de renuncia.in 6. quod tam rarũ est, *Quãdo possint cõcedi mandata.*

sicut auis Phœnix, vel antequam moriatur, quia mors soluit pontificatum, quo ad illum argu. §. deinceps. in authenti. de nupt. colla. 4. & si vnum tantum mandatũ in ingressu concesserit, alterum postea, quandocunque placuerit, per hoc verbum dare poterit, cum semper sit in tempore sui pontificatus ante mortem & cessionem, vt dixi.

Mãdatum an per mortem papæ expiret.

a ¶ *Sui pontificatus*] Et sic tandiu potest concedere hæc mandata, quandiu durat potestas pontificalis. Sed an eo mortuo, vel cessione facta expiret concessum? videtur quòd sic per. l. mandatum. C. mandat. & §. rectè. institu. illo titul. vbi mandatum finitur morte mandatis re integra. Contrarium teneo in his mandatis apostolicis, per text. in ca. si super gratia. de offic. delega. in 6. vbi dicit non expirare, quando res non est integra, vt pote quia est collatus canonicatus, vel fulminatus processus. Sic tenuit glos. in §. item voluit. versi. visum. in verb. mandatum. de coll. in prag. Do. & alij in c. præsenti. de offic. leg. in 6. Anchar. in clem. vlti. no. 1. de rescrip. Cum ergo in Francia semper conferatur canonicatus secularibus, vt in forma mandati inferiore patet, & recipitur mandatarius. ergo in Francia mandata ista per mortem papæ non expirant. c. vlti. de concess. præben. in 6. cap. si is cui. de præbend. illo lib. & in regula cancella. decima. Sic tenent Domi. de Rota decisio. 285. si episcopus. & decis. 349 si papa. in nouis. Perus. in cap. si gratiosè. 1. nota. de rescript. in 6. Et regula. 10. Pauli. 3. ista mandata à prædecessore confirmat.

¶ Nota tamen, quòd quando gratia est facta, quamuis non executa, cum quæsitum sit ius ad rem, vel saltem ius implorandi officium iudicis, vel executoris, tunc non expirat morte concedẽtis, per not. in ca. si cui nulla. de præb. in 6. Lappus allega. 47. an datio. glos. in ca. veniens. de renuncia. Bonifac. in clem. gratiæ. col. 1. de rescript. Feli. in cap. ad audientiam. 2. col. 7. versic. literæ. de rescrip. vbi dicit quòd expectans apostolicus tantum acquirit ius implorandi executores, vt mandatum exequantur: nõ verò obligationem. glos. in cap. veniens. de renuncia. Si tamen executor nolit exequi, non datur actio contra eum, sed puniendus erit, allegat Domi. & Ioan. And. in cap. 1. in princ. col. 2. de concess. præbend. in 6.

Gratia facienda & facta.

¶ Licet quidam docto. non satis practici parum aduertentes ad stilum cancellariæ hodiernum, putent mandata de prouidendo dici gratias faciendas, & nõ factas, cum per gratiam faciendam

non

non quæratur ius in re, nec ad rem, vt si papa pro scholari mandet cuidam, vt promoueat eum ad gradum doctoratus, tunc re integra finietur mandatum, cum non sit aliquod ius quæsitum scholari, secus in mandato, vt asserit Prouinciale, fo. 37. versicu. præstantissimè. facit quòd notat Feder. cons. 78. casus est. papa. Imò dicit Bald. in l. mãdatum col. 3. in 4. oppo. C. manda. ꝙ si papa in gratia mandet executori, vt eam exequatur, non finitur mandatum morte papæ, licet secus esset si dirigeretur collatori tantum. & non mero executori. alleg. d. c. si super gratia.

¶ Item per viam contractus est hic permissum papæ, vt mãdata concedere possit, quod debet intelligi cum effectu. l. 1. ff. quòd quisque iuris. sed si mandata morte papæ finirentur, non concederet cum effectu, imò papæ authoritate circũscripti essent mãdatarij, contra. l. primam. C. de his qui veniam ætat. impetra. & impetrantibus essent elusoria, contra. l. si prætor. ff. de iudic. & res nummaria Galliæ Romæ propter frequentem mandatorum impetrationem exhauriretur, ac in detrimentum regnicolarum cederet, contra ea quæ supra in proœmio dicuntur. & ibi ponderaui. Item officium executorum gratiarum non expirat per mortem papæ. Bald. in cap. relatum. de offic. delegat. ergo nec mandata, sine quibus non possunt consistere executores illorum, nec præceptum expirat per mortem, vt tenet glo. in cap. dudum. 18. q. 2. Feli. & alij in cap. eam te. de rescript.

¶ Nec obstat verbum tempore hic positum, videlicet, vt suo tẽpore concedere possit, ergo extra suum tempus non, & sic finietur: quia respon. quòd papa potest suo tempore dare, non tamen hic textus dicit, quòd datum suo tempore finiatur, sicut dicimus de spurio, qui potest à papa tempore pontificatus legitimari. ca. per venerabilem. & per totum titulum, qui filij sint legitim. tamen non finitur legitimatio tempore Romani pontificis, nec per obitum illius, sic nec mandatum. facit decisio Tho. Fastol. in decisi. Rotæ, quæst. 23. cum sequen. vide casus in quibus non finitur mandatum, etiam re integra per mortem mandantis, per Ias. & Decium in l. eius. § placebat. ff. si certum petat. & quæ addidi ad l. mandatum. C. manda. Et quando dicatur res integra, declarat Guido papæ, in decisio. Delphina. quæstione 491. prælatus. & docto. vbi supra. Et anno 1380. *Arrestum.* die decimasexta Octobris, fuit dictum, quòd omnes literæ impetratæ à Carolo quinto mortuo exequentur sine aliis nouis literis.

Scriptura quãdo requiratur in gratia papæ probanda.

a ¶ *Literas*] Et sic in mandatis apostolicis requiritur scriptura.c. executor.de concess.præben.in 6.cle.vlti.de rescript. licet de iure ad effectum & essentiam gratiæ non requiratur,sed solo verbo Rom.pontif.gratia perficitur,c.inquisitionis.25.q.2.cle.dudum.§.fina.ibi,verbo seu scripto,de sepult.l. contrahitur . ff.de pigno.Archi.& Io.And.in procemio sexti. col.pen. nam in lingua principis stat gratia,in scriptura testimonium,in executione commoditas.Bald.in c. capitulum.col. pen.de rescript.quia per collationem in spiritualibus ius acquiritur.c.si tibi absenti.de præben.lib.6.ca.fi.de concess. præben. eod.lib.de Rota decis.882.in antiq.Feli.in ca.in nostra.in fi.de rescrip.Feli. Deci.& alij in rub.de constit. Barba.in procemio cle.§.quoniam,col.16.& sequen.Ias.consil.146.beatissimo.col. 4.versi.5.facit in 2.volu.Ideo si moriatur summus pontifex qui concessit gratiam,non leuatis bullis,poterit postea successor expedire bullas in forma,rationi congruit, vt in regula cãcella.8. Bald.in l.humanum.in fi.C.de legib.Bonifac.in procemio cle. col.2.Et si non expediantur per successorem,gratia non est probata per illam signaturam.Decisio Neapoli. 253. duo vide infra in forma manda.in verbo gratiam.

literas a

De verbo fiat.

¶ Item dispensatio,licet non reperiatur per bullam, dummodo per papam cõcessa fuerit valet.& sufficit quòd dixerit,fiat. nam statim perfecta est gratia,vt dicitur Gene.1.ca. Fiat lux,& facta est.Bal.in l.fin. C.de communi seruo manumiss. Sic consuluit de Ripa in lib.2. Respon. c. 11.de iure, per iura supra allegata. nam verbum fiat,vt petitur,licet possit de futuro intelligi,tamẽ frequentius accipitur de præsenti. Cald.in cap. quisquis reprobando.ibi glos.de electio.sequitur Feli.in cap. eam te,col.3. de rescrip.Referunt moder.in d.rub.de constitu.& d. decis. Neapolita.253.duo regij.

Beneficiũ ante leuationem bullarũ potest permutari.

¶ Item istud beneficium verbo collatum,vel per signaturã,ante leuationem bullarum potest permutari cũ alio . Imol. in clem. vna.col.5.nu.22.versic.quid si aliquis.de rerum permu. Auriol. in additio.ad Guillel.de monte Lauduno in d.c.si tibi absenti. in fi.Et Probus in additio.ad Ioan.Monach.in ca. licet episcopus.ibidem.de quo fui interrogatus in cancellaria quondam R. D.Legati de Prato. Sed non possunt permutari mandata cum aliis literis,nec econtrario,vel beneficium cum literis mandati. apostolici.Feli.in cap.ad audientiam.2.col.7. versi.nota etiam. de rescrip.per rationes ibidẽ positas. Idem Antonius, & alij in

cap.olim.

c.cum olim.&.c.fina.de rerum permuta. Ad hæc beneficium dicitur vacare per mortem illius,cui ſolo verbo fuit collatum, etiam ſi haberet tantum ſignaturam. Et ſi iſte,cui fuit facta collatio, moriatur extra curiam. dicitur etiam beneficium extra curiam vacare,licet ante collationem iſti factam in curia vacaſſet. Domi.de Rota deciſio.882.not. quòd vbi,in antiq.Inno.in c. inter cætera.colum.2.de præbend. Ioannes And.& alij in ca. ſi electio.de elect.in 6.

¶ Ad probandam tamen gratiam requiritur ſcriptura.c. porrò. ibi,ex inſpectione priuilegiorum.de priuileg. Ancha.in c.ex diligenti.in fine.de ſimo.Panor.in c.noſtri.col.1.& in c. qualiter. not.1.de electio. Aegydius de bella mera,deciſio.611.licet capella.& conſi.34.col.6.vbi dicit ita ſeruari per cle.1. ibi,confectis ſuper ea literis.de præbenb. Feli.& alij in rubr. de conſtitu.nec poteſt probari gratia papæ,niſi per literas,& hoc propter multa abſurda, quæ ſequerentur admittendo probationem per teſtes, apud quos difficillimum,& quaſi impoſſibile eſſet ſcire omnem continentiam gratiæ,& omnem formalitatem,licet non ſit omnino impoſſibile.verba ſunt Card.in proœmio cle.verſi.nec ſanè.Idem in mandato principis. tex.in §.deinde.verſi.ſi quis autem cui tale aliquid iuſſum eſt,veniat omnino,non reſpicias eũ, niſi ſacram noſtram pragmaticam oſtendat formam pro hoc ſcriptam.in authen.de manda.princ.colla.3.&. C.illo tit.l.vna. glo.in c.cum à nobis.vbi plenè docto.de teſtib.Cynus.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.in fi.de offic.proconſul.ff. Imò non crederetur etiam cardinali aſſerenti ſe diſpenſare ex conceſſione ſummi pontificis eidem facta viuæ vocis oraculo, niſi literas oſtẽdat.d.l.vna.& hoc eſt verum in præiudicium alterius. gl.in c.ſicut.de ſent.excom.ſecus ſi nulli eſſet præiudicium.gl.in c.nobiliſſimus. 97.diſt.ſic conſuluit Iaſ.conſi.104. circa col.1.vol.1.

Gratia per literas probatur.

¶ Niſi ageretur de probanda qualitate,vt quia dicit ſe priorem in data, aut motu proprio mandatum conceſſum, vel ex certa ſcientia, ſiue agatur de alia coniectura, tunc poterit per teſtes probari.gloſ.in c.duobus.de reſcript.in 6.in verbo ſi non appareat. & in ca.ſi à ſede.de præbend.eod.lib. Rota deci. 332.licet Romana.in nouis.tex.in ca.auditis, & ibi Panor. 2.nota.de in integr.reſti.Idem ſi agatur de facultate danda alicui Cardinali, vel alteri executori acceptandi renunciationem. Oldra. conſilio.324.factum.in fine.

Caſus in quibus probatur gratia papæ per teſtes.

¶ Secundò,fallit ſi mandatũ,ſiue gratia fuerit perdita,quia tunc

etiam poterit per testes probari. Panor. in c. ex diligenti. vlt. notab. de simo. per text. sing. in l. testium. in fin. C. de testi. etiam si scriptura sit de substantia probationis, tamen actus probari per duos testes poterit, casum amissionis scripturæ probando. text. nota. in c. sicut. & ibi plenè prosequitur Feli, col. 1. cum sequen. de re iud. Requiritur tamen quòd testes deponentes cognoscãt vitium bullarum, & deponant se vidisse dictas bullas integras, non habentes defectum, nec vitium. cap. cum olim. 1. de priuileg. Et quòd testes sic deponentes sint experti, & periti. vt non possint in his bullis, vel instrumentis facilè decipi. Barto. in l. 1. colum. penul. ff. si certum pet. & in authen. si quis in aliquo. col. 2. C. de edend. & l. sicut. de fid. instrum. Alexand. consi. 196. viso testamento. col. 2. nume. 9. in 2. volu. Dec. consi. 82. viso. colum. vlti. & consil. 215. in causa. col. 1. plenè tradit Hippol. in rubr. de proba. fol. 40. versicu. circa secundum casum. & requiritur talis peritia in illis testibus, vt posint dignoscere requisita ad bullas bonas, vel ad aliud instrumentum, super quo deponunt. Bar. in l. 2. §. 1. in fi. ff. de iure fisci. plenè Purpura. in l. 1. nume. 181. cum sequent. ff. si cert. peta. vbi tradit quinque declarationes, quas ibidem cernere licet.

Testes deponẽtes de bullis, vel scriptura quales esse debeant.

¶ Tertiò limita, quando dubitaretur de intentione papæ, tunc enim poterit fieri probatio aliter, quàm in literis contineatur, & sic per testes. c. susceptum. ibi, nisi de intentione mandãtis aliud appareret expressè. de rescript. in 6. & illum text. ad hoc ponderat Perus. ibi, sed potest intelligi expressè apparere, quando in literis hoc est expressum, & sic quando literis probatur. cle. vltim. de rescript. in glos.

¶ Quartò, in foro conscientiæ potest quis vti gratia, etiam sine literis. Abbas in cle. dudum. in fi. de sepul. vt refert Feli. in rub. de constitu. colum. 4.

¶ Quintò, si agatur de tenore gratię, poterit per testes ꝓbari. vt in c. cũ olim. de priuileg. l. sicut. C. de fide instru. vbi Bar. & alij.

¶ Vltimò, fallit in collatione inferioris, quæ per testes potest probari. hoc tenet Bald. in l. si qua. col. 2. versic. deinde. C. de sacrosanct. eccle. licet distinguat in c. 2. de resti. spol. Et in simplicibus beneficiis habere locum dicit Bal. in rubr. de rescript. col. 1. secus in dignitatibus, quæ non probantur nisi per sacros apices. l. probatorias. C. de diuers. offic. lib. 12. l. vna. C. de manda. princ. & idem in magno beneficio, vt eius collatio non posit probari per testes, vt falsitas euitetur. & arg. matrimonij, quod reci-

Collatio ĩferioris papæ per testes probari potest.

recipitur in c.inter corporalia. de translatio. episcopi, probat authen.maximis.C.de nup.hoc tamen non inuenirem prohibitum, etiam in maximis beneficiis si allegarentur literæ factæ & perditæ, vel alia iusta causa impediens literas confisci.l.testium. in fi.C. de testib. & vbicunque esse rei præcedit esse scripturæ, tunc sit scriptura ad probationem, sed vbi esse scripturæ præcedit esse rei, vel simul concurrunt, tunc scriptura est de substantia. verba sunt Bald.in ca.1.colum.vlti.de offic.deleg.per not. in l.contractus. C.de fide instru.

in forma mandati [a] iuxta for-

¶Quæro, an gratia Papæ si scribatur à diuersis, valeat? Videtur quod sic, tum quod non repetitur prohibitum, tum etiam quia tota bulla potest scribi per alium, vt continetur in stilo curiæ Romanæ, vbi quilibet scriptor potest habere vnum clericum, qui scribat pro eo, ergo & dimidiam partem, vel aliquam, per. l. quæ de tota.ff.de rei vendi. cap. pastoralis. §. item cum totum. de offic.deleg. Contrarium habet stilus, videlicet vt non possit scribi pars per alium, dempto nomine pontificis, Clemens, &c. Paulus, &c. Ita tenet Corne.consi.182. videtur, in 4.volum. & hic stilus est seruandus, ca.ex literis, de constitu. Card.in c.licet.de crimi. falsi. si tamen prima linea vsque ad verbum vitæ, &c. scriberetur vt assolet literis longis per vnum, & totum mandatum per alium, non minus valeret, vt vidimus quotidie fieri. & hoc seruatur de stylo curiæ Rom. *A diuersis an possit mãdatum scribi.*

a ¶ [*In forma mandati*] Quanuis multiplex reperiatur forma de iure antiquo, non tamen erat aliqua certa. Ancha. in cle. vna. col.1. de concess.præb. Ideo Galli homines in incerto vagabantur, quare inferius fuit illis præstituta certa forma, vt sequitur immediatè post istum titulum, quanuis aliqui alio in loco ab illo titulo remoto, & ibidem nil ad alios titulos proximos faciente locassent: sed nos insecuti iurisconsul. doctrinam.in l.2. ff.de sta. homi. proximos coniunctósque applicauimus titulos, prout res patitur, vt infra videre est. *De multiplici forma gratiarum papæ.*

¶Olim inter alias formas vna erat, de qua in cap.capitulum.de rescript.& dixi supra eod.in rubr.huius tituli. Alia quando simpliciter mandabatur collatori sine executore, vt prouideret de beneficio, si collator alteri conferebat, valebat collatio.ca.dilectus.2.de præbend.sed puniebatur, vt ibi.

¶ Alia forma erat, nam quandoque mandabatur conferri be-

neficium,& præcipiebatur non dato executore, & ſine clauſula decreti,& beneficium non erat mandatario affectum. c.eam te. de reſcrip.c.ſi ſoli.de conceſſ.præbend.in 6.

De clauſula decreti. ¶ Alia forma habebat decretum irritans,& afficiebatur beneficium,nec valebat collatio alteri facta.c.dilecto.de præbend.nota.in c.ſi eo tempore.de elect.in 6.Iaſ. in l.non dubium . nota. 8.colum.4.C.de legi.Feli.in c.cæterum.col.11. de reſcrip.&.ca. cum acceſſiſſent. nume.7.de conſtitu. Barba.cle. 1.colum.9.de elect. Tamen non debet apponi in Francia , vt licet videre in forma mandati. & ſi apponeretur,non valeret mandatum:quia eſſet contra formam infra ſcriptam,& contra ordina.regi.rubr. *des mandatz.*artic.1.quia Galli ſuapte natura ſunt liberales, ideo nolunt compelli, & tantum aſtringi per hanc clauſulam decreti,cum ſine ea voluntatem papæ exequantur. Etiam quia clauſula decreti eſt deſcripta infra, in rubr. de firma & irreuocabili concord.ſtabilita.§.1.

Forma ad cōpellēdum executorē. ¶ Alia erat forma in qua dabatur executor ad compellendum collatorem conferre mandatario.c.abbatem.de reſcript.Et hæc forma nō afficiebat beneficium ante executoris inhibitionem, vel niſi collatus eſſet canonicatus.c.ſi poſtquam.&.c.dudum.de præbend.in 6. Et ideo tres formæ erant: vna in qua mandabatur,vt compelleret ordinarium,quòd adimpleret mandatum papæ.Altera qua ſcribebatur executori , vt compelleret eum decreto,& aliquando ſine, & aliquando ſcribebatur in forma, facias aſſignari.de qua nota.in c.pro illorum.de præben.Peruſ.in d.c.ſi ſoli.gloſ.in c.ſi capitulo.ibidem.& in verbo dirigendum. §.Item placuit.verſi.viſum.de colla.in pragma.

¶ Alia eſt quando mandabatur executori , vt in negligentiam, vel in recuſationem ordinarij prouideat, vt hodie habemus infra hanc formam,& tūc prius requiri debet ordinarius, demum executor.c.ſi capitulo.de conceſſ.præben.in 6.ibi, capitulo negligente,quia non poteſt dici negligens,vel recuſans,ſi non requiratur,vt infra dicetur: & per præſentationem afficitur beneficium vacaturum.d.c.ſi capitulo.

¶ Aliquando dabatur cum clauſula,quod duxerit acceptandū, ſine determinatione temporis,vt in ca.1.de conceſſ.præbendæ. lib.6.gloſ.in d.verbo dirigendum. ſupra allegata.ſed non reciperetur in Francia mandatum ſub hac forma.

¶ Alia,dabat tempus certum,videlicet vnum menſem ad acceptandum.clem.vna.de conceſſ. præbend.Et hæc eſt reprobata,

&

& duæ præcedentes in hoc regno, per leges regni eodem titul. artic.1. quia magis induceret votum captãdæ mortis in habente pingue beneficium, quàm in alio, & dari poſſet materia delinquendi in iſtum poſsidẽtem beneficium magni valoris, quia communius homines affectant beneficia magni valoris, etiam literati. ca.1. de præbend. in 6. & dico in forma mandati. in verbo poſt menſem.

¶ Alia forma concedebatur cum clauſula anteferri. & de hac in c.pe. de præb. in 6. & iſta quia reſeruationem continet, non admittitur in Frãcia. de ea tamen vide Rotã, deciſ. 640. § aliquis. in antiq. Feli. in ca. cauſam. col.13. & c. capitulũ. col.7. de reſcrip. & in addit. ad Io. Monach. in c. eum cui. de præb. in 6. & glo. in verbo retroactiua. in §. viſum. de colla. in prag. Et Aegid. de bel la mera, conſi.33. quod ſi. col.7. conclu.7. quid ſi ſecundus habeat clauſulam anteferri, & tertius habeat ſimilem clauſulam, an debeat primo præferri? quod non, ibi concludit per illam regulam quæ ponitur in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. quòd priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio. *De clauſula anteferri.*

¶ Alia forma habebat clauſulam, ſi pro alio nõ ſcripſerimus. ca. mandatum. de reſcrip. c. literis. ibidem, vt in forma ſequen. habetur, & approbatur per leges regni. vt eod. titul. patet in ordina. regiis.

¶ Aliquando mandatur prouideri ſi is pro quo mandabatur, fuerit repertus idoneus, vel ſub alia conditione. de quibus in cle. vna. & ibi gloſ. de offi. deleg. Feli. latè in ca. fin. de præſumptio. & hæc non verſatur in curiis Franciæ.

¶ Alia eſt forma in qua creabatur canonicus, & ſibi mandabatur prouideri de præbenda, vt in ca. duobus. de reſcrip. in 6. & iſtud receptum eſt in his concordatis, vt patet infra in forma mandati apoſtolici. & dixi ſupra in rub. de reſeruatio. §. fina.

¶ Alia forma volebat prouideri ad certum valorem. c. quanuis. 1. de præbend. in 6. Alia valorem non exprimebat, vt ibi. ſed eæ formæ non viſunt regni curias, niſi in nominationibus datis conſiliariis.

¶ Alia exprimebat certam præbendam, vt ſacerdotalem, vel integram, ſeu dimidiam, vel aliud beneficium. c. cui. de non ſacerdotali. & c. ei cui. de præben. in 6. Alia non. Et de qualibet multa dicerem ſi vtiles eſſent, ſed cum tantum habeamus vnam, illam diſcutiam. infra. aliis hic breui declaratis. Et nota. ꝗ quandoque ſcribebatur pro certa perſona & certo beneficio cap. ex

parte.1.de offi.deleg. Aliquãdo pro certa persona,& incerto beneficio.c.mãdato.de præb.in 6. Aliquando scribebatur p certo beneficio,& incerta persona.c.si is cui.de præb.in 6. Aliquãdo pro incerto beneficio,& incerta persona.c.quáuis.1. &.c.dudũ. de præb.in 6.Io. Vanquel.in d.c.mãdato. post Ancha.& alios.

¶ Alia forma habebat clausulam, motu proprio, de qua in ca.si motu proprio. de præb in 6. & hodie recipitur,etiam in Francia,vt infra dicetur in forma mandati.

mam inferius annotatam dare[a] posit hoc modo,videlicet

¶ Alia forma dabatur pauperibus clericis.ca.si pauper.de pręb. in 6. Aliæque multo plures inueniuntur formæ quas tradunt. Io. And.Peruſ.& alij in cap.si soli.de concess.præb.in 6.Et istæ formæ olim instar vestimentorum Franciæ & Prothei mutabantur, quare Galli homines longo tempore in incerto fuerũt. nunc successit ista forma illis data,quæ seruanda est,vt infra dicam,tanquam pupilla oculi,& aliam Galli non quærant, & videtur conuenire ordina.regiis.rub.*des mandatz*.arti.1.Ideo aliàs de industria missas facio, tanquam non vsu venientes in hoc Franciæ regno,sed exteri videant Peruſ.in d.c.si soli. col.1.alias formas executorum tradentem. Et nouissimè Ioan. Staphil. in tracta.de literis gratię,scribit plenè decem executorum formas, quas transcribit D.Gomes.in tracta.mand.de prouid. Et formas mandatorum D. Staphil.etiam ibidem. rub.de mandato, de prouidendo,fo.31.cum sequen.docet,& sicut gallina congregat pullos suos sub alas, vt dicitur in Euangelio.& glos.citat in l.1.ff.de in integr.resti. ita forma inferius posita multas formas continet, & congregat, vt liquido intueri potest. vide glos. in verbo gratiam.in forma mand. Apost.infra.

Forma mãdatorũ hodie nõ mutatur.

a ¶ *Dare posit*] Non tenetur, si nolit, cum verbum possit voluntatem significet.l.sæpe.ff.de offic.præsiden. Barto.in l. Gallus. de liber. & posthum. Et hoc eidem à iure est concessum in signum vniuersalis obedientiæ, & recognitionis, videlicet vt vnaquæque ecclesia pastorem suum de nouo venientem recognoscat, sicut dicitur in Euangelio: Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.& sicut quidam episcopi pro iocundo aduentu ponunt vnum canonicum in ecclesia. Rota, decisio. 35. nota quòd vbi episcopus. in antiq. & valet illa consuetudo, etiam si numerus sit taxatus & iuratus, si præbendæ non sint distinctæ. Felin.in cap. constitutus.colum.penulti.de rescript.

Quare inuenta sint hæc mandata.

Etiam

Etiam rex Franciæ in aliquibus regni ecclesiis pro suo primo ingressu dat vnum canonicatum, multo fortius papa in ecclesiis poterit hæc mandata concedere.

¶Quibus possit papa dare hæc mãdata, hic nõ exprimitur. Tamen respondetur, quòd petentibus idoneis, cum erga illos sedes apostolica se ostẽdat liberalem. ca. sedes. de rescrip. & inuito, vel non petenti non solet dari beneficium. regula inuito. ff. de reg. iur. siue sint graduati, siue non, cum hic non exprimatur. quid si sit concessum non idoneis, an teneatur eidem ordinarius, cui diriguntur mandata, prouidere? Panor. Feli. & alij in c. si quando. &. c. cum adeo. de rescript. & idem Felin. in c. inquisitioni. de sententia excommuni. & per Auffre. in decisio. Tholosa. quæstione 488. Item an sit parendum, vbi cõcludunt quòd sic, quando Papa poterat dispensare super illo crimine cum mandatario indigno. & constat papam hoc voluisse, vt pote quia in mandato expressit inhabilitatem, vt pro parte talis N. nati ex sacerdote & moniali, &c. ita tenet Antonius de Butrio in prooem. decretal. Gregorius. col. 4. ver. nunquid autem. eod. nume. 31. Sed quid si minori dispensato super ætate, sit datum mãdatum, an curatum possit acceptare? dicerem quòd sic, quia est idoneus per dispensationem, vt dixi supra in §. præfati. 1. in glos. idoneis. supra, de colla. nec potest adscribi vlla subreptio, cum mandatum motu proprio sit concessum, & in eo papa habeat pro expressis dispensationes, nec refragatur. cap. si eo tempore. de rescript. in 6. quia ibi non habebat dispẽsationem, vt videre licet ibidem. Itẽ regulari professo debet concedi mandatum, alij non ad beneficia regularia. in ordin. regiis. eod. titu. arti. 6. & quæ ætas requiratur ad impetrandum mandata, vide quæ dico infra in tracta. de paci. posses. limita. 4.

Mandata quibus cõcedi possint

vnum [a] collatorem

Minori dispẽsato an possit ratione mandati preuideri.

a ¶[*Vnum*] Intellige vnumquenque collatorem habentẽ collationem decẽ beneficiorum in vno grauari posse, vt sequitur. Et non est intelligendus hic textus, quòd vnus collator tantũ possit in Francia grauari, vt quidam sentiebant per istud verbum vnum, sed debet intelligi vnumquenque, vt sentit ordin. regia. eodem tit. arti. 1. in princip. ibi, *à chascun collateur.* etiam capitula ecclesiarum grauari possunt, vt scripsi in. §. præfatíque ordinarij. in gl. quicunque de colla. supra.

Quibus possint dirigi mandata.

¶Intellige collatorem ecclesiasticum, nam laicum non intendit papa grauare per mandata. cap. cum dilectus. de iur. patro.

glo.& doct.in c.2.de præb.in 6.Et idem si competeret ius conferendi clerico simul cũ laico, tunc clericus propter laicum,etiã si habeant collationes decem beneficiorum coniunctim,grauari non poterit.arg.l. si communem. ff.quemadmodum serui.amittantur.gl.in c.1.de iure patro.in 6.ideo non valet mandatũ directũ laico, vel clerico habenti collationẽ simul cum laico,si separatim nõ habeat decẽ.Et sic patet quibus dirigi possint mãdata,videlicet omnibus clericis habentibus collationẽ decẽ beneficiorum ad minimum. Alia vide in tractatu nominationũ, q.8.Si ergo collatio decem beneficiorum spectet ad duos clericos coniunctim, mandatum illis simul poterit dirigi , quod de vno statuitur,& in duobus locum habet.l.singularia.in fin.ff.si certum petatur. nec obstat hoc verbum vnum , quia indefinitè ponitur,vt dixi.

Successor collatoris an ab eodem papa grauari possit.

¶Item per hoc verbum vnum videtur , quòd postquam papa grauauerit vnum collatorem. quòd eo mortuo successorem illius grauare nõ possit tum quia defunctus & hæres vna censentur persona.tex.in auth. de iureiur.à moriente præstito.collat. quarta,tum quia semel summus pontifex has mãdati literas cõcedit suo tempore in vnum collatorem.per istum textum.Alioqui bis concederet,quod non admitteretur,ad hæc idem episcopus Parisiensis,est is,qui est hodie, sicut erat prædecessor. argu. cap.quoniam abbas.de officio delega.l.proponebatur. ff.de iudic.Et idem collator est,simul quòd vna est ecclesia Parisien. & non plures.ergo non poterit pluries grauari.Et per ista quidam affirmabant ita esse.

¶In contrarium tamẽ concludo, quia vnusquisque collator habens collationem decem beneficiorum potest grauari , sed iste successor est vnus collator decem beneficiorum, & non est grauatus:ergo poterit grauari.

¶Nec debemus hoc restringere , quia plenaria beneficiorũ dispositio est apud papã c.secundo.de præb.in 6. Sed voluit se p viã legis & contractus hic restringere ad duo mãdata in quẽlibet collatorẽ,ergo quilibet collator grauari poterit. Nec summus pontifex ex sua liberalitate,per quẽ se restrinxit , debet dãnum pati,sicut nec donans.l.diuus.ff.de reg.iur.

¶Non refragatur quòd hæres censeatur eadẽ persona cum defuncto.Fac esse.Sed hic non dicitur hæres defuncti , & nil habet à defuncto,quia beneficia iure consanguinitatis,vel hæreditario,non deferuntur.c.1.de præb.Sed à collatore ius habetur,

c.1.de regul.in 6.Et sic in prophanis loquitur, illa regula hæres censetur vna persona cum defuncto. Secus quo ad hoc in beneficiis ecclesiasticis. Nec bis videtur concedere, cum diuersi sint collatores,& vnusquisque grauari potest,etiā si in vita papæ decem fuissent collatores,quia singuli grauari poterunt,vt hic.

¶ Nec obest quòd successor,in dignitate videatur vnus cū prædecessore,& ad eum transit causa incepta d.c.quoniam.de offic.deleg. Respondeo,licet videatur eadem dignitas,non est tamen idem collator numero, Et iste tex.dicit ꝙ vnusquisque collator grauari possit.quod nō fieret,si prædecessor consideraretur,nec acciperetur distributiuè,vt per glo.in l. Moschis.ff. de iure fisc. Etiam hic textus inferius dicit pro tempore, vnde quilibet collator suo tempore,grauari poterit. Alioqui nunquam vsque ad magnum iudicium concederentur, nisi duo mandata in ecclesia Parisien.& aliis,quia semper allegaretur prædecessorem fuisse grauatum.

¶ Et sic concludo eundem papam concedere posse duo mandata,vel vnum in quemlibet collatorem, quanuis prædecessor fuerit grauatus duobus,vel vno,pro quantitate beneficiorū. Etiam si primo mandatario non sit prouisum,quia hic tex.non distinguit,sed vnusquisque collator grauari potest à quolibet papa, ergo siue collator prouiderit mandatario prædecessoris,siue nō & primi mandatarij præferentur secundis.per.c.cū cui.de preb. in 6.& postea prouidebitur mandatariis noui summi pōtificis, etiam si secundi haberent clausulam anteferri,de qua in c.pen. de præb.in 6.quæ non prodest in Frācia, nisi ad annullandum mandatum,eo quod non est secundum formam inferius scriptā quando habet illam clausulam. Ideo illa clausula anteferri omnino nullum reddit mandatum,vt superius scriptū fuit in glo.in forma vbi alias conscripsi formas.ibi eas videto.

Collator grauatur etiam si nō sit primo mādatario prouisum.

¶ Quid si collationes fuerint resignanti abbatiam reseruatæ,an grauari hic resignās iterum possit? dicerem posse,quia nunc nouo iure confert.ca.2.de renuncia.& per renunciationem,& iure,& possessione priuatus fuit c.inter. vbi glo.& doct.de præb, alioqui fieri posset fraus his mandatariis,& interdum vnus resignatarius nunquam grauaretur,si fortè resignans tantū viueret quantum resignatarius, etiam papa reseruando collationes isti resignanti,censeretur eas reseruasse sine præiudicio alicuius.ca. quanuis.de rescrip.in 6.alioqui esset præiudicium mandatariis & nominatis,ergo eis non præiudicatur.

a ¶[*Habentem*] Verè, non per fictionem, quia tunc non dicitur habere, qui verè non habet. l. qui actionem habet. ff. de reg. iur. l. cum emancipatus. §. fi. ff. de bonorum possess. cõtra tabul. Bar. in l. Centurio. in fi. de vulga. gl. & Bar. in l. nemo. ff. de in integ. resti. Vide Bal. in l. 1. fi. de statu hominũ; ideo si collator haberet collationem nouẽ

beneficiorum verè, & **habentem** [a] **collationem** [b] **decẽ** [c]

actionem ad collationem decimi, non habebit locum iste text. vt possit grauari vno mandato. quod est not. Vide textum, & ibi doct. in l. stipulatio ista. §. habere. ff. de verbo. oblig. & quæ scripsi in l. id apud. ff. de verbo. signifi. & l. nomẽ. §. fi. ibidem. vbi habere est cum effectu, quem effectum non habet litigans, licet actionem habeat. Bald. in c. dudum 2. in fi. de elect.

b ¶[*Collationem*] Idem si præsentationem vel aliam prouisionẽ haberet, quia verbum collatio generaliter accipitur, vt in rubri. vt ecclesia. benefi. sine diminutio. cõferant. dixi supra titul. proxi. in. §. statuimus 2. in glo. conferantur. Et patet infra in forma mandati. glo. in prag. in verbo collatorem. in. §. item voluit. ver sicu. visum. text. & ibi docto. in c. præsenti. circa finem. & c. seq. de offi. leg. in 6. Et latè sumpto vocabulo, præsentatio dicitur collatio. Barb. in c. abbatem. col. penul. de rescrip. Et ista quæstio etiam deciditur in ordin. regia. art. 1. vbi exprimitur nominatio, præsentatio, collatio, seu quęuis alia dispositio, vt ibidem cernere est. & in forma mandati infra ista omnia exprimuntur. Institutio tamen non comprehenditur, vt hic, vt infra dico in verbo quinquaginta.

Denarius numerus dicitur perfectus.

c ¶[*Decem*] Hic numerus denarius est perfectus, quia est complementum & perfectio numerorũ: nam vsque ad illum possunt numeri crescere. postquam verò denarium attigerint, duplicari quidem possunt, & per denarij adiunctionẽ, vel multiplicationẽ augeri, ideo per denariũ numerum, intelligitur in sacra scriptura complementum legis diuinæ, quæ in decem mãdatis cõsistit, vt nota. Theolo. in præfa. ad psalteriũ. Petrus Bercho. in 1. parte sui dictionarij. & Celius lib. antiq. lectio. 12. c. 14. & licet olim papa grauare posset habentem collationem duorum beneficiorum in vno mandato, vt not. in cap. mandatum. de rescrip. tamẽ si non habebat, nisi vnius collationem, in eo grauare non erat solitus. Nicol. Milius in repert. in verbo gratia. quæst. 48. Feli. in cap. in nostra. correla. 24. de rescript. Hodie verò instar dei opti-

optimi maximi retinuit sibi collationem decimæ partis, si decē sint beneficia: si quinquaginta vel plura, duorum. & istud fuit statutum in concilio Basilien. vt patet in titu. de colla. in §. non tamen intēdit, in pragma. sanct. &. §. item volunt, ibidem. & demum fuit hoc à papa approbatum.

¶Quid si quis habeat collationem quinque dignitatum tantū, & collationem vel præsentationem quinque beneficiorum curatorum, vel aliorum, an possit grauari in altero? Videtur quòd non, per l. si idem cum eodem. ff. de iurisdiction. omn. iudi. vbi non debet fieri cumulatio in odiosis, sed istud videtur odiosum quia grauantur ordinarij collatores, ergo non fiet coaceruatio. facit. l. vbi fideiussor. & ibi Bartol. ff. de solu. Alexand. consilio. 110. in 4. volum. Contrarium teneo per hunc text. vtentem verbo beneficiorum, quod etiam comprehendit dignitates, glos. in clemen. auditor. de rescriptio. vt dixi supra in. §. volumus. titulo proximo. in verbo beneficia. & quia coaceruatio in fauorabilibus fieri potest, secus in odiosis, vt in iuribus contrariis. l. si plures. &. l. maiorem. ff. de pact. cap. apostolicæ. & ibi Imol. de donat. Bartol. & alij in d. l. fin. idem Feli. in cap. 2. columna penultima, versicul. 9. intellige. de proba. Alexand. consil. 113. viso themate. in 5. volu. quod est duplicatum in 6. volu. consilio 97. Sed hoc est fauorabile, tum quia seruatur propriū Roma. pontificis, & conseruatio proprij dicitur fauorabilis. l. sancimus. §. si quis autem. C. de donatio. tum etiam quia agitur de conseruanda potestate Papæ, & quando agitur de conseruanda iurisdictione principis, etiam si derogetur iurisdictioni inferioris, sicut hic. tamen illa cōseruatio dicitur fauorabilis. l. si qui separatim. §. 1. & seq. ff. de appellatio. Docto in d. l. si idem. vbi multa referunt.

Cumulatio dignitatū & beneficiorum an possit fieri.

Conseruatio iurisdictionis principis est fauorabilis.

¶Quod facit ad auditores castelleti, qui non possunt cognoscere vltra summam viginti librarum, tamen de multis summis coadunatis excedentibus possunt. Ego verò contentus ero legem tantum regni adducere, ordina. regu. eodem. titul. articul. 4. vbi expresse deciditur hæc quæstio, ideo amplius Gallis non est dubitandum. Intellige collatorem grauari posse, siue habeat in regno beneficia, siue extra: siue partim in regno, partim extra, quia papa vbique grauare potest. cap. 2. de præben. in 6. Et hoc onus mandati respicit totū episcopatum. Ideo si primò vacet in regno, acceptabitur illud, quod in regno prius vacauit, si mādatarius sit idoneus ad regni beneficia: si extra, vacet, debe-

Beneficia extra regnum, an cōputentur in numero taxato.

bitur etiam illud mandatario habili, quia onus respicit totum patrimonium.l.si fideicommissum.§.1.ff.de iudic. vbi si mercator est implicitus debitis contractis in certo loco, illa debita nō respiciunt bona illius loci tantum, sed totum patrimoniū mercatoris. Vnde si bona illius loci non sufficiant, bona alibi sita vendi poterunt, quia personalis obligatio fundum non sequitur.l.1.§.si hæres.ff.ad Treb.

Beneficia extra regnū nō cōprehēduntur in nominationibus.

¶In nominationibus secus est, quæ non possunt grauare extra regnum, ideo non possunt dirigi episcopo habenti tantum duo beneficia in regno, cum tantum regni beneficia respiciant.vt dixi in tract.nomino.quæst.15.versi.23.facit quod not. Io.de Selua in tract.de beneficio.in 3.parte, quæst. 66. quod est notandum, quia sæpius à me fuit petitum. Si verò vnum tantum haberet in regno, & nouem extra regnum, non posset dirigi mandatum tali episcopo ad regni beneficia, quia in illo est monoculum, nam vbi genus non potest verificari nisi in vna specie, habetur pro specie.l.2.ff. de liber. & posthum. & nota. in cap. quoniam abbas, &. c. ex parte de offic.delega.Roc. Curtius in tracta.iur.patro. in verbo. ipse vel is.q. 23. & quia haberet vim reseruationis, & votum captandæ mortis (maximè in Francia exosum) induceret.c.2. & 3. de concessio. præbend.in 6. & sicut est inutilis impetratio beneficij viuentis.cap.1. de concess. præbend. ita & istius impetratio mandati ad vnum solum. & sic iudicauit papa Clemens quartus in facto præposituræ beatæ Marię de Brugis contra impetrātem in genere dignitatem. ibi, cum vna sola esset.sic etiam delarauit Bonifacius, teste Io. Monach.in cap.in generali.colum.3.de reg.iur. in 6. Et sic fuit declaratum per regem anno 1527. die 29. Martij, non valere mandata impetrata ad dignitates tantum, aut ad dignitates & præbendas, si omittatur aliquod verbum infra positum in forma mandati, etiam si omitteretur verbum capellania, propter votum captādę mortis, & per alias ibidem rationes descriptas. Valeret tamē, si simpliciter impetraretur, cum papa vbique grauare posit, vt per Feli.in c.in nostra. correla. 24. de rescriptis. Et superius dictum est.

Mandatū ad dignitates tantum non valet.

¶Quid si habeat collationem decem beneficiorum cum alio? an dirigendo mandatum vni tantum, comprehendantur ista beneficia? Breui repon.quòd non, per textum in c. cum in illis. §. fin.de præb.in sexto. Nam læderetur ille, cōtra quē non est impetratum, quod est æquitati contrarium, quia quod commune est, meum

Mādatum vni directū non com-

est,meum non est propriè in odiosis.l.illud. ff.de ritu nupt. ca. expedit.12.q.1.&.c.sicut hi.47.dist.vbi dicitur, nemo dicat ꝓprium quod est commune.intellige vt dicitur in l.serui electione.§.1.ff.de lega.1. & vnus proter alium grauari nõ debet. arg. l.si cõmunem.ff.quemadmodum.serui. amitta. Multa ibi congessi, quæ de industria omitto. Vide supra in gl. vnum. Si verò spectaret collatio ad abbaté cũ cõsensu vel cõsilio capituli, tunc etiã poterit abbati soli dirigi mandatũ.c.vno.§.1.& seq.ne sede vacãt.in 6.& hoc mandatũ directum isti,eundé adstringit ad cõferédũ,quia sufficit impetrãti exprimere collatorem,licet cum cõsensu vel cõsilio conferat,quanuis hoc nõ exprimatur.Io. And. & Domi.in dicto. c. cũ in illis.§. de præb. Sequitur Feli.in c. eam te.col.14.versi.si papa.ibi,præterea.de rescript. non tamen sufficeret exprimere in mãdato illum de cuius consensu habet conferre,vel presentare,quia nõ grauatur principalis.Collecta. in cap.nisi essent.col.2.de præbẽ. Idem in nominationibus declarat Maleret. in trac.de elec.q.12. fo.79. & q.seq. vbi decidit, quòd quando requiritur consensus duorum, & illi adinuicem discrepant,quod ad superiorem deuoluatur.l.1. §.1. & ibi Bar. ff.de ventre inspiciend.text.in l.3.in fi.C.finium regum.Feli.in cap.proposuisti.col.3.de proba.ver.1.conclusio.

prehendit beneficia, quæà duobus conferuntur.

beneficiorum [a] in vno. habẽtem autem collationem quinquaginta [b] beneficiorum, & vltra in

a ¶[*Beneficiorum*] Ecclesiasticorum, nam officia quæ laicis dari consueuerunt, nõ debentur mãdatariis clericis,nempe cũ papa mãdat prouideri clerico,intelligitur mandare prouideri de beneficio vel officio ecclesiastico. c. cum adeo, de rescript. Quia verba mandati debent intelligi secundum qualitatem personæ, cui dantur.l.plenum.§. Equitij.ff.de vsu & habitatio.Corset.in singulari incipien. conditio personæ. Vide quæ dico in verbo comprehensa.§.declarantes.infra eo.& comprehenduntur sub hoc verbo dignitates, & quæcunque alia beneficia. per glos.in regula.1.de reg.iur.in 6.vt superius fusius scripsi.

b ¶[*Quinquaginta*]Si verò haberet minus,etiam si haberet tantum quadraginta nouem,nõ posset in duobus grauari,vel si solum nouem,nõ posset in vno,quia hic numerus statuitur,oportet ergo ꝙ sit completus,sicut dicitur de testibus in testamento requisitis,vt si sex testes sint,non valeat testamentũ,nisi septem

de iure requisiti interueniant.l.hac consultissima.C.de testa. & non datur annus iubileus, si non sint quinquaginta anni completi.extrauag. vnigenitus, de pœn. & remis. in communibus. sic non mandabit papa pro duobus,si nõ sint quinquaginta beneficia,vel vltra:& tenebitur hic secũdus mandatarius,qui fundat se in numero,illum numerũ probare.arg.l.actor.C. de proba.& l.eum actum.ff.de nego.gestis.

¶Posset tamen grauari,etiam si haberet tantũ præsentationem viginti & collationem aliorum viginti,& nominationé in aliis decem,quia hic collationem largè accipimus,vt supra diximus. Et fiet coaceruatio omnium,vt in proxima gl.dixi,videlicet tã illorum beneficiorum,in quibus habet præsentationé & nominationem,quàm collationem liberam: tamé secus si institutionem tantum.glo.in §.non tamen.de collatio.in prag.in verbo collationem.per text.in c.cum in illis.§.cum autem.de præb.in 6.quia ad præsentationem patroni tenetur episcopus instituere,aliàs est irrita institutio si idoneum postea patronus præsentet.c.decernimus.16.q.7.cap.pastoralis.de iure patro.

Mãdatum cui dirigatur si duo habeãt collationes beneficiorũ, & si iure deuoluto habeant, vel regularia & secularia.

¶Quæro quid si quinquaginta sint collationes super vna abbatia, tamen ratione cuiusdam compositionis quidam confert tertiam partem,vel decem ex illis,an istis possit mandatum dirigi,& cui? respon. posse dirigi ambobus, cum ista clausula coniunctim vel diuisim,quia quod in vna persona hic statuitur,idé in duabus est dicendum.l.singularia,in fi.ff.si cert.peta.c.fin. de præb.in 6.Si tamen haberet collationem decem beneficiorum iure ordinario,& quadraginta iure deuoluto], non poterit nisi in vno mandato grauari,per ea quæ notãt docto.in ca.2.de cõcess.præb.Item si haberet quinquaginta regularia, & quinquaginta secularia,quia etiam non poterit grauari nisi in duobus, & hoc per istum textũ probatur,ibi,quinquaginta & vltra,quæ comprehédit etiam si habeat collationem mille beneficiorum. per glo.& not.in authẽn.nouissima.C.de inoffi.testa.tex..in §. 1. ibi,si verò vltra quatuor habuerit filios , mediam eis totius substantiæ relinqui parté,&c.vbi si essent centum filij,& vltra, legitima illorum non esset nisi semis.facit.cap.ex tuæ.de cleric. non residen. cap. de multa. de præben. De hac dictione vltra not.Benedict.in repet.c. Raynutius.in verbo alteroche. de testa.Decius in l.filiam.2.C.de collatio.

¶Quæro si vni reseruatæ sint omnes collationes , abbas verò nullam habeat, mandatum est abbati directum , an valeat? videtur

videtur quòd non, cùm non habeat collationes, contrarium arbitrarer, quia papa videtur voluisse grauare abbatem in collationibus ad eum iure abbatiæ spectantibus, & potuit papa grauare, & cum alij reseruatæ sint, iure tamen abbatiali confert, ob id grauamen transit ad illum, & si memor fuisset papa illius cōuentiontis, hoc ita expresſiſſet. cap. ex parte. de offic. delega. & hic vice abbatis confert, & subrogatus debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & ista reseruatio cum sua causa transit. l. alienatio. ff. de acquirend. rerum do. sic statuit text. in cap. fin. de præbend. in sexto. alioqui fieret fraus & mandatariis ac nominatis, nam vnus esset abbas, & alius collator, & nulli conferret. Præterea hæc reseruatio à summo pontifice facta & admissa, intelligitur sine præiudicio tertij, & respicit tantum abbatem, & alium cui facta est reseruatio, non tertium, vtputa mandatarium, vel nominatos, facit ad hoc text. in extrauag. Io. 22. de conceſſ. præb.

¶ Quæro si abbas post collationū reseruationem contulit mandatario, seu nominato, an valeat collatio? Respond. valere, quia cum mandatum, vel nominationes ei dirigantur, ipse confert tanquam executor concordatorum, & mandatorum ob id valere debet, ne ipsi mandatarij decipiantur concordatorum beneficio. dicit. l. 1. & 2. C. de his qui veniam ætatis impetra. & collatio necessaria datur etiam ei, qui aliàs non habet collationes. vt in cap. illa. ne sede vacante. & papa reseruando non videtur duo specialia inducere, videlicet vt is qui non est abbas, vel collator conferat, & quod non conferat illis quibus tenetur verus abbas. argu. l. penulti. C. de dotis promiſsio. nec debet esse melioris conditionis, quàm verus collator, & ista sunt notanda: quia hodie in his plusquam contrahitur, tutius est tamen quod à suo executore collationem recipiat.

¶ Quid si duobus conferentibus alternatim directum sit mandatum, an conferenti ratione mandati computetur in suo turno? Respon. opiniones esse diuersas. & ideo breui dico sic. *Conferens ratione mādati an à suo turno excludatur.*

¶ Primus casus est, quando duobus alternis vicibus spectabat collatio, & mandatū vel nominationes dirigūtur ambobus cōiunctim, vel diuisim: tunc is, qui cōfert ratione mandati, aut nominationū. non excluditur à suo turno. Ratio, quia impeditus impedimēto facti remanere debet illæsus. c. quia diuersitatem. de conceſſ. præbend. & quia per eum non stat, ideo eidem non

est imputandum, vt in propriis terminis concludit Rota, decis. 190. nota quòd vbi. in antiquit. quia etiam non apparet, quòd papa voluerit grauare magis vnum quàm alterum, ergo ista collatio non computabitur in turno vni magis quàm alteri. Et in nominationibus hoc expressim tenuit glo. in verbo faciédæ in §. item quòd omnia. de colla. in pragma.

¶ Secundus casus est, quádo ad duos pertinet collatio alternatiuè, & mandatú dirigitur vni, tunc ipse conferens vigore mandati perdit suum turnum, quia papa voluit eum priuare potestate conferendi semel, & potuit, vt in cap. 2. de præbend. in 6. & intentio pontificis est, vt grauet istum cui dirigit mandatum, & non alium, postquam eidem direxit mandatum, ergo intentio papæ erit seruanda. cap. mandatum. de rescript. Sic concludit Io. And. & alij in c. cum in illis. §. fi. de præb. in 6. & Ioan. de Ana. consi. 43. stante vicissitudine. Collecta in c. nisi essent. col. 2. de præb.

¶ Tertius casus est, vacante beneficio, cuius collatio spectat alternatim ad duos, si papa illud conferat, hæc collatio non facit turnum quominus possit is ad quem spectabat collatio, cóferre, dum primò vacauerit. Ius enim conferendi vel præsentandi inter illos est per vices: & ideo si vice sua nihil erit, nó fiet compésatio. l. cum certus. ff. de tritico, vino, & oleo leg. & ideo si in hac vacatione vices suas nó habuit sine sua culpa, sequitur ꝙ in alia vacatione habere debet, alioquin sequeretur, ꝙ vnus duas, vt dicunt, vices haberet, cótra naturam vnionis & societatis. c. cum omnes. de constit. Concludendum est ergo, quòd quando papa hunc turnum meum præoccupat, non videtur mihi præiudicare, & ita iudicauit Amanenus de casis, auditor sacri palatij, vt refert Collecta. in cap. querimoniam. de iure patro.

¶ Ratio differentiæ videtur inter secundum casum & istú, quia dum papa mandat vni, vt cóferat, expressim grauat, & ab eo debet fieri præsentatio, vel collatio mádatario, seu nominato. Et ista præsentatio etiam coacta præsentatio est. arg. l. si mulier. §. si metu. ff. quod metus cau. ob id cum sit facta etiam ex necessitate, computatur in turno, secus quando papa confert per resignationem, aut aliàs, tunc is ad quem spectat præsentatio, vel collatio, nil egit: ideo nó debet ei computari, quo minus possit præsentare. Dum primò vacauerit, nempe dum papa contulit. non intendebat præiudicare turno, quia eius collatio debet intelligi sine præiudicio tertij. c. quamuis. de rescript. in 6.

¶ Item

¶ Item collatio facta causa permutationis facit turnum. glo. in §. item quòd omnia. in verbo faciendæ. de colla. in pragmati. sanct. Bertrand. consi. 284. viso. & con. 323. quicquid. in prima parte. Refert Philip. Probus in c. cum in illis. in fi. de præbend. Etiam si is cui fuit facta collatio, non fuerit adeptus possessionem, ita fuit iudicatum inter magistrum Petrum Remey, & Ioannem Iaques, anno 1540. die. 17. Augusti, in hoc diuino senatu. Et an valeant statuta taxantia numerum canonicorum, & præbẽdarum, vel aliorum beneficiorum in præiudicium mãdatariorũ, & expectantium, videlicet vt in ecclesia nõ sint deinceps nisi nouem præbendæ, quod non, decidit Oldra. consi. 150. in ecclesia Valentina. & Feli. in c. constitutus. in fin. de rescrip. quia in fraudem mãdatariorum fiunt, & fieri præsumuntur.

Arrestum.

duobus [a] beneficiis duntaxat

Statuta taxantia numerum præbendarum an valeant.

a ¶ *Duobus*] Hoc vltra legatum retinuit sibi papa. nam legatus eodem tempore vnum tantum beneficium reseruare in vna ecclesia potest. c. præsenti. de offic. lega. in 6. vt tantum duo, ne nimium onerentur collatores, mandata concedat. Si verò scriberet etiam cum derogatione istius tituli pro tribus, non valeret tertium mandatum, vt patet in rubr. infra. de firma & irreuo. cõcord. stabi. vbi ponitur decretum irritans. & etiam quia hic tex. de duobus concedit, ergo de aliis negare videtur, argu. c. nonne de præsumpt. quod est verum, vt possit cõpelli ordinarius collator ad conferendum tertio. Si tamen vellet posset, vt per. c. mandatum. ibi, teneris. de rescrip. dummodo non fieret in præiudicium nominatorum, nec graduatorum, quia nõ dicitur collator grauari quando vult. Imo dicit glos. in l. penul. ff. de condict. caus. data, eum satis lucrari, qui adimplet volũtatem suam: & sic est prima limitatio per quam possunt vltra duo beneficia in vim mandatorum conferri: nam posset conferre ordinarius collator sine mandato. ergo & cum mandato tertio.

Certũ mãdatum an concedi possit, & concessũ quãdo valeat.

An et quãdo valeat tertiũ mandatum.

¶ Secundò, fallit quando primus vel secundus impetrans esset inhabilis, vel eidem nõ fuisset prouisum, vtpote quia mortuus, tunc tertius poterit prosequi suum mandatum, quod sic probo per cle. 1. in verbo vexare. de rescrip. vbi quis ex sola impetratione non dicitur vexare alium. sic ex sola mandati impetratione non est grauatus ordinarius, donec prouisum fuerit duobus. facit cap. dispendia. in verbo fatigauerit. de rescrip. in 6. plenè Feli. in cap. ex tenore. in prin. & cap. in nostra. colum. 5.

versic. de primis, ibidem. verba enim debent intelligi cum effectu. l. 1. ff. quod quisque iuris. plenè in decisio. Rotæ. 10. Papa. in rub. de concess. præbend. Collecta. in c. accedens. illo tit. nec debet præstare impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. regula, non præstat. de regul. iur. in 6. & secundum mandatum nullum, non dicitur secundum mandatum, sed nullum. cap. factus. 7. quæst. 1. in fin. ibi, iam non secundus ille sed nullus est. & literæ, quæ non valent non dicuntur priores, sed nullæ. glos. in verbo de facto. in cap. cum nostris. de concess. præbend. notat plenè Fel. & alij in c. ex tenore. de rescrip. & si papa mandet monachis, vt aliquem recipiant, poterunt tamen eidem opponere crimina, vel defectus. Feli. in c. si quando. colum. 1. de rescrip. Item tex. iste dicit ordinarium grauari posse in duobus beneficiis, & de mandatis nihil dicit. Ideo poterunt etiam centum mandata impetrari, sed tantum duo beneficia debebuntur mandatariis, qui prius præsentauerint eorum mandata. cap. pen. de rescrip. in 6. Si tamen moriatur secundus mandatarius, postquã ei fuerit prouisum, antequam tamen sententiam obtinuerit, pendet ex futuro euentu, vt dicit in simili text. in §. si filiusfa. quib. modis ius patriæ potesta. sol. in institu. an debeat prouideri alteri, nam si is qui in ius defuncti fuerat subrogatus, obtinuerit, tertius mandatarius nihil habebit, si verò succumbat, tertius poterit prosequi suum mandatum, quia ordinarius non est grauatus, postquam mandatarius vel subrogatus non obtinuit, nisi secũdus colluderet, vt sæpius fit, tunc probata collusione, quod est difficile, tertio prouidebitur, quia est loco secundi. no. in c. 1. & per totum. de collusio. detegend. & l. 1. & 2. illo titu.

¶ Idem dicerem in nominato in vim indulti concessi consiliariis, vt si nominatus moriatur antequam obtineat, cum lis adhuc pendeat, potest petere à papa alium in ius subrogari defuncti, qui si obtineat extinguitur nominatio, sed si succumbat, poterit alius ibi nominari, quia verba cum effectu intelligi debẽt. l. 1. ff. quod quisque iuris. c. relatum. de cleric. non residen.

¶ Tertiò, fallit quãdo literas executoriales dedisset pro primo mandato concesso à prædecessore, vel si confirmasset mandatum à prædecessore concessum, vel si concessisset rescriptum in forma rationi congruit, adhuc in duobus beneficiis grauare poterit per mandata collatorem habentem quinquaginta beneficia in collatione. Card. Panor. & Imol. in cap. literis. de rescrip. vbi ponitur ratio in fine, quia factum prædecessoris nostri potius

tius quàm nostrum sumus prosecuti. Nam sicut patris & filij vnum est testamentum. l.patris. ff. de vulga. ita antecessoris & successoris est vna gratia, quæ denominatur à suo principio. Bald.in d.c.literis.Facit.l.vnum ex familia. §.1.ff.de leg.2.Barba. consil.39.bene enim, colum.7. volumi. 3. vbi concludit actum non propriè dici celebratum ab eo, qui alterius voluntatem exequitur.multa adducit,quæ ibidem cernere licet.Intellige siue concedantur duo mandata vni, quod potest fieri si vnũ faciat alterius mentionem.cap. in nostra. de rescrip. Nisi fuerit inserta clausula motus proprij,vel pro expressis habentes, quæ solent in forma inferius descripta adiici, vt ibi patet. Et tunc si vnum extinctum fuerit,altero vti poterit.Rota decisio.49.nota quòd vbi aliquis.in antiq.nam qui habet plura remedia,si in vno succumbat,aliud remanet.l. Aurelius. §.fi.ff.de libe.leg.l.in delictis. §. si detracta. de noxa.actio.l.cum qui. C.de inoffi.testa.nota.doct.in l.1.de furt.& in l.quod in hæredem. §.eligere. ff.de tributo. actio. nam si collator duo beneficia in vim mandatorum contulerit vni,vel duobus,non poterit per aliud mandatum grauari.

¶ Quartò, non procedit in locis in quibus non est receptum concordatum, quia hæc iura ibidem non seruantur, ideo nec hic tex.per nota.in cap.1.& cap.ecclesia sanctæ Mariæ.de constitu.& l.omnes populi.per Bart.ff.de iustit.& iure.

¶ Quintò,quando papa in secundo mandato concederet collatori facultatem recipiendi,& non præciperet,tunc etiam posset aliud mandatum concedere, nec istud computatur in numero, quia non dicitur ordinarius grauari.c.cum aliquibus. & ibi gl. de rescrip.in 6.& dico in glos.sequen.sed in hoc regno nõ admitteretur, cum certam habeamus formam infra descriptam, à qua recedere non licet.

¶ Sextò,quando papa concederet alicui pauperi clerico literas in forma pauperum,vel cum secũdum Apostolum,directas illi, qui talem ordinauit, nam adhuc si collationem habuerit quinquaginta beneficiorum,in duobus mandatis poterit grauari.cũ hic tantum prohibeat grauamen per viam mandati, ergo non alia ratione,vt supra dixi,& quia iste ordinarius deliquit ordinando pauperem,ideo debet puniri,vt eidem prouideat. ca.postulasti.de rescript.c.episcopus.& c.cum secundum.de præb.

Ad regularia & secularia mãdatũ dirigi potest.

¶ Vltimò, fallit quando tria mandata dirigerentur abbati habenti collationes beneficiorum regularium,& seculariũ,& duo

regulares impetrassent eodé die duo mãdata ad illũ,& vnus secularis etiam: quia si vacet primũ beneficium regulare debebitur regulari.si postea vacet seculare, debebitur seculari, excluso secundo mandatario regulari,arg.ca. susceptum. &.c. si pro te. de rescrip.in 6.&.c.quia sæpe.& ibi,not.de præbend.illo lib. ¶Et quia hic intelligitur de duob⁹ primis. l.boues.§.hoc sermone.ff.de verbo.signifi. vbi scripsi.Et sic quousque non erit grauatus ordinarius de duobus beneficiis,mandatarij prosequi poterunt sua mandata.

grauare [a] possit

Grauari quando dicatur ordinarius.

a ¶[*Grauare*] Dicitur grauari ordinarius,quãdo aufertur eidem libera collatio,quæ est in fructu. gloss. singu.in c.cum olim. de maiorita. Panor.in c. mandatum. col. 1. de rescrip. etiam quia non potest suis prouidere.c.abbatem.col. 2.de rescrip.per Barba. Tamen grauatus non dicitur,si alter mandatarius sit inhabilis,etiam si illi fuerit prouisum,quia collator ex suo delicto, vel culpa,non debet commodum reportare.Quod intellige quando crimen huius erat notorium,vel inhabilitas ex rescripto apparebat, vtpote quia in mandato impetrans ad beneficia huius regni dicebat se Hispanum,tunc conferenti imputatur,quia liberè dicitur cõferre,cum non teneretur.& hoc probatur per ea

Inhabili mandatario ordinarius prouidere nõ tenetur.

quæ tradit Bar.& alij in l.2. colũ.2.ff.si quis in ius vocatus non ierit. vbi si cõstet iudici per ostensionem priuilegij aliquem esse exemptum,non tenetur comparere is exemptus sic citatus, & si in citatione exprimatur exceptio, seu excusatio competens citato,tunc nõ tenebitur comparere citatus.Inno. in c.præterea. de dilatio.sic non tenebitur collator conferre ei,qui ex mandato suo declaratur inhabilis.Item non succurritur emptori equi vel alterius animalis, quando vitium erat notorium , & patens secus si latens. l.1.in prin.ff.de ædilitio edic. sic non debet succurri huic ordinario conferenti notoriè inhabili.si verò inhabilitas esset occulta, grauatus dicitur prouidendo illi etiam inhabili,& sic alteri nõ tenebitur prouidere. arg. nota.in c.ad pro-

Per collationem pensionarij abbatiæ an censeatur abbas grauatus.

bandum.de re iud.& in c. vestra de cohabita. clerico. Henric. Bohic.in c. veritatis. de dolo. Etiam grauatus dicitur ordinarius, si fortè collatio spectabat ad aliquem ex compositione , si is prouiderit, quia licet ex Romani pontificis dispositione resignanti fortè sit reseruata collatio aliquorum beneficiorum, tamen illa sunt beneficia abbatiæ, vel episcopatus :ideò dicitur grauata abbatia,vel episcopatus , quamuis mandatarius ex collatione

latione alterius quam abbatis habuerit, quia tanquam pensionarius abbatiæ ipse contulit, non tanquam extraneus.

¶ Idé si ab executore fuerit inhabili prouisum notorio, vt supra dictũ est, vt tunc non dicatur grauatus ordinarius: quia reclamare debebat collator, ne isti inhabili conferretur beneficium, & alteri conferre, quàm mãdatario: si fuerit negligés, imputet sibi, quia negligentibus iura non solent subuenire. l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. l. si duas. §. decet. ibi, & circa operationem negligenter se non habeant. de excusationib. tutor. Præterea si prodesset hæc collatio facta mandatario inhabili, daretur materia delinquẽdi, contra. l. conuenire. ff. de pact. dota. Nam ordinarij procurarent suis inhabilibus mandata concedi, & ipsi hoc modo prouiderent illis, quod non est permittendũ, sed malitiis est obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vendi. c. sedes. de rescript.

¶ Nec dicitur grauari quando vult. hoc importat huius natura vocabuli, vt si dicã, grauate fero, vel non grauate, & sic voluntariè, nã grauare onerare est. Virg. Nec me labor iste grauabit. & alibi dicitur, Hoc portat leuiter, quod portat quisque libenter. glo. in l. 3. ff. de excus. tuto. Imo tutelæ affectatæ non dicuntur grauare. §. item tria. instit. de excu. tut. quanuis aliàs dicantur grauare. l. diximus. in fin. princ. ff. de excusa. tuto.

¶ Item quando papa impetranti confert iure præuentionis, & non vi mandati duo beneficia, non dicitur grauari ordinarius quo ad hoc, vt non teneatur mandatario prouidere, quia papa iure præuentionis omnia beneficia potest conferre, cum totus mundus sit diœcesis papæ. c. cuncta per mundum. &. c. per principalem. 9. quæst. 3. vnde non est mirum si in sua diœcesi, & sic per totum mundum cõferre possit, quia omnia beneficia mundi sunt manualia quo ad potestatem papæ. Bald. in l. rescripta. col. penult. nume. 7. C. de preci. impera. off. tamen si reseruaret omnia beneficia mundi suæ collationi, oriretur scandalum, & ideo non posset. gloss. in c. per principalem. 9. quæst. 3. hoc expressè tenet Barb. in c. mandatum. col. 5. de rescrip.

Diœcesis papæ totus est mũdus.

¶ Nota tamen, quod etiam grauatus dicitur collator, quando cõtulit beneficiũ vni super quo litigabatur, ideo pendente lite non poterit grauari in altero, si decem beneficiorum collationem tantum habebat, & non quinquaginta, quando is requirebat, aliàs secus, quia clausula si pro alio, apponitur in fauoré illorum, & quia poterit iste mandatarius illud cõsequi: ideo alter mandatarius lite pendéte non admittetur. Card. & Barb. in c.

mádatum.de rescript.& sic nó requiritur pacifica possessio,sicut in eo qui adipiscitur secundum,vt faciat vacare primum beneficium.cap.de multa.de præb.c. commissa. de elect.in 6. si tamen euincatur à mandatario,tenebitur collator alterum conferre eidem.arg.c.inter.de præben.

ita tamé a quòd in eadé ecclesia cathedrali, vel collegiata vnum

Declaratur dictio ita tamen.

a ¶[*Ita tamen*] Sic ponitur in l. si pluribus. in fi. ff.de lega.1. & restringit præcedétia,vt tradit glo. §.placuit.in eo.verbo,de coll.in prag.per l.libertas.ff.de manu. testa.quæ nil facit.sed tex. est in l.Lucius.§. quæ habebat. ff.ad Trebel.l. ita tamen,ibidem. & l. stichum Titio.de statu lib.l. si dubitet.in prin.de fideiusso.& l.fi.§.sinautem quasi. C.de furt. Guido papæ sing.334.dictio.ita tamen. Idem significat dictio sic tamen,vt in l.relegatorum.§.itē potest.ff.de interd.& releg. Ideo si testator reliquerit domum vxori suæ, ita tamen ꝙ possit in ea habitare toto tempore vitæ suæ,per hoc restringitur legatum ad habitationem tantum,& non ad proprietatem.Idem firmat Capi.in deci.Neapol.q.108.nu.7.Aliquando tamen facit modum, vel inducit cōditionem,vt plenè explicat Lucas de penna in l.1.C.de coll.fundo fisca.lib.11.& sic potest hic tex.intelligi. Papa interdum solet dicere prouiso loco huius verbi, quando excommunicatus contra formam consilij generalis petit absolutionem,ei autem conceditur,prouiso, quod si pro manifesta offensa dicta sententia sit prolata,nec ab excōmunicato sufficiéter prestetur eméda,nullatenus relaxetur.c.sacro.de sent. excom.prouinciale.fo.21.diçam.in titu.de verb.sign.in decre.

¶ Et hoc est introductū, vt qualificationes graduatorū in ipsis præbendis suum valeant sortiri effectū,vt habetur in prag.§.nō tamen intendit.de coll. & licet papa possit vnū collatorem habenté collationé quinquaginta beneficiorū in duobus grauare per mandata, nó tamen in duabus præbendis vnius ecclesiæ,&

In eadē ecclesia plura habere beneficia maximè est prohibitū:fallit,vt in fine.

hoc vult dicere tex.quia in eadé ecclesia exosum est, vt duobus mādet cōferri,sicut exosum est,vt quis duo habeat.tex.& ibi gl. in cle.vlt.de preb.Ideo dicitur ꝙ dispensatus ad duo beneficia, nō censetur dispensatus vt illa habeat sub eodé tecto, vt dicūt, nisi expressè dicatur in dispésatione,quia magis odiosum est in eadé ecclesia plura habere,quàm in diuersis.Panor.in c.de multa.col.2.de preb.sequitur Fel.in c.in nostra.correla.8.de rescrip. quia in dispensationibus nō fit extensio,etiā ad casum minoré. ideo monachus dispensatus ad curatū,non est dispésatus ad be-

neficium ſimplex. Feli. in c. poſtulaſti. col. 11. num. 9. ver. regula eſt. de reſcrip. vbi plenè proſequitur. & Iaſ. in l. fi. nu. 37. cū ſeq. ff. de conſtitu. princip. ſcripſi. in praxi. benefic. titul. de diſpenſa. ¶ Item quāuis per adeptionem ſecūdi ſimplicis non vacet primum ipſo iure. c. de multa. de præben. fallit in beneficiis ſimplicibus exiſtentibus in

collatorem [a] pro tempore in dua-

eadē eccleſia. tex. ſingula. ſecūdum Card. ibi in c. literas. in fi. de conceſſ. prēb. Et quanuis ordinarius poſſit gratificare in mēſibus graduatorum, non tamen poterit gratificare ad duo beneficia in eadem eccleſia conſiſtentia per prædicta, & quæ dixi in §. ſtatuimus. 1. ſupra. de collatio.

¶ Prēterea epiſcopus non poteſt diſpēſare, vt quis habeat plura beneficia conformia in eadem eccleſia, etiam duo altaria. gl. Panor. & Imol. in d. c. literas. Item etiam non valet cōſuetudo, vt quis habeat duas præbēdas, aut duas capellanias in eadem eccleſia in titulū. c. 1. de conſuet. in 6. vide quē dixi ſupra in titu. pro xi. §. volumus. gl. in cathedralibus. Item ſi mandetur prouideri habenti præbendam in vna eccleſia de primo beneficio vacaturo, non tamen poterit eidem prouideri de prēbenda altera, licet primo vacet, quia duas præbendas ſub eodem tecto tenere non poteſt. d. c. literas de conceſſ. præb. & ibi nota. & in d. cle. fi. de præbend. Sed aliud beneficium expectabit. & ſi primus mandatarius obtinuerit vnam prēbendam in vim ſui mādati, non poterit ſecundus alteram conſequi, etiam ſi ſtatim vacaret poſt menſem à die præſentationis mandati computandum, vt hic deſcribitur.

Epiſcopus non diſpenſat ad plura beneficia conformia.

Primū beneficiū vacās quandoque non debetur mandatario.

¶ Nota tamen quòd ſine diſpenſatione poteſt quis beneficium in eadem eccleſia habere in titulum, & capellam non curatam, etiam requirentem celebrationé, & poteſt eſſe canonicus & capellanus in eadem eccleſia, licet nō poſſit duos canonicatus in eadem habere. Lappus allega. 116. teſtatur, in fi. quem refert & ſequitur Fel. in cap. ex parte. S. col. 1. & ſequē. de reſcrip. intellige quòd papa non poteſt grauare prætextu mandati, vt in eadé eccleſia duæ præbendæ mandatariis conferantur, ſed bene eas iure præuētionis conferre poterit, vt ſequitur. quia hic prohibetur grauamē ratione mandatorum. ſecus in alio, quod enim nō mutatur, cur ſtare ꝓhibetur? l. ſicimus. C. de teſta, vt ſupra dixi.
a ¶ [*Pro tempore*] Ergo ſucceſſor poterit, quia hic excluditur, vt idem non grauet in duabus præbendis, ergo diuerſi ſic, & idem

Diuerſi pōtifices in duabus præbendis grauare poſſunt.

in diuersis beneficiis extra prębendas, vt duo pontifices ad duas præbendas grauare possint eandem ecclesiam, & ad alia duo beneficia, siue pro vno scribatur, siuè pro pluribus, quia nõ plus grauatur ecclesia quando mandatur pro vno, quàm pro pluribus, & hic text. generaliter loquitur, & indefinitè, & etiam non distinguit an mandetur pro vno, vel pluribus, igitur nec ego. iuxta, l. de precio. ff. de publiciana in rem actio. & an ille qui habet duas præbendas possit duplici suffragio vti in electionibus, & aliis actibus. tenet Io. Fab. in §. 1. instit. de excusa. tutor. quod non. tu illum videto.

bus præbendis a, non grauet. §. ¶ Et vt obuietur b litibus, quæ occasione literarum mandatorũ huiusmodi oriri possent mãdata

Prebendæ nomine venit integra.

a ¶ *Præbendis*] Integris, appellatione enim præbendæ venit integra. c. cui de non sacerdotali. de præb. in 6. Tamen postquam diuisæ sunt præbendæ, & ex vna factæ sunt duæ, dicuntur integræ. Ioan. And. ibi. Et vide in c. vacante. de præb. nisi retineant nomen dimidiæ. Et quando non habent stallum in choro, & locum in capitulo, non dicuntur habere integram præbendam, cum ista iura sint canonicatus & præbendæ. ca. pro illorum. de præb. Item non poterit grauari duabus præbendis, etiam si vna sit dignitati vel officio annexa. per cle. vltimam. de præbend. Quia videtur grauamen in duabus præbendis, deberet tamen primus mandatarius istam dimidiam præbendam acceptare, eo quia est beneficium, sed collator non censetur in vna præbenda grauatus, si non habeat omnia iura, quæ alij canonici habent. Et ideo secundo posset deberi altera præbenda integra per prædicta.

§. ET VT OBVIETVR.

b ¶ *Et vt obuietur*] Per hoc dicunt quidam non esse formam substantialem datam per hæc concordata mandatis apostolicis, dicentes, quando aliquid est introductum ad vtilitatem tantum partium, vt hic, videlicet vt obuietur litibus, tunc non dicitur de forma. ita in propriis terminis dicit Bal. in l. vniuersa. col. 1. C. de precib. impera. offeren. Sed respon. non esse hic tantum introductum ad vtilitatem partium, sed etiam vt sit de forma. demonstratur in hoc tex. supra, iuxta formam, & infra sub forma, quæ est inferius annotata. Et etiam voluit Romanus pontifex

for-

formam in quinterno registrari, & ad perpetuam rei memoriam, & infra forma mandati, & ibi dicam.

a ¶ *Sub forma*] Ergo sub alia forma non vult dari, quia de vno dicit, de altero negat. cap. qualis. 25. distin. cap. nonne. de præsumpt. l. cum prætor. ff. de iudi. Frustra annotaretur & scriberetur hic, si non obseruaretur, nec est verissimile quòd conditores dixissent esse de forma, si non esset, prout in simili nota. text. in ca. ad audientiam. de deci. postquam est de forma. tene quod dicitur primæ ad Timot. 6. c. Præcipio tibi coram deo, vt serues mandatum sine macula. Et Deutero. 12. c. in fi. Quod præcipio tibi hoc tantum facito, nec addas quicquam, nec minuas. l. in conuentionalibus. in princip. ibi, nihil immutare licet, neque addere, neque detrahere. ff. de verbo. obliga. Et Apocalyp. vltim. ca. Si quis apposuerit aliquid super hoc, apponet deus super ipsum plagas: & si quis diminuerit, auferet eius partem, &c. Et ad Timot. 5. c. Testor coram deo, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. simpliciter enim & pura forma mandati tenenda est. Fel. in c. cum dilecta. col. 9. versi. amplia. 1. de rescri. vbi plus dicit amplia. 11. quòd forma mutatur sex modis subtrahendo, addendo, interponendo, verbum pro verbo ponendo, verba corrumpendo, & verba transponendo. ibidem vide, & in declaratione regia, de qua infra in princip. formæ mandati, omissio formæ etiam in qualibet minima parte vitiat. Anto. in. c. pisanis 7. not. de resti. spoliat. Decius in ca. prudentiam 4. not. de offi. delega.

Forma totis neruis obseruari debet.

huiusmodi sub [a] forma, quæ est inferius annotata, dari volumus, quã ad perpetuã rei memoriã [b] in cãcellaria apostolica publica-

Forma quot modis mutetur.

b ¶ *Ad perpetuam rei memoriam*] Idem dixit tex. in ca. 1. in fine de renuncia. in 6. c. ad apostolicæ. in suprascriptione. de re iudi. ibidem, Frustra publicaretur, si nollet obseruari hanc formam, nã leges publicantur, quas perpetuò seruari vult faciens, in auth. vt factæ nouæ constit. colla. 5. Et perpetuum quot modis accipiatur, tradit glo. & ibi addidi in. l. 1. ff. pro socio. Albert. in tract. statu. 4. parte. q. 62. gl. in. §. itẽ placuit. in verbo perpetuis. de colla. in prag. Bal. consi. 372. in 4. vol. Barb. in c. ad audiẽtiam. col. 1. de reb. eccles. non alienan. & consil. 63. col. 3. in 1. vol. & cõsi. 44. in 2. vol. & consil. 53. ibidem. vide quæ dico infra in forma mandati, &c.

Debitũ ex sola confessione in re gesto descripta, an possit peti.

a ¶[*Et in illius quinterno registrari*] Frustra registraretur, si nõ obseruaretur forma hic descripta, vt obseruetur mandat hic registrari, & quid si statuto caueatur, quod quilibet debeat iurare, & dicere omnia bona sua & debita, vt describantur in registris ciuitatis, aliquis iurauit se debere Titio decem, quæ non debeat: fuit debitum registratum, nunc Titius petit illa decem ratione illius iuraméti, an possit? Respõ. quòd non.

ri, & in illius [a] quinterno registrari mandamus.

b §. Declarantes, [c] prosequentes

quia ex illo iuramento assertorio non oritur actio. l. si quis pro eo. & ibi amplè dixi in interpre. illius. ff. de fideiuss. & quòd nõ oriatur actio, ista est communis opinio, quam citaui ibidé, vbi tenui contra per iura & rationes patentes licet in hac quæstione, ita expressè concludat Alber. in tract. statuto. in prima parte. q. 178. item quæro.

§. DECLARANTES.

Apostolicus est omnibus præferendus.

b §. ¶[*Declarantes*] Est cõstitutio declaratoria, quia apostolicus de iure omnibus est præferendus, etiam antea receptis authoritate legati, seu ordinarij. c. eum cui. & c. hi qui. de præb. in 6. quia magis priuilegiatus pręfertur minus priuilegiato. l. verum. §. fi. ff. de mino. nota. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. sic doctor creatus à papa præcedit alios doctores creatos ab vniuersitatibus, & dicitur esse dignior. c. per tuas. & c. statuimus. & ibi not. de maiorita. facit. l. 1. ff. de albo scribé. Ias. & alij in l. cum quid. ff. si certum peta. Barb. & Decius in c. clerici. de iudi. & miles creatus ab imperatore maiori gaudet prærogatiua, quàm si à duce esset creatus. Panor. in c. põstulastis. col. 3. de concess. præ. sequitur Feli. in rub. de maiorita. col. 3.

Mandatarij nominati à rege præferuntur.

¶ Notandum est tamé quod dicit Rota decisio. 55. nota quòd vbi. in antiq. vbi dicit, quòd si quis ex rescripto papæ vel priuilegio possit nominare ad vacantem, seu ad præbédas vacantes, vt Rex Franciæ senatum Parisi. tunc nominatus per talem priuilegiatum. nõ pærfertur impetranti apostolico, sed apostolicus Præfertur. sic dico in nominatis per vniuersitates, vt mandatarius apostolicus præferatur illis, & huic nominato à rege, vt hic dicitur. Hoc expressè tenet etiam glos. in §. non tamen intendit, in verbo effectum. de colla. in prag.

c ¶[*Prosequentes*] Iure tex. egregius. in l. 3. ibi, qui iure dati sunt. ff. de

ff. de testa. tute. l. ab executore, in princ. de appel. l. 1. C. de vecti gal. c. faciat homo. 22. q. 2. & ibi gl. cōdēnatum cū accipere debemus, qui iure & ritè condemnatus est. l. 4. §. condēnatū. ff. de re iud. alioqui melius faceret mādatarius, si expēsis inanibus se nō vexaret, cū obtinere spē non laboret. l. 1. ff. de inoff. test. §. emācipatos. inst. de exhæredato libero. sup. dixi. in §. fi. de colla.

¶ Quæro quando dicatur nō prosequi, & sic tūc finietur mādatū? Respon. duobus modis, Primò si expressè iuri suo renūciauerit, & literis mandati. c. sollicitè. &. c. audita. de resti. spolia. data pēsione, vel non. c. ad audientiā. 2. de rescript. Secūdò tacitè dicitur renunciare & non prosequi, quādo cōtra eū est lata sententia, à qua non appellauit, sed illi acquieuit. glo. in c̄. 1. de cōcess. præb. Domi. in c. 1. de litis contesta. in 6. *Quot modis finitur mandatū.*

¶ Tertiò, si aliud beneficium incōpatibile adeptus sit, quia tunc suæ gratiæ videtur tacitè renunciare. cle. gratiæ. de rescri. Vide tamen gl. in §. quòd si quis ex dictis. in verbo tempore. in fi. de col. in prag. vbi videtur renunciare, si vacet incompatibile, tamen si vacet simplex, non, vt ibi dicitur. vel si obtineat dispensationem ad aliud.

¶ Quartò, finitur si mādatarius duxerit vxorē. c. 1. de cleri. coniuga. etiam si contraxerit tantum sponsalia de præsenti. glos. & doct. in c. vno. de cleri. coniuga. in 6. Barb. consi. 11. scripsit. col. penul. in 1. vol.

¶ Quintò, non minus tacitè renūciauit, qui eiecit habitum clericalem. c. 1. de aposta.

¶ Sextò qui factus est miles. arg. c. 1. & 2. dist. 51. &. c. eos 20. q. 3. c. clericum. 50. dist. Collecta. in c. fi. de cleri. non residen. Vel aliud fecit contra clericatum. arg. l. professio. C. de muneri. patrimo. lib. 10.

¶ Septimò, finitur & perditur mandatū, quādo forma infra descripta nō est seruata, quia omissio formæ facit actum corruere. l. 1. ff. de lib. & posth. & l. cum hi. §. si prætor. de transact.

¶ Octauò quando mādatarius facit sibi scienter cōferre beneficiū alteri debitum incompatibile, vel illud occupat. c. eū qui de præb. in 6. Perus. expressim in c. si clericus. col. 1. ibid.

¶ Nonò, quando mandatum erat subreptitiū. c. ad aures. de rescript. quod raro euenit in hoc regno, propter multas clausulas in mandato descriptas, & quando conditio in eo requisita non potuit verificari. Ancha. consil. 58. &. c. si pro te. de rescrip. in 6. vide fusius in tract. nomi. in q. vlt.

Negligens mandatarius quando dicatur.

¶ Vltimò finitur mandatum, si mandatarius fuerit negligens c. tibi qui de reſcrip. in 6. c. ſi clericus de præb. eo. lib. Et quando dicatur negligens, relinquitur arbitrio iudicis ſecundum gl. ibi. & bonus iudex arbitrabitur, vt ſaltē intra ſex mēſes petere debeat. c. 2. de conceſ. præb. gloſ. in §. item quòd omnia. in verbo ſcilicet. de colla. in prag. plenè Feli. in c. capitulum. col. 3. verſic. fallit primo. de reſcrip. poſſem allegare Ioā. de ſelua in tract. de benefi. in. 3. parte. q. 12. in fi. & q. 15. ac. q. 34. Et D. Ruſc. in trac. de manda. apoſt. in 4. parte, & in tract. regalio. in 4. priuil. alióſque multos adducerem, niſi putarem iſtos ſufficere.

Primus mandatarius renuntians ſuo mandato, quando excludat ſecū dum.

¶ Nota tamen quòd ſi collator in fraudem ſecundi modi cum dederit primo mandatario, vt renunciaret ſuo mandato, & is renunciauit, quia etiam eo non dato volebat dimittere clericatū, tunc talis titulus pro non titulo habetur, arg. l. etiam. §. 1. ff. de petiti. hæred. & ſic non excludetur ſecundus. etiam in habente collationem decem tantum beneficiorum eo caſu, alioqui contra. Idem ſi primus mandatarius compulſus miſeria, & fatigatus laboribus & expenſis ceſſit, & modicum quid accepit, arg. c. fin. de reſcrip. c. 2. de arb. Compoſtella. & Barb. in d. c. mandatum. col. 10. vide quæ dixi in tract. nomi. in q. vlt. vbi latè dico, quot modis perdantur nominationes, & mandata iiſdem penè modis amittuntur. Et octo modis quibus expirāt gratiæ. ſcribit Io. Staphil. in tract. de literis gratiæ. in 5. parte. ſol. 108. & ſequen.

Mādatari⁹ an probet mandatum ſe amiſiſſe.

¶ Quid ſi mādatarius in his caſibus velit probare quòd nō renūciauit ſuo mādato, an poſſit? videtur quòd ſic, quia cōtra præſumptionem poteſt probatio admitti. l. fi. ff. quod met. cau. ca. is qui. de ſponſa. Cōtrariū videtur tutius, quia iſta præſumptio dicitur iuris, & de iure, cōtra quā nō admittitur probatio in cōtrariū. l. vna. in prin. C. de rei vxor. actio. l. antiquæ. ad velleia. ſecus ſi eſſet præſumptio iuris tātū, cōtra quā probatio admittitur, vt ſupra dictum extitit. Vel eſt fictio, ponderādo verbum videris. in d. cle. gratiæ. & contra fictionē nō admittitur probatio in cōtrarium. glo. in verbo quoniā creditur in l. conficiuntur. ff. de iure codicillo. Bonif. in d. cle. gratiæ. Et an executor poſſit conferre beneficium ſine acceptatione mandatarij? ꝙ ſic, tenet Collecta. in c. inter. in fi. de præb. per not. in. cle. vna. de conceſ. præb.

Executori apoſtolico nō eſt præfixum tempus ad conferendum.

¶ Nota vltimò quòd ſi mādatarius ſemel requiſierit ordinariū qui recuſauerit eidem conferre, ſi poſtea habuerit recurſum ad ſuum executorem, qui diſtulit conferre per annum, non per hoc excluditur, quo minus poſſit prouidere, quia executori apoſtoli.

lico non est certum tempus præfixum, intra quod debeat prouidere, sicut aliis collatoribus, vt dixi in c.2. de conces. præbend. ita in propriis terminis tenet glo.& Card.in cle.si de beneficio de præb.Perus.in c.gratia. in fi.de rescript.in 6.glo.in §.visum. in verbo respectiuè.de col.in prag.vbi ista limitátur. Scripsi in verbo, intra.in §.1.de regia ad præla.not.superius.

huiusmodi mandata quo ad beneficia sub illis comprehensa [a]

a ¶[*Comprehensa*] Quæ sunt omnia, nisi sint excepta.cap.mandatum.de rescript.docto. in cap.dilectus.in 2.de præben.Quæ ergo sunt non cóprehensa? Respon.Primò,regulare non comprehenditur sub mandato secularis, & seculare beneficium non compreh͠editur etiam sub mandato regularis etiam prętextu dispẽsationis.§.volumus.supra tit.proxi.c.super eo.de regul.& ibi pulchrè Panor.Archid. & alij in c.si postquam.de præben.in 6. *Quæ beneficia non sint comprehensa in mandatis apostolicis.*

¶ Secundò, religiosus sancti Augu.nó potest impetrare mandatum, vt prouideatur illi in ecclesia S.Benedicti, sed tantũ potest impetrare in illo ordine, in quo est professus. extat lex regia in eo.ti.ar.6.not.in c.Deus.de vit.& hone.cler.c.in nona. 16.q.7.

¶ Tertiò, beneficium generaliter vel specialiter reseruatum dicitur, non comprehensum. Auffre.in decis.Tholosa.q.434.vbi dicit super hoc extare regulam cancella. Sed parum prodest in Francia, cum reseruationes sint in ea sublatę, vt superius dictum fuit in rubri.de reserua.

¶ Quartò.non est comprehensum beneficiũ litigiosum, vt mãdatarius teneatur illud acceptare.probatur in §.1. supra eo.vbi beneficium spectans ad collationem ordinarij, debet conferri mandatario, sed litigiosum nó spectat ad collationem ordinarij, quia non vacat, ideo illud nó potest altero collitigante mortuo alteri conferri.c.fi.vt lite penden.in 6. & cle.1.illo titul. regula cancel.27.ne litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat, vt ibidem dicitur, nec diceretur grauari ordinarius illud conferendo, quia fortè alteri collitiganti primo contulit. probatur in forma mandati.ibi, cum plenitudine iuris conferatis:& ibi, iuriúmque & pertinentium vniuersorum, &c.non potest conferri cum plenitudine iuris, vel cum vniuersis iuribus, quod in mãdato præcipitur, sed conferretur cum diminutione, quod est prohibitum.c.vno. vt ecclesiasti.benefi. sine diminutio.conferant.Præterea alienans rem litigiosam punitur.l.fina. *Beneficium litigiosum, an debeatur mandatario.*

C.de litig.ergo non potest alienari, minus conferri, facit quia sicut non valet impetratio beneficij litigiosi,nisi fiat mentio de lite. Felin.in c.cæterum.col.1.& in c.in nostra,correla.15. de rescrip.Ita mandatum non comprehendit beneficium litigiosum, quia sicut expresse papa conferendo tale beneficium,si non exprimat litem,nil facit,ita nec executor vigore mandati,seu aliarum literarum.nam verisimile est, quòd si papa litem sciuisset, alij non contulisset,vel de eo non mādasset,quia nollet litiganti plures dare aduersarios,d.c.1.vt lite pend.in 6. Aegi.bella mera,consi.35.vtrum,in fi.ita fuit decisum in hoc reuerendo senatu,hoc anno 1537. pro nobili Francisco de Caluimont contra nobilem Hugo.de Mauriac.sic expresse tenent Domi.de Rota,decis.608.si aliquis.in antiq.quia fortè mandatarius non habet vnde litem prosequatur,& posset multa litigando incurrere pericula,vel est bonus vir,qui execratur lites.l.item. §.fi.ff.de alien.iudi.nec dicitur simpliciter vacare, postquam non vacat de facto.c.cum nostris.de concess. præben. Gomes.q.19. super reg.cancel.de subrogand.collitigan.

Arrestum.

¶ Fallit quando mandatum esset impetratum ante litem inceptam,quia tunc deberetur,nam mandatarius habebat ius acceptandi quodcunque beneficium,ergo & istud.Item quocunque modo vacaret,nec debet eidem obesse, si fortè primus mandatarius acceptauerit ante eum, & postea mortuus est,nam beneficium istius primi poterit secundus acceptare, & eidem prouideri,de hoc debebit,licet sit litigiosum cū alio,nec per litis pendentiam debet impediri vti iure suo antiquiori.c.1.vt lite pend. Ista est decisio Bonifac.in cle.1.nume. 60.& sequen.in 8.conclu.vt lite pendente cum res inter alios acta, aliis non debeat præiudicare.rubri.C.res inter alios acta,tamen hæc collatio facta mandatario, non præiudicabit superstiti, sed per euentum litis declarabitur,an valuerit prouisio,& acceptatio per gl.in d. clem.1.& sic consuluit Aegid.bella mera.d.consi.35. vtrum.vbi dicit non esse aliquam cōstitutionem prohibitiuam in contrarium,ista tamen limitatio est dubia per supradicta,nec eam firmo.si tamē mandatarius sine protestatione acceptaret collationem beneficij litigiosi ab ordinario sibi factam, grauari tunc censeretur ordinarius: quia fecit quod voluit mandatarius, & quod is ipse potuit,quia contulit ad mandatarij requisitionem. vt dixi in gl.grauare,§.1. supra eo. vide Rotam decis.588.vtrū, cap.si hi.in antiq.

Quin-

¶Quintò,non est cõprehensum in mádato apostolico, vt mandatario debeatur beneficium, quod ordinarius vniuit ex iusta causa ante vacationem,quia ante vacationem mádatarius non habebat ius in re,& sicut de illo beneficio poterat fieri permutatio.c.vno.de rer.permu.in 6.ita & vnio,non tamẽ,post vacationem,vel incontinenti ante, ratione fraudis vitádæ quam ordinarij facere possent.not.in cle.vlt.de reb. eccl.non alien. hoc expresse tenet Collecta.in c.cõstitutus.col.3.de rescrip.Pro hoc est glo.singu.in cle.vlti.glo.fi.de rescript.

Vniri an possit beneficium inuito mandatario.

¶Sextò,non est comprehensum beneficium paternum,si vacet ne videatur esse successio in beneficialibus, siue filius sit legitimus,siue illegitimus,sed aliud expectabit mandatarius.c.2.&.c. ex transmissa.de filiis presbyterorum, dixi infra in forma manda.in verbo pro expressis.versi.3.debet,&c.

¶Septimò,non est comprehensum beneficium, in quo daretur scandalum,si nominato vel mandatario cõferretur.ca. cum teneamur.de præbend.Feli.in cap.2.de præscrip. Et si esset comprehensum,tamen illi non debet conferri. Feli.in cap. nihil de præscriptio.

¶Octauò,si non excedat valorem decem librarum turon.non tenetur mãdatarius illud acceptare, seu capellaniam minoris valoris.vt declarauit Martinus papa,anno 1426.die 1. Septẽbris, quæ declaratio satis æqua videtur,nescio tamẽ an in iudicio foren.obseruaretur.

Beneficiũ non excedens valorem decem librarum non debetur mandatario inuito.

¶Nonò,beneficium vacans causa permutationis,quia aliis extra permutantes non debetur.ca. vno. de rerum permuta.lib.6. glo.penul.in ca.2.de præben.eo.lib.

¶Decimò,beneficium non liberũ,vtpote si collatum fuerit absenti,qui nõ acceptauit,licet ante declarationem voluntatis vacet.c.si tibi absenti.de preben.in 6.tamen mandatario conferri non potest,vt ibi.Imò si recusetur post mensem,non debebitur mandatario,si vacauerit ante mensem,quia beneficia ante mensem vacantia post pręsentationem mandati non debentur illis, vt patet infra in forma mãda,nec dicitur de nouo vacare,quando absens recusat,vt habetur in dicto cap.si tibi.per docto.

¶Vndecimò,nec præbenda quæ per mortem episcopi præbendatarij vacat.c.cum in ecclesia.de præben.in 6.

¶Duodecimò,nec etiam est comprehensa præbenda in eadem ecclesia,si alteram habeat mandatarius , vel alij erat collata , vt dixi in glo.ita tamen.§.1.supra eodem.

¶ Decimotertiò, non comprehenditur beneficium primo vacaturum, vbi est consuetudo optandi. c. fi. de consuet. in 6.

¶ Decimoquartò, nec beneficium de nouo fundatum. cle. fi. de rescrip. vide glo. solemnem. in c. quia sæpe. de præb. in 6.

¶ Decimoquintò, si beneficium vacet in curia, nō debetur mandatario. c. 2. de præbend. in 6. nisi ordinarius post mensem illud conferret, quia tunc de nouo in partibus incipit vacare. Lappus allega. 84. dominus papa. col. 2. per cap. statutum. & ibi not. de præben. in 6.

¶ Decimosextò, non debetur beneficiū sub iure patronatus laicorum existens, vt dixi in glo. patroni. §. præfatíque ordinarij. supra de collatio. Etiam si clericus ratione patrimonij præsentaret. glo. præsentari. & ibi doct. in cle. vlti. de iure patro. Quia præsentans ratione patrimonij habetur vt laicus. teste Ioan. Staphyleo. in tracta. de literis gra. fol. 55. versi. Sed dubium est.

¶ Decimoseptimò. nō debetur beneficium sub iure regaliorum vacans, vt plenè prosequitur Ruse. in suo tracta. regal.

Beneficia sita in villis muratis nō debentur mādatariis

¶ Decimooctauò, sub mandatis apostolicis non cōprehēditur beneficiū villæ muratæ parochiale, si nō sit mandatarius qualitatis requisitæ, videlicet graduatus, per c. quia sæpe. de præb. in 6. & c. ei cui. ibidē Domi. in c. si eo tēpore. col. vlti. de rescript. eo. lib. quia non videtur fuisse de mente cōcedentis, quod probatur hic in versi. declarātes, ibi. sub illis comprehensa, vbi vult mandatarios præferri graduatis & nominatis in beneficiis comprehensis in mandatis. ergo sunt aliqua, quæ non cōprehenduntur, vt villæ muratæ, & præbendæ theologales, quanuis contrarium dicat Boer. in decisi. Burdega. q. 225. apostolicus. nam in mandatis cōprehenduntur beneficia secūdum qualitatem personarum, quibus dantur mādata. c. super eo. de rescript. in 6. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habit. ideo dicitur in text. sub illis comprehensa. Nec duo specialia hic videtur papa voluisse inducere, videlicet & ꝙ mandatarius nominatis & graduatis præferatur, & ꝙ habere debeat beneficia, quorum non est capax, saltem per concordata, nam hoc prohibetur in l. 1. C. de dotis promissio. cum hæc specialia sint de iure speciali concordatorum introducta, non de iure communi, expressisset enim si voluisset. capit. ad audientiam. de deci. & quia in §. statuimus. prohibuit ne parochiales conferantur aliis quàm ibidem expresis, inter quos mandatarius nō est. & si his deberentur, peruerteretur status ecclesiarum parochialium regni, quod est prohibendum.

Et si

Et si comprehenderentur in mandatis hæc beneficia, pari ratione & præbendæ theologales, quod est absurdum, ideo neutræ comprehensæ hic erunt.

¶ Item infra eodé papa retinuit sibi & successoribus, vt possint conferre beneficia quomodocunque qualificata. ergo alius extra eum conferre non poterit, etiam si sit executor datus ab eo in mandato, quia sibi tantum retinuit, vt conferret, non autem vt mandaret conferre. ideo quando in mãdatis scribitur executori, vt conferat, non videtur mandatum vt conferat has ecclesias parochiales in villis muratis sitas: & si mandaret, non reciperetur in regno, vt aliquis beneficia qualificatis affecta cóferret, etiam si esset legatus, vt alibi dixi. Et non est mirandum de hoc, quia longè aliud est conferre, aliud mandare conferre. glo. in c. cum cui. & c. si postquam. de præb. in 6. & c. duobus. de rescrip. illo lib. l. aliud. ff. de regu. iur. & ibi Decius, Bal. expresim in c. in literis de offic. delega. & ita declarauit rex, vt infra dico. & not. Collecta. in c. significatum. in fi. de præben. & papa, vt dixi in d. §. statuimus. sicut aliud est ordinare ecclesiam, aliud pronunciare ordinandam. glos. & doct. in ca. super eo. de offici. delegati.

Executor mandatorum villæ murata beneficiũ non graduatus conferre nõ potest.

¶ Item maiorem potestatem sibi retinuit pontifex, quàm commiserit. c. dudum de præbend. in 6. ergo non commisit vt executor non qualificato cóferat has ecclesias qualificatis affectas, quia nó potuisset maiorem potestatem super illis beneficiis habere, & quando duo sunt impediméta, vno sublato, remanet reliquum. c. ex tuarum. de vsu & authori. pallij. Panor. in c. ad aures. col. pe. de rescr. sic consuluit Anch. con. 364. viso.

¶ Per prag. non erat sic prohibitum, quia papa nó sic se astrinxerat. vt in his concordatis est videre. & quia papa debet facere mentionem quando confert, vt dixi in glo. ac etiam infra eod. ergo etiam si mandaret conferre, sed non videtur fuisse huius intétionis, vt executor conferat in vim mandati postquam ipse papa hoc nó faceret sine expresione. Nec me mouet, quòd dũ executor confert, papa videtur conferre, quod est verum fictè sed non verè: & ideo hic retinuit papa iure præuẽtionis sibi, & successoribus suis collationé, nó executori. & si hoc papa cóccederet executori, posset etiam legato eadem ratione concedere, quod nó admitterent Galli, nec est verum dicere, ꝙ omnia vacantia extra curiã, executor possit conferre, quia vacantia iure regali non, nec alia nó comprehensa in mandatis, & quãuis pa-

Beneficiũ sacerdotale an mandatario debeatur.

pa voluerit mádatarios præferri graduatis & nominatis,nó tamen in villis muratis,vt declaratur infra.ibi, tá in mensibus graduatis simplicibus & nominatis,quàm.&c.Ergo non in beneficiis parochialibus villarum muratarũ,alioqui expressisset, sicut expressit residuum.c,ad audiẽtiam.de decimis.Nec est hoc modo intelligendo restringere mandatum, sed contrarium dicere esset extendere ad casum in mandato non comprehensum, quod non est faciẽdum. putarem tamen,quòd si mandatarius studuerit triennium, licet non sit graduatus, quòd illi deberetur beneficium villæ muratæ,tum quòd sit habilis per §.statuimus.2.supra tit.proximo.tũ quòd cessant rationes supradictæ, aliàs secundus mandatarius qualificatus præferetur primo non qualificato in his beneficiis, & etiam alij graduati non mandatarij per supradicta,& in aliis non comprehensis in mandatis.

ordinariis [a] collatoribus, &

¶ Nisi illa duo mandata dirigerentur collatori habenti collationem decem beneficiorum tantum,quia túc mandatarius secundus non excluderet primum, aliàs prioritas nil operaretur contra.c.eum qui.de præben.in 6.Et hoc casu putarem sufficere, quod mandatarius esset qualitatis requisitæ tempore vacationis.per c.ei cui.de præbend.in 6.

¶ Decimononò,si ex fundatione erat statutum, quod non conferretur beneficium nisi sacerdoti,& is mandatarius non esset sacerdos,nec in mandato esset illi derogatũ fundationi,illi non deberetur,vt concludunt D.de Rota decis.466.nota quod statuta.In antiq.sed cum hodie in mandatis sint clausulæ derogatoriæ deberẽtur,si mandatarij essent in ea ætate, in qua possent promoueri intra annum.per tex.in c. si pro clericis. de præben. in 6.& ibi doc.sic fuit decisum in Rota.vt patet in decis.3.si statutum in no.

¶ Vltimò,triginta quatuor,quæ non debentur nominatis, ferè in his mandatis non sunt comprehensa,quæ scripsi in tract.nominatio.q.15.ibi videre licet,ne plura.

a ¶ *ordinariis collatoribus*] Sensus est quòd mandatarius debet præferri in beneficio primo vacaturo,siue vacet in mensibus in quibus ordinarius liberè confert, siue in mensibus nominatorum,vel graduatorum.& dicitur ordinarius collator, vt declaraui in glo.ordinarij.§.præfatíque ordinarij.supra ti.proximo. Si fuerint duo mandatarij,prẹferetur primus,c.eum cui.de prẹbend.

bend.in 6. Fallit in casibus positis per glo.magistram. in c. quia sæpe.de præben.in 6.& per tex.in c.ei cui.eo.tit.&.c.fi.de consuet.in 6.& cle.fin.de rescrip.not.Philip. Perus.in c.susceptum. col.2.de rescrip.in 6.vide glo.in verbo præferendos. infra eod. Et quanuis hic tex.loquatur in ordinario collatore,tamen comprehēdit omnem ecclesiasticū collatorem, qui authoritate iuris confert,vel hominis,& ideo poterit etiam grauari is,qui sibi retinuit collationem,licet nō sit episcopus,vel abbas,& quo ad hoc dicetur ordinarius, vt scripsi in §.1.supra eo.

graduatis [a] simplicibus & nominatis [b]

a ¶[*Graduatis simplicibus*] Hi dicuntur,qui non habent nominationem,sed tantum gradum.dixi supra tit.proximo.§.præterea. glo.graduatis simplicibus.

b ¶[*Nominatis*] Etiā anterioribus tempore,& quibuscūque præfertur,etiā graduatis & nominatis simul, cū non sit dabilis nominatus sine gradu,etiā præfertur illis, qui studuerūt per trienniū,de quibus in §.statuimus.2.supra tit.proximo. Etiam si essent doctores in theologia,extra tamen præbendā theologalē, vt infra dico,quia hic indefinitè loquitur, quæ æquipollet vniuersali.c.vt circa.de elect.in 6. Etiam præfertur nominatis,qui prius acceptauerūt,quā mandatarius,etiā si vacaret in mensibus deputatis nominatis,ne fiat fraus istis mādatariis. & hoc probatur in hoc §.& sic differūt mandatarij à nominatis,vt hic. Ideo si nominatus acceptauerit beneficiū in mēse Iulio vacās, postea aliquis impetrauerit,demū mādatarius collationē ab executore habuerit,quod hic præferatur,per regulā si vnico vincentē te,à fortiori vinco te.c.authoritate.de cōcess.præb.in 6.nā papa iure præuētionis nō poterat cōferre,quia iam erat præuētus per nominatum,mandatarius vincit hunc nominatū,nominatus impetrantem,ergo mandatarius etiam vincet impetrantem. quanuis contrarium tenuerit D. Aurio.in d.c.authoritate,in additio.ad Guliel.de monte lauduno.

¶Secundò,differunt, quia mandatarius tenetur paucis casibus exceptis acceptare primum beneficium vacans,alioqui suo priuatur mandato.c.tibi qui.de rescrip. in 6.c. si clericus.de præb. illo lib.etiam si in mandato nō dicatur de primo beneficio. gl. & doct.in c.si postquam.de præben.in 6.gl.& doct. in cle.vna. in verbo notitia.de conces.præbend.Imol.& Feli. in c.cōstitutus.de rescript.secus in nominatis & graduatis,vt dixi. in glos. *Mandatarij in quibus differant à nominatis.*

prosequentibus.§.fin.de colla.supra.

¶ Tertiò,in mandatis requiritur habilitas tempore datæ.c.si eo tempore.de rescrip.in 6.secus in nominationibus.§. volumus. ibi,vacationis tempore.& ibi declaraui supra tit.proxi.

¶ Quartò,extinguitur mádatú per adeptionem beneficij quantumcunque modici in vim mandati collati.c.si motu.&.c.non potest.de præbend.in 6.Secus in nominationibus,quę non extinguuntur per adeptionem beneficij, nisi illud ascendat vsque ad ducentos florenos auri de camera. d.§. volumus. & dixi in tract.nomina.q.vlt.quot modis perdantur nominationes.

¶ Quintò,semel mandatum est pręsentandum c.tibi.&.c.pe.de rescrip.in 6.c.si capi.de conces.præ.illo lib.Item nominati literas nominationum etiam semel insinuant, sed nomina & cognomina in singulos annos,donec eis plenè fuerit prouisum.§. teneátur.de coll.supra.& quare hoc fiat, dixi in trac.nom.q.14.

¶ Sextò,duo mádata nō possunt dirigi vni collatori,nisi habeat collationem quinquaginta beneficiorum,vt in hoc tit. dicitur. secus in nominationibus.probatur in §. præfatíque ordinarij. supra titul.proximo.& ob id conqueruntur ordinarij collatores,cur nominationum numerus non est taxatus, sicut mandatorum,quod difficile esset facere.Cum non taxetur per hęc con cordata,sed permittatur tot nominare, quot habiles reperientur:& si numerus esset taxatus,diuites nominarentur,& pauperes non,nam vniuersitates venderent nominationes.

¶ Septimò,nominationes non cócedútur,nisi graduatis.§.pręfatíque ordinarij.supra. de colla. mandata verò quibuscunque idoneis,etiá nō graduatis,vt dixi in glo.dare possit.supra eodé.

Mandata & nominationes cur inuétæ.

¶ Octauò,differunt, quia nominationes inuétæ sunt in fauoré literatorum,& ecclesiarum Franciæ,vt melius regantur per literis honestatos,quàm per ignaros,vt dixi.q.3.tract.nomina.man data verò in fauorem pontificis, vt dixi supra in gl.dare possit. & sic magis fauorabiles sunt nominationes quàm mádata:ideo magis sunt ampliandæ, & extendendæ, quàm mandata,nisi in casibus expressis.

¶ Nonò,non conferens nominato requiréti priuatur iure conferendi per octo menses,quos habet liberos.§. fi.de colla.supra in mandatis.non punitur collator non conferens,sed executor confert,si ordinarius conferre recuset.c. si capitulo. &.c.si soli. de concess.præben.in 6.& cap.tibi.de rescrip.eod. lib.nisi vt dixi in q.19.tract.nominatio.

Decimò

¶ Decimò, in nominationibus nó ſunt expriméda, niſi illa quę traduntur in §. volumus. de colla. & quæ dixi in tract. nomina. q. 9. In mádatis ſecus, vt no. Feli. in c. in noſtra. de reſcrip. & ego dixi infra in glo. pro expreſsis, in forma mandati apoſtolici.

¶ Vndecimò, exéplum nominationum, ſeu literæ duplicatæ expenſis nominati debent dari collatori. §. teneantur; ſupra titul. proxi. & ibi dixi. in mandatis ſecus, quia non inuenitur expreſſum. nota docto. in c. pen. de reſcrip. in 6. inferius expreſsius dicetur. idem in vtriſque putarem.

¶ Duodecimò, literæ nominationum, gradus, ac alię neceſſarię tempore quadrageſimæ ſunt inſinuandæ, ac nomina & cognomina. §. teneantur. de colla. ſupra. mandata verò quolibet tempore præſentari poterunt, cum cótrarium non exprimatur. tex. & ibi docto. in c. ſi capitulo. de conceſſ. præben. in 6.

Mandatarius cur probet, & nominatus non.

¶ Decimotertiò, nominatus non tenetur probare collatoré habere tria beneficia ſub ſua collatione, quia habet regulam pro ſe, videlicet quòd omnia beneficia vacantia certo tempore ſunt illis affecta. ergo ſufficit quòd probet vacaſſe illo tempore ſtatuto. & qui excipit nó deberi, debet hoc probare. Bal. in c. 1. col. 2. de alien. iud. & qui habet regulam pro ſe, habet intentionem ſuam fundatam. gloſ. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Bart. in l. quotiens. ff. ſi quis cautio. Dec. in regu. 1. not. 2. ff. de regu. iur. ideo is qui allegat non habere, debet hoc probare l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probatio. ſecus in mádatario, qui tenetur probare collatorem, cui eſt directum mandatum, habere decem, vel quinquaginta beneficiorum collationes, quia fundat ſe in numero, illum ergo probare debet, arg. l. eum. ff. de neg. geſt.

¶ Decimoquartò, mandatariis debentur beneficia vacantia etiam per reſignationem. c. dudum. de præben. in 6. in nominationibus ſecus. §. volumus. ſupra. de colla. dixi in 15. q. tracta. nominationum plenius.

¶ Decimoquintò, de conſuetudine nominationes concedútur tantum tempore quadrageſimæ, vt dico in q. 7. tracta. nomina. mandata quolibet tempore. §. 1. ſupra eod.

¶ Decimoſextò, à papa mandatum conceditur. c. mandatum. c. literis. c. capitulum. de reſcrip. nominationes ab vniuerſitatibus Franciæ. §. volumus. ſupra tit. proximo.

¶ Decimoſeptimò, mádatario poteſt cóferri beneficiú ratione mádati regulare, ſi ſit diſpéſatus. ſecus in nominato. §. volumus. ſup. titu. proximo, quod tamen non firmo, quia ibi prohibetur

simpliciter.

¶Decimooctauò, mādatarij nō possunt obtinere beneficia curata in ciuitabus vel villis muratis sita. si non sint graduati, vel qualitatis requisitæ, vt in verbo comprehensa dictum extitit, secus in nominatis, & graduatis, quibus sunt reseruatæ dictæ ecclesiæ parochiales. §. statuimus. 2. supra tit. proximo.

¶Decimononò, nominatus molestans ordinarium priuari debet suis nominationibus. §. si. supra titu. proximo. secus in mandatario, in quo non est expressum. no. in c. dilectus. 2. de præb.

¶Vigesimò, nominationes quandocūque etiā post viginti annos insinuari possunt. vt dixi in q. 14. tracta. nomina. nu. 20. dic. vt ibi, secus in mandatis. cap. tibi. de rescrip. in 6. ca. si clericus. de præben. ibidem.

¶Vigesimoprimò, nominationes ad beneficia extra regnū non dantur, secus in mandatis, vt supra in verbo decē dictū extitit.

¶Vigesimosecundò, simul atque insinuatæ sunt nominationes si vacet beneficium debetur nominato, vt dixi per illum tex. in verbo capacē. §. teneantur. de coll. supra. mandatario verò, non nisi post mensem à die præsentationis. vt infra in forma mandati patet, in verbo post mensem.

In quibus conueniant mandatarij & nominati.

¶Nota tamen, quòd etiam mādatarij æquiparātur nominatis.

¶In primis, quia in vtroque tempus date attēditur: & qui prior est tempore, potior est iure. c. capitulum. secundum verum intellectum, de rescriptis. cap. tibi qui illo tit. in 6. c. eum cui. de præben. illo libro. §. statuimus 1. de colla. supra, vbi vide quomodo intelligatur.

¶Secundò, conueniunt, quia quilibet verū valorem beneficiorum exprimere tenetur c. ad aures. de rescrip. cle. 1. de præbend. dicto. §. volumus. de colla. supra.

¶Tertiò, quilibet beneficia, quæ quis obtinet, exprimere tenetur. dicto. c. ad aures. cap. in nostra. & cap. si proponente. de rescrip. dicto. §. volumus.

¶Quartò, sicut subreptio in mādatis ipso iure vitiat. dicto cap. ad aures. cap. ad audientiam in 2. & ibi doct. de rescript. c. si eo tempore. illo titu. in 6. c. si motu. de præben. illo lib. sic in nominationibus. d. §. volumus, in his quæ per cōcordatum nominati exprimere debent.

¶Quintò, quia beneficium de nouo creatum non debetur, nec mandatariis, nec nominatis. cle. vlti. de rescrip. dico in tractatu nomina. quæst. 15.

Sextò,

¶ Sextò, in mandatis requiritur scriptura. supra eodem, in verbo literas. & ibi dixi. sic in nominationibus. §. teneantur. de colla. supra ibi literas.

¶ Septimò, tam insinuatio mandatorum, quàm nominatorum fieri potest in absentia collatoris suo vicario. & illa insinuatio ligat etiam episcopum. d. §. teneantur. & in ordina. regiis, rub. *des gradues simples*. arti. 11. glo. in §. statuit. in verbo vicariis. & §. item voluit. in verbo vicario. de coll. in prag. dixi in tracta. nominationum. q. 14. nu. 59. & sequen.

praeferendos [a] esse

¶ Octauò, insinuatio vtriusque est facienda de literis originalibus non de exemplo. §. præfatique graduati. de coll. ibi, per patentes literas. clem. causam. de elect. l. sancimus. C. de diuers. rescriptis. c. pen. de rescriptis, in 6. in aliis ferè æquiparantur, nisi sit contrarium expressum.

a ¶ [*Præferendos*] Apostolicus præferri de iure aliis expectantibus debet. c. hi qui. de præbend. in sexto. dictum extitit in gl. declarantes, supra eod. dum tamen acceptet intra tempus sibi præstitutum. cle. vnica, de concess. præb. & ibi glos. in verbo mensem. vide Feli. in c. capitulum. de rescript. Hodie habet sex mēses ad acceptādū & requirēdū, vt dixi infra in forma māda. Fallit quando esset inhabilis, quia tūc nō præferretur, nā hic sermo intelligitur de habilitate. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. Quando dicatur inhabilis, dixi plenè in tractatu de pacifi. poss. in 4. limita. Et intellige præferri aliis habentibus ius ad rem secus si in re. cap. si à sede. de præb. in 6. Perus. in d. c. hi qui. post Domi. ibidem. *Mandatarius quādo non præferatur graduatis.*

¶ Itē præfertur mandatarius etiā alteri recepto in canonicū ab ordinario, vel authoritate capituli, cū sit gratiosa receptio, quæ non dat ius ad vacatura. ca. hi qui iuncto. c. si postquam. de præben. in 6. Feli. in ca. in nostra col. 4. versic. limita tamen. de rescript. quia hæc receptio tantùm dat recepto ius agendi coram superiore, vt compellat capitulum ad præbendā conferendā. c. relatum. & c. dilectus. 1. de prēb. glo. in c. veniens de renuncia.

¶ Vnde cum ad nominationē episcopi Pictauiē. quidam presbyter Gresle fuisset de capitulo Laudunē. sic receptus, & demū vacans prima præbēda fuisset alteri collata, fuit condemnatum capitulum ad dandū distributiones quotidianas cū fructibus dicto Gresle, quæ præsētibus diuino seruitio dari solēt. Donec is præbendam obtinuerit, quæ postea vacans nō est adeo affecta, vt in contrarium facta collatio non teneat. Sic fuit dictum in *Non conferens mandatario an teneatur.*

Arrestum. hoc senatu, anno 1525. & die 7. Iulij. p quo facit. c. inter. de pb. nisi papa illam receptioné cõfirmasset, quia tunc cõfirmatus authoritate papæ receptus cẽsetur. c. si apostolicæ. ibi, nostra prouisio. de præb. in 6. facit. l. 1. §. omnia. C. de veteri iur. enuclean. & sic præfertur isti ratione prioritatis. & etiam præfertur apostolicus nominato ab imperatore, vel rege, dũ dirigit primarias preces.

nósq; [a] & successores [b] nostros

idem si esset nominatus per archiepiscopũ in vim specialis priuilegij. Rota decisio. 15. vtrum. & seq. in rub. de præb. vide tamé Collecta. in c. dilectus. 1. de præb. contrarium tenentem.

¶ Tertiò fallit, quando esset tertium mandatum concessum nepoti collatoris, vel alij. tunc collator illum mandatarium præferre non poterit graduatis, aut nominatis in beneficiis eisdem præstitutis, quia iste tertius non censetur tũc receptus authoritate apostolica. c. cum aliquibus. de rescript. in 6. nec executor, vbi aliàs non esset ordinarius, istud mandatum exequi poterit. Barb. in c. mandatum. col. 4. de rescrip. si duo prima valeant, vt supra dixi.

De dictione nos, quæ personam non egreditur. a ¶ [*Nósque*] Ergo alij non poterunt, nam quando papa dicit à nobis fieri possit, excludit alios. cle. auditor. de rescrip. vel quãdo dicit nos. c. bonæ. 1. ibi, nos igitur. de elec. cle. vna. de iureiu. cle. pastoralis. in fi. de re iudi. ergo executor vel legatus non poterit hoc facere, nisi hoc esset ei expressè cõmissũ, quia tũc perinde esset ac si papa faceret. per regulã iuris tamen nõ tolleraretur in regno, quo ad ista hic descripta, videlicet vt posit venire contra qualificationes & concordata, etiam legatus à latere.

b ¶ [*Successores*] Non iure sanguinis, sed ratione nouæ electionis, aut alterius prouisionis dicuntur in beneficiis successores. Barba. per illum textum in c. 2. de rerum permut. gl. in c. quod sicut in verbo cõsentire in fi. de elect. Vbi subrogatus in locum canonici non vocati ad electionem, non agit de contéptu mortuo eo, qui contemptus fuerat. tex. in c. relatum. 2. de testa. & ibi Imol, Feli. in c. ex literis, col. 3. num. 8. de proba. cum in beneficialibus non sit successio ratione sanguinis. c. 1. de præben. & ido largè dicitur successor. Barba. & Decius in c. cum omnes, per illum textum. de consti. Et iste successor nihil iuris habet à suo prædecessore. gl. possedit de. pacific. posses. in pragm. sanct. ideo hic successor non tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, nisi sit facta pro ecclesiæ vtilitate, vel necessitate. c. fi.

ne præla.

ne præla.vices suas,& ibi multa addidi in glo.Bal.in l. emptorem.C.loca Alexan.in l.si filiofa.in 1.§.fi.ff.solu.matrim. Nec tenetur soluere debita prodecessoris,nisi pro ecclesiæ necessitate contracta fuerint.c.1.de solutio.Panor.in c.1.not, primo. de sequestra.posse.nota.in l.2,C. de repudiá. hære. per illum text. vbi filiusfa.nõ tenetur soluere debita paterna, si non possideat illius bona ex successione paterna, sed ex emptione alterius,vel donatione bona fide facta,quia nihil habet à patre.sic nec successor beneficij.Plenè hoc disputat Lucas de penna.in l.2. col, 3.& sequen.C.de fund.rei priua.lib.11.

Successor in beneficio an teneatur soluere debita prædecessoris,& fructus restituere.

¶Item subrogatus vel successor in beneficio,non tenetur restituere fructus, quos prædecessor percepit, quia nihil iuris ab eo tenet. hoc expresſim firmat Peruſ.in c.præsenti.de offic. ordina.in 6.facit.l.1.C.de admi.tutor.Et ita fuit prolatum arrestum per supremum senatum , hoc anno 1536 . in mense Februario. nec ad expensas,nisi à die subrogationis,prout etiam in eodem senatu fuit cõclusum anno 1508.die 3.Aprilis ante pascha,quod limitatur,nisi purè & simpliciter receperit processum,& arramẽta causę,vt fuit decisum in hoc senatu Parisiẽsi,anno 1492.die 27.Augusti : nã tunc ad omnes etiam expensas sui prædecessoris tenetur,vt fuit etiam conclusum in hoc senatu, anno 1516. die 7.Aprilis post pascha.Etiam hoc anno 1541.die 17.Octob. apud Pictones in conuentib. iudicis, pro M. Ioan. de Fontenay,contra magistrum Antonium Peletan.quod est notãdum. facit quod no.Io.Monach.& alij in dict.c.si hi qui. &.c. si tibi absenti.de præb.in sexto.Ioã.And.in c.ex parte.de arbitr.l.fin. C.de periculo.no,lib.11. Nota tamen quòd resignatarius, qui petit subrogari in locũ resignantis post recredentiæ sententiam latam contra suum resignantem,non subrogabitur, nisi soluat omnes expensas,& fructus quos resignãs restituere debebat.secus si petat subrogari in locum sui resignantis, qui resignauerat ante sententiam, quia tunc non tenetur,nisi ad expẽsas sui temporis,& fructus,& ita censuit senatus anno 1540.die 13.Aprilis in magna camera aduocatis postulantibus, viris egregiis D. Corliu.& du Boys.idem censuit anno 1542.die 11.Maij contra Petrum combault pro magistro Egidio durant, quia post sententiam latam,contra aliquem ipse tenetur ex illa sententia , & si ipse resignet,resignatarius videtur acceptare beneficium cum illo onere,& causa, quia res transit cum suo onere .l. alienatio. ff.de contrah.emptio,l.pompo,de acqui.possess.Curia tamẽ so-

Arresta.

Resignatarius quãdo ad expensas sui prædecessoris teneatur.

Arresta.

let frequenter dicere quòd resignans in processu remanebit pro fructibus & expensis.

¶ Notandum est triplicem esse successorem, Primum rei iuris, & causæ, vt in hæreditatibus temporalibus. l. tam ex contractibus. ff. de iudic. Secundum rei causæ & iuris, vt quádo quis subrogatur in locum defuncti. ca. si hi qui. vt lite penden. in 6. & ibi Guillelm. & Decius in c. cum omnes. not. 4. de cōstitu. Tertium rei tantum, non iuris nec causæ, vt in beneficiis non litigiosis, in quib⁹ successor simpliciter prædecessori succedit. 11. q. 3. c. antecessor. Guillelm. de monte Laud. in dict. c. si hi qui. De multiplici etiam successore tradit Lucas de penna in d. l. 2. colum. penul. C. de fund. rei priua. lib. 11. vbi licet videre. Sed prosequamur hanc tantum materiam, ne prophana diuinis misceam.

¶ Præterea signandum est, quòd licet vno ex litigantibus moriente, superstite prosequente alteri non possit fieri illius beneficij collatio. cle. vna, vt lite penden. in 6. Imo nec alius subrogari nisi per Papam. d. c. si hi qui. vt lite penden. in 6. cessio tamen facta alicui litiganti per tertium lite pendente, bene valet. Rota decisio. 176. commissio. in no. Hodie tamen ordinarius vel alius altero litigante mortuo cófert, & is cui de nouo facta collatio est, impetrat literas à Rege in hoc regno, vel à cancellaria, vt subrogetur in ius & instantiam defuncti vel cedentis, & sibi conceditur. ita vidi seruari in vsu forési, & hoc fit ex æquitate, vt concludit Domi. Ruseus in tract. iuris regalio. in 5. priuileg. vide reg. cancel.

¶ Idē si tertius prætēdat ius in beneficio, tunc etiā impetrando literas petit adiūgi processui, & admittitur intra annum, sicut is qui vult subrogari, cū non sit diuersa in eo ratio, hic tamē adiū ctus vel subrogatus nō debet causam de nouo inchoare, sed in eo statu in quo est, cū superstite, vel eius procuratore prosequi. d. c. fi. vt lite pend. in 6. & ex eisdē actis, & causa ī eodē statu manēte. de Rota. deci. 3. not. quòd successor. in antiq. Tum vt breuientur lites, & ne diuersæ sententiæ sequantur. c. fi. vt lite penden. in 6. facit. l. nulli. C. de iudic. Sic fuit prolatū arrestū anno 1525. die 2. Maij. nec potest repelli is, qui petit subrogari, propter eius vitiū, nō notorium, vt fuit dictū in senatu, anno 1514. die 21. Nouembris, si intra annū venerit, ideo per senatum fuit leuata manus in fauoré magistri Petri de ponzaus, petentis subrogari in locum Anthonij viguer, cōtra veillan, qui obierat antequam

Arrestum.

Subrogatus in locū habentis recredentiā ea vti debet.

tequam fuisset subrogatus. anno 1519. die 19. Iulij, si tamē habita recredentia is moriatur, cui data est, & postea subrogetur aliquis in demortui locū, is gaudebit recredētia data prędecessori, nonobstāte manus leuatione concessa alteri parti. Ita fuit pronunciatum in hoc senatu, anno 1541. die 29. Iulij. *Arrestum.*

¶ Non poterit tamē procurator superstitis prosequi causam cū isto subrogato sine nouo mādato, tum quia mandata procurationis sunt stricti iuris, ideo non extenduntur nisi ad personas, vel causam in mādato expressam. c. qui ad agendū. de procu. in 6. cle. non potest. illo tit. tū quia mutata persona mutata est causa. c. veniens 2. de testi. & not. in c. cum super. de re iud. Perus. in d. c. si hi qui. vide tex. & doc. in l. nulla. C. de proc. & Guido. papæ. q. 86. procurator. Bonifac. in cle. 1. vt lite pen. Rota deci. 171. si A. constituat. in nouis. quod ego intelligerem, nisi ille procurator esset generaliter cōstitutus ad prosequēdam totā causam cōtra Titium, & quoslibet alios. arg. l. à procuratore. C. manda. sic debet intelligi decisio Rotæ. 440. si agens. in no. vbi dicitur intimationē factā procuratori causæ, ea nō finita valere. si tamē ipse petat dilationē ad dominū consulendū, erit eidē dāda: alioqui appellare poterit c. dilectus. de procu. & quid si nil iuris habet, an subrogatus poterit dare obiectus pro iure tertij, vide Rotam decisio. 433. not. nunquid. in antiq. *Procurator an possit prosequi causam cū subrogato sine nouo mandato.*

¶ Imo si lite pendēte super beneficio reus vel possessor transferat beneficiū in aliū permutādo, vel alio modo, & moriatur, huiusmodi permutatio reuocabitur per viam attētati, etiam cōtra illū superstitē, eo tamē vocato. arg. not. per Innoc. in c. cum M. de consti. & c. cum teneamur. de appel. hoc expresse refert Rota decisio. 400. not. si lite. in antiq. & deci. 56. si lite. in nouis. & ibi in addit. dicitur an valeat collatio lite pendēte facta, vel adeptio possessionis. an facta altero mortuo, debeat per viam attentati reuocari. & decisio. 411. si lite penden. in no. tenet, ꝙ sic, sed non seruatur in Francia. & an pars aduersa possit se dicere spoliatam, vide de Rota decisio. 429. not. nunquid. in antiq. & decis. 4. nunquid de resti. spolia.

¶ Sētētia tamen lata pro vno, etiā si esset mortuus, mittetur executioni pro subrogato ad illud beneficiū. l. cū quasi. ff. de fideicōmiss. liber. quæ licet loquatur in libertate, idem dicimus fauore ecclesiæ, quæ iisdem priuilegiis fulcitur. Soci. in l. eius qui. ff. si cert. peta. post Paul. ibi, licet regulariter non valeat sententia contra mortuum, vel pro eo lata. l. in summa. ff. de re iudicat. *Sententia lata pro mortuo quādo possit dari executioni pro subrogato.*

Paul.in l.1.quæ ſententiæ ſine appella.reſcindant. Et quod pro ſubrogato poſſit exequi,in propriis terminis tenet Bal.in l.vna §.in primo.C.de cadu.tollen.& Iacobi ibidem,in §.prçced.Et iſta faciunt contra Paul.qui conſuluit,quòd arreſtum latũ contra abbatem Cluniacen.& eius temporale, expirat eo mortuo, nec poterit exequi contra monaſteriũ,vel ſucceſſoré, teſte Domi.Boer.in addit.ad Benedictum de Plumbino in d.l.cũ quaſi.

¶ Subrogatus in ius mortui, vel reſignantis, poteſt cauſam in eo ſtatu, in quo eſt proſequi. nam ad poſſeſſionem cenſetur etiam ſubrogatus,per illa verba poſita in ſubrogationibus,& ad omne ius quod eidem competebat quomodolibet,ſeu cópetere poterat tempore ſui obitus,&c.ſic concluſum eſt in Rota,vt patet in deciſ.64.ſubrogatus.in not.Feli.in rub. de reſcrip.col.3. Gomeſ.q.9.ſuper reg.cancel.de ſubrogand. collitigantib. Sed nos ſolemus impetrare literas regias ſubrogationis ad poſſeſſionem,quas cancellaria facilè concedit.Et ſubrogatus petit ſe ad cauſam admitti,in quo ſtatu eſt.ita vidi ſeruari.

Intra annũ quis debet ſubrogari,alias excluditur.

¶ Nota perpetuò quòd niſi quis intra annum petat ſubrogari, poſtea non admittetur,agendo ſuper poſſeſſorio, quia interdicta ſunt annalia.l.1.ff.de interdic.etiam ſi per literas regias releuaretur à lapſu anni,vel biennij,allegando cauſam,ob quá non potuit petere,etiam ſi reſignãs fuerit proſecutus proceſſum poſt reſignationem . Tum quia reſtitutio pro modico non datur.l. ſcio.ff.de in integ. reſtitu. & cauſa poſſeſſionis eſt modici momenti.l.1.C.ſi de mométa.poſſe. &.c.1.de cauſa poſſe.tũ etiam quia poſſeſſio eſt quid facti,quæ non poteſt cótinuari,vel extédi,niſi apprehendatur.l.denique ex quib.cauſ.maio.ideo per literas regias in his non ſuccurritur,& quia non poſſunt plus iuris reſignando transferre, quàm habeant.l.traditio.ff.de acqui, rerum domi. ſed poſſeſſio quæ eſt facti non transfertur ſine apprehenſione.l.cum hæredes.ff.de acqui.poſſe.ſic fuit pronunciatum in hoc venerabili ſenatu pro magiſtro Io.du Drac. canonico Carnoten.contra Iacobum de Polingnes,& quédam abbatem de Vauldrille,qui petebat ſubrogari in ius alicuius nuncupati Senechal poſt annũ, & fuit paſſus repulſam, anno 1514, die 8.Februarij. Idem fuit dictum pro Bartholomeo Fouchier, cótra Io.Tillon appellanté à Seneſchalo Andegauen. in cauſa vnius præbendæ eccleſiæ Andegauen. anno 1509.die 17.Maij, & anno eod.1509.die 23.Iunij.aliud arreſtum & ſimile vidi inter arreſta Auffrerij,quæſt,364.inter Io.du Refuge religioſum, &

Arreſtum.

& Petrum Marie. Imò nisi quis prosequatur instantiam intra annum perit, sic pronunciauit senatus pro abbate & religiosis sancti Martini de Pontisara, cōtra Antonium le Feure, religiosum S. Dionisij in Francia, pro prioratu S. Albini de Chābliano. anno 1512. die verò 20. Iulij. Sed poterit iste, qui non est adeptus possessionem, agere super petitorio, vel resignare ius quod habet, vni ex collitigantibus, qui poterit iuuari etiam titu. istius, vt scripsi in tracta. de pacifi. possessorib. nu. 294. versic. 16. limita. vel tunc procuret habere ius vnius collitigantis.

¶ Et hic annus est computādus à die collationis sibi factæ, quia ante nō incipit mora, quàm possit agere. l. eius. ff. si certum pet. Non habet primo locū quando alius beneficij fructus ratione deportus reciperet. iuxta. c. si propter. de rescrip. in 6. nā si prouisus intra annū possesionem nō acceperit, vel nō petierit subrogari, non excludetur, vt iudicauit magnū consiliū, anno 1549. die 10. Aprilis, inter Chaudō ex vna & du Val, partes ibidē litigantes, etiam quo ad titulū nō dicitur per adeptionem secundi vacare primum, quādiu quis fructus nō recipit. c. si tibi cōcesso. de præb. in 6. & sic in hoc casu sufficit subrogari intra annū finiti deportus. Sed tutius putarem si antea posit, vt finem illius anni non expectet. *Annus subrogationis, à quo tempore computetur.* *Arrestum.*

¶ Secūdò fallit, qn̄ iusto esset impedimēto detētus. c. cōmissa. de elec. & l. 1. ibi intra annū, quo primū experiūdi potestas fuerit. ff. vbi posidetis. Scripsi in verbo impedimēto. supra, de collatio.

¶ Tertiò fallit, quando impetrasset literas intra annum, tamen ex aliqua causa non fuerunt executioni demandatæ in illo anno, sed post annum sic, vt fuit iudicatum in hoc senatu, anno 1541. die 11. Augusti. in magna camera, me præsente. *Arrestum.*

¶ Quartò, flectitur regula, quando is, qui petit subrogationem, possedisset per annū, & pars aduersa postea prosequeretur processum, tunc poterit adhuc possessor subrogari, quia postquam posidebat, non debebat subrogationem petere. arg. l. vnicę. C. de alienatio. iudicij mutād. caus. fact. nec debebat expectare tristem euentum processus. argumento. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. alioqui pars permitteret nouū impetrantem posidere per annum, & postea processum prosequeretur, & sic excluderet aduersarium, quod non est permittendum, sed debet intelligi à die tituli quando non posideret, secus si posideret, & sic fuit prolatum arrestum anno 1518. die 2. Iunij, pro magistro Ioan. de la Forest, contra Ramundum du Castel. Et *Arrestum.*

anno 1524.die 9.Decemb.pro magistro Grolard contra riton, super præpositura Paternay.

¶Fallit quando is qui possidebat haberet titulum per resignationem, & cum resignante semper eo sciente processus duraret contra alios, tunc si intra annum hic resignatarius non faciat se subrogari, postea non admittetur, secus si eo ignorante processus duraret cum resignante, vel alio. aduertere enim debet is, qui petit subrogari in ius alterius, vt collationem sibi à collatore factam ostendat. nam si à vicario collationem ostenderit, nisi vicariatus literas produxerit, non subrogabitur, literas tamen possessionis beneficij non tenetur ostendere, nisi post subrogationem, vt vidi obseruari. & superius dixi in titu. proximo.

Arrestum. ¶Quintò, si aduersarius non possidebat, potero petere subrogari post annum, vt iudicauit senatus, anno 1543. 11. Ianuarij, quia annus computatur à die collationis & possessionis aduersarij, & hoc maximè si resignans possidebat post resignationem, & impetrans post duos annos velit obiicere resignatario, non posse petere subrogari, nam contrarium fuit sæpius in senatu iudicatum, quanuis subrogatio non admittatur post annum possessionis adeptæ ab aduersario, quod notandum.

¶Item limita vt in vers. fuit appellatum infra.

Subrogatió nõ prosecuta quando pereat. ¶ Adhæc si motam litem in causa nouitatis quis non prosequatur intra duos annos, perit instantia quam non potest prosequi pòstea, etiam si per literas regias releuaretur, vt fuit dictũ contra quendam minorem, qui impetrauerat hasce literas, anno 1528. die 14. Decemb. Quia in hac materia non est litis contestatio, & sic nec perpetuatur vsque ad 30. vel 40. annos, sicut in alia petitoria materia. l. nam postea. §. si is qui téporali. ff. de iureiur. Nempe vtendo per annum acquiritur possessio, ita per annum interdictũ perditur. l. 1. ff. de interdict. & annus quo fuit lis incepta non computatur, quia est integer, sed sequens sic.

¶ Præterea is qui intra annũ impetrauit literas subrogationis, quas præsentauit in iudicio, & pars petit dilationẽ ad deliberãdũ super his literis, postea impetrans nó prosequitur processum istum per vnum annum, vix poterit postea prosequi, tum ꝙ instãtia sit interrupta, tum etiam quia finitũ est possessoriũ anno. §. retinẽdæ, instit. de interdictis. l. 1. ff. illo tit. nec videtur etiam quod valeant literæ super hac interruptione, tamen ex æquitate vidi audiri impetrantẽ, quia in materia beneficiali sententia nó transit in rem iudicatam. glo. sing. in ca. 1. de concessio. præben.

¶Item

¶Item aliquando licet non faciam me ſubrogare in locum reſi gnantis,iure tamen & titulo illius vti potero , ſi aliàs eram pars in inſtantia,ſi verò non eram,ſed indigebam inſtantia illius, in cuius locum volo ſubrogari,tunc opportet ſubrogationẽ petere,aliàs iure illius vti non potero, vtpote ſi habebam bonum titulum,tamen intra annum non me oppoſueram,ſi is qui erat in lite,reſignet mihi ius ſuum,oportet quòd petam ſubrogari,quia non ſum in inſtantia, & ſi is qui obtinuit recredẽtiam reſignet in meum fauorem,oportet ſubrogationem petere,ſi eius recredentia vti velim & ita vidi in forenſi iudicio ſeruari. non allego iura,quia iſta magis in vſu quàm in iure conſiſtunt.

Nõ faciens ſe ſubrogare quando iure alteri⁹ vti poßit.

¶Petens ſubrogari incontinenti debet ſuum exhibere titulum, quo videatur,an intra annum veniat,& ne is, qui nullum ius habet,alium vexet petendo ſubrogari.glo.& docto. in c.2.vt lite penden.in 6.vbi Geminia.Alioqui repellitur, nec ei dari ſolet dilatio,quia in poteſtate ſua fuit quando experiri vellet , & petens ſubrogari ex duobus defectibus aduerſarij ſubrogabitur, non ex vno,ita vidi ſeruari in practica.

Exhibere debet titulum petens ſubrogari.

¶Poteſt quis petere ſe ſubrogari requirendo hoc cum procuratore partis aduerſæ, licet non fiat noua citatio contra dominum. Ruſeus in tracta.rega.in 5.priuilegio.

¶Fuit appellatum ſuper incompetentia,quia iudex pronunciauerat ſe competentem,interim appellans reſignat, vbi facere ſe debeat ſubrogari reſignatarius , & ſi anno duret cauſa appellationis in ſenatu,an poſtea ſubrogari poſſit,tunc bonum eſſet ꝙ impetret literas directas ſenatui,vt cum cauſa appellationis decidatur,& cauſa ſubrogationis,& ſi nõ fiat intra annum, adhuc ceſſante ipſo impedimento non nocebit illi lapſus anni.arg.l.ſi eum.§. qui iniuriarum. ff.ſi quis caut. Procurator eius in cuius locum fui ſubrogatus,debet mihi exhibere titulos mei reſignantis,& alia acta cauſæ, vt vidi decidi in ſenatu,etiam ſi allegaret ſubſtracta eſſe ſibi inſtrumenta , quia ei fuit data dilatio ad cogendum eum,quem dicebat ſurripuiſſe.

Vbi fieri debeat ſubrogatio.

¶Inſuper ſubrogatus tenetur iuſtificare ius illius,in cuius locũ petit ſubrogari.vt firmat Aegid.in deciſ.112. ſubrogatus. & deciſi.116.ſi petens.ſecus in eo qui per reſignationem venit in locum eius,qui fuit reputatus verus rector,de quo non dubitabatur vt firmant do. de Rota deciſi.109.agenti . in not.Panor.& alij in c.illud.de præſumpt.Boer.in deci. Burdeg.q.42. alia inſuper.nume.30.vide etiam.q.89.

Probare,an debeat ius ſubrogãtis.

¶Item in hac ſubrogatione à papa conceſſa debet fieri mentio

de beneficiis obtentis,quia vim collationis habet.cap.1.& 2.vt litè pēden.in 6.de Rota decis.274.licet in subrogatione. in nouis. Aegid.bella mera,decisi.115.falsa.& 218.in causa.& 351. eadem. nisi referat se ad aliam gratiam in qua fuerunt necessària expressa. Nico.de milis in repe.in verbo gratia.q.91.gratia per quam, &c. & an valeat impetratio lite penden.vide per Rotam decisio.310. si iure præuentionis [a] reus & possessor in nouis, & quando litigans venit intra mensem à die impetrationis factæ per tertium, debeat præferri, extat regula cancellariæ 27.vbi scripsi. Alia de hac subrogationis materia in praxi mea beneficiali in rescripto subrogationis scripsi, ibi abundè licet videre.

Successoris appellatione qui comprehendantur.

¶ Quæro quid si testator velit bona venire ad successores, qui veniát appellatione successoris? Respō.successores descēdentes ab ipso testatore,per rationē legis cum acutissimi.C.de fideicō miss.ita expressè concludit Soci.in cōs.249.materia.col.8.ver. 2.difficultas.in 2.volu.vbi plenè licet videre.& consi.seq.in causa.col.1.& seq.& venit successor vniuersalis,non singularis. Ias. in l.quædam.§.1.ff.de edend. Perus.in ca.1.nu.110.de testa.in 6. Feli.in cap.quia.5.col.pen. de iudi.nisi in duobus casibus ibidē positis.plenè scripsi in l.hæredis.2.ff.de verbo.signifi.

Papa quādo dicatur præuenire.

a ¶ [*Iure præuentionis*] Pro hoc est text.in ca.dudum.§.nos igitur de præben. in 6. & præuenire dicitur, quando prius confert. si ergo ordinarius etiam nulliter prius contulerit non graduato, postea papa,demum nominatus requirat, & obtineat collationem ab archiepiscopo, is nominatus in suis mensibus erit præferendus,quia sibi papa tantum retinuit præuentionem hic, nō prælationem. ergo extra præuentionem non præiudicabit qualificatis,vt dicitur de firma & irreuoca.concorda.stabi.in versi. necnon irritum & inane quicquid secus super his,vel eorum aliquo,à quoquam quauis authoritate , etiam per nos & successores nostros præfatos scienter vel ignoranter contigerit attentari,decernimus . Et sic iudicauit senatus Parisi. anno 1534. die 23.Iunij,inter Ioan. d'Orleans & de Lorme, & sic fuit conclusum,& in mente curiæ retentum.etiam idem iudicatum fuit, anno 1540.die 18.Ianuarij,inter Iacobum Eclisson appellantem, & Guillelmum Caiornel.potest tamen papa præuenire,& mandatarium & nominatum,ac alium qualificatum,vt hic, quia maiorem sibi etiam in mandatariis retinuit potestatem,quam concesserit.c.dudum.de præben.in 6.

Arresta.

¶ Et plenè

¶Et plenè de hac præuentione loquitur Ioan. Lupus in repetit. decreta: per vestras, in prin. col. 2. de donatio. inter virum & vxorem. vbi idem dicit in rege quo ad officia.

¶Et dicitur etiam præuenire ratione horæ vel momenti. si possit probari. glo. in c. penul. de rescrip. in 6. &. c. si à sede. de præbend. ibidem. & potest probari per testes, vt ibidé dicitur, quod sequitur Decius in c. causam. col. 3. de rescrip. Feli. in c. pastoralis, illo tit. per glo. in l. si. ex pluribus. in fin. ff. de solu.

¶Et quando potest dubitari de viribus instrumenti, apponenda est hora in instrumento. Bald. in l. cum proponas. C. de interdi. matr. allego tex. ad hoc in l. titius. §. Lucius. ibi, hora diei. 6. ff. de lib. & posthu. Feli. in c. ego N. de iureiur. Alioqui hora in instrumento nó est ponenda necessario. ita tenet Barb. in repet. rub. de fide instru. col. 61. versi. quid de hora. dicens non esse in instrumento necessariò scribendam, nisi in casu. l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. Idem tenuit in cle. si. colum. 9. de rescrip. vbi dicit bonum esse apponere horam propter rescripta, quæ in pari data reperiuntur. *Hora in instrumento quando sit ponenda.*

¶Et sicut quando sunt plures iudices, vnus potest præuenire alium. l. si quis posteaquam. ff. de iudic. c. pen. & ibi soci. de foro compet. Ita quando sunt plures procuratores insolidum constituti. c. si duo. de procura. in 6. ca. pen. de elect. co. lib. & de multiplici præoccupatione tradit Anton. in ca. capitulum. col. 5. & seq. de rescrip. sic & præuentio procedit in papa, qui præuentus dicitur quando nominatus, aut graduatus solum iure requisiuit beneficium sibi conferri, licet non fuerit collatum, vt statuit lex regni in ordina. regiis, rub. *des preuentions apostoliques.* Etiam si requisitio fuerit facta capitulo, quia cum possit vacante sede qualificatis conferre, ergo & requiri potest, vt dixi in tract. nominá. q. 8. nu. 30. Ideo papa non dicitur præuenire, nec potest conferre iure præuentionis, cum sit præuentus per illam requisitioné, secundum iura galliæ. *Sola requisitio graduati afficit beneficium.*

¶Etiam si requisitio fieret ab alio quàm collatore, dum fortè latitat, vel abest à suo episcopatu, vel abbatia, tunc sufficit requisitionem fieri ibi in episcopatu, vel abbatia, vt recursum possim habere postea ad superiorem, & ad hoc vt postea collatio iure præuentionis fieri non possit, aliàs episcopus vel collator semper latitaret, vel abesset, & interim Romam mitteret, & sic daretur materia delinquendi, vt ab eo missus ad papam præueniret, dixi in tracta. de pacifi. posse. in fi. Tamen Fel. in c. in nostra,

Collatio eodẽ die facta quã & requisitio preualet. correla, 18. dicit quòd si inuenirentur acceptatio & requisitio per graduatum,& collatio per papam eodem die factæ, præsumetur pro collatione,& valebit.c.capitulũ.de rescrip. Io. And. in c.si postquam.de præben.in 6.

¶Item per collationem nullam non dicitur papa præuenire ordinarium quo ad hoc,vt collatio ordinarij non valeat obstante collatione per papam facta, quæ nullo modo potest obstare ratione reseruationis,quæ in regno non habet locum, vt supra tit.de reserua.dixi.Panor.in c.inter de excessib.prælat. quanuis contrarium teneat Ancha.cons.58.dixi in glo.disposuerit. in fi. supra tit.proximo.§.si quis verò,quæ intellige vt hic. Sicut citatio nulla non inducit præuentionem.l.si pater.& ibi glo. C. ne de statu defunct.glo.vlt.in c.si plures. de offic. delega. in 6. Iacobi in d.l.si quis posteaquam.col.2. vbi post Angel.tenet etiam per captionem personæ nullam,non induci prçuentionẽ. Soci.in d.c.proposuisti, articu.4.q.5.& seq. glos.in §.visum.in verbo non valeant.de colla.in pragma. *Collatio papæ nulla non habet reseruationem.*

¶Si tamen vnus iudex cœperit cognoscere de crimine,& alteri directę fuerint literæ innocentiæ super hoc crimine, vidi per senatum remitti ad primum iudicem,qui de hoc crimine cognoscere inceperat.Ideo cum collatio facta non graduato sit valida non prosequente nominato, vt supra in §. si quis verò. titu. proximo,dictum extitit,quandò est facta non graduato; præuenit papam,vt dico in tract.nomina.quæst.17.nume.19.

¶Quod est verum si nominatus aut graduatus postea requirat, aliàs secus,vnde si ordinarius conferret beneficium regulare vacans in mense graduatorum seculari , postea papa prouidisset seculari dispensando cum illo,valebit collatio papæ,non ordinarij,quia hic non est præuentio,sed prælatio,quæ bene habet locum,quando agitur inter non qualificatos, cum collatio ordinarij non valeat,quia ordinarius non potuit dispensare,ideo valebit 2.collatio facta per papam,secus si ordinarius contulerit non qualificato,& papa alij,postea collatio facta fuerit graduato,vt hæc valeat,prout fuit iudicatum in hoc senatu , anno 1540.die 18.Februarij,inter M.Ioan.de Lorme appellantem,& Ioan.d'Orleans intimatum. *Prælatio ĩ beneficiis quãdo locũ habeat. Arrestum.*

¶Item quandò apparet episcopum contulisse tempore quo potuit,dicens illam collationẽ non valere propter papæ præuentionem,habet illud probare.Ioan.And.& Perus. in c.si tibi absenti.colum.2. de præb.in 6. Et an requisitio facta per graduatum

um vel nominatum inhabilem impediat præuentionem papę, dixi quod sic in §.si quis verò.in verbo disposuerit.in fine, supra eo.& an papa possit in præiudicium nominatorum afficere beneficia non vacantia,dixi in glos.dispensationis.§.volumus. de colla. supra.

¶Intellige hanc præuentionem papæ valere,quando tantū tem pus effluxerit à die mortis, quod verisimile sit eum cui est facta collatio, potuisse ad papam peruenisse,alioqui præuentio papę etiam non valebit,ne votum captandæ mortis ingeratur.Reg. cancel.28.nisi prætextu renūciationis ante mortem cucurrisset, quia tunc computabitur tempus à die constitutionis procurato rij,& non à die mortis,quando in collatione est derogatum illi regulæ,eo quòd habuit bonum initium.glo.in §.neque.in verbo faciendas.de colla.in pragma.Io.de Selua,in tract. de beneficio.in 3.parte.quæst.46.Quid si resignatarius qui diem præue nerat erat inhabilis, & statim alius per mortem impetrauit, an possit ei excipi de illa regula.fuit in hoc senatu Parisien.iudicatum quòd sic,contra Tristandū Fretard pro magistro Germano Cornuto in causa canonicatus sanctæ Radegūdis pictauiæ ecclesi. Anno 1537.die 7.Septēbris,licet fuisset allegatum quod in ecclesia parochiali iā decanatus erat collatus. Quia sic fraus fieri posset,nam primus impetrans impetraret pro extraneo, & postea pro se, & iura obuiant quantum possunt fraudibus. l.in fundo.ff.de rei vendi.c.sedes.de rescript.standum est senatuscō.

Regula de verisimili notitia declaratur.

Arrestum.

¶Imò etiam non valebit præuentio fraudulenta per glo.in d. verb.faciendas.vnde si quis corpus mortuum beneficiati celauerit, donec illius beneficium à papa impetrasset, non valebit illa prouisio etiam à papa, quia dolus & fraus non debet cuiquam prodesse.ca.sedes.& sequen.de rescrip. & sic collatio ordinarij etiam postea facta alteri valebit,vt plenè probat Boer.in decis. Burdeg.quæst.287. & in dicto processu, dicens sic fuisse ibi iudicatum.facit ordina.reg.ex public.Anno 1539.articu.56. super qua scripsi in tracta.ne beneficiator.cadauer.custodiantur,in 2. tomo consti.regia, & vide.extra.1. de sepul.in communibus.& pater, qui celauerat mortuum, vt illius beneficiū filio impetraret,fuit ad mulctam condemnatus, Anno 1525.die 23.Februarij, in hoc senatu. prosequente Magistro Daniou, contra Abriodum,pro quo facit l.3.§.si quis dolo.ff.de tabul.exhibend.

Celās mortuū quomodo puniatur.

Arrestum.

¶Et an illa regula habeat locū in ordinario,vide gl.in d. verbo faciēdas,& in d. regula.28. & quæ dixi in gl.alieni fati supra. in

proœmio. De ripa in ca.2.in fi.de rescrip. imò non valebit derogatio huius regulæ facta etiam per papam,vt glo.in d.regula tenet.& ita fuit aliàs conclusum in hoc senatu , & in mente curiæ retentum. Multa de verissimili tradit Feli.in c. quia non est verisimile.de præsum.multo plura Do. Andre. Tiraquel. in l.si vnquam.C.de reuocan. donatio.in princip.nume.37.cum sequen.versi.sed iam,&c. dignitates,[a]

Præuentio an dicatur post patroni præsentationem.

¶ Vltimo,si patronus per literas præsentauerit Titium , & antequam fuerit institutus,papa contulerit alteri,si postea institutus fuerit Titius, debet præferri , si papa nullam mentionem præsentationis fecerit,secus si hoc expresserit,& ita vtraque sententia conciliabitur,quas glo.citat.in §.visum.in verbo non valeant.de collatio. in prag. imò non esset absurdum tenere per istum tex. non valere collationem papæ post præsentationem, quia iure præuentionis non confert,ergo nō valet, cum ad hoc se adstrinxerit hic, nec obstat doctrina doct. Quia intelligitur quando nō esset aliquid in contrarium statutum, sed hoc videmus statutum,& sic fuit iudicatum in hoc mense Martio, congregatis duabus cameris inquisitionum , Anno 1544. vide D. Boer.in quæst.2.in decisio.Burdegalen. De præuentione, quæ fit & exercetur in iudiciis nō scribo hic,sed docto.tradunt in l. si quis postea.ff.de iudic.& plenè in c.proposuisti.de foro compet.& de præuentione, quam habet rex aduersus episcopum Parisien. in tribus casibus, videlicet homicidij, raptus, & quando quis inuenitur in crimine flagranti,reperitur in ordinationibus antiquis & conuentis,inter episcopum Parisien.& regem.

Arestum.

Rex ī quibus casibus contra episcopū Parisiē. habeat præuētionē.

a ¶ *Dignitates*] Exceptis episcopalibus,quæ non veniunt appellatione dignitatis,cum episcopatus sit culmen dignitatis.c. venerabilis.de præb.glo.in c.2.illo tit.in 6.Et sic appellatione dignitatis in materia pœnali & odiosa nō venit episcopatus, per glo.in d.c.2.quam notat Barb.singu.in tract.de præstan.cardinal.q.1.partis primæ.col.4.& q.12.eiusdē partis,& in proœmio cle.in 2.lectura,col.3.& in clemen.auditor.col.12. de rescri.pro illa glo.est tex.in cle.vna.de renuncia.Innoc.in ca.dilectus. de concess.præb.vbi dicit quòd dispensatus vt obtinere possit dignitates,non poterit habere episcopatum,vide ibi làtius. & per Nico.Mil.in reper.in verbo gratia.q.57.Item hic non comprehenduntur abbatiæ,prioratus,nec aliæ dignitates,in quibus ecclesia est viduata pastore,& seruatur forma,c.quia propter,quia illarum nominatio in hoc regno spectat ad regem.supra in rub.

Episcopatus an dignitatis appellatione cōprehendātur.

de regia ad prælatu.nomina.faciend.nam non est verisimile ꝙ tam citò conditores se correxerint. l.non ad ea.ff. de conditio. & demonstra.plenè Lappus allega.84.dominus papa.col.pen. ¶ Fallit quando illæ supradictæ dignitates vacarent in curia, tunc ad papam libera pertinet prouisio, etiam sine regis nominatione,vt patet in rub. de regia ad præla. nomin.faciend. §. 1. Item dignitates ecclesiasticas intellige, vt dixi supra titu.proximo.in §.præfatíque ordinarij.

personatus,[a]administrationes & officia cæteráque [b] beneficia ecclesiastica sæcularia, & quorũuis ordinum regularia,quæcunque & quomodocunque [c] qualificata,tã in mensibus graduatis simplicibus & nominatis, quàm ordinariis collatoribus præfatis

a ¶[*Personatus*] Declara ista vocabula, vt per gl. in §. præfatíque ordinarij,supra titul. proxi, vbi dixi.

b ¶[*Cateráque beneficia ecclesiastica*]Etiam si essent altaria,vel capellaniæ fundatæ etiam à laicis, dummodo authoritate episcopi, aut papæ sint constructæ, quia beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio ad papam pertinet.c.2.de præben.in 6. dixi in tract.nomina.q.12. non dicitur enim ecclesiasticum beneficium ante episcopi approbationem.Feli.in c.ex parte, S.de rescript.colum.1.

¶ Et episcopus non debet primarium lapidem ponere, nec ecclesiam consecrare, nisi prius fundator dotem illi ecclesiæ constituerit.c.nemo ecclesiam.de consecra.dist.1.si non fuerit constituta dos, potest compelli adhuc fundator ad dotem constituendam.c.piæ mentis.16.q.7.vel eius hæres,si fuerit soluendo, alioqui episcopus tenetur.arg.c.episcopus. de præben. Fallit si quis construxerit capellam in ecclesia mendicantium.Ancha.in consilio.113.vel in ecclesia cathedrali,seu collegiata.per text. in authen. vt nullus fabricet ora. Do. coll.5. sic expressim consuluit.Io.de Ana.consi.24.primò videntur.& Calca,con.31.Ant. col. 2.vbi etiam vide an per diruptionem ecclesiæ hæres fundatoris sit liberatus,& concludit negatiuè.

Consecrare ecclsiam episcopus sine dote non debet.

Fundator an teneatur vel eius hæres dotare ecclesiam.

c ¶[*Quomodocunque qualificata*] Hic postea declarat,siue vacent in mensibus graduatorum simplicium, siue nominatorum, & per hoc verbum patet, quod etiam iure præuentionis potest conferre beneficia sita in ciuitatibus,vel villis muratis,nõ gra-

Iure præuẽtionis papa benefit

cia in villis muratis sita an conferat. duatis, sed quia peruerteret statum ecclesiarum parochialium regni videtur quòd non possit, vt infra dico in præbenda theologali. & quia non intendit tollere priuilegia laicorum. ca.2. de priuileg. Et quia exempla declarant vt in eisdem casibus procedat. l. nunquam. ff. & priua. delict. mode. in §. sed iste. col. 7. insti. de actio. ergo procedet in casibus declaratis, postea in versic. tam in mensibus. &c. quod cogitandum relinquo.

Clausulæ nõ obstãte quotcũque & qualicũque duo effectus. ¶ Et an possit conferre habenti ad summam ducentorum aureorum beneficia, quòd videtur per hoc verbum, quia non agitur tunc de qualificatione. vnde in simili dicit glos. in extrauag. execrabilis, in verbo personatus. in fin. de præb. quòd si papa in collatione dignitatis dicat, non obstante quòd alia beneficia habeas, quotcunque & qualiacũque sint, tunc potest tenere prima, etiam se essent electiua. per cle. si Romanus. de præb. nam hæc verba generalia duos habent effectus. Primus, quia tollunt subreptionem. c. non potest. in fi. de præben. in 6. Secundus effectus est, quòd simul obtineri possunt quæcunque. & quotcunque, quia tantum valet genus in suo genere, quantum species in sua specie. l. si duo. ff. de administ. tuto. Feli. in c. nonnulli. col. 8. versic. addatis. etiam glo. de rescrip.

Non theologo papa præbẽdam theologalẽ nõ cõfert. ¶ Non poterit quoque nõ theologo præbendam theologalem conferre, quia totius reip. interest habere theologum, & immutaretur status ecclesiæ Gallicanæ, quod etiam papa facere non potest. no. gl. & doct. in c. proposuit. de conces. præb. vbi quando immutatur status ecclesiæ, papa non potest aliquid attẽtare, vel quando decoloratur status ecclesiæ, sicut hic. nam possent tunc conferri asinis, & sic parochiani ciuitatum, & villarum muratarum paterẽtur, quia nec prædicationes haberẽt, nec docerẽtur, quod est absurdum. Etiam ratione cõuentionis & cõcordati, nisi alia deputaretur theologo, vt dixi in §. 1. supra titu. proxi. vel nisi conferret baccalaureo formato etiam extãte doctore, quia tũc crederẽ papã hoc posse, quia cessant rationes supra adductę, & ipse insequitur cõcordata sic cõferẽdo, ideo est validũ quod facit per §. 1. de firma & irreuocabili cõcord. stabi. vbi facta cõtra cõcordata etiã per papã sũt irrita. ergo si secũdũ cõcordata, valẽt.

¶ Item non cõfert ratione præuentionis ea quæ iure regali spectant ad regem. no. in c. generali. de elect. in 6. docto. in ca. 2. de præb. ibidem. & hoc D. Ruse. in tract. de iure rega. pulchrè tractat. Sed regularia beneficia poterit secularibus cõferre iure præuẽtionis, sed in vim nominationũ & gradus nõ debẽtur regularia

ria secularibus qualificatis, vel ecõtrario, vt in §. volumus. supra ti. proxi. dicitur etiam prætextu dispensationis apostolicę, vt ibi nec videtur hic se correxisse, cum in aliis possit intelligi.

a ¶ *Ac etiam*] Sub dictis mandatis cõprehensa. Non tantam potestatẽ dedit papa, quantã sibi retinuit. text. in c. dudũ. de præb. in 6. & sic potest conferre beneficia sub mandatis cõprehensa, vt hic per text. in c. quanuis. 2. de præb. in 6. *Papa beneficia sub mandatis comprehensa confert facta expressione.*

assignatis vacantia, [a] ac etiam sub dictis mãdatis cõprehẽsa

sicut legatus beneficia reseruata. glo. in c. præsenti, in verbo illa pendente. de off. leg. in 6. Cald. cons. 3. an si legatus. de præb. poterit etiam conferre præbendam primã, quanuis fuerit conuentum & confirmatum per papam, vt prima vacans diuideretur, & ex illa fierent duæ per rationem supra adductam.

¶ Requiritur tamen mentio & derogatio præcedentis conuentionis, alioqui non videtur velle derogare, nec suæ fuisse intentionis, ex quo non exprimit. c. dilecto. de verb. sig. ideo collatio per papam facta aliàs erit subreptitia. Collecta. in c. relatum. col. 1. in fi. de præb. Vide tex. & ibi doct. in c. quãuis. in 2. de præb. in 6. & idẽ si papa cõferat beneficia qualificata, quia etiã mentio facienda est per supradicta, & facit regula cancel. 30. Oldra. cõs. 324. factũ tale, col. 4. Aegid. bella mera. cons. 33. quod si col. 5. in 5. cõclusio. vbi dicit quòd collatio facta per papam etiam ex causa permutationis de beneficio iam affecto alteri, non valet nisi mentio facta sit de reseruatione. Nec refragatur d. cap. dudum. quia ibi idẽ papa potestatem conferendi ac resignationes recipiendi primo concesserat, & postea contulerat. ideo expressio non requiritur, secus si cõuentio fuerit facta, vt hic, quia difficilius rumpitur conuentio confirmata, quàm simplex papæ concessio c. 1. de treuga. Item si fuerit statutum iuratum & confirmatum à papa, quod de cætero non erunt nisi duodecim canonici in tali ecclesia, & nullus recipietur in canonicum donec 30. canonici fuerint reducti ad. 12. Tamẽ si vnus ex viginti velit permutare, poterit coram summo põtifice facta expressione statuti iurati, coram alio, nõ. Imol. expressè in cle. vna. colũ. 3. versi. quærit hic Guliel. de rer. permu. quia esset nouum canonicum recipere, & statutum violare, quod inferiori à papa non est concessum, vt ibi. Limita quando beneficium vacaret in curia, tunc etiam non facta mentione mandati, valebit collatio. c. 2. & ibi Io. And. de præb. in 6. refert Perus. in c. si postquã. col. 2. illo. tit.

¶ Secundò, fallit quando tale beneficium non esset affectũ mandatario, quia tunc collatio ordinarij valeret, à fortiori & papæ. c. dilectus 2. de præben.

¶ Tertiò, limitat Perus. d. c. si postquam. quãdo motu proprio conferret: tamen per illam clausulam non intendit præiudicare iuri tertij. ibi vide alia.

liberè conferre[a].

¶ Statuimus [b] insuper quòd in prouisionibus quas personis quibusuis de beneficiis vacantibus,

Papa an præuentione legato concedere posit in beneficiis qualificatis.

a ¶ *Conferre*] Poterit ergo papa conferre, sed mandare conferri, non quia tantũ retinuit potestatem conferendi. & ita conuenit cum rege, & sic non posset etiam legato dare hanc potestatẽ cõferendi iure præuentionis, nec regnicolæ paterentur, per hunc tex. cum aliud sit cõferre, aliud mãdare cõferre. c. fi. de off. vica. in 6. c. eum cui. de præb. eo. lib. vide Fel. in c. veniẽs 1. col. 2. de test. Et quando papa iure præuẽtionis cõfert, mãdatũ valebit super beneficio alio primo vacaturo. c. quia sæpe, & c. si clericus. de præb. in 6. & d. c. mãdatũ. & sic nõ finitur. Sed quot modis finiatur, resp. quod eisdẽ ferè modis sicut nominationes, vt dixi in trac. nom. q. vlt. & supra eo. in verbo prosequẽtes. Quid in legato, an possit cõferre in preiudiciũ mandatarij? Dicerẽ ꝙ nõ, quia inferior nõ tollit legẽ superioris. cle. ne Romani de elect. ita tenet Arch. Domi. & Perus. in c si postquam. col. 2. de præb. in 6. fallit si data esset eidem specialis conferendi potestas à papa. argu. c. 2. de præb. in 6. quòd intellige, vt statim dixi. & dic quando resignaretur in manibus legati sine fraude, tunc valeret prædicta resignatio. arg. c. dudum. de præb. in 6. Et sic fuit prolatum arrestũ hoc anno 1537. die Veneris ante Pentecosten.

Legatus in præiudiciũ mandatarij non confert nisi per resignationem.

Arrestum.

§. STATVIMVS.

b ¶ *Statuimus*] Hic §. non est receptus à regnicolis, sed cõsuetudinem habent exprimendi, ꝙ fructus beneficij non excedunt summam vigintiquatuor ducatorum auri de camera, & illa expressio in hoc regno seruatur, ideo hic non scribo an sit de iure exprimendus valor, de quo per doct. in ca. ad aures. de rescript. glo. in cle. 1. de præbend. Et primus hoc statuit Vrbanus sextus, vt nota. glo. & doct. in cle. 1. de præb. Hic multa scriberem, quæ de industria missa facio, cum in hoc regno vsu non veniant. vide Feli. in ca. fi. col. 2. de præsumpt. & alia scripsi in praxi mea beneficia.

Valor veterus beneficiorum nõ exprimitur in Francia, sed consuetus.

a ¶ Eccle-

a ¶[*Ecclesias cathedrales*] Hic ergo vult exprimi verum valorem etiam per promotos ad ecclesias cathedrales, vel metropolitanas. nam per electionem, confirmationem, & consecrationé, vel post lapsum tempus de consecrandis, vacant beneficia, quę quis habebat ante episcopatum vel archiepiscopatū. ca. cum in cunctis. §. cū vero. de elec. & hoc quatuor interuenientibus. Primò, requiritur electio, vt ibidem dicitur. Secundò requiritur cōfirmatio. c. fi. de elect. in 6. Tertiò requiritur, quod electus & confirmatus

seu certo modo vacaturis, per nos & successores nostros, ac sedem prædictam, etiam motu proprio etiam promotis ad [a] ecclesias cathedrales & metropolitanas, ac [b] monasteria, vt obtenta per eos

Beneficia electi quatuor interuenietibus vacant.

bonorum administrationem habuerit, & possessionem episcopatus, vt nota. in simili in c. de multa. de præb. Quid si episcopatus possessionem habere non possit, vtpote quia est apud infideles. vide per Car. in cle. in plerisque. in fin. de elec. Quartò requiritur consecratio, vel quòd tempus de consecrandis sit elapsum. c. quoniā. 100. dist. & d. §. cum verò. & etiā prouisi beneficia nō vacant ante consecrationem, & ante administrationé bonorū, licet prouisio habeat vim electionis & cōfirmationis. Panor. & alij in c. eā te. de rescrip. & in c. cū super. de causa possess. & proprie. gl. in cle. 1. in verbo collato, vt lite pédé. Curia tamé ex stylo habet, vt statim beneficia prouisi cōferat, quia non præsumit, ꝙ recuset episcopatū. Dec. in d. §. cū verò. col. 2. nisi dispésatum cum illo episcopo fuerit, vt beneficia retinere possit. Angel. consil. 274. Bonifacius, & quia beneficiorum quorundam valor est taxatus in curia Romana, vt licet videre in prouinciali, & papa solet dicere in bullis cuius fructus ad quingentos florenos auri taxati reperiuntur, & tunc papa non est solitus expedire bullas, nisi detur sibi annata secundum valorem illius taxationis, licet quis non exprimeret tam magnum valorem, vt vidi seruari.

Vix recusatur episcopatus.

Exprimitur verus valor beneficij taxati Romæ.

b ¶[*Monasteria*] Promotus ergo ad abbatiam, si retinere velit beneficia, quæ antea habebat, debet exprimere verum valorem, & hoc antequam adipiscatur possessionem pacificam abbatiæ. Alioqui per possessionem pacificam abbatiæ, sicut per adeptionem pacificā alterius dignitatis, vacant beneficia priora, etiam ante benedictionem. Oldra. consi. 14. cū quæritur. ca. de multa. de præbend. & extrauag. execrabilis. illo titul. Et hoc casu suffi-

Per adeptionē abbatiæ, an vacent beneficia.

cit(vt puto)consuetudinaria expressio. cuius fructus. 24. &c.

¶ Nota tamen, quòd licet per promotionem ad episcopatum vacent priora beneficia, tamen per adeptionem dignitatum, vel beneficiorum, non vacat episcopatus. tex. sing. in c. cum nostris. de conces. præb. quia episcopus sine cōsensu papæ episcopatum dimittere non potest, vt cap. inter. c. fi. de trans. episc. & hoc limitatur. d. ca. de multa, quod licet loquatur de dignitatibus, tamen non procedit in episcopatibus, cū sit odiosum. & ita not. Panor. in d. c. cum nostris. quod est notandū. Imo per adeptionem secundi episcopatus, non vacat primus sine papæ authoritate. c. quanto. & ibi Panor. in fi. de transl. epis.

Limitatio ad cap. de multa. de præben.

beneficia retinere possint, fieri contigerit illorum verus annuus per florenos, aut ducatos auri de camera, aut libras turonēses seu alterius monetæ valor, secundum communem æstimationē exprimi debeat. Alioquin gratię ipsæ sint ipso iure nullæ.

¶ Quæro an electus in episcopum ante confirmationem possit permutare bbneficia, quæ habebat tempore electionis? & breui decidit glos. in §. item insuper, in verbo disponere. de colla. in prag. vbi dicit quòd non. cum sit incapax ad obtinenda beneficia cum episcopatu. c. cum in cunctis. §. cum verò. de elec. & sic dicit interueni esse arrestum, licet in fine videatur contrarium tenere. Declaratur in reg. 24. cancel. quòd prouisiones beneficiorum, quæ vacant per resignationem simplicem, vel ex causa permutationis illorum qui promouentur ad regimina ecclesiarum, vel monasteriorum, si ante diem promotionis conferantur, sunt nullæ, quia ille qui sciebat se promouendum ad episcopatum, vel abbatiam, faciebat resignationes secretas, vel permutabat cum alio beneficio etiam minimo. Ideo postea facta promotione papa erat illusus, & nil valebat conferre, quare statuit, vt supra dictum extitit. Quædam ad hanc materiam facientia, vide per Leobinum Dalerium in tract. de mand. apost. & per Ruseum in suo eo. tract. vbi eleganter & pulchrè hanc materiā explicant.

¶ Finis tituli De mandatis Apostolicis.

¶Forma mandati Apostolici.

Iste titulus sic continuatur sup. de mandatis Apostolicis fuit tractatum, & quod certa forma in eis seruari debet, ideo eam hic locare volui, licet ab initio alibi posita fuisset.

EX hac rub. patet quòd scriptura mãdati infra scripta est de forma, cuius omissione actus corruit. l. cũ hi. §. si prætor. ff. de transact. l. 1. de lib. & posthu. & sic diligenter obseruanda. l. diligenter. ff. manda. c. cum dilecta. de rescript. adeo vt si actus fiat per ęquipollens, tamen adhuc erit nullus omissa forma. Bal. Angel. & alij in d. lege. 1. Paul. in l. mancipia. C. de seruis fugit. *Verba mãdati an sint de forma, et quo modo cognoscatur.*

¶Sed quærendum est quomodo cognoscitur aliquid esse de forma. respond. vbicunque lex vel dispositio dicit se tradere pro forma, tunc censetur ibi forma tradita. l. debitoribus. ff. de re iudica. l. hanc consultissima. ibi, ante latæ formæ. C. qui testa. facere possunt. & maximè quãdo in rub. dicitur de forma seruanda in consilio, tunc illa rub. probat, quòd sit de forma, sicut hic videmus. Feli. in c. cum dilecta. versicu. 10. & vlti. de rescript. plenè tradit Albert. Brunus in tracta. de forma & solenni. actus, rubrica quando aliquid censeatur traditum pro forma. fol. 34. versi. 5. conclusio. Probatur etiam supra de mandatis apostolicis, ver. iuxta formam inferius annotatam. & ibi sub forma, &c. & ibi ponderaui.

¶Secundò, probatur, quando lex, vel alius actus disponit circa modum conficiendi actum, aliter quàm ius commune disponat illud dispositum censetur esse traditum pro forma. Feli. in d. c. cum dilecta. Alioqui nil operaretur, quod esset contra. l. si quan do. ff. de lega. 1. &. c. si papa. de priuile. in 6. & sic in vanũ fieret.

¶Tertiò, quando lex conditionaliter loquitur, vt si nõ sint mobilia, capiantur immobilia. l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudic. Bal. in authẽ. vt matri & auiæ. col. 1. nu. 3. C. quãdo mulier tutel. offic. funga. per illum tex. ibi, si renunciauerint. arg. l. prætor. in princ. ff. de colla. bono.

¶Quartò, vbi actus anullatur nõ seruata dispositione. l. si prædiũ. C. de præd. minor. Bal. in l. 1. ff. de liber. & posthu. vt instrumenta facta cum vno notario non valeant, si duo non adsint, vel dicitur quod actus aliter non fiat. Bartol. in l. vlti. in fi. C. de vẽd. reb. ciuita. lib. 11. Feli. in c. cum dilecta. de rescript.

¶Quintò vbi est prius & posterius.Bal.in l.1.col.pe.ibi, ex dicto ergo Rofred. C.ne liceat tertio ꝓuoca.ideo si dicat̃, quod sententia feratur de consilio sapientis,alias sit nulla;quia consilium prius habendum,ergo datus est ordo,idem in teste iurato qui prius iurare debet,& postea deponere.c.de testibus.l.iurisiurandi.C.illo ti.si pararet graue præiudicium , alias leuis solennitas non vitiat.l.1.in fi.ff.de ventr.inspicien.

¶Sextò vbi apponitur tempus,qui non obseruat tempus, non obseruat formam.l.scire.§.consequens,ibi,non aliter audietur, nisi obseruauerit constitutum tempus.ff.de excusa.tuto. Bal. in authen.quæ supplicatio.circa finem.C.de precib.impe.offeren. dixi in §.teneantur.de colla.sup.& in tracta.nomina.q.14.cap. 1.de tempo.ordi.ca.2.de concessio.præb.

¶Septimò vbi plura committuntur,ibi videtur data forma, vt secundum ordinem narrationis factorum debeat iudex procedere.c.cum dilecta.vbi Panor. dicit text. ad hoc esse singula. de rescript. & sic apparet istud exemplum nobis esse præscriptum pro forma,quod sic suadetur.nā quādo congregantur multi actus simul,tunc illa dispositio est vtilis,& non superflua, vt dicunt iurisconsulti in substitutione breuiloqua in l. Lucius.ff.de vulga.probatur etiam in rubr.ff.cōmunia prædio.& in rub.C. communia vtriusque iudi.& in rub.C.communia.de leg.& cōmunia de success. & communia de manumiss. hoc sequitur Alberi.in rub.ff.de vulga.col.45.in 4.oppo.sed hæc forma multas antiquas formas congregat,ergo vnam formam præstituit,quā seruare regnicolis necesse est. Adhęc vult.§.1.supra tit.1.vt quilibet papa possit dare literas mādati iuxta formam inferius annotatam, ergo contra formam non potest dare à contrario, & formam hic annotatam vult publicari, & registrari in quinterno,quod in vanum fieret,si non obseruaretur;sed non obseruaretur nisi esset de forma,ergo de forma erit,vt etiam supra dixi.

¶Insuper,ad perpetuam rei memoriam vult illam formam publicari,non esset perpetua memoria si non esset de forma,quia nō seruaretur, & sic extingueretur,vt etiam supra dixi, sed repeto,vt hic congregem dispersa.

¶Sextò,ista forma est scripta,& data ad obuiandū litibus,quæ occasione literarum mandatorum oriri possent,vt supra proximo titulo dicitur.sed non obuiaretur litibus, si non esset de forma,quia vnus impetraret mandatū sub vna forma,alter sub altera,&

tera,& deinceps postea maiores essent lites quã olim, quia crederent Galli,quòd iuxta conuentionem factam in titulo proximo deberent impetrare secundum hanc formam. tamẽ hoc modo non concederetur:& sic deciperentur sub hac promissione, contra id quod dicitur in l.1.C. de his qui veniam ætatis impetra.vbi dicitur neminem debere decipi principali beneficio.nã verisimile est, quòd postquam papa & rex supremi in terris sic conuenerunt, quod nolunt aliam formam seruari, quia actus principis debent esse stabiles,& perpetuo mansuri. Feli.in c. cũ olim.col.3.de re iudi.per c.decet.de regu.iur.in 6.vnde in simili dicit Calder.consi.7.rub.de rescrip. quòd si papa scribat pro beneficio à se reseruato,non facta mentione reseruationis,præsumitur circunuentus.sic concessio regis Franciæ contra suam pronunciationem est nulla,quia præsumitur circunuentus.Bal. expressè in dicto.c.cum olim.

¶Adde etiam ea quæ non sunt de forma,vel ordine,possunt ordinis fieri,& formæ per principẽ,quia quod illi placet,legis habet vigorem.l.1.ff.de constitu.princi.Bald.in l.prolatam.col.3. versi.& nota quòd princeps.C. de senten.& interlo.sed voluit esse de ordine.in §.si quis verò.supra.de colla. ergo erit de ordine substantiali,vt dico ibidem.

¶Nec obest declaratio summi pontificis facta per Clementem 7.anno 3.sui pontificatus.6. Idus Ianuarij, quia nil nocet sine declaratione regis, nam contractus semel factus à duabus partibus nõ potest declarari nullus,vel alio modo in præiudicium alterius partis,nec valet declaratio in contrarium facta.arg.l.1. & sequent.C.quando liceat ab empt.discedere.Imò declaratio papæ iniqua est ipso iure nulla, & est attribuenda circunuentioni,importunitati,aut errori. Aegid.de bella mera, decis.734. etiam extra Rotam,versi.sexta ratio.Soci consil.260. in causa. col.9.versic.ex quibus infero.in 2.volu. *De declaratione papæ & regis.*

¶Item,quãdo declaratio papæ nõ consonat verbis declaratis, vt hic,habendus est põtifex pro circunuento. Calder. consil.7. rub.de rescrip.Feli.in c.ex parte decani.versi.& ob illusionem. ibidem,& in d.c.cum olim,col.4. de re iud. imò statuere super iam confirmatis,non est proponere remedium æquitatis,sed calumniã præteritis inuenire.Anchar.consil.398.permitto.quem refert Feli.in c.si quando.col.1.de rescript.

¶Nec refragatur ꝙ interpretatio,seu declaratio summi põtificis ex singularis postulatione personæ facta ad legem vel ordi-

nationem præcedentẽ constituit ius generale inter omnes not. in c.in causis. de re iud.l.vlt.C.de legib.sic cõsuluit Roma. cõ. 260.in proposito. Respõ. loqui quando papæ declaratio esset facta super sua constitutione:secus in cõcordatis, quæ sunt tam à papa quàm à rege condita, & sic sua declaratio nil potest obesse,nec potest hæres vel successor declarare voluntatem defuncti.no.in l.idem Pomponius.§.fi.ff.de rei vendi.& in l.inter §. 1.de verbo.obliga.Perus.in c.2.col.1.de rescrip. Soci.consi.120. memini.colũ.1.& 3.in 3. volu.Ideo ad regem, qui erat vnus ex contrahentibus,spectabat declarare, potius quàm ad Clementem septimum,qui non nouerat mẽtem contrahentium, Leonis videlicet & regis,sicut rex, qui in sua declaratione dicit se fuisse memorem illius formæ, & quòd pro forma substantiali erat posita inter eosdẽ contrahẽtes, & sic rex declarauit anno 1527. ante pascha,die 29.Martij.quæ fuit lecta,publicata,& registrata in magno cõsilio, anno 1528.die 13.Iulij,suæ fuisse intentionis mandata impetranda esse secundum formam hic immediatè descriptam, quam substantialem vult esse, ita quòd nil addi huic formæ possit,nec diminui,vel alterari in substantia,sed ad verbum,vt est hic descripta,debet mandatum impetrari, nec aliæ clausulæ insolitæ sunt apponendæ, alioqui declarat mandata nulla,& nullius roboris, vúltque omnes curias secundum istam declarationem debere iudicare:ac præcipit mandata contra hanc formam impetrata reiicienda,& respuenda.quæ declaratio est summæ vtilis pro regnicolis,& iustè ac ritè facta:ideo sequenda.Quam videre quilibet potest in ordi.reg.rubri.*des mãdatz.* in eis,quas in titulos redegi.

Regis declaratio

¶ Dicit tamen Baldus in cap.cum in veteri.colum.1.de electio. quædam esse de forma, & horum transgressio inducit nullitatem,quædam sunt de præcepto, & horum transgressio inducit pœnalitatem,quædam sunt de simplici consilio, & ista omissa non vitiant,nisi expressè hoc dicatur.hęc ille. Nec me mouent. not.in clemen.1.de iure patro.vbi quãdo actui noua datur forma tunc si non apponatur clausula decreti,valebit actus in cõtrarium factus, nec dicitur ille actus esse de forma substantiali, quia respon,quòd clausula decreti est apposita in dicta rub. de firma & irreuoca.concord.stab.versi.necnon,supra eo. Ideo nõ est amplius hæsitandum.

Clausula, non aliter, inducit formam.

¶ Item clausula nõ aliter,inducit formam.Bar. in l.de his.ff.de transact.Decius consil.528. pro resolutione.in fine, quæ videtur

tur poni in dicta rubri.de firma. Nec refragatur quòd si curetur de effectu, sufficit implere per æquipollens. l. fina. § .fina.ff. manda. Iaf.in dicta.l.hac consultissima.in fine. & l.3.not. 1. C. de instit.& l.puberem.C. de iure.deliberand. Respon. esse verum, quando tantum respiceretur effectus, & non esset apposita clausula irritans, secus quando illa clausula esset appposita, per not.in dicto c.cum dilecta.vt hic & supra dixi.

Leo [a]

¶ Minus obest si dicatur esse de forma accidétali, quæ omissa non vitiat actum. Bar.in dicta l.cum hi.§.si prætor.ff.de trásact.& plenius in tracta.de alueo. versic.quod si.vbi ponit multa exempla. Et illa dicitur accidentalis, quando actui iam producto accidit. Substantialis verò forma dicitur, quando requiritur ad actum producendum, vt hic: & ponitur exemplum, in pileo cócauitas, & rotunditas sunt de forma substantiali. Bald.in l.vniuersa.C.de preci. Imperat. offer. Et sic dico hanc formam sequentem esse substantialem mádatorum, sine qua in hoc regno mandatum non valebit. vide quæ dixi in repe.l.quod iussit.in præfa. nume. 18. cum sequen. ff.de re iudi. Et quæ abundè scribit Albert. Brunus in tractatu de forma & solennita.actus.rub.ex quibus consistant forma & solennitas. Et nota quòd mandatum papæ debet intelligi secundum ius.cap.dudum.2.de electio.& cap.1. de concess. præbend.in sexto. Et secundum ius canonicum interpretari. Baldus in ca.si quando.in princip. de rescript. refert Iaf.in l.beneficium.num.36.ff.de cóstitu.princip. Ideo hic aliqua iura ad huius elucidationem duxi inserenda, vt sequitur.

Quãdo dicatur forma substãtialis vel accidẽtalis.

Mandatum papæ est secũdum ius intelligẽdũ.

a ¶ *Leo*] Leo Græcè idem est quòd rex Latine, eo quòd leo rex est omnium animalium, teste Isidoro lib. 12. ethimolog. c. 2. Hoc tamen apud Græcos non legi pro rege, sed λέωνδα pro animali, qui leo postquam est animalium irrationabilium rex, sic rationabilium Papa est rex omnium, & ei vicario creatoris est subdita omnis creatura, vt dicitur Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Ita expressè tenet Innocentius, & alij in cap. primo. de constitut. ipse enim non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris. capitulo quanto. de translatió.episcopi. Barba.consilio. 1. colum. 15. in primo volumine. Vnde leonis virtus apparet in pectore, firmitas in capite, dormit apertis oculis, ignem timet, & strepitum rotarum: & cum ambulat, vestigia eius cũ cauda delet, ne venatores inueniát lo-

De natura Leonis.

cum suum. hæc Isidorus vbi supra. Sic papa debet habere virtutem in pectore, quo ad charitatem & Dei dilectionem, firmitatem in capite, id est in intentione, quæ debet esse firma ac bona ad Deum. Dormire debet oculis apertis, per discretionē & sagacitatem, iuxta illud Cantico. 5. Ego dormio, & cor meū vigilat. dicitur etiā Psal. 120. Ecce nō dormitabit neq; dormitet qui custodit Israel.

episcopus seruus seruorum [a] Dei,

Vestigia, id est peccata præterita delere debet per cōfessionem, & per claues ecclesiæ indulgentias concedendo. Strepitum rotarum, id est comminationes sacrę scripturę, & ignem æternum timere debet per frequentem cogitationem. & sic à venatoribus, id est à dæmonibus non poterit reperiri, sed dicet: In me non habēt quicquam. hæc Berchor. in reducto morali. lib. 10. c. 57. Ideo bene conuenit summo pontifici Leo.

Rescriptum papæ quonam modo scribi debeat.

¶ Et nota quòd prima litera, mandatorum, & literarum apostolicarum debet esse magna, & capitanea, & solenniter scribi, & extensè. verba sunt Specu. in titu. de rescript. pręsenta. §. primo igitur. col. 3. versic. & quoniam ex forma. Et prima litera nominis papæ debet esse plena, & extra ordinem aliarum literarum, vt habetur in pract. curiæ Roma. Et si rescriptum non haberet tractus solitos, nō faceret fidem, vel si imagines amborum apostolorum in plumbo non essent. Domi. in c. quis nesciat. 11. dist. Feli. in c. 2. nume. 11. de rescrip.

Nullus sub proprio nomine papæ scribere debet.

¶ Nota tamen quòd si papa scriberet sub nomine proprio, nō intitulando se papam, illæ literæ nō facerent fidem. Feli. in c. 2. col. 7. nu. 17. in fi. de rescrip. Vel si scriberetur papæ sub nomine proprio baptismali, posset ratione dicere, istæ literæ nō diriguntur mihi, vel scribens videtur in contemptum dignitatis facere. vtor verbis Bal. in procœmio decretalium. Gregorius. col. 2. versic. nunc reuertor. Quia iste est stylus, contra quem literæ impetratæ nō valent. c. quam graui. de crimi. falsi. & de hoc stilo potest informari cum practicis & expertis in illa materia, teste Bar. & Iac. in l. 3. §. fi. ff. de testi. vt plenè scripsi in tracta. de consuetu. in ordina. reg. artic. 2. in 3. tomo. commenta.

Episcopi sanctissimi Christi legati sunt.

a ¶ *Episcopus*] Ab ordine vocatur episcopus, non à dignitate, quia non reperitur par vel maior ordo in ecclesia. gl. & docto. in procœmio sexti, in verbo episcopus. ibi licet videre. dixi in §. si quis verò, in glo. cardinalatus. supra de colla. Episcopi enim sanctissimi Christi legati existūt, spirituales sunt patres, papæq; fratres,

fratres,& coepiſcopi columnæ cóprobātur eccleſiæ.verba ſunt tex.in C.1.§.penul.de pœnis. & quare dicitur ſeruus ſeruorum Dei traditur in procemio cle.vbi multa iactantur,quę nó multum ſeruiũt practicantibus.Ideo ea miſſa facio,etiam quia multa effundit Io.Dayma.in rub.de conuento.approba. in verbo epiſcopus ſupra eo. vbi licet videre. Et miſerias papæ ſcribit Florent.in 3. parte ſummæ.titul.22.c.vlti.

venerabili[a] fratri[b]

a ¶[*Venerabili*] Hæc dictio cum magno V,& omnes aliæ in mã datis ſeu gratiis apoſtolicis poſitæ extenſe ſcribi ex ſtylo debent,his exceptis,quæ ſi abbreuiatè ſcribantur, ſtylo non repugnãt,vt epiſcopus,ſeruus ſeruorum,diœce.ſalutem,& apoſtolicam benedictionem,eccleſia.Item nomina ciuitatum, vel diœceſum,vt diœceſ.Pariſien.Bononien. ac nomina menſium, Septemb.Octob.Nouem.In data,Datum Idus,non. Calend. vt in Prouincia.fol.14.habetur.verſi.dictiones,& quòd relatiuum nunquam abbreuiatè ſcribitur ſecundum eum.multa de hoc dixi in praxi.benefic.in forma ſigna & bullæ.

Quæ verba poßint abbreuiatè ſcribi in reſcriptis apoſtolicis.

b ¶[*Fratri*] Omnes epiſcopos,archiepiſcopos,& patriachas,Papa fratres vocat,de ſtilo curiæ.c.quam graui.de crimi.falſ.Sunt autem ſacerdotes Leuitici generis fratres noſtri, qui nobis iure Leuitico in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtũt. c.per venerabilem.§.ſunt auté.qui filij ſint legiti.Ideo papa cardinales epiſcopos vocat fratres, etiam ſi aliqui mixti ſint non epiſcopi.alios verò cardinales nó epiſcopos,ſeparatim vocat filios.c.1.de ſuppléd.neglig.prælato.glo.in c.1.de offic.lega.in 6. Barba.in c.in pręſentia.col.4.de probatio.&.c.1.col.2.de loca. plenè Feli.per illum tex. in c.cum venerabilis.no.1.de exceptio. & eo vocat illos fratres per participationé eiuſdem dignitatis. c.præterea.51.diſtinct.c.fratres.de pœniten.diſtinct.5. ipſi enim epiſcopi cum papa vocati ſunt in partem ſolicitudinis.c. fundamenta.§.decet.de elect.in 6.quod eſt verum, quando ſunt conſecrati.ſi verò tãtũ ſunt electi,eos filios vocat, vt in prouincia. curiæ Romanæ habetur.fol.14.ver.literæ apoſtolicæ,&c.

Papa archiepiſcopos et epiſcopos fratres vocat,et alios filios, & quare.

¶Aliquando vocantur fratres aliqui dilectione. Ideo vocat amicum fratrem.l.nemo. ff.de hæred.inſtitu.aliquando illi, qui profitentur tria ſubſtantialia regulæ.c.cauſam.de iudi.vbi dicit Panor. illos fratres appellari ex cómuni vſu loquendi, qui ſunt in religione aliqua mendicantium. Alij verò religioſi vocantur monachi. & largiſsimè omnes Chriſtiani fratres dicuntur.

Frater quot modis dicatur.

c.ad mésam.11.quæst.3.facit c.ex merito.6.quæst.1. omnes enim Christiani fratres in Christo sumus, sed non in disco, dicebat quidam. Propriè fratres dicuntur, qui ex eodem patre & matre nati sunt.authen.post fratres.C.de legi.hæred. vel si ab eodem tantum patre,& tunc vocantur fratres consanguinei. si ab eadē tātū matre vterini.§.1.inst.de legi.agnato.succes. & in auth. de consangui. & vterinis fra.colla.6. Episcopo [a]

Canonici eiusdē ecclesiæ fratres dicuntur. ¶Item omnes qui in eadem ecclesia sunt constituti,vt canonici,vocantur fratres ratione societatis,& communionis.Calder.in c.mandatum,per illum text.de rescrip. & ibi Barb.colum.3.& cōcordia fratrum valde placet deo. Ecclesiastici.25.c.vnde dicit diuus Hierony.Infernus fratres diuidit.refert Lucas in l.cum allegas col.2.C. de castren. pecu. milit.lib. 12.& fusius Ioan. And.in c.Ioannes.col.1.de regu.vbi multiplicem fraternitatem scribit.

Appellatione fratris non venit frater patruelis. ¶Vidi dubitari an appellatione fratris veniat frater patruelis. quod non decidit Bar. in l. Lucius.§.quæsitum.ff.de lega.3. & Bar.per illum tex.in c.vno.de feudo mar.sic consuluit Bal.consil.327.cum in causa.col.vlti.volu.3.& Alexand.consil.97.viso themate.col.2.in 2.volu.& 204.consideratis. col.3. ibidem. & consil.36.viso.col.2.in 6.volu.ac consi.89.circa.col.4.ibidem. & consil.203.viso.col.3.in 7.volu.glos.& ibi Angel.in l.1.ff.de inoffi.testa.Decius consil.461.præsens. & 679. vbi etiam dicit appellatione patrui non venire patruum magnum. Reliqua licet videre per Petrum de Vbal. in tract. de duobus fratribus. quod facit ad intellectum ordinationis regię permittentis facere cessionem fratri, vt non possit fieri fratri patrueli. vt scripsi in tract.de cessio.& transpor.in ordi.reg.in 2.tomo. comenta. & in scholastico.priuileg.177.ibi videre licet, quia plenè materiam illius ordina.scribo inibi.

Locus episcopatus vel abbatiæ describendus est. a ¶[*Episcopo*] Et sic in salutatione quādo scribitur episcopo vel abbati,debet semper poni locus vnde est,vt episcopo Magalonen.(qui nunc episcopus Montispessulani dicitur,propter trāslationem ecclesiæ Magalonen. ad Montépessulanum) vel abbati sanctæ Genouefæ. non tamen ordo describi solet, teste Prouinciali.fol.73.rubr.de iudicibus & eorum ordine.versicul. Item nō ponitur,quod est verum quando papa dirigit mandatum episcopo,vel aliam gratiā,secus si abbati,& tunc ordo præcedit diœcesim.teste Hiero.Paulo in prouincial.fol.22. rub.de quatuor clausul. etiam in impetrationibus beneficiorum regularium,

arium,& in dispensationibus semper exprimi solet ordo, maximè cistercien.c.cũ ordiné.vbi doc. de rescrip.& ibi, aliàs subrepticia erit impetratio,vt ibi.

¶ Nec ponitur fratri nostro,nec dilecto filio nostro , nisi fortè sit familiaris papæ,tunc sic scribitur. Dilecto filio tali. N.capellano nostro,vel diacono salutem. alioqui esset falsa litera,vt est text.in c.quàm graui.de crimi.falsi.nisi scriberet regibus,vel reginis,tunc dicitur charissimo in Christo filio Francisco Franciæ regi.c.charissimus.de conuers.coiug. cle.vna.de iurciur.cle. pastoralis.de re iudica.& contra reges & principes,seu magnos duces,non dantur literæ sine signatura papæ, vt in Prouinciali habetur.fol.20.ver.contra reges.

Stilus rescribēdi ad reges & alios.

¶ Idem quando scribitur abbatissæ,vel monialibus,tũc bene apponitur in Christo.c.cũ dilecta.in Christo filia,de rescrip.c.dilectæ.de exceptio.c.cum dilecta. de confirma.vtili.Hoc expressè tradit pater practicæ Specula.in tit.de rescrip.præsenta.§. ratione formę.versic.& nota ꝙ in salutatione.Imol.in proœmio decretaliũ Gregorius. in 6. oppositio. fallit quãdo loquitur de mortuis regibus,vel aliis, quia tunc sine isto honore eos nominat,vocando Henricum quondam imperatorem. d.cle.pastoralis.versi.sanè.per quem dicit Barb.in c.inhærentes.nu.26. de iuramen.calum.quod quando loquimur de viuis,debemus apponere nomen apellatiuum domus talis,&c.secus de mortuis. Sic etiam quando allegantur doctores viuentes, debet addi dominus Decius:si mortui,non:vt Bartolus.quod est notandum.

Modus scribendi ad abbatißas & moniales.

Honore afficiēdi sunt viuentes.

¶ Nec etiam est omittẽdum sufficere primam literam nominis proprij rei vel reorum,contra quos impetratur rescriptũ,exprimere,vt contra P.Rebuffum.tex.in c.cum M.& ibi doct.de cõsti.c.cum in multis.de rescrip.in 6.quia spectat ad impetrantem declarare rescriptum ambiguum,c.pastoralis.§. 1. de rescrip. & in c.fi.ibidem.quod secus est in cognomine & in iudicibus,qui incerti non possunt dari.c. ad hæc. de rescrip. hodie tamen de consuetudine curiæ apponitur nomen extẽse secundum Imol. & Feli.in c.cum accessissent.col.1.de consti.

Extesè nomen proprium est in rescripto scribēdum.

¶ Notandum est tamen quòd prouisio ecclesiarum spectat ad episcopos de iure cõmuni in suis episcopatibus.c.omnes Basilicæ.16.q.7.etiam.si fundator ordinaret, quòd institutio nõ spectaret ad episcopum.sed ad inferiorem. c.sic quidam.10.q. 1. & c.nouerint.ibidem. Innocen.in c.in Lateranẽ.in fi. de præben. Panor.in c.requisisti.col.pen,de testa. Bar. per illum text. in l.

Prouißio ecclesiarum spectat ad episcopos de iure cōmuni.

quotiens.§.fi.ff.de administra.tutor.nisi episcopus consentiret quia tũc valeret.Panor.in c.nobis.de iure patro.Rochus in tracta.de iure patro.in verbo ꝓ eo.q.12.nec poterit postea successor episcopi reuocare, cum nõ agatur de præiudicio iuris ecclesiæ quæsiti.Barb.in d.c.requisiti.col.30. versi. ego vidi.Roma.consi.177.licuit,&c. Ista tamen non procedunt in quinque casibus reductis pulchrè per Feli. in c.cum venerabilis.col.11.ver.circa dicta abba.de exceptio.vbi videre licet.

N.[a] & dilectis [b] filiis

Mãdatum quomodo sit dirigendum.

a ¶N.]Id est episcopo Parisiẽsi.Montispessulani,vel alij.& per hæc habes quod mandatum debet dirigi alicui,aliàs non valet. c.mandatum.cum seq.de rescrip.in 6.quid si quis habeat plures episcopatus,vel abbatias,aut episcopatum cum abbatia, seu archiepiscopatum,& dirigatur mandatũ isti episcopo triplici, vel isti abbatibus,quia est duplex abbas. ratione cuius episcopatus vel abbatiæ teneatur prouidere? Respõ. in episcopatu expresso, vel in abbatia,quia in eo expresso censetur grauatus, & non in alia abbatia non expressa, vel episcopatu.c. cum in illis.§.fi.de præbend.in 6.& d.c.fi.

¶Si verò exprimeretur sic, venerabili episcopo Aurelianen.& abbati sancti Benedicti,&c.tunc dicerem teneri prouidere in episcopatu Aurelianen.si ibi prius vacet beneficiũ, si in abbatia prius fortè vacauerit, ibi mandatario prouidebit, si simul per mortem vnius vacent beneficia, & in episcopatu & in abbatia prouidebit in episcopatu prius nominato, & attendetur ordo mandati per tex.solennem in c.mandato.de præben.in 6.sed si non exprimeretur qualitas,non valeret mandatum,vt si dirigatur Guillelmo pellicerio, & non exprimatur episcopatus, quia hoc casu collatori non est directũ,vt debet esse in §.1.supra tit. proximo.ibi,vnum collatorẽ. &c. & hic patet. scripsi in gl.leo. supra eod. Imò si mandatũ dirigeretur episcopo Carcassonen. singulísque canonicis,non comprehenderet beneficia ad collationem archidiaconi,vel alterius dignitatis spectantia. tex.in d. c.fin. & vidi super his sæpius dubitari, quæ notes. Et lege quæ scripsi in tracta.nomina.q.8.& inferius,in verb.singulis.

b ¶*Dilectis filiis*] Sicut deus est pater omnium, quia creator omnium. ca. 1. de summa trini. & sic omnes sumus filij eius, ad Galat.3.c.Omnes filij Dei estis per fidẽ.Ideo eius vicarius vocat omnes suos filios,si sint christiani,infideles verò non.vt ca. quam graui.de crimi.falsi.vbi Cardi. Non tamen sunt filij eius

generatione

generatione, nec adoptione, sed cura & honore, quia curam omnium, & ei omnes honorem habere debent. Bonifa. in procę. cle. col. 2. not. 4. Et quot modis vocetur quis pater, vel filius, tradit archi. in c. fi. 22. q. 2. Lucas de pēna. in l. 1. C. de excu. artifi. li. 10. Fallit quādo scribit excōmunicatis quos tūc nec fratres, nec filios appellat, sed loco salutationis & benedictionis dicit spiritū cōcilij sanioris, teste Specula. in tit. de rescript. præsenta. §. ratione formæ. versic. nota quòd papa: quia excommunicatus pro mortuo habetur, vt nota. in c. grauem. de senten. excomunica. facit, glo. in verbo suspendendum. c. dilectis filiis, de appella.

In literis excommunicatorum papa eos nō salutat.

capitulo,[a] singulísque [b] canoni-

a ¶[*Capitulo*] Et sic mandatum potest dirigi episcopo & capitulo simul, vt hic. & in c. literis. de rescript. c. fi. de præb. in 6. potest etiam dirigi mandatum soli capitulo. c. si capitulo. de concessio. præb. in 6. & soli episcopo. c. si soli. illo titu. in 6. & c. mādatum. de rescri. nec iste tex. tradit formam in hoc, cum hæc verba sint narratiua, vt debeat dirigi, sicut hic dicitur, sed cui voluerit mādatarius in impetratione declarare. & poterit grauari episcopus, si collationes quinquaginta beneficiorū habuerit separatim à capitulo duobus mandatis, & capitulum si totidem collationes habeat duobus aliis, quia in rebus separatis pro duobus habentur, vt not. in c. edoceri. de rescript. & cum quilibet collator grauari sic possit. §. 1. supra tit. proxi. in glo. vnū. Si verò collationes communiter fiant per episcopum & capitulū, vltra duo mandata dirigi istis nō poterūt, quia in illis pro vno collatore reputantur, & vnum corpus censentur. c. nouit. & c. canoscitur. de his quæ fiunt à præl. Hostien. in summa illius titu. hoc innuit, vide glo. in verbo spectat. §. statuit. de coll. in prag. Et mandatum dirigi potest episcopo & capitulo, siue habeant collationes beneficiorum simul & coniunctim, siue diuisim, vt probatur ex hac forma, quæ alioqui impetrantes deciperet, & quia singulos canonicos grauare vult, vt hic patet per seq. verba, ergo episcopum solum, & capitulum solum, si separatas habeant collationes, & probatur etiam ex clausula cōmuniter & diuisim inferius posita, de qua dicam, nec tenetur impetrás declarare contra quem velit se iuuare, quia hoc per hanc formam conceditur contra vtrumque.

Episcopus & capitulum quādo duobus possint grauari mandatis.

b ¶[*Singulisque canonicis*] Istud expressit propter text. in c. fin. de præben. in 6. vbi mandatum directum capitulo, nō compre-

Mādatum vt singulos

hendit singulos canonicos.facit. l.sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocád.quia aliud est capitulú,aliud singuli de capitulo.l.sicut.§.1.ff.quod cuiusque vniuersita.no.ideo actor vniuersitati nó est actor singulorú.l.2.ibidé facit. ꝙ notat Ancha. cons.204.visis col.2.Fel.in c.cum accessissent.col.9. nu. 22. de cóst.& in c.eá te.col.10.ver.aliud singuli.de rescri. Ias.có. 140. cómunitas.vol.4.Et ita expressè fuit decisú.in Rota, deci.583. nota in diœcesi. in antiq.glo.in verb.decem.in.§.non tamé.de colla.in prag.Idem dixi in nominationibus in tracta.not. q.8.

afficiat quomodo sit dirigendum.

¶Imo si mádetur prouideri de beneficio spectáte ad collationé capituli communiter vel diuisim,nó venit beneficium,quod spectat ad prælati collationem tantum,quia prælatus & capitulum sunt diuersa.rubri.de his quæ fiunt à præla.& non comprehenditur prælatus,nisi exprimatur.Inno.in c.dilectus.de cócess. præb.sic cósuluit Bal.con.242.factum tale.in fi.vol.3.Collecta. in c.post electionem.col.1. de concess.præb. Si vero mandetur capitulo,non comprehenduntur singulares, nisi illi singulares vice & nomine capituli conferrét,vt per hebdomadas vel menses.Geminia.in d.c.fi.de præb.in 6.de Rota decisi.119. nota ꝙ vbi in antiq. quia cum ipsi vice capituli conferant. capitulum ipsum videtur conferre.arg.l.quod meo.ff.de acqu.poss.

Indultú vt nullus sua cóferat beneficia, nó comprehendit beneficia quæ có iunctim có feruntur.

¶Et indultú episcopo,vt nullus cóferat beneficia ad suá collationem spectantia, non extenditur ad beneficia quæ episcopus cófert cum capitulo per supradicta & sic cósuluit de Ripa, cós. 34.indultú.lib.2.respó.c.23.Iulius in fi. nisi in indulto expressè exprimeretur.nam sicut vnum potest papa concedere,& alterú. c.2.de præb.in 6.Fel.in c.oés leges.col.6.dist.1. Si verò mádatum dirigatur decano & capitulo Bituricen.cóiunctim vel diuisim, nó cóprehenduntr beneficia spectantia ad singulares personas capituli, quia ista gratia satis potest operari in spectátib⁹ ad collationé decani & capituli,ideo illa solú comprehédit,secus si scriberetur ad capituli collationé cómuniter vel diuisim. d.c.fi.& ibi Dom.& Io. Colo. imò ego vidi apponi vltra,videlicet singulísq; personis ecclesiæ,vt dixi in tract.nom. q.8. & quando sic dirigitur mandatú episcopo,& capitulo,singulísque dignitatibus & canonicis ecclesiæ Parisi.non comprehenduntur hoc casu dignitates, nec canonici, qui non habent decé beneficia,per.§.pen super ti.proxi.& ita alias consului,quia hi nó possút grauari.§.1.de máda.aposto.supra.nec in nominationibus,si non habeát tria per.§. præfatiq; ordinarij.de colla. sup.

a ¶ *Ecclesiæ*] Si ergo dirigatur decano & capitulo Montispessulani, non dicitur ecclesiæ Montispessulani de stylo curiæ Romanæ. vt Paulus, &c. dilectis filiis decano & capitulo Montispessulani. teste Prouinciali, fol. 87. rubr. de intitulatione. in fin. nisi dicatur vt hic.

cis[a] ecclesiæ. N. salutē[b] & apostolicā benedictionem. Vitæ[c] ac

b ¶ *Salutem*] Insequitur diuum Paulū. 1. ad Cor. vlt. ca. sic dicentem, Salutate inuicem in osculo sancto. & idem dicitur. 1. Petri vlti. ca. & virgo beatissima salutauit Elizabeth. Luc. 1. c. & hæc salutatio producit actus charitatis, pietatis, largitatis, fidelitatis, sedulitatis, tranquillitatis, iocūditatis, & necessitatis, quæ prosequitur Bercho. in suo dictiona. morali, in verbo salutare. vide alios effectus per text. & nota. in clem. si summus. de senten. excom. glo. in c. cum Adrianus. 63. distinct. & in proœmio decre. Gregorius. & in proœmio sexti. dixi supra in proœmio in hoc verbo. Aduertendum est, quòd hæc salutatio debet scribi literis longis, & tota debet poni in vna linea, ita quod tria vltima puncta retorta, quæ consueuerūt poni post in perpetuum, non fiant extra, sed intra lineam lateralem, teste Specu, in titu. de rescrip. præsenta. §. primo igitur. col. 4. versic. circa dictiones.

Salutatio ī literis papæ quomodo debeat scribi, et de quo prosit.

¶ Et aliqua dictio in literis papæ non debet diuidi, vt in fine vnius lineæ sit principum, & in principio alterius sit finis. pulchrè Archi. in summa. 25. quæst. 2. vbi plenè tradit. ego ipse vidi aliquando diuisas. Tamen literæ apostolicæ non debent lineari cum attramento, vel plumbo. aliàs sunt falsæ. vtor verbis Hieronymi Pauli. in pract. curiæ Ro. fo. 14. versi. literæ apostolicæ.

Nomina in literis papæ non debēt diuidi, nec illis lineæ fieri.

c ¶ *Vitæ*] Hic incipiunt verba narratiua mandati, & sic nota hoc mandatum habere quatuor partes. In prima ponitur salutatio. in secunda, narratio, vt hic. in tertia, dispositio, ibi, ac volentes. in quarta, nonobstantiæ, quæ est ibi, non obstantibus forsan, &c. quinta potest fieri ibi, datum, &c. & in prima mandati & secunda parte, licet aliquid sit additum mandato, vel detractum, dummodo factum sit plenè narratum, & stilus seruatus, non vitiatur mandatum, quia forma interdum dicitur quædam narratio, quæ non est de substantia. l. scio. in fine. ff. de appella. Bald. expressim in cap. cum verba in veteri. in princip. de electio. & ineptum esset narrationem vitiare dispositionem, cum ex narratiuis non arguamus. ca. si papa. de priuileg. in 6. glo. sing. in l.

Quatuor partes sunt in mādato.

vna.C.quandó non petent.partes.Vnde modica rasura in narratione rescripti non vitiat.cap. ex literis. de fide instrumento. ideo si in narratiua dicatur.cupientes, quod eidem N. habenti aliud beneficium, &c. licet istud sit superfluum propter clausulam motu proprio,& pro expressis habentes,tamen non vitiat. l.testamētum. C.de test. ideo in vno mandato vi

morum a honestas,aliáque laudi sic descriptum,Salutem,&c.grata deuotionis obsequia, quæ dilectus filius. N.breuium apostolicorum scriptor nobis & apostolicæ sedi hactenus impendit,& adhuc solicitis studiis impendere non desistit, necnon vitæ. &.ca. quod non minus valuit. idem si dicatur in vltima parte,non obstante quod ex soluto & moniali natus sit,&c. alioqui non posset aliquis naturalis, vel aliàs indignus impetrare mandatum,hoc videtur probari in cle. exiui. col.3. de verbo. significatio. vbi fratres minores iurantes seruare regulam beati Francisci, tenentur seruare consilia pro consiliis,& præcepta pro præceptis,sic in mandatis verba narratiua debent seruari pro narratiuis,& decisiua pro decisiuis. Et hoc fuit corroboratum arresto magni consilij,vt dico infra eo. in glo.ac volentes,&c.quod est notandum,quia vidi sępius dubitari super his.& Bal.in c.super literis.col.3. de rescript.

Honestas vitæ vel morum nõ pbatur ex verbis enũratiuis.

a ¶ *Morum honestas*] Quanuis vita concernat necessaria ad victum clericorum,verbũ honestas concernat ipsos respectu morum, vt tradit glo. in rub.de vita & honesta.clerico. tamen hic papa vult coniungere, videlicet vt honestas & morum & vitæ inducát eum ad liberalitatem.Et an istud probet, videlicet istũ, cui conceditur mandatum esse honestum,& an ista debeant verificari per executorem? quod non,quia nõ scribitur conditionaliter,tradit Innoc.in ca.fin.in princip. de præsumptionib. & D.Probus in additio.ad Ioan.Monach.nu. 22. rubr. de vita & honesta.cle.in 6. nam solet apponi de consuetudine.vnde non probat ita esse de Ripa in lib.2.Respon.c.35.collatio.

¶In dubio verba quæ in exordiis gratiarum ponuntur, dicuntur causa impulsiua, non finalis,per glo. in l.2.in fine.ff.de donatio.qua cessante non cessabit gratia, vel mandatum l.1. §.sexum.ff.de postuland.c.cum cessante.de appella.Imo si pars probaret contrarium, videlicet mandatarium non esse honestæ vitæ non minus esset eidem prouidendum,tum quia hæc solét de consuetudine apponi, tum quia verba narratiua nõ probant,& quia ex stylo scribuntur,& ad ornatum potius, quàm ad veritatem,

tem, nisi probaret defectum reddenté inhabilem mádatarium. vt infra dico. Ideo iudices non debent admittere facilè probationem in contrarium, nisi inhabilitatem pars vellet probare, secus si mandatarij ignorantiam per prædicta, quia dubitare an is dignus sit, quem papa elegerit, sacrilegij instar est.l.2.C.de cri mine sacrileg. nisi proba retur omnino illiterat⁹. c.fi.de æta.& quali. dixi in praxi beneficia. in princ. Vide tamen clem. vnam. de proba. quæ nō habet locum in regno, vt infra patet. rub. de subla. cle. literis. de probatio. & quæ ponit Ancha. in cle. vna. oppo.1. de concess. præb. & Dy. in regula semel, de reg. iur. in 6.

dabilia [a] probitatis & virtutum merita, super quib⁹ dilectus filius N. apud nos fide digno cōmēdatur testimonio, nos [b] indu-

a ¶[*Probitatis & virtutū*] Virtus laudatur, & alget, dicit Iuuena. & hic stylus in Francia quo ad seculares in mandatis seruari debet, sed in religiosis dicitur, religionis zelus, literarum scientia, vitæ ac morum honestas, aliáqua laudabilia probitatis ac virtutum merita, &c. vt habetur in Prouinciali fol. 67. & infra dico in forma mandati pro regularibus. In impetrationibus tamen, quas faciunt doct. & alij graduati, solet apponi in principiis gratiarum, literarum scientia, vitę ac morum honestas, & sic scientia præponitur. Quando verò scribitur pro minore quatuordecim annis, sic solet scribi, laudabilia infantilitatis indicia, prout fide dignorū testimoniis accepimus, verisimiliter præsumi, quòd te in virum producere debeas virtuosum, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales, &c. tex. in c. ex studiis suis cognoscitur puer. de præsumptio. & facit tex. in l. penu. §.1. ff. de decurio. & de clausula fide digno commendatur testimonio, vide Corset. in repet. c. grandi. nu. 46. de supplend. negl. prælat. lib. 6. Quid si dicat, ex his & aliis animum nostrum mouentibus concessimus. an si in expressis sit surreptum, possit rescriptum ratione huius clausulæ sustineri? tradit Barb. consi. 33. bene etenim. in 3. volu. quod non. tu illum videto.

Clausulæ in gratiis solitæ apponi p secularibus & religiosis.

De clausula ex his et aliis, & cætera.

b ¶[*Inducunt*] Honestas morum ac sanctitas vitæ, inducunt ad multa concedenda, quæ aliàs non concederentur. Deus ipse optimus maximus propter sanctitatem Mosi fuit sæpius ad Iudæis indulgendum motus, vt legitur Nu. c.12. &. c.14. ibi dimisit iuxta verbum tuum. &. c.21. & alibi. Item propter sanctitaté viri indulgetur alicui, si succumbat in expensis, Hostien. in ca.

Honestatis vitæ priuilegia.

finem. de dolo. quem refert Hippo. in l. 1. §. fi. ff. de quæst. vbi alia multa ad hoc propositum adducit: inter cætera, quòd si res furtiua reperiatur apud hominem honestæ vitæ & conuersationis, non præsumitur eam substraxisse. secus in alio, de quo in l. inciuilem, & l. ciuile. C. de furt. Salice. in l. fin. de quæst. Facit etiam quòd testi valde legali & fide digno creditur sine citatione, licet aliàs secus. hæc est doctrina Bal. in additionib⁹ ad Specula. in titul. de teste. colum. vlti. versi. valet dictum, &c. quem sequitur Hippo. in consil. 1. circa finem. vbi etiam alia multa similia adducit. Dixi in tract. de reproba. & saluatio. testium, in verbo citatus quòd in regno Franciæ non procederet, vide Decium consil. 575. in casu, col. 2. Hic possem allegare sexcenta similia, quæ de industria (ne membranas occupem) relinquo.

Si res inuẽta sit apud aliquẽ, an eam dicatur substraxisse.

cunt, vt sibi reddamur ad gratiam liberales[a]. Hinc est quod nos cupientes vt eidem N. iuxta illius, quæ olim per fœlicis recordationis Gregorium papã nonũ prædecessorem nostrum, ad tunc episcopũ Nouionen. directa extitit, quæ incipit, Mandatum,[b] & alia-

a ¶ *Liberales*] Liberalitas papæ est, vt dicit Ioan. And. in c. sedes apostolica. de rescript. vt det plumbum pro auro. quod dicebat quidam, ego bene facerem, sed imò est liberalitas, quia gratiam mandati, vel aliam non teneretur facere, ideo est liberalis eam faciendo. c. nonnulli. in prin. de rescrip. & ibi Panor. notat. & etiam dicitur liberalitas & gratia inquantum magis conceditur vni, quàm alteri. gl. in c. relatum. de præb. quam sequitur Feli. in c. postulasti. col. 3. de rescri. glo. in c. quanuis. 1. de præb. in 6. Ali qui ponunt duplicem liberalitatẽ. vnam in dando. c. cũ marthæ. de celebra. missa. & ibi. glos. alteram in accipiendo. & ista ferè omnibus cõmunis, nec dicitur propriè liberalitas. prima placet, ista displicet. dicit gl. in d. c. cum marthæ. vbi tradit hos versus,

Liberalitas papæ quæ sit, & quotuplex.

Duplex liberalitas.

Temporibus nostris quicunque placere laborat,
Det, capiat, quærat plurima, pauca, nihil.

Clausulæ ĩ gratiis & dispẽsationibus papæ apponẽda.

¶ Et nota quòd in beneficialibus gratiis sic solet dici, vt hic. in dispensationibus verò, specialibus fauoribus prosequentes. in aliis autem specialibus fauoribus & gratiis, &c. teste Prouinciali. fol. 56. versic. ad gratiam, &c.

b ¶ *Mandatum*] Sub titulo de rescriptis. vide quæ dixi in præfatione

tione ad titulum de mandat.apostol.supra.

a ¶*Formas*] Hoc ideo dicit,quia hęc forma fuit elicita & extracta ex illis decretalibus,non tamẽ vult hanc formam omitti.nec obstat si dicatur, si illa forma debeat seruari.ergo ista non. Respon.quia ista quo ad effectum non differt ab aliis, cum omnes tendant vt prouideatur mandatario, licet essent quædam formæ ab ista differentes,vt supra dixi in glo. in forma.tit.proximo. & ista forma continet alias positas in c.mandatum.& sequenti.

rum duarum illarum immediatè sequẽtium decretalium formas [a] de canonicatu [b] & præbenda,

b ¶*Canonicatu & præbenda*] Non ergo sufficeret prouidere de canonicatu sine præbenda,vel de sola præbenda, extra canonicatum,cum hic copulatiuè loquatur. de hoc dixi plenè in §.1. supra.de collat.in glo.canonicatum.& non sufficeret exprimere de beneficio,nisi dixisset de præbenda. Feli.in ca. postulasti. col.7.de rescript.Et sic mandatum vt in diœcesi prouideatur de beneficio, non comprehendit canonicatum & præbendam in ecclesia cathedrali propter ipsius honorem. cap. quanuis.1. de præb.in 6.ideo hic exprimitur.de Rota decis.136.voluerunt.& deci. 247.habens gratiam.& decis. 445. si legatus. in nouis. & decis.133.nota quod illi.in antiq. *Mãdatum de prouidẽdo,an com prehendat præbẽdam in ecclesia cathedrali.*

¶Item in simplici dispensatione non veniunt cathedralia beneficia.verba sunt Feli.in d.c.postulasti.colum.7.versicu. secunda conclusio.vbi limitat.vide ibi per eum.

¶Fallit quando mandatur prouideri in ecclesia cathedrali,tunc veniunt etiam præbendæ ex verissimili intentione pontificis, & canonicatus in illa ecclesia. Cald.in consil.31. an impetrans. rub.de præb.quem sequitur Soci.consi.260.in causa.col.penul. versi.2.dico.in 2.volu.Et etiam quando nulla erant alia beneficia in illa ecclesia, ne gratia sit in vanum impetrata. argu.capitu.si papa.de priuileg.in 6.& nisi verba illius gratiæ essent valde generalia,vtpote de quocunque beneficio.Imol. in cle.vna. col.3.de supplend. neglig.præla.

¶Item in literis in forma pauperũ(cum sint de iustitia, & proprius episcopus arctetur ad prouidẽdum.c.episcopus.cum similibus.de præb.c.si episcopus.illo titu.in 6.) comprehenditur etiam cathedralis ecclesia: licet in literis gratiosis secus. glos. & doct.in d.ca.quanuis.& in ca.accepimus.de æta.& quali.Feli.in

c.postulasti.col.3.versicu.dum declarat abbas.de rescript.scripsi in praxi beneficiali,& sic quando mandatur prouideri de beneficio ad collationem episcopi spectante, vt hic, comprehenderentur etiam beneficia ecclesiæ cathedralis,quia sumus extra casum.d.cap.quanuis.& hoc tenet ibi Ioan. Anda. & Ioan.Vanquel per illũ tex.ibi,hoc casu sequitur Nicolaus Milius in verbo gratia. quæst.56. Cõtrarium tamen tenet Oldra.consi.185.thema tale.præcedens tamen ratione huius generalitatis mandati,est verior.

aut dignitate personatus administratione vel officio [a] vestræ

Dignitas an in mandato comprehendatur non expresse.

a ¶[*Aut dignitate*] Sufficit ergo prouidere de dignitate, aut alio beneficio,quia alternatiuè loquitur:adveritaté cuius requiritur alteram partem esse veram.c.inter cæteras.de rescript.l.si hæredi.ff.de conditio.insti. & necessaria est ista expressio:quia si mãdatur prouideri de beneficio,non comprehenditur dignitas.ca. ad aures.& ibi plenè doct.de rescrip.c.fi.de præbend.& est reg. cancel.63.quę hoc expresse tradit.Imò si concedatur mandatũ ad beneficia curata,& quęcunque alia non includetur dignitas, quia hæc dictio quęcunque alia includit similia.glo.in authen. sed nouo iure.C.de seruis fugiti. Sic docet Soci. consil.260.in causa.col.10.in 4.prin.conclu.in 2.vol.

¶Nec comprehenditur in mãdato,vel impetratione ad dignitates.maior dignitas post põtificalé.hoc expresse tradit Aegid. in decisio.698.conclusio. Hic autem ordi.regiæ. eodem tit.articu.3.& sequen.derogatur,vbi poterat mandatũ dirigi tantum ad dignitates,si collator decé habebat: hodie nõ,vt hic dicitur: alioqui non daretur secundũ hanc formã,& ita fuit declaratum per regé,vt supra dixi in rub.forma mandati.nec esset mandatũ generale,quod necessario requiritur in Francia.vt votũ captandæ mortis ad certũ beneficiũ euitetur.c.2.de conces.præb. in 6.

Clausulæ non necessariæ in mãdato non sunt scribẽdæ.

b ¶[*Vestræ vel alterius*] Hoc dicit vt tollat dubium, si episcopus habeat collationem in alia ecclesia, quam cathedrali, etiam in alia diœcesi,vel præsentationem,vt teneatur conferre, vel præsentare per hæc verba,vt in c.pro illorum.de præbend. Et quid si beneficium est in claustro ecclesiæ,aut in continentibus ædificiis,an censeatur inesse ecclesiæ, & debeatur impetranti? tradunt Do.de Rota,decisio.149.vtrum beneficiũ.in antiq.quòd si mandetur abbati non habenti collationem nisi in sua ecclesia,non est necessario apponenda ista clausula, quia frustra appone-

ponerentur,& in mandato vel alio actu non debent apponi verba,quæ non operantur.l.si quando.ff.de lega.1. nec est verisimile,quòd papa velit grauare mandatarios, vt exprimant superflua:cum ea tollant,vt in procemio decreta.& sexti ac imperator in procemio Insti.& in 1.constit.C. & quia in mandato nullum debet esse verbum sine ministerio operandi.Bald. in rub.C. de contrahend. empt. quæst.9.sed quia mandatarij non desiderabant capellanias pauci valoris,ideo eas omittebant.Fuit igitur declaratum mandata non valere,nisi exprimantur capellaniç in habentibus collationem,aliàs non,tutius est tamé vt exprimantur in omni câsu ad vitandos processus.

vel alterius ecclesiæ,aut alio beneficio a, cum cura b, vel sine

a ¶ *Alio beneficio*] Intellige ecclesiastico, & sic in hoc mandato non comprehenditur pensio.cap. quanuis,1.de præb. in 6.tum quòd non dicatur beneficium ecclesiasticum, tum etiam quòd non habeat spirituale ministerium annexum,nec elemosinariç, vel hospitalia.clem.2.de præben.hoc etiam in expectatiuis non comprehendi,scribit Io.Staphil.in tracta.de literis gratiæ,in 9. forma.fo.26.vbi idem concludit de manuali. vide alia non cóprehensa in glo.comprehensa.§.declarantes. de collatio.supra. & quæ scripsi in tract.nomina.q.15. *Pensio in mandato an comprehendatur.*

b ¶ *Cum cura*] Ideo dicit,vt tolleret dubiú c.cum in illis.de præbend.in 6.vbi quando mandatur prouideri de beneficio, non comprehenditur curatum.Et quia maior idoneitas in eo requiritur,cum sit ars artium,regimen animarum. c.cum sit.de ætate & qualitate.facit.c.cum in cunctis.de elect.Idem si mandaretur prouideri de dignitate,vt non comprehendatur curata. Etiam si omnes essent curatæ in illa ecclesia,& nulla alia ibi esset.Bonifac.in cle.1.num.45.de præb. Nisi cura esset illi dignitati vel beneficio annexa.c.super eo.de præb.in 6.c. extirpandæ. §.qui verò.illo titu.vel nisi exprimeret esse collegiatá,vel conuentualem,tunc nó tenetur aliam curá exprimere, etiam si haberet curam parochialem extra collegium vel cóuentum,nisi essent duç ecclesiæ separatæ,scilicet collegiata & parochialis simul iunctæ, ita quòd vna nó sit alteri annexa,nec ei subsit,tunc etiam de cura habéda est mentio. N.Milius,in repert.in verbo gratia.q.10. vide in regu.cancel.63. Domi.in c.cum in illis.§.fin.de præbé. in 6.Cassado.decis.12.illo titu. *Cura beneficij quando sit exprimenda.*

c

¶ Etiam in materia fauorabili nó venit cura,nisi exprimatur,vt si papa det potestaté conferendi beneficia,non veniet curatum, nisi expressum sit.Io.Calde.in c.in nostra.q.4.de rescrip.vbi dicit ꝙ nulla tá no.expressio requiritur,q̃ de cura,sequitur Card. in cósi.30.in hac.col.4.nu.21.sed Bonifa. cótra.in cle.1.nu.47. de præb . & cómuniter doc.in d.c.cum in illis.

cura etiam si parochialis[a] ecclesia,vel eius perpetua vicaria,

An sit exprimẽdum quòd ecclesia sit parochialis.

¶ An sufficiat exprimere beneficium curatum, si sit ecclesia parochialis,quod videtur,quia tantú valet expressio generis,quantú speciei.l.si duo.ff.de admi.tuto.& cura.continet ecclesiam parochialem.Item eadé ratio est in cura,quæ in ecclesia parochiali,in d.c.cú in illis.In contrarium videtur,quia stilus curiæ Rom.hoc habet,vt exprimat ecclesiá parochialem. Secúdò,quia potest intelligi de cura fori pœnitétialis,vt no.in c.omnis.de pœni.& remis.& de cura habitu:ideo melius est exprimere parochialé,& hodie est expressum in regu.cancel.52.& Imol.scribit in cle.vna.in verbo duobus.de offic. vica. vbi traduntur differentiæ inter ecclesiá parrochialé & curatam, dixi in verb.parochiales.§.statuimus.2.supra.de coll. facit quod notat Io. And.in c.si apostolica.de præb.in 6. vbi quo ad illú tex.appellatione ecclesiæ parochialis dicit non venire curatá quę nó sit parochialis.c.super eo,ibidem.& ibi Auriol. si tamé in signatura fuerit facta métio curę,& in ea fuerit dictú,ꝙ possit maior specificatio fieri poterit in bulla extendi,& apponi parochialis, quia exprimendo parochialem specificatio fit curæ, cum parochialis,dicatur species curæ.vide Cardi consil.30. in hac, quod est notandú.& sic censuit Senatus parisi.hoc anno 1551.

Arrestum.

¶ Si tamen impetrans assereret beneficium non habere curam animarum,nó habet hoc necesse probare,quia tacitè intelligebatur,vt supra dixi.ergo expressio non mutat formam.l. conditiones extrinsecus.ff.de condit.&. demonstra. de bella mera,in decisio.676.si impetrans.& ista intellige procedere in mandato de prouidendo.secus in prouisione facta de beneficio vacante.Nam tunc valebit prouisio,etiam si métio curæ non fiat.Io. Coló.in dicto c.cum in illis.in 1.conclusi. quia gratia de vacante est vberior,quàm mandatum de prouidendo . Vide tamé ibi Domini.& Perus.quia illud non firmo,& infra.dico in glo.pro expressis habentes.

a ¶ [*Parochialis ecclesia*] Hoc expresit ad tollendum dubium,de

quo

quo traditur in dicto c.cum in illis.de præben.in 6.quod oportet exprimere curam, prout ſupra expreſsit. Verum quia poſſet quis dubitare,an parochialis eccleſia comprehendatur, quia nō omne beneficium curatum dicitur eccleſia parochialis, ſed omnis eccleſia parochialis actu habere dicitur curā animarum.Io. And.& alij in c.ſuper eo.de præb.in 6. dixi in rubr.de collatio.§. ſtatuimus in 2. ſupra in verbo parochiales. In mādatis regulariū non ſolet apponi hęc clauſula,quia monachi regulariter ſunt beneficiorum curatorū incapaces, niſi eſſet aptus ad prædicandum.c. quod Dei timorem.de ſtat.regula.c.cum de beneficio,de præben. in 6.Illis dicitur Pſal.83.elegi abiectus eſſe in domo Dei mei,magis quàm habitare in tabernaculis peccatorū.Curtius in tract.de iure patro.in verbo honorificum.Canonici tamē regulares S. Auguſtini,& Præmonſtraten.ſolent regere eccleſias parochiales ſui ordinis.ideo in illis mandatis deberet hæc clauſula adſcribi.

aut capella [a],ſiue perpetua capellania fuerit, ad veſtrā collationē [b] nominationē, ſeu præſentationē, & aliam [c] quamcunque diſpoſi-

An parochialis eccleſia in mandatis regulariū ſit exprimēda.

a ¶[*Capella*]Quæ dicitur quælibet eccleſia etiam parochialis per ſe conſiſtens dummodo non fuerit collegiata.Panor.per illum tex.in c.nobis.de iure patro.doc.in rub.de capellis monac. vbi vide Hoſt.in ſumma quid iuris habeat epiſcopus in illis:capellania verò ſolet dici illa quę non eſt per ſe,ſed eſt intra eccleſiam fundata & conſtructa,de quibus Feli.in c.ex parte.S.col.1. & ſeq.de reſcrip.& in c.cum venerabilis.col.11.de exceptio.

Capella et capellania quid ſit.

b ¶[*Collationem*]Iſta vocabula reperies declarata in.§. præfatique ordinarij.de colla.ſupra.Nota tamē ꝙ in mādato de prouidendo de beneficio ſpectante ad collationē epiſcopi, non cōprehēditur beneficium,cuius collatio deuoluta eſt ad capitulū, vel alium.clem.ſi de beneficio.de præb.quia non fuit intentionis Romani pōtificis,vt alium extra epiſcopum nominatum in gratia grauaret.glo.in d.clemen.quam ſequuntur doct. ibi,venit tamen ſub dicta gratia beneficium ad epiſcopum deuolutū. quia ſpectat ad collationem epiſcopi,per illum textum. Item vt omnes modos vacandi extra electionem comprehenderet, ſequentia verba expreſsit.

c ¶[*Aliam quamcunque diſpoſitionem*] Aliàs expreſſo vno modo vacandi,non veniret alius.c.ſuſceptum.de reſcript.in ſexto.

&c.cum in illis.§.cum autem.de præb. eod.libr. Ancha.in cle. vnic.de supplend.neglig.prælato, no.2. vbi per hanc clausulam similia expressis tantum dicit comprehendi. per.c. sedes.de rescrip.non verò temporalia,vt feuda.& dissimilia,

¶ Fallit quando apposita esset clausula, vel aliàs quouis modo vacet,quia tunc apparet de intentione mãdãtis. tionem prouideri possit. d.c.susceptum . ibi, nisi de intentione mandãtis aliud appareret expressè. & venit per hanc clausulam omnis modus vacandi.glo.in d.c.susceptũ. Rota decis.28.si mandetur.in no.& decis.143.habens.in eisdem.& decis.726.nota q̄ beneficia.in antiq . Nam dictio quouis modo,aut quoquo modo,omnẽ modũ denotat,siue directum,siue indirectũ principalem,siue accessorium.gl.in c.vt inquisitionis. §.prohibemus.de hæreti.in 6. Domi.in con.29. licet subtiliter. col.2.etiam si iure deuoluto. Cassa.in decis.5.de præb.

De clausula quouis modo plene.

¶ Fallit quãdo vacaret per mortem alterius personæ, quam expressæ,vtpote si quis impetrauit per resignationem Petri,tamẽ vacauit per mortem Ioannis,tunc non debetur impetranti beneficium:nam possent vacare per mortem curialium , quæ sunt Ro.pontifici reseruata.Ideo non est mens pontificis,vt conferre velit beneficia,si ex alia persona vacent:quia sicut modus vacationis expressus, & locus & tempus referuntur ad personam Petri.argum.not.in c.abbate sanè.de re iudicata. in 6.ita & illa clausula,& alio quouis modo vacet,refertur ad illam personam expressam.l.si ita stipulatus.§.Grisogonus.ff.de verborum obligatio.de Ro.deci.273. not.quòd vbi papa.in antiq. & decis.743.not.quòd si facta ibidem.& 483. not. quòd clausula in eisdẽ.&.c.ex parte.1.de offi.deleg.quia literæ ad beneficia sunt restringendæ.ca.quanuis.1. de præbend.in 6. licet Rota decis. 613.si papa. in antiq. & decis.12. papa.rub.de præbend.teneat etiam venire ex quacunque persona vacet. Vide Aegid.de bellamera,decis.610.licet palatium .etiam in Prouinciali. fol.54. versicu.clausula aut. Ex stylo aliam personam non venire Bonifac.testatur in clem.vlti.columna secunda de senten.excom. & Card.consilio 30.in hac.columna secun.quod est intelligendum,nisi in literis esset clausula,& alio quouis modo vacet,vel ex alterius cuiuscunque persona,seu loco, vel tempore , vt solet apponi,tunc veniret etiam vacatio per aliam personam , etiam si obierit in alio loco,& alio die,quam expresso:aliàs non, quia mors

mors vnius non est mors alterius,nec mors vno loco & tempore,est mors alio loco & tempore. Philip. Peruſ.in d.c. ſuſceptũ. glo.in.§.viſum. in verbo aliàs quouis modo, de cauſis.in prag. Nicol.milius in reperto.in verbo gratia.§.2.Rot. deciſ.27.fuit dubitatum,in additionibus.& deciſ.ſeq.in nouis.

¶ Fallit in acceptationibus,& prouiſionibus executorũ,quæ nõ ſunt niſi declarationes voluntatis,quę ſatis eſt declarata,quãdo conſtat de corpore beneficij,licet fuerit erratũ in perſona. Nicol.de milis in reper.in verbo beneficium.q.62.Rota deciſ.219 licet impetrans.in nouis. Aegid.de bella mera,deciſ.221.in cauſa domini.vt ſi aliquis acceptet beneficium vacans per mortem A.& tamen vacat per obitum. B.valebit acceptatio, dummodo probetur de vera vacatione,quia in acceptationibus debet potius attẽdi vacatio,quàm modus vacationis. Domini.& Peruſ. in d.c.ſuſceptum.glo.in verbo nominatorum.in fi.§. Itẽ quod ad dictas.de collatio.in pragm.dummodo conſtet de beneficio acceptato.de Rota deciſ.407.ſi expectãs.in nouis.quia eſt quędam qualitas ſubſequens gratiam. Rota deciſ.97. nota quòd.c. ſuſceptum.in antiq.& deciſ.356. not. quòd cũ in eiſdem.& deciſ. 412.no.impetrans,ibidem.dixi plenè in tract. nominatio.q. 17.in fine,vbi videre licet.intellige quod ſi expreſſit plures modos vacationis,ſufficit impetranti habere vnum. Domi.de Rot. deciſ.83.ſi impetrãs.in nouis. Nico.de milis in.d.ver.gratia.q.3. Oportet tamen exprimere vnum vacandi modum,alioqui non valebit papæ prouiſio,vt eſt in regula Inno.45.ſecus in ordinario.vt ſcripſi in praxi beneficia.vbi diuerſitatis aſſignatur ratio.

Error in acceptatione non nocet.

¶ Item & quando eſt appoſita clauſula,ſiue per ceſſum,ſiue per deceſſum,vel quemuis alium modum vacauerit,tunc omnis modus vacationis comprehendetur. & cautum eſt vt apponatur. Soc.in conſil.32.ex his.col.5.verſicu.nonobſtat ſi diceretur.in 1. volum. Et hodie ex ſtilo curiæ Romanæ apponi ſolet hęc clauſula in literis apoſtolicis gratiæ.

Clauſula ſiue per ceſſum, ſiue per deceſſum quid proſit.

¶ Nota tamen quòd quãdo in gratia expreſſa eſt clauſula talis, beneficium tale. N.vacans per reſignationem liberam talis,ſiue quouis alio modo vacet,ſiue per obitum,ſiue per alterius cuiuſuis perſonæ ceſſionem in Ro.curia,vel extra eam, etiam coram notario publico & teſtibus ſpõte factam,etiam ſi tanto tempore vacauiſſet, quòd eius prouiſio ad ſedem apoſtolicam legitimè deuoluta exiſteret,&c. & tunc dico non habere locum.d.c. ſuſceptum:vt ſi alius expreſſerit verum modum,præferatur. Nã

ista clausula exprimit verum modum, regula cãcella. 62. vbi plenè declarantur hæ clausulæ. nec obstat allegatio Lappi. 89. quã allegant corruptè tamen doct. in d. c. susceptum. dicens quòd si quis beneficium impetrauit per resignationem, vel quouis alio modo vacans, & alius per mortem, si vacet per mortem, ille qui expressit verum modum est præferendus. Nam hoc intelligerẽ, quando ab vno & eodem collatore esset facta collatio. Nam hoc casu per illam clausulam, quouis modo, non apparet expresse quòd voluerit conferre per mortem. Imò cum secundo contulerit, apparet de contraria intentione conferentis, quòd noluit cõferre, si vacaret per mortem. ergo tunc habebit locum illa decisio. sed si cõferatur à legato hodie per resignationem vacans, vel alio modo, & per episcopum Parisien. eodem die vacans per mortem, tunc habet locum c. si à sede. de præbend. in 6. nec præfertur is, qui est ab episcopo prouisus, tãquam expresserit verum modum vacandi: quia apparet iam legatum voluisse conferre quocũque modo vacet, maximè quando derogauit regulæ de viginti diebus. Si tamẽ in rescripto simpliciter exprimeretur vnus modus, videlicet collationis, & in executorialibus exprimeretur omnis modus vacandi, vel clausula generalis, tamen non veniret nisi vnus modus in mandato expressus: quia literæ executoriales nõ ampliant gratiã. cle. 1. in fi. de prẹb. vbi nota. & est summè vtile.

Declaratio ad c. susceptum. de rescrip.

¶ Ac [a] volentes præfato N. præmissorum

¶ Item expresso vno modo vacandi, nõ venit alius, nisi esset cõmunis opinio, quòd vno modo vacaret. tũc licet alio modo vacet, illa communis opinio excusat impetrantem vnicum, secus si haberet coimpetratorem, argu. l. Barbarius. ff. de offi. præto. Itẽ quando est eadem ratio, vno modo expresso alius venit gl. no. in c. fi. de renuncia. in 6. sing. secundum Barba. consil. 11. colũ. 5. nu. 7. in 1. vol. plenè Feli. in cap. in nostra. correla. 37. vbi tradit quinque limitationes ad dictum. c. susceptũ. de rescrip. Alia vide in tract. nomina. q. 17. in fin. hodie ex communi stilo tam papæ quàm aliorum collatorũ solet semper apponi in collationibus ista clausula, vel quouis alio modo, &c. de qua not. prædicta.

Expresso vno vacandi modo nõ venit alius

a ¶ *Ac volentes*] Hic incipit tertia pars istius formæ mandati, & est decisio, seu dispositio, sicut omnia posita in compilatione clemen. sunt decisoria, sic posita in hac parte, ita expresse tradit Barb. in c. Raynutius, nu. 5. col. 7. de testa. & de hac potest dici, ne addas quicquã, nec minuas, vt Prouer. 30. c. & de hac forma dixi

Verba decisiua mandati seruãda sunt.

dixi supra in glo.sub forma. §.1.titu.proximo.vidi tamē in vno mandato addita hæc verba,volenter præfato N.qui dilecti fratris nostri cardinalis N.familiaris,& continuus cōmensalis existit,&c.& mandatum non minus fuit validum. Imò etiam si impetrans non esset excommunicatus,tamen ista clausula absolutionis requiritur,alioqui forma non seruaretur, & etiam si non haberet beneficium,

meritorum [a] suorum intuitu

vel beneficia,requiritur clausula nec non omnia & singula,&c. nā hæ clausulæ possunt in casu dubij prodesse, sed clausula canonicatus & præbendæ,quando mandatum dirigitur non habēti collationem canonicatus & præbendæ,nil posset prodesse,ergo non debet poni. Nec refragatur quòd si hæc verba sunt de forma,vt supra conclusi in rub.Forma,&c.& quādo forma nō seruatur actus est nullus.l.cum ij.§.si prætor. ff.de transactio.l.1.& ibi doct.de liber.& posthu.ꝙ est verū in verbis necessariis & substantialibus,sed verba superflua nō sunt de forma,ergo illorū omissio non vitiat per nota. in c.cum dilecta.de rescript. ¶ Tutius est tamen vt omnia ista verba decisoria inserantur in mandato,ne processibus quis inuoluatur. & in magno consil. pronunciatum fuit,præsente magno Franciȩ cancellario,& pluribus magistris libellorum,ac consiliariis magni consilij in causa præbendæ Agenen.pro Arnaldo Gabrillagues, dict du Gabre mandatario,cōtra magistrum Petrum Gineste canonicum Agenen.hoc anno 1536.in mense Ianuario, quòd modicus defectus etiam in decisoriis,dummodo non fuerit necessarius,non vitiat,quod arrestum simul atque mihi nunciatum extitit,vehementer gauisus sum,eam voluptatem melius mente concipiens, quàm verbis exprimens,mirari postea non desij illorum perfectissimorumvirorum diuinitatem,ac ingeniū sole ipso lucidius. quare vix cōsiderari potest,quàm bene,quàm apposité,& quàm egregiè verba istorum concordatorum ab eis intelligantur. *Arrestum.*

a ¶ *Meritorum*] Hæc merita non debet probare impetrās, quia quando donatio fit ab eo qui potest liberè donare nullis prȩcedentibus meritis, vt hic, tunc ista verba enunciatiua inducunt probationē inter easdē partes.l.Aquilius regulus.ff.de donatio. Si verò sint ista verba ratione meritorum & seruitiorū,prolata ab eo,qui non potest liberè donare, non præcedētibus meritis, vtpote à patre,qui non potest dare regulariter filio in potestate sine benemeritis, nec vir vxori,tunc non inducunt probationē *Benemerita an possint probari.*

meritorum, etiam cũ iuramento, sed oportet aliter probare, etiã si diceretur in instrumento releuauit cum onere probandi. Bartol. in l. si fortè. in fi. ff. de castren. pecul. & idem Bar. & alij in l. si donatione. C. de collationi. plenissimè per D. Tiraquel. in repetitione. l. si vnquam. in verbo donatione largitus num 75. cũ seq. C. de reuocand. donatio. Dec. consi. 576. pro resolutione. col. 1. Si tamen sonent in cõditionem, debent probari, vt si mandato diceretur, Si vitæ laudabilis esse reperieris. tex. solẽnis in cle. 1. de officio delega. & ibi glos. plena. quam latius prosequitur Feli. in c. fi. de præsumpt. & ibi addidi.

gratiã [a] facere specialem, ipsúmque à quibusuis excomunicationis, suspensionis & interdicti, aliísq; ecclesiasticis sentẽtiis, cẽsuris & pœnis à iure vel ab homine

Rescripta plura gratiæ vsu venientia.

a ¶ [*Gratiam*] Et sic mandatum dicitur gratia, vt hic patet. idẽ nota. in c. gratia. de rescript. & clem. gratiæ. illo titu. De alio mãdato reprobato, vide in regula cancell. 24. & de hac clausula loquitur gl. in cle. si de beneficio in verbo siue ad nos. de præbẽ. idẽ in nominationibus, scripsi in tract. nomina. q. 3. idẽ in reseruationibus & expectatiuis. dixi in rub. de reserua. supra. dispẽsatio etiã gratia vocatur. tex. in c. licet canon. & ibi notat Perus. de elect. in 6. & in c. apostolicæ. de clerico excõ. ministran. Decius con. 541. nme. 6. vide infra in verbo dispensationum.

¶ Aliud est rescriptum gratiæ quod noua prouisio vocatur, & est quando de nouo impetratur beneficium à papa, & impetrãti confertur, de quo in c. ad aures, & c. cum adeo. de rescript. & nunquam datur noua prouisio, si semel Roma. pontifex contulerit. Prouincial. fol. 60. ver. Item super prouisionibus.

De rescripto rationi congruit.

¶ Aliud rescriptum gratiæ, vocatur rationi congruit, vt si impetrauero beneficium à papa Clemẽte. 7. & ab eo solum obtinui signaturam, si post mortem papæ Clementis. 7. volo leuare bullas à successore Paulo. 3. debebunt sic expediri, Paulus, &c. rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea quæ de Rom. põtificis gratia processerunt, licet eius superueniente obitu literæ apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suum plenum consequantur effectum, &c. Et istæ literæ possunt dari tã à successore mediato, quã immediato, quum ratio diuersitatis in cõtrarium nõ assignetur. Et ita statuit Paul⁹ tertius in regula cãcellariæ. 8. licet Alexand. 6. noluerit à mediato admittere. vt patet in regu-

lis

lis suis,rubric.de signatura gratiæ.Petrus de Viassio in directo. electio.in.3.parte.c.28.& in regula cancella.Innocen. 8.regula. 8.vide Bonifa.in procemio Clemen.§.nunc igitur.colum.3.nu. 36.vbi dicit fortius, quòd si posit probari per testes prædecessorem pontificem contulisse beneficium, successor debebit con cedere bullas sub rationi congruit. quod debet etiam intelligi quando supplicatio nõ potuit signari,quia papa facta collatione breui mortuus fuit,alioqui imputari debet ei, qui non accepit signaturã.vt plenè dico in praxi beneficia. in hoc rescripto.

De rescripto perinde valere.

¶ Aliud rescriptũ gratiæ dicitur perinde valere, quod datur ei, qui dubitat collationem factam per papam viribus nõ subsistere,nam tunc papa vult quòd talis collatio perinde valeat, acsi principio vera collatio fuisset facta & valida,& ista clausula nõ tollit ius interim acquisitum tertio per aliam collationem vel prouisionem c.quanuis,de rescript. in 6.hoc expresse tenet Domi.consil.11.lite.colum.2.& consil.128.factam.abunde istius rescripti materiam tractaui in praxi benefic.in 2.parte.

¶ Et non datur hæc gratia super supplicatione,nisi literis expeditis,secus in gratia,si neutri,vel si nulli. Teste Ioan. Staphil.in tracta.de literis gratiæ.fol.167.& sequen.versi.quando aliquis, & si hodie quis impetret à papa,& eodẽ die quis ĩpetret rescriptũ perinde valere,præferetur nouus & verus impetrans isti ficto habenti rescriptum perinde valere. quia veritas cedit fictioni. l. filio. ff.de liberis & posthu. ita concludit Cassado.decisio. 6, de concess. præben.

¶ Plura tradit Probus de hac clausula in additio. ad Ioan.Monach.in c.fina.de consuetu.in 6.vbi vide si non graueris.& tex. in l.2.& vlt. ff.de natalib.restituend.

¶ Itẽ aliud rescriptũ gratiæ dicitur subrogationis,vt pote quando aliquis in ius defuncti,vel alterius petit subrogari c.fi.vt lite penden.in 6.Feli.in rub.de rescrip.col.3. nume.6. & quãdoque etiam datur pro non collitigante.vt est videre in regul. Alexan. sexti.rub.de subrogat.dixi in tit.proximo. supra.in §.declarantes.in verbo successores. De rescripto permutationis, quod est etiam gratiæ,loquitur rub.de rerum permut.& dico supra in §. volumus.in verbo permutationis.de colla.

De rescripto si neutri,& quæ expressio in eo fieri debet.

¶ Aliud est rescriptum gratiæ frequentissimum. quod,si neutri vocant,& tunc datur quando sunt duo contendẽtes super vno beneficio,super quo eos nullũ ius habere prætenditur,tunc tertius illud beneficium si neutri acquisitum fuerit ius in eo,à papa

impetrabit,si verò fuerint tres cōtendentes,impetrabitur rescriptum si nulli,videlicet ius acquisitum fuerit,vt mihi conferatur, & in his impetrationibus oportet exprimere beneficiū,quod impetrans scit se habere Rom.consi.481.præsentis. & etiam beneficij qualitatem,ac modum vacationis,perinde acsi de nouo impetraretur. Feli.in c.in nostra. correla. 15. de rescrip.quia ex hac gratia nouus acquiritur titulus.Barb.ibidē.col.vlt.Et in hoc attēditur euentus finitæ litis,quo ad effectum. de Ripa in c. eam te. nu.27.de rescrip.Domi.consi.29.dominus Ioannes.col.vlt.vbi dicit multas literas si neutri,impetrari posse,& si primæ, valeāt, non valebunt secundæ:sed si primæ non valeant,secundę valebunt.Etiam in his literis debet exprimi status causæ.c.inter.de re iudi.imò etiā omnia quæ possunt mouere papā ad concedendū,vel denegandū.Rota decisi.238. impetrans.in nouis.Nico. Milius in reperto.in verbo gratia.§.90. incipiē. vel debet,&c.

quauis[a] occasione vel causa latis

De rescripto in forma dignū arbitramur

¶ Aliud est rescriptum in forma dignum arbitramur,& est quādo papa alicui facit gratiam de beneficio vacante,vel vacaturo, committendo alicui,quòd si impetrans repertus fuerit idoneus, quòd eidem prouideat,& de hoc loquitur.cle.vna.& ibi glo.de offi.deleg.Feli.in c.postulasti.col.3.de rescrip. & in c.fi.de præsump.sed in Francia rarò vsu venit,& nunquam vidi impetrari.

¶ Aliud est rescriptum vnionis,de quo in c.sicut vnire.de excessib.præla,Pet.de Perus.in tract.de vnio. eccle. & in tract.de reuocatio.vnio.vbi plenè & notabis hæc rescripta gratiæ,quibus frequentius vtimur,quàm aliis.ideo ea annotare volui.

¶ Sed si de his & aliis abundè videre cupis bone lector , vide quæ plenè scripsi in praxi beneficia,in qua & rescripta ad vacatura, & ad vacantia t.a?taui , & quæ in Franciæ praxi quotidie versantur.

Absolutio in literis gratiæ posita,in quibus casibus non prosit.

a ¶ *Quauis occasione vel causa latis*] Hæc tamen absolutio non prodesset,si impetrās esset excōmunicatus propter hæresim.Hostien.& alij in c.excōmunicamus.§.credentes, de hæret. Feli.in c.apostolicæ.col.1.de excep, nec etiam prodest his qui cōmiserunt falsum in literis apostolicis , de quibus dixi in bulla cœnæ domini.arti.4,nec impediētibus nuncios publicos,seu executores apostolicos.reg.cancel.cle.7.regu.72. & archiepiscopus Floren.in 3.parte suæ summæ.tit.24.c.13.de excom.& titu.seq.nec prodest non parentibus rei iudicatæ,vt est in regu.77.Pauli pa

pæ tertij, vbi ſcripſi. Quid de vtentibus literis falſis? ibidem vide. & D. Ruſæum in tract. iuris regalio. in 20. priuileg.

¶ Idem ſi impetrans in excõmunicatione inſorduerit vltra annum, vt in d. regu. declaratur. Feli. in d. c. apoſtolicæ, & quia male videtur ſentire de fide, qui tanto tempore perſeuerat. Ita firmat Boer. in deciſ. Burdegal. q. 290. duo permutauerunt. dicens ita fuiſſe in ſenatu Burdegalẽ. iudicatum. gl. in c. fi. de pœnis. doct. in c. 1. de iudi. niſi iſta crimina exprimerentur. Do. Auriol. in ca. cũ contumacia. de hæret. in 6. ſed pars hęc nõ ſolet exprimere, nec papa cõcedere. Imo anno 1228. & in mẽſe Aprilis, à rege Ludouico ſancto fuit edita his verbis, cõtra iſtos inſordeſcentes conſtitutio, ſtatuimus quòd excommunicati, ſi perſiſtãt vltra annũ in excõmunicatione, quòd bailliuus bona illius mobilia, & immobilia poſt annum capiat. donec abſoluti fuerint, & eccleſiæ ſatisfecerint, nec tunc etiã niſi de noſtro ſpeciali mãdato, & ſic ſolent impetrari literæ regiæ à cãcellaria, per quas hoc permittitur officialibus tantum regiis, non dominorũ baronũ, vel aliorum, vt vidi ſeruari. ſcipſi in repe. ca. poſtulaſtis. no. 4. de cleric. excõmu. Imo anno 1515. die vltima Iulij fuit monitio abuſiua declarata, eo quòd officialis monuiſſet excommunicatum poſt annum vt abſoluere ſe faceret.

Regia ordinatio vt bona inſordeſcentis poſt annum vendi debeant.

Arreſtum.

ſi quibus quomodo libet [a] ĩnodatus

¶ Item non proderit hæc abſolutio poſt actum, ideo in prouiſionibus ſolet apponi ad effectum præſentium dutaxat conſequendum. Puto etiam quòd non prodeſſet his qui interfecerũt, vel verberauerunt cardinales aut epiſcopos. c. fœlicis. de pœnis. in 6. cle. 1. illo tit. plenè ſcripſi in d. bulla cœnæ domini. artı. 8. vbi contra iſtos appoſui octo pœnas.

a ¶ *Innodatus*] Et ſic abſolutio poteſt fieri ſub conditione. An præſupponat excommunicationem? probatur in l. non vtique, & ibi addidi. ff. de except. & per Innocen. & alios in c. venerabilem. de electio. Ludo. Roma. pleniſsimè ſcribit in l. cum mulier. ff. ſolu. matr. Iaſ. & alij in l. decem. de verb. oblig. vbi concluditur quòd non, quia ſolet peti ad cautelam, & bonarũ mentiũ eſt timere culpã, vbi nõ eſt. c. 2. de obſeruatio. ieiunio. Feli. in c. cũ venerabilis. col. 4. ver. an & quando reus. de except. de hoc dixi in quodã meo cõſilio cũ diſtinctione. Et ſic licet excõmunicatus impœnitẽs non poſſit abſolui. c. cũ aliquis. 11. q. 3. tamen quãdoque contrariũ ſeruatur, vt hic. nã & impœ-

nitens & inuitus hic absoluitur.etiá testis,vt ferat testimonium, Anto.But.in c.veniens.2.de testi. Imol.in c.ab excómunicato. de rescr.durabit tamen semper peccati vinculú.c.quod quidam. de pœni. & remiss. & an legatus de latere sic possit absoluere, téque à quibusuis excommunicationis,&c.& ab omni alia excó municatione? Feli.in c.ad eminentiam.in fi.de senten.excómunic.tenet quòd sic,etiá si absolutio esset reseruata papæ, nisi in septem casibus ibidem traditis per eum.ideo solet in suis literis exprimere hác clausulam, téque à quibusuis excommunicationis,&c.vt sæpius vidi.non potest tamen episcopus non vocata parte absoluere excommunicatum.gl in c. excommunicatos.11. q.3.nisi proprio motu excommunicauerit,vt ibidem dicitur.& sequitur Bald.in l.si pacto.col.1.C.de pact.

Legatus in suis literis absoluit.

Electio conditionalis & alternatiua collatio, an valeat & acceptatio.

¶Notandum est quòd non valet electio vel postulatio sub có ditione,vt eligo talem si episcopus eum elegerit. nec electio alternatiua,vt eligo talem aut talem. nec incerta eligo talé quem episcopus eliget.text.in cap. 2. de elect. in 6.tum quia actus legitimi non recipiunt diem,nec conditionem.regu. actus legitimi.tum quia ecclesia,quæ est sine macula, vota sua diu eludi nó est passa.arg.l.2.C.de sponsa.etiam quia posset dari via eligendi seipsum: vt eligo quem episcopus. & episcopus illum eliget, arg.c.quanto. de diuort. & aliæ multæ fraudes possent contingere contra consilium.c.cum in cúctis. de electio. ita Hostien. ibi,renunciatio etiam non valet,si fiat sub conditione, si placuerit patruo meo,si eidem non placeat.Domi.de Rota, decisio.vlt.de renunciatione.

¶Intellige prædicta quádo incertitudo versatur circa personá electi, vel circa modum eligendi. secus si incertitudo versetur circa modum vacationis: vt eligo talem ad beneficium vacans per mortem talis,vel alio quouis modo vacet.Lappus allega.6. in hac.vel si diceret, eligo prout melius de iure possum, tamen non valeret si sonaret in conditionem,vt eligo si vacat. Archi. Domini.& Perus.in d.c.2. secus in collatione, quæ bene valet sic,confero si vacat,vel si tali modo vacet, vel tali, vel non expresso modo vacandi, cum hoc exprimere non sit de substátia, quia tacitè inest.glo.& docto.in d.c. 2. Nicolaus Milius in reperto.verbo beneficiú.q.1.& q.56.Domi.consi. 84. quia istud. col.2.Mandago.in tract.de electio. c.26. Feli. in c.cum ex officij.col.penult.de præscriptio.de Ripa,lib.2. Respon.cap.22.

¶Non tamé valet si dicat,si qua præbéda vacat, illam tibi cófe

ro: quia certum quid conferre debet vel confero si tibi de iure debeatur. Domi.in c.dudum. in fi.de præb.in 6. quia collatio pura esse debet.vt supra dixi.& sequitur Feli. in c. cum contingat.col.penult.de officio delega, nec valet etiam acceptatio facta si placuerit Regi,vel episcopo, secũdum eum ibi. & Domi. in d.c.2.de electio.in 6.Sed acceptatio bene potest fieri,si mihi debeatur.gl.et docto. in c.2.in fi.de rescrip. in 6.& glo.in §.item quòd ad dictas.in verbo nominatorum.de collatio.in pragma. sanct.vide Anchar.in con.413.vltra.

existit, ad [a] effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie [b] absoluentes, & absolu-

¶Item præsentatio potest fieri sub alternatione, & alio modo etiam incerto,vt dicit gloss.in cle.vlti.de iure patro. Ias. consi. 162.in causa.col.4.in 2.vol.Curt.in trac.de iure patro.in verbo honorificum.q.9.& Paul.de citad.eod.tract.in 6.parte. q. 46.

a ¶*Ad effectum*] Non prodesset ergo ista absolutio quo ad ferendum testimonium.c. veniens. 2. de testi. nec vt posit celebrare,vel horis interesse,nec ad alia,sed ad effectum tantum impetrationis. ideo non posset eidem conferri ab ordinario beneficium,si ante collationem non fecerit se absolui per.c. postulastis.& ibi dixi fusius de cleric.excommu.ministrã. & declaraui hoc verbum in rub.de reserua.supra in §.fi.

b ¶*Absoluentes*] Alioqui non valeret mandatum ab excommunicato impetratum.c.1. de resc.in 6.nisi in viginti casibus quos congessi in repetitio.c.postulasti.in additio.de cler.excom.ministran.& hæc clausula solet apponi in quibuscunque impetrationibus gratiarum. in literis iustitiæ non vidi apponi: sed in quibusdam mandatur absolui ad cautelam.

¶Quæro an prosit hæc absolutio si impetrans non procurauerit absolui, & tempore vacationis beneficij ac collationis sit excõmunicatus,illique fuit facta collatio: videtur quòd prosit, quia hic absoluitur ad effectum præsentium consequendum,effectus mandati est collatio,ergo ad hoc proderit absolutio: alioqui mandatum non prodesset. In contrarium videtur, quia absoluitur,vt impetratio valeat.d.c.1.& dixit duntaxat,alioqui remaneret in sua proteruitate, quod esse non debet. c. vt clericorum,de vita & honest.clerico.cum habeat mẽsem antequam possit acceptare,intra quem petere absolutioné poterit: si non

Mandatario excommunicato an posit conferri beneficium.

petat, imputetur eidem, si poterat eam obtinere aliàs præberetur via conténendi claues ecclesiæ, cui est obuiandū.c. grauem. de pœnis.& daretur materia delinquendi, quod, summmopere iura abhorrent.l.conuenire.ff.de pact.dotal.c.ex parte. de verbo.significa.& absoluit ad effectum præsentium consequendū. quod debet intelligi si fuerit capax tépore vacationis beneficij.nam si interim mādatarius cómitteret homicidiū, nō posset tempore vacationis beneficium acceptare, sic nec hoc casu quando non est capax per excommunicationem. Forte est excōmunicatus post impetrationem, & tempore quo beneficium ei consertur.

tū fore censentes, necnó [a] oīa & singula beneficia ecclesiastica cū cura & sine cura, quæ præfatus N. etiā ex quibusuis apostoli

¶ Differentia est enim impetrationis vacantis beneficij, & vacaturi. quia impetratio vacantis beneficij valet cum hac clausula sine alia absolutione. secus in mādato, & in literis ad vacatura, ne duo specialia cōcurrát.l.1.C.de dotis promissione, videlicet, vt valeát literæ mádati, & vt possit habere beneficium sine alia absolutione. quod non est dicédū facit.c. gratia. de rescrip. in 6.c.nō potest.de præb.illo lib.vbi licet impetratio valeat, tamen non proptera erit habilis impetrans in aliis. imo quando depédet à potestate excōmunicati, vt posit absolui, & non curat, non debet eidé prouideri de fructibus beneficij, etiam quátum ad necesitatem vitæ, nisi in mortis articulo.glo.& doct.in c.pastoralis.in glo.vlt.de appel. Archi.& Præpo.in c.præter.32. distinct. Facit quod si excommunicatus impetret rescriptum super cōsecutiuis causæ, & dependentibus.valebit, nō poterit tamen actus in iudicio postea facere, nisi sit absolutus, videlicet producere testes.& alia facere. Io. Andr. in regula vtile. de reg. iur.in sexto, in mercurial. docto.in c.1. de rescriptis, illo lib.sic nec iste excōmunicatus poterit acceptare, vt ius cōsequatur, antequam sit absolutus, licet mádati impetratio teneat, quia licet excōmunicatus admittatur ad se defendendū, tamé si posit obtinere absolutionem, repelletur. Cald. & alij in c.ab excommunicato.de rescr. Fel.in c.intelleximus. de iudi. & an quis posit probare absolutionem ab excommunicatione, vt beneficiū impetratum obtineat per solum suum confessorem.tradit Calder. con.2.an si opponatur.rub. de test.quod non, tu illum videto.

Absolutio an posit per confessorem probari.

a ¶ [*omnia & singula*] Quoniam multa per surreptionem solent euenire.

euenire. c.transmarinos.[¶]98.dist. ideo hec clausula tollit surreptionem.nam teneretur alias impetrans beneficiũ quātumcunque modicum exprimere.c.si motu proprio.de præb. in 6.c.ad aures. &.c.si proponente.cum similibus.de rescr. Alioqui mandatum esset nullũ, & alia quæuis impetratio apstolica,vt ibi. Et notat.Feli.in c. nonnulli.col.7. &. c. in nostra. plenè per illũ text. corre.9.de rescript.per.l.qui iure.de testamen.mili.&.c.1.de trāsac. Facit quod expressum dicitur etiam in genere. Bart. & alij in l. 1.ff.de vulga.& l.pretor.§.1.de no.ope.nunciatio.& hęc expressio valet,vt ibidem dicitur.& valet hæc expresio generalis tantum,quantum si singula expresim enumerarentur.tex.singu.& ibi glo.in l.omnes.C. de præscript.triginta vel quadraginta annorum.Ias.in l.1.in fin.ff.si quis in ius voca.non ierit. & dico fusius infra in verbo pro expresis.

cis dispensationibus [a] obtinet &

¶ Nota tamen quòd aliquādo inuenitur in literis,tibi,qui vt asseris,in decimo tuæ ætatis anno es cōstitutus.c. cum uenissent. de eo qui mittitur in possesio. capitu.1.& 3. de offic. delega.c. iurauit.vbi Barba.de proba. & tunc oportet probare asserta in bulla,& nisi ita sit,gratia surreptitia reputatur,secus si impersonaliter dicatur.vt asseritur,argu.authen.si quando.C. de constituta pecuni. Rota. decis. 74. nota quòd vbi alicui. & decisio. 727.nota.quod si ponatur.in antiq.& deci.6.rubr.de præb. Sic consuluit Card.in consil.69.vacante.col.vlt.& Cassado.in decis.vlt.de iure.patro.Et de stylo curæ Roma.est ꝙ quādo impetrans est supplicans, vt dicatur in literis , vt asserit,quando duo supplicāt vt asseritur,vel vt asserũt.c.ad hæc.de rescr.vt in permutantibus.quando verò alius pro eo supplicat,dicitur, vt accepimus.quando motu proprio papa facit.c.cum clerici.& seq. de pac.c.ex literis.de pigno.teste Prouincial. curiæ Roma. fol. 55.versicu.item no.quod vt asserit,&c. De verbo vt præmittitur quid significet,explicat glo.& ibi docto.in c.cupientes.§ quòd si per viginti.in verbo priuatos.de electio.in 6. *De verbis vt asserit vt asseritur & vt accepimus.*

a ¶ *obtinet*] Tunc dicitur obtinere,quando habet ius in re. Archi.in c.si gratiosè.columna 1.de rescrip.in 6. & sic non dicitur quis obtinere beneficium ante collationem & acceptationem, nec tunc dicitur vacare in curia. Dominic. & Perus.in capitul. præsenti.de præbend. in sexto . vnde si electus non confirmatus moriatur in curia , beneficium non vacabit ante con-

firmationem, per mortem suam. teste Aret. in ca. super his. col. 7. num. 17. de accusa. vide glosam & doctor. in cle. si Romanus. de præb. alteram glosam in verbo literas. §. 1. supra titulo proximo. Idem in verbo pertinere. Ancha. in c. præsenti. &. c. seq. de præb. in 6. Dixi in verbo pertinentem. §. 1. supra titu. proxi. tex. & ibi docto. in cap. si gratiosè. de rescrip. in 6. & de Rota. decis. 274. in antiq. dixi in glo. obtineat. in §. volumus. de colla. supra.

expectat [a]: ac in quibus, & ad quæ ius sibi quomodolibet competit, quæcunque, quotcunque & qualiacunque sint, eorúmque [b] fructuum, reddituum & prouentuũ

a ¶ [*Expectat*] Eo apponitur, quia tam de iure in re, quàm ad rem, est facienda mentio in literis gratiæ. c. in nostra. de rescript. facit ca. 2. de filiis præsbyter. vbi in secunda dispensatione cum certa moderatione concessa, licet non tribuat ius etiam ad rem, sed impetrans habilis sit, quis tenetur facere mētionem primæ. quod est not. & de hoc satis dicitur in d. c. in nostra. & per Panor. in c. veniens. nu. 16. de præscriptio. & sic propter hanc clausulam valebit mādatum secūdum, etiam non facta mentione primi, licet alias contra in ca. duobus in fi. de rescript. in 6. Nicol. Milius in verbo gratia. §. 96.

Clausula si non sit alicui ius quæsitum. ¶ Et quando mandatur prouideri, si nō sit alicui ius quæsitum, intelligitur de iure in re, non ad rem. Cald. consil. 8. in fi. de rescrip. Roma. consi. 256. approbo. in fi. Ant. Imol. & alij in c. causamq; de rescrip. per text. in ca. vlt. de concess. præb. in 6. Feli. in. c. mandatum. nume. 5. de rescrip. tamen Aegid. de bella mera in consi. 34. supposito. col. penult. tenet non tolli per hanc clausulam ius quoquo modo quęsitum, etiam ius ad rem. ibi vide fusius. Primum tamen commune est quod sequitur Feli. in c. super literis. col. 7. versicu. 5. regula. &. c. causam. col. 11. de rescrip. vbi etiam declarat, quando papa dicit, non obstante collatione, debere intelligi de inualida & per hanc clausulam papa declarat se nolle præiudicare iuri tertij. reg. cancel. 16. vbi dicitur. in impetrationibus apostolicis solere apponi. & operatur quod si nō fiat mentio possessionis coloratæ, valebit tamē impetratio cum hac clausula, licet aliàs non valeret. tex. & ibi Ioā. And. & Imol. in ca. cum in nostris. de concess. præb. & in ca. literas. ibidē. not. in c. quanuis, de rescrip. in 6.

b ¶ [*Eorúmque fructuũ*] Quia verus valor tā beneficij impetrati quàm

quàm illius quod impetratur, debet exprimi. d. c. in nostra plenè Feli. in c. ad aures. ibidem. de valore exprimendo, dixi in tract. nomina. q. 9. & in §. fi. supra. de máda. Apost. hic non repetitur.

veros annuos valores, ac huiusmodi dispensationum [a] tenores

a ¶ [*Dispensationum*] Impetrans secundam dispensationem, tenetur facere mentionem de prima, & idem in aliis prouisionibus à papa, vel legato sibi factis. ca. 2. de filiis presbyte. in 6. ca. vlt. de off. leg. eo. lib. secus si fiat ei prouisio ab ordinario. clem. vlt. de offi. ordi. & dixi supra eo. in gl. expectat. nisi impetrauerit indultum à papa quòd in aliis impetrationibus apostolicis non teneatur facere mentionem. ita consului cuidam spurio legitimato. Fallit etiam quando Rom. pontifex vult dispensationes haberi pro expressis, & earum tenores, prout hic, vt fictio tantum operetur in casu ficto, sicut veritas in casu vero. l. filio. ff. de libe. & posthu. Item si aliquis sit dispensatus, vtpote illegitimus, ad vnum beneficium curatum, non poterit permutare cum alio curato, sed dispensatio intelligetur de primo. c. non potest. de præbend. in 6.

Dispẽsatio secunda an debeat facere mẽtionẽ primæ, & quãdo.

¶ Item quando dispensatio additur dispensationi, tenetur quis in secunda mentionem facere primæ, secus si non adderetur dispensationi, vt si cum illegitimo, vel homicida sit dispensatum, non obstante dicto defectu possit beneficium ecclesiasticum consequi, si ipse postea impetret beneficium non facta mentione illius dispensationis, valebit impetratio, cum non sit noua impetratio, sed executio dispensationis iam factæ. vt firmát Io. And. & Perus. in c. vlti. in fi. de filiis presbyte. in 6. ego vellem mentionem facere, vt lites omnino euitarentur.

Bona cautela.

¶ Item dispensatus ad duo beneficia intelligetur de duobus primis. per d. c. non potest, quod est intelligendum quando ea habuit cum effectu, alioqui si duo fuerit prosecutus in iudicio, & super illis succubuerit, poterit alia duo habere. teste Anchar. in c. 2. de filiis presbyter. lib. 6. Bald. in c. olim. col. 2. de rescrip. dixi in l. boues. ff. de verb. signi. Aegid. Bella mera. consil. 32. pro introductione. Et ista fuit opinio Archi. in c. fi. de filiis presby. lib. 6. quæ semper in curia Romana, & palatio Apostolico fuit seruata, teste Aegid. de bella mera. decisio. vlti. Ideo solet apponi in dispositionibus, quòd loco dimissi vel dimissorum possit aliud, vel alia simile, vel similia recipere. Et quoties sibi placuerit, illa dimittere, simul, vel successiuè, simpliciter, vel ex causa

Clausula loco dimissi, &c.

permutationis, & illis dimissis aliud, vel alia, simile vel similia, vel dissimilia recipere, & quo ad vixerit retinere, & c. sic consuluit Domini. consi. 97. Titius habuit, &c. Decius consil. 169. & diligenter. col. 1. abunde tractaui in forma dispensa. in praxi benefic. in 2. parte.

¶ Et si huic dispẽsato conferatur vnum beneficium à papa antequã illud acceptet, ordinarius illud conferre non poterit, quia non est liberum, & si ordinarius contulerit, antequam ille acceptet, non tollitur illi facultas acceptandi. per cap. si tibi absenti. de præben. in 6. Tamen contrarium fuisse iudicatum mihi relatum est, anno 1534. in vigilia Purificationis. & hæc dispensatio non retro trahitur, prout consuluit Oldra. cons. 325. thema. col. 2. & ad petendum eam requiritur speciale mandatum. Panor. in c. innotuit. col. 2. not. antepenul. de elect. potest tamen à superiore cõcedi motu proprio. Panor. in c. cum in cunctis. §. 1. col. vlt. de elect. vide doct. in c. nonnulli. §. vlt. de rescrip.

Arrestum.

¶ Et qui dispensationem allegat, illam probare debet. tex. in ca. cum Vintoniensis. & ibi Card. 3. not. de elect. & c. fi. de schismaticis. vbi idem Card. notat.

Legatus nõ dispensat extra legationis territorium cõtra Decium.

¶ Quæro an dispensatus per legatum vt plura posit obtinere beneficia, posit ea obtinere extra territoriũ legationis? Decius consi. 207. pulchrum. consuluit q̃ sic, per aliqua fundamenta satis debilia. Sed ego tenerem cõtra. per tex. in l. 1. ibi, potestatem autem non exercet, nisi in ea prouincia sola, quæ ei decreta est. ff. de offi. proconsul. & lega. glo. in c. dudum. 2. in verbo intitulatam. de electio. & istam opinionem tenuit Io. And. Domi. & Perus. in c. cum ex eo. in verbo subiectas. de elect. in 6. nam papa, qui habet maiorem potestatem quàm legatus, quando legitimat aliquem, non legitimat extra terras ecclesiæ ad succedendum. Bald. in l. 1. C. de iure aureo. anulo. Ferra. cautel. 1. faciunt no. per docto. in l. 1. C. de sum. trini. & limitatum est legato territorium, ergo extra non poterit. arg. l. fin. ff. de iurisdict. omniũ iudic. & l. in agris. de acquir. rerum domi. & adducta per doct. videtur tolli per Bar. in l. pupillo. ff. de tutor. & curato. datis ab his. glo. in l. non solùm. §. & qui in testamento. de excusa. tutor. & ego ipse sigillatim respondebo, cum operæpretium fuerit.

¶ Item legitimatus per imperatorem non succedit in bonis in terris ecclesiæ sitis. Ludo. de Sardis. in tracta. de legitimatione. in §. de legitimationis. per rescriptum effectu. q. vlti. Sic expressim tenet Chassanæus, in consuetud. Bur. in §. 16. in glo. 1. rubri.

des

des mains mortes. vbi plenè probat, tu illum videto.

¶ Quanuis do. Philip. Probus teneat contrarium in cap. officij. de offic. lega. in 6. quia dispensatio respicit personæ habilitatē, non locum, ideo ego consulerem sic, quod legatus potest dispensare cum suo subdito ad duo beneficia, quæ postea poterit obtinere dispensatus etiam extra prouinciam legati, quia est habilis, quocunque se vertat, & ita intelligatur sententia Probi.

¶ Sed si legatus vellet dispensare cúm non subdito, non posset, vtpote si legatus Auenionen. vellet cum Hispano, aut Gallo dispensare non commoranti Auenione, vel in prouincia legati, & tunc nō posset, vt ita intelligatur supradicta opinio, per ea quæ not. Hippo. in l. fina. ff. de iurisd. om. iudic.

¶ Notandū, est quòd quando legatus, vel alius, virtute specialis potestatis sibi cōcessæ dispensat, ꝙ debemus recipere, & custodire literas, non solū dispensationis, sed etiam potestatis sibi cōcessæ. Panor. in c. fraternitati. de scisma. & in c. quod super. col. 2. de fide instrumen. gl. & docto. in ca. cū in iure. de offi. delega. Et an sub generali dispēsatione ad quæcunq; beneficia etiam si curā habeant animarū, intelligatur facta dispensatio ad beneficia in cathedralibus ecclesiis existentia. quod sic, tenet Domi. in ca. 1. de filiis presbytero. & Ias. consi. 104. circa. col. 2. in 1. volu.

Potestas legati recipienda.

¶ Notandum est quòd nunquam dispensatio datur per breue, nec rehabilitatio, vt in regu. Alex. papæ. 6. continetur. in rub. de signatura gratiæ. & hæ dispensationes si fiant sine causa, dispensatus non erit tutus quo ad Deum. gl. sing. in ca. non est. de voto. quam ibi sequuntur doct. & Panor. in c. significasti. nu. 8. de elect. & in ca. cum adeo. de rescript. & in c. extirpandæ. in repe. §. qui verò. col. 12. de præb. Archi. & alij in ca. licet. canon. de elect. in 6. Perus. in rub. de testamen. col. vlti. lib. 6. Oldra. consi. 325. thema quæstionis. col. 1. & consi. seq. Ancha. consi. 313. nisi legibus. in fin. glo. in verbo postulastis. §. cui rei. de collat. in pragma. Feli. in cap. ad audientiam. 2. col. 4. versic. nihilominus. de rescrip. & in cap. postulasti. col. 16. versicu. quartus casus. de rescrip. & idem tenent theologi, quos refert Adria. de Traiecto in quæst. in 6. quolibet. articu. 2. & Asten in sua summa. rub. de dispensatio. lib. 6. tit. 2. arti. 4. quibus assentit Angel. in summa angeli. in verbo dispensatio. §. 3. etiam si fiant à papa: quia ex officio sibi commisso tenetur facere sicut bonus dispensator, fidelis, & prudens, vt Lucæ 12. dicitur: Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus.

Dispensatio non datur per breue, & sine causa facta nō prodest.

¶ Vbi primò declaratur fidelitas, videlicet vt in dispensando habeat rationem ad bonum publicum. Aliàs dicitur infidelis. Floren.1.parte summę,titu.17.c.vlt.Panor.in d.§.qui verò.col. 13.Deci.consi.602.viso puncto.col.3.& seq.vbi plenè dicit.

¶Secundò,pōderositas(vt dicunt)videlicet vt dispensans prudenter consideret causam rationabilem,& qualitatem personarum.ibi,prudens.Nam dispensare est diuersa pensare. glo. in c. requiritis.§.nisi rigor.1.q.7.

¶Tertiò, requiritur potestas super eo, cum quo dispensat. ibi probatur,quem constituit dominus. Ideo legatus non dispensat sine causa,etiam in illis casibus,in quibus papa posset. Innocen.in cap.dudum.in 2.in fin.de electio.Feli.in d.ca.postulasti. versic.quartus.& episcopus & archiepiscopus sine causa dispensantes debent deponi,si accusantur.c.1.& vlti.21. distin.Panor. & Imol.in c.de multa.de præben.Feli.in c.constitutus.col.8.de rescrip.sed bene multi hodie deponerentur.idem si ex falsa causa.Oldra.consi.256.Clemens.

Pœna episcoporũ sine causa dispẽsãtiũ, et quæ sint iustæ causæ.

¶Iustæ dispēsationis causæ sunt necessitas.c.tali.1.q.7. Panor. in c.de multa.&.c.quanto.de transla.episco.c. quod pro remedio.1.q.7.Vtilitas.gl.in c.vt constitueretur.50.dist.ca.ipsa pietas.in fi.23.q.4.Iaco. Bonaud. in additio. ad Ioan de terra rubea.fol.105.conclu.9.Personæ etiam qualitas.c. didici. &.c.tali.1.q.7.c.de multa.de præb.Item religio.c.monachus. 77. dist. c.cum illorum.de senten.excom. Ipsa pietas.glos.& doct.in c. requiritis. §. nisi rigor.1.q.7. & aliæ causæ ad istas reducuntur. Nec est omittēdum,quòd dispensatio differt à priuilegio, quia hoc sine causa conceditur, dispensatio cum causa, vt proximè dixi,qua existente falsa vitiatur. Panor.in c.quia circa.col.2.de consang.Deci.consi.681.in causa.col.penul.& consi.695.num. 14.& hæ dispensationes strictè sunt interpretandæ. ca.1.de filiis presby.lib.6.gl.in verbo dispensationes.ca.ordinarij.de officio ordi.in 6.nisi in casu posito infra in gl.motu proprio.in 4.effectu,& per Panor.in c.fi.de Symo. & Ias.in l.si ita scriptũ. in fi. principij.ff.de libe.& posthu. & per Feli.in cap.postulastis.col. 11.nu.9.de rescrip.& nil eis accrescit.Bald.in l.1.col.1.C.de indict.vidui.tollen.intantum,quod non fiet extensio ad casum etiam habentem maiorem rationem.c.fina.de transla. episcopi. Panorm.in c.ad aures.col.3.de rescript.Ideo dispensatus, vt nō obstante defectu ætatis possit habere beneficium curatum,non intelligitur dispēsatus super administratione bonorũ,nisi aliud appareat

Dispēsatio an differat à priuilegio.

appareat ex voluntate principis. Ancha.in c.1.de ætat.& quali. in 6.Feli.in cap.edoceri.col.2.de rescrip.Rota in decis.136.voluerunt. in nouis.

¶ Extenditur tamen ad necessaria consecutiua.glos.singul.in c. quia intantum.de præbend.Feli.abundè in ca.postulasti. de rescrip.& Probus in additio.ad Io.Monach.in d.c.vno.col.pen. de æta. & qualita. in 6. ideo illegitimus dispensatus, vt possit promoueri ad ordinem episcopalem,videtur etiam dispensatus ad minores.Bonifac.in clemen.1.num.34.de præben. plenè Feli.in d.ca.postulasti.vide Io.de Lopis.in repet.l.si pater.nu.225. cum sequen. C.de hæredib. institu.Decium in c. at si clerici.§. fin.de iudic. *Dispensatio quando extendatur.*

¶ Vidi dubitari de eo qui erat dispensatus ad tenendum ecclesiam sancti N. Quæ forsan parochialis existit, vel forsitan erat natus ex consanguinea, an valeant ista rescripta, dicerem quòd sic,quia forsan,vel forsitan etiam est nota assertionis,ideo papa videtur dispensasse,ac si non dixisset forsan, vt in euangelio, si cognosceretis me,forsitan & patrem.glo.in cap. super literis.in verb.nisi forsitan.de rescript.glo.in c.nisi.in verb.forsan.de renuncia.& in c.2.de testa.glo.in l.si duo.ff.de recept.arbitr. Clemen.ne Romani.§.siue.de elect.l.si rem mobilem. ff.de acquir. possess.c.fin.de testib. Collecta.in ca. quid per nouale. col.3.de verbo.signifi.glo.in c.2.in fin.vt lite non contesta. *De dictione forsan vel forsitã.*

¶ Originem dispensationis, & quotuplex sit dispensatio, & alia multa vide per Specula.in ti.de lapsis & dispensationib.§.1. & 3. & vim dispensationis ad duo incompatibilia cum simplici signatura beneficia possidens est tutus,nec possunt impetrari.teste D.Gomes.in quæst.5.super reg.cancella.de non iudicando, iuxta formam supplicationis,& ita seruatur in Francia . & pro hoc facit glo.sing in cle.dudum.in si.incipien. verbo, de sepul. imò in foro conscientiæ illum esse tutum,scripsi etiam si adipisceretur possessionem cum signatura.in repet.cap.postulastis.in glo.1.de cle.excom.mi. Vnum tamẽ dolens dicam,quod ista tã facilis dispensatio totum destruit orbem , hæreses generat,templa subuertit, pauperes necat , doctos miseros reddit , scandala nutrit, stupidos in voluptate alit , adulatores allicit , literarum studia contemnere facit, bonos occidit, & vt paucis dicam, est omnis plenè mali seminarium,videmus enim hos sic dissipatos tres vel quatuor vnum deglutire regnum,quid isti tres boni vltra alios fecerunt, ignorat totus mundus. *Mala ex dispensatione prouenientia.*

Clausula pro expreßis habentes quid operetur.

a ¶ *Pro expreßis*] Hæc clausula operatur, vt omnia, quæ in mandato debebant exprimi, per hæc verba censeantur expressa, ac si specialiter & nominatim expressio facta fuisset, & quòd non sit opus alia expressione, testis est Feli. in ca. in nostra. correla. 9. de rescri. vbi se remittit ad ea, quæ plenè scripsit in c. nonnulli. illo tit. quod dictum pulchrè prosequitur D. Auriol. in additio. ad Guillel. de monte laud. in ca. si motu. de præbend. in 6. Decius consi. 373. viso consi. col. 2. nu. 9. & consi. 341. viso puncto. col. 1. ac consi. 542. visa. colum. 2. quod est repetitum consi. 695. visa. colum. 2. Et hoc fit per fictionem, contra quam non potest contrarium probari, videlicet quòd non sint expressa necessaria. cle. literis, de proba. glo. in l. conficiuntur. ff. de iure codicil. Doct. in l. si is qui. de vsucapio. Nec facta prodesset. l. retro. & l. in omnibus. ff. de capt. l. vna. in prin. C. de rei vxo. actio. Bonif. per illum tex. in cle. vna. §. 1. colũ. 2. de concess. præbend. Et hæc clausula st valde necessaria, tam in priuilegiis rescriptis, quàm in confirmationibus priuilegiorum, & habet vim specialis derogationis, & expressionis, quando dicitur, cuius tenorem vel tenores volumus haberi pro expressis, etiam si ad verbum de illo vel illis esset facienda mentio. l. omnes. & ibi glo. C. de præscript. 30. vel. 40. annorum. Felin. in c. nonnulli. col. 7. versi. addatis. de rescript. & in c. humanum genus. col. penult. 1. dist. Vide quot modis specificatio possit fieri, pulchrè per Barb. cõsi. 25. scribitur. col. 9. & seq. in 1. volu.

Contra dispensationes quæ mundũ destruunt.

præsentibus pro expresſis *

¶ Idem si dicatur, non obstantibus quibuscunq; priuilegiis, vel cõstitutionibus sub quauis forma vel expressione verborũ concessis. de qua clausula est tex. in c. fi. in fi. de senten. excommunicatio. in 6. quem tex. notat Areti. in c. 1. col. 6. de rescrip. & idem si diceretur, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, etiam si de ipsis esset facienda mentio specialis, & de verbo ad verbum (vt dicunt) & infra hoc modo exprimitur in fine huius formæ. c. vt officiũ. § compescendi. de hære. in 6. Alioqui si papa vellet derogare priuilegiis multis, necesse, haberet illa omnia exprimere, tam à se concessa, q̃ à prædecessoribus, quod fermè extenderetur ad infinitum, vt dicit Feder. consi. 47. habita. & ista est cõmunis opinio, teste Io. de Ana. in consi. 56. his quæ in facto col. 2. Ias. & alij in l. sed & si quis. §. quæsitum. notab. 1. ff. si quis cautio. & ita se habet stilus curiæ Romanæ. Anto. de Butr. cons. 2. Io. And. in c. vno. de exces. prælato. in 6. Angel. consi. 274. non

est

est dubium. Gemini. consi. 65. discutiam. col. antepenu. & consi. 120. quia in facto. Alex. consi. 215. nec arguendi sumus. col. 7. lib. 2. Nam scriptum, ad quod fit relatio, perinde censetur, acsi expressum fuisset specifice in scriptura, quæ ad aliam refertur. l. ait prætor. §. 1. ibi, sic accipiendum est quasi quantitatem nominauerit. ff. de re iud. l. asse. ff. de hæredi. insti. c. cum venerabilis. §. 1. de excep. & si aliud diceremus, sequeretur quòd papa & princeps possent sibi auferre per indirectum potestatem reuocandi legem, vel priuilegium à se concessum. nam si haberent expressam facere mentionem illius priuilegij, non recordarentur, & illud fortè non inueniretur. ideo ipsi nõ possent derogare, quod est absurdum, vt tenet Panor. in c. cum instantia. col. 2. de censi. Feder. d. consi. 47. & Collecta. in c. cum dilecta. colum. 1. de rescript. Ias. in l. prætor. col. 3. ff. de no. oper. nunciat. & Cardi. cõsil. 52. Gregorius. col. 2. & consi. 102. super facto. col. 1.

¶ Ista licet procedant in legibus, statutis, vel rescriptis seu ordinationibus principũ, quia satis habetur pro expresso illud quod lex vel princeps voluit haberi pro expresso, nisi vt superius dixi in glo. exprimenda. in §. 1. de nomina. reg. tamen secus est in actibus priuatorum, quia partes nõ possunt facere, quod habeatur pro expresso illud, quod specialiter exprimi debet. ca. qui ad agendum. de procura. in 6. l. sed & si quis. §. quæsitũ. & ibi no. ff. si quis cautio. ideo causæ grauaminis in interlocutoria non possunt haberi pro expressis à partibus. Alex. in l. quicquid. in 2. col. ff. de verbo. obliga. Angel. consi. 249. Philippus sic consuluit, etiam in diuisionis instrumento. Ias. con. 173. circa primum in fi. volu. 4. quia quanuis princeps & lex posint fingere, non tamen homo priuatus. Bart. in l. si quis pro. ff. de vsucapio. per tex. in l. si fortè. de castren. pecul. Areti. in d. c. 1. col. 6. versic. his tamen non obstantibus. de rescrip. nisi apponeretur in actu, in quo priuatus haberet plenam potestatem, vt in testamentis. l. si quis. in princi. & ibi Bar. ff. de legatis. 3. *Lex fingit non homo.*

¶ An legatus de latere posit hac clausula vti? plenè tradit Paul. rosel. i verbo legat. ĩ repto. Areti. qđ nõ, & si vterei nõ ꝓdesset. *Legatus nõ vtitur clausula ꝑ expressu habentes.*

¶ Secundò fallit, vt per Roma. con. 327. Istæ sunt rationes. col. 2. & per Io. de Ripa. in c. 1. nu. 80. cum seq. de rescript. Feli. in c. sedes. col. 8. versic. intellige secundo. & in ca. cum dilecta. col. 13. versic. amplia. 5. illo titu. Cardina. consi. 136. factum. col. penult. Calderi. consi. 11. Rub. de priuileg. Dec. consi. 165. viso tenore.

¶ Tertiò, fallit quo ad ista cõcordata, quia hæc clausula pro ex-

pressis,&c.nihil operatur quo adhoc,vt his concordatis per hãc clausulam derogetur,vt in §.1.versic. illam. de firma & irreuocab.concord.stabilit.infra.

¶ Quartò hæc clausula non operatur circa illa, quæ papa non vult haberi pro expressis. Nam hic tantum vult haberi pro expressis omnia beneficia,quæ mãdatarius obtinet,& veros valores illorum,ac dispensationes,& illarum tenores. Ergo si impetrans mandatum sit minor,vel aliam habuerit inhabilitatem,necesse est quod exprimatur,aliàs non valet mandatum. vt scripsi in regula cancellariæ 18. vbi vide. Intellige nisi suppleatur per clausulam sequẽtem motu proprio, & in quibus casibus poterit suppleri,vide glo.seq. Et anno 1539.in vigilia assumptionis beatæ Mariæ fuit reprobata dispensatio, in qua non erant expressa beneficia, quæ impetrans possidebat, licet ista clausula pro expressis esset in dispensatione descripta,& eodem arresto continetur, quòd clausulæ derogatoriæ non tollunt disposita in his concordatis.Feli.in c.nonnulli.de rescript.nu.6.& seq.

Arrestum. Dispensatio quæ nõ expresserat beneficia reprobata.

¶ Quæro quæ sint in his mandatis & aliis impetrationibus exprimenda? Respon.glo.in c. super literis.in verb. literas. de rescrip.& Feli.in c.in nostra.ibidem latè explicant.Ideo putarem sufficere,vt nunc ad eos reiicerem. Tamen quia nec omnes eum habent,& vt breuius comprehẽdam,quæ ibi dicit,& vltra eum aliqua addam, dico primò exprimendum esse in mandato, seu alia impetratione ad beneficia,quòd impetrans est clericus.c.cũ adeo.de rescrip.c.ex literis.de transact. Domi.consi.38.pro clariori.col.1.& hoc est de stilo curiæ Romanæ,vt dicunt doct. in d.c.cum adeo.& Perus.in c.si pro clericis. col.1.de præbend. in 6.tamen secundum eum alij ordines non sunt exprimendi, etiã si illa beneficia requirerent certum ordinem à iure. secus si à statuto fundatione,vel cõsuetudine. Imò etiam præsentatio facta de non clerico ad beneficium ecclesiasticum, nõ valet. Nicola. Mil.in verbo beneficium,in fine.vide plenè Paul.Parisien.consil.125.an collatio.col.1.vol.4. Et cognoscuntur clerici in tonsura.c.duo sunt.12.q.1.clem.2.& ibi.gl.de vita & honesta. cleri. etiam cognoscuntur in forma vestimentorum.ca.clerici.vltim. de vita & honesta. nam duo colores sunt eis prohibiti. d.cle.2. Item,in qualitate negotiorum,rub. ne clerici vel monach. Panor.in ca.contingit.2.de senten.excom.vide quæ scripsi in tracta.de pacific.posse,in decima limita. nu.286.cum seq.

In mãdatis quæ sint exprimenda.

Impetrans debet dicere se clericum.

Clerici quot modis cognoscantur.

¶ Secũdò,debet exprimi,si sit spuri⁹,& qualitas spurietatis. Fel. in

in c.postulastis.col.4.de rescri.per tex.in c.1.de filiis presb.in 6.

¶ Tertiò, debet exprimi quòd non est beneficium paternum, alioqui nó debetur. Ideo mortuo patre, qui habebat beneficium in ecclesia, non debebitur illud beneficium immediatè filio, etiam vigore mandati apostolici, ne videatur successio in beneficialibus, siue filius sit legitimus, siue illegitimus. c.2.c.ex transmissa.c.cum decorem.de filiis presby. Dec.in c.inter cæteras.2. notab.de rescript. & sic facit contra illos, qui petunt sibi conferri beneficia, eo quòd plures de sua familia illa habuerint. Ná hæc ratio ne beneficia iure hæreditario dentur, facit quòd repelli debeant. Panor. per illum tex. in ca. venerabilem. col.5.nu. 15.de elect.in eadem tamen ecclesia non prohibetur filius habere beneficium, vbi pater habet. Calderi.consi.1.rub.de filiis presby. nec est facienda mentio, quòd ibi pater habeat beneficium vel præbendam. Secus in officiis, quia suprema curia non solet recipere filium alicuius senatoris, si datum fuerit aliud officium eidem filio in eadem curia, si non fuerit expresse facta mentio, quòd pater ibidem habeat officium simile, & hoc etiam prohibet in fratribus lex regni.rub.*des presidens & conseillers*. artic.46. in ordinatio.regiis, vbi dico rationem vtriusque & dispensationem à rege requiri. nó tamen si impetraret officium paternum, vt ibi dixi. vide quæ abundè scripsi in praxi beneficia.in rescrip. dispensationis.

Filius an officiũ vel beneficium paternũ habere posit.

Duo fratres in eadem curia recipi non debent.

¶ Quartò, intrusio etiam debet exprimi.ca.cum iamdudum.de præbend.ne intrusi sint melioris conditionis, quàm alij, qui iustè assecuti sunt beneficia.glos.in ca.eum qui.de præbend.in 6. Aufrer.in decisio. Tholosa. q.483.quidam nobilis. Et intrusus dicitur propriè is, qui non intrat per hostium, sed ascendit aliúde.tex.solen.in c.relatum.in princip.de iure patrona.& aliis modis.de quibus per Feli.in d.c.in nostra. correla. 2.&.c. veniens. de accusa.& scripsi infra.de pacif.posseff.in glo.intrusus.

Intrusio exprimi debet.

¶ Quintò, etiam de fructibus receptis ratione iniustæ detétionis debet fieri mentio. Io. And.in additio.ad Specu.in ti.de lapsis, & dispensatio.§.dicendum restat.versi.sed pone aliquis. & hoc quádo ex perceptione fructuum fuit factus inhabilis, vt dicitur in c.quisquis.de electio.alioqui secus. Hosti. in c.dudum. in 2.de elect.& ibi Ioan. And.& alij.in glos.furtum. Imol.in c. postulasti.colum.penul.de rescrip.nisi in ecclesiæ vtilitatem fructus conuertisset. Nicol.de milis, in verbo gratia.quæst.16. Aufre.in decis. Tholos.quæst.483.quidam nobilis. Feli. in d. cap.

Fructus iniuste percepti exprimi debent.

postulasti.col.pen.vbi plenè distinguit,quòd si quis illicitè per potentiam secularem occupauerit beneficium, & receperit fructus ex illo, & postea illud impetrauerit non habita mentione fructuum, non valebit impetratio. & idem si aliud impetrasset. sed si ipse propria temeritate occupauerit sine laicorum potentia,quia non est factus inhabilis, & aliud beneficium impetrauerit,valebit impetratio.secus si illud quod occupauit. Ita Feli. videtur distinguere,vbi supra,quod est notandum. vide Cassado.decisi.6.de præben.& decis.seq. Et sic tenetur quis exprimere beneficium,quod inuaserat ,secus si iustè impetrat beneficiū, & non facit mentionem alterius beneficij quod inuaserat,quia tunc eo iure impetrato non priuatur: teste Feli.in d.c. postulasti.col.pen.de rescript.vide Aegid.de Bella mera, in c. dudum. 2.col.vlti.de electio.

Modicū est etiā beneficiū exprimendum.

¶Sextò,debet exprimi beneficium etiam modicum.cap.si proponente. de rescript.cap. si motu.& c.non potest.de præbend. in sexto.nam qui habet vnum beneficium,non est ad aliud idoneus.cap.is cui.de præbend.in sexto.Panor.in ca.super inordinata illo tit.etiam si eo fuerit spoliatus,cum in eo ius adhuc habeat, debet facere mentionem illius. Panor.in cap. cum teneamur.de præbend. nam qui actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur.l.qui actionem.ff.de regu.iur.plenè Feli.in cap. postulasti.colum.penult.de rescrip. Sicut rex per suam ordinationem reuocat secundum donum, si in eo non fiat mentio de primo, quæ ordinatio regia est registrata in camera computo. lib. C.fol.179.

Titu.suum clericus nō tenetur in impetrationibus beneficiorum exprimere.

¶Clericus tamen de suo titulo, vel patrimonio, non tenetur mentionem facere.teste Bald. in cap.cum adeo. nume.8.de rescriptis.& docto.in c.postulasti.ibidem,nec de stipendio quod ex ecclesia habet, quia non est beneficium ecclesiasticum, sed est prophanum. l. Aquilius regulus. de donat.ff. Bald. in cap. super literis. columna penultima. numero trigesimoprimo de rescrip.

¶Septimò,qualitas beneficij exprimi debet, videlicet an sit dignitas.cap. ad aures. de rescriptis. vbi plenè Felin. & in regul. cancella.63. in nominationibus. dixi in tracta.nomina. quæst. 9. an sit qualitas beneficij exprimenda, vbi concludo qualitatem tam beneficij habiti, quàm habendi exprimendam esse, & hoc est de stilo curiæ Romanæ. Et seruatur, vt tradunt doc.in cle.1.de præbend.

¶Octauò,

¶ Octauò, valor est exprimendus. d.ca.ad aures. gl.nota.in cle. 1.de præb. Galli tamen habent suam expreſsionem ex consuetudine. de qua dixi in §.fi.ſupra de manda.apoſto.

¶ Nonò, etiam beneficium manuale, quòd quis obtinet debet exprimi. Calder. conſi.9.tit.de reſcri.& conſil.6.& 30.de præb. de Ripa in c.ad aures.nu.65.de reſcript. quia de beneficio quocunque. quod datur in titulum, debet fieri mẽtio. nec ius distinguit, an ſit temporale, an perpetuum, ſecus ſi non detur in titulum, vt vicaria temporalis c.poſtulaſti.de reſcrip.gl.& doc.in c. ſi pauper.de præb.in 6.& manuale poteſt eſſe perpetuum, ideo pro perpetuo habetur gl.in cap.ſi gratioſæ.de reſcript.in 6.per. l.ſufficit.ff.de condictio.indeb. *Beneficium manuale quod quis obtinet.*

¶ Decimò, de penſione à Romano pontifice in titulum cõſtituta.c.ad audientiam.2.de reſcript.regu.cancel.61. vbi glo.in fin. Item de præſtimoniis. Oldra.conſi.81.quod proceſſus.& Cald. dicto.conſi.6.de præb.intellige vt per Domi.conſi.89.vacante & per ea quæ dixi in tract.de pacif.poſ.in 17.& 28.amplia.

¶ Vndecimò, de beneficio dato in commendam.gloſ.in ca.nemo deinceps.de electio.in ſexto.Cald.in iam dicto tit.de pręb. conſil.6.quia dicitur beneficiatus, qui illud habet. & commenda dicitur canonicus titulus.c.dudum.2. de electio.dixi in trac. de pacifi.poſſeſſ.amplia.5. *Beneficium in commendã datum eſt exprimendum.*

¶ Duodecimò, de iure ad rẽ, hoc eſt de alio mandato ꝙ habet, debet facere mentionem tex.& ibi plenè docto. in c.in noſtra. de reſcrip. ſiue impetrentur mandata eodẽ tẽpore, ſiue diuerſo. c.ex tenore.de reſcript. Dec.in c.cum teneamur. de præb.quia papa non intẽdit per ſuas literas iuri alteri quęſito (niſi hoc exprimat in literis) præiudicare, ſiue ſit præiudicium extinctiuum, ſiue dilatiuum.c.quanuis.&.c.ſi propter.de reſcrip. in 6.c.ſi ſuper.&.c.ſtatuimus.de offi.deleg.eo.lib.declara.vt in glo. expectat ſupra eo.dixi. Vt valeat ſecundum, per illud verbum, pro expreſsis, ſecus ſi per reſignationem. Caſſado.deciſ.16. vnus familiaris.rub.de præb.

¶ Decimotertiò, quòd is qui poſsidebat beneficium, cuius morte vacauit, erat familiaris papæ, vel alicuius cardinalis, Rota decisione 721.nota quòd dominus.in antiq.& regul. cancella.30. non tenetur tamen papa mandans conferri, facere mentionem de titulo collatoris, Barba.in ca.Raynaldus. columna 39.de teſta, allegat.c.dilectus.de præbend.

¶ Decimoquartò, de cura animarũ mentionẽ facere debet, quia *Curæ debet fieri mẽtio.*

maior idoneitas in illis requiritur. c. cum in illis. in princip.de præb.in 6.etiam in impetratione facta causâ permutationis, cũ sit eadem ratio.sic consuluit Aegid.de bella mera,consil.32.pro introductione,col.penul.versic.nunc venio &c, vbi etiam dicit quid in curato beneficio,quod regitur per vicarium, an debeat exprimi,quod non.ibidem vide.& in cle.1.de præbend. vbi dicitur non sufficere sic exprimere , cura animarum non negligatur,vel facere mentionem in literis executorialibus,vel in verbis executiuis.quando verò est cura annexa beneficio simplici,non requiritur expressio.c.super eo,de præbend.in 6,

¶Decimoquintò,debet fieri mentio de numero canonicorum quãdo vult recipi vltra numerũ,& sub expectatione primę prebendæ,quia in dubio non intelligitur summus pontifex velle derogare numero.c.constitutus,de rescrip. & an canonici possint derogare.vide Feli.in c.cũ accessissent.col,5. nu.11.cum seq. de consti.

¶Item mentio debet fieri canonicatus & præbendæ.cap.cum adeo.de rescript.sufficit tamen exprimere se habere præbendã, licet mentionẽ non faciat canonicatus, sed nõ econtrario,cum canonicatus sine præbẽda esse possit.c. cum M.de cõstitu. Rota.decis.2.vtrum.rub.de præb.Feli.& doct. in 3.no. in d.c.cum adeo.tutius est tamen vtrũque exprimere.Ioan.de selua in trac. de benefic.in 3.parte,q.11,nu.57.

De indulto vt nullus beneficia suæ collationis conferat.

¶Decimosextò,debet exprimi si quod indultum habeat episcopus,quod nullus etiam legatus possit beneficia ad suam collationem pertinentia conferre,alioqui mandatum non valebit,c. cum aliquibus.& ibi not.doct.de rescrip in 6.ideo infra exprimitur,& hoc est notandum propter cardinales Franciæ,qui ista habent indulta,de quibus vide Soci.consi.260.in causa. vol.2. solent tamẽ indulta excipere,nisi causa resignationis, nam tunc papa sibi reseruat,& sic nõ erit opus expresione in ea:aliàs sic. & per ista indulta papa non debet se ligare.

¶Decimoseptimò,de possesione alteriuscolorata.c.cũ nostris, de conces.præb.vide regu.cancel.32. Feli. in c.ex tenore. col.5. versic.limita.6.de rescrip.vbi dicit quod in omni impetratione debet fieri mentiò de alterius possesione, per text.in cap.2. de decimis.in 6.

De collatio

¶Decimooctauò,de collatione alteri facta,licet non fuerit per eum cui facta extitit,acceptata. glo.in c. gratia. in verbo ignoranti.de rescript. in 6. Item de electione est facienda mentio, quia

quia per eam ius quæritur in re.c.quanto.63. dist.& ibi gl. Panor.in c.nosti.&.c.transmissam.de electio.c.quã sit.& ibi Domi.illo tit.in 6.c.fi.vbi glos.& doct.de concessio.præb.illo lib. & sufficit per æquipollens exprimere. Bald.consil.209. casus talis.volu.1.De præparamentis tamen,vtpote quia vocati sunt canonici ad eligendum,non est facienda mentio. glo.in §.visum, in verbo nõ valeant.de colla.in prag. quia res tunc dicitur integra:text.in c.vbi.§.si verò.de electio.in 6.Item oportet confirmationem exprimere.Nicol. de milis,in verbo gratia.q.105. & seq.de postulatione secus, quia non quæritur per eam ius in re,cum postulantes possint variare ante præsentationẽ papæ factam.c.bonæ.2.& ibi Panor.in.3.notab.de postula. prælat.intellige vt dicitur ibi,notabi.10.Idem in præsentatione,vt requiratur expressio illius,quia per cã ius acquiritur,nec potest variare clericus.Panor.in c. quod autem. de iure patro. Card.in cle. fi.in princi.oppo.1. de supplenda neglig. prælat. Feli.in c.cum Bertholdus.col.2.de re iudic.Rochus in trac. iuris patro.in verbo honorificũ.q.9.Secus in laico.Panor.in c.1. & 2.& cap.nobis.de iure patro.

ne vel de electione an sit facienda mentio.

¶ Decimononò, oportet exprimere,si beneficium sit solitum regi per seculares, quando regularis impetrat , vel per regulares quando secularis impetrat.cap.cum de beneficio.de præb.in 6. regu.cancel.41.alioqui mandatario seculari non debetur beneficium regi per regulares consuetũ. nisi vt ibidem declaratur.& abundè scripsi in §.volumus.in verb.regularia. sup.de collatio.

¶ Vigesimò,in impetratione debet fieri mẽtio de vnione nunc facta per episcopũ. Rota decisi.160.& decisio.253.in antiq.Cal, consil.vl.sub tit.de reb. ecclesiæ nõ alien.quia nõ est verisimile, quòd papa velit tollere istam vnionẽ, nisi expressè dicat. nota. in cle.final.de reb.eccles. non alien. vbi Card. dicit esse verum, quando vnio facta erat ante papæ dispositionem, alioqui contra: vel nisi esset clausula motus proprij cum clausula generali non obstantibus quibuscunque,per quæ gratia nostra impediri posset. Feli.in cap.ad aures.col.5.num.8.versicu.tertius casus de rescrip.&.c.postulasti,col.7.versic. potest etiam inferri,ibidem, & tunc etiam papa non tolleret vnionem iure factam,vt not.in clemẽ.vlt.de reb.ecclesi.non alien. vel si quis impetrat beneficium,quod dicit accessorium,& sit principale , non valebit impetratio. Ancha.in reg.accessorium,de reg.iur.in 6. refert Dec. in c.præterea.col.penulti. de offic. delega.de hac vnione plene

Vnio an sit exprimẽda

gloss. de præbend. & ideo hic ad maiorem expressionem dicit, dummodo non sit dignitas electiua, vt dico infra in eodem verbo.

¶ Vigesimoquartò, quòd beneficium est sacerdotale, & hoc quando de iure annexio ordinis facta est respectu aptitudinis, tunc sufficit, quod habens tale beneficium intra annum ordines sumat. cap. si pro clericis. de præbend. in 6. cap. 1. de æta. & quali. vbi doct. Si verò annexio ordinis requiratur in actu, vt quia statutum dicit, quòd non conferatur, nisi existenti in sacerdotio, vel conferatur sacerdoti, tunc est facienda mentio, & non poterit episcopus non sacerdoti conferre. Card. & alij in clem. vt hi qui. §. illi verò de æta. & quali. nisi de consensu patroni. Feli. in cap. cum accessissent. num. 19. & sequen. de constitu. Barb. consil. 33. scripsit in fin. volu. 2. gloss. & doct. in ca. nemo. de electio. in 6. & cap. ei cui. de præbend. illo lib. cap. 2. de instit. ibidem. Panor. & Deci. in capit. cũ in cunctis. §. inferiora. de elect. & Dec. in cap. ad aures. col. 3. de rescrip. *Ordo & nobilitas quando exprimi debeant.*

¶ Idem dicerem in nobilitate, vt quando ex statuto, vel fundatione beneficia nobilibus debentur, tunc si ignobilis ea impetret, de hoc debet fieri mentio, quia papa contra fundationem & statuta non venisset. nec concessisset si sciuisset. cap. cum M. de constitu. doct. in c. cum venerabilis. de præbé. alias non fiet nobilitatis mentio. doc. in c. ad aures. de rescrip.

¶ Vigesimoquintò, de patronatu laicorum, quia Roma. pontifex, cum mandat prouideri de beneficio, non intelligit de beneficio spectante ad præsentationem laicorum prouidere, ne retrahantur à fundatione ecclesiarum. capit. decernimus. 16. quæstion. 7. gloss. & docto. in capitul. 2. de præbend. in sexto. Cardi. consil. 69. vacante. dixi in tractat. nominationum. quæstione 8. Et cum hæc ratio cesset in iure patronatus ecclesiastico, papa potest conferre non facta eius mentione, etiam quia non inuenitur à iure expressum, quòd exprimatur. & pro hoc est textus, in capitu. dilectus. de offic. lega. & nuncupatim. Ioann. de Selua in tractatu de beneficio, in tertia parte. quæstione vndecima. numero 29. versicu. fallit tertio. hoc tradit. Et in Francia consuetudinaria non solet etiam mentione expressè facta papa iuri patronatus laicorũ derogare. & an illa consuetudo valeat, tradit Collecta. in cap. ex tenore. columna prima, de concession. præbend. *Iuri patronatus laicorũ in Francia papa nõ derogat*

¶ Si tamen

¶Si tamen requisitus fuerit patronus ecclesiasticus à mādatario,& distulerit præsentare, non tamen poterit illi nocere, nec papa præuenire,aliàs fieret fraus per patronum,& per alia quæ dixi in tracta.de pacific.possessor.in fi.

Hospitale exprimendum.

¶Vigesimo sexto,quòd est hospitale debet exprimi.clem. 2.de præben.multa dixi in tracta.nomina.q.15.intellige vt ibi,& per Nico.Milium,in verbo gratia.q.17.

Monoculum beneficium exprimi debet.

¶Vigesimoseptimò,debet exprimi,quòd beneficium est monoculum.glo.in cle.1.in verbo incerta.de præb.Archi.& Perus. in c.si pro clericis.col.1.illo tit.in 6.quia ipsos collatores hoc vnico lumine priuare nolumus,dicit tex.in l.illicitas.§.illicita,versic.ne tenuis.ff.de offic.præsid.nec in mandatis comprehenduntur,sicut nec in nominationibus,vt dixi in tracta.nomina. q.15. nume.41.

¶ Bertrand,in con.194.concessum.in 3. vol.secundum nouam impressionem.vbi dicit fortius,quod non cōprehēditur, etiam si ille haberet plura alia beneficia, quæ conferret cum capitulo, vel aliis,& vnum cuius haberet plenam dispositionem, quia. illud nō tenebitur in vim mandati , vel nominationum conferre cum in eo sit monoculus,secus in aliis.

Litigiosum beneficium exprimatur.

¶Vigesimooctauò.debet exprimere, quòd beneficium est litigiosum cum ipso impetrante,secus cum aliis,si nō cedat in præiudiciū illorum. Milius in reperto.in verbo gratia.quæst. 67.& sequen. Feli.in d.cap.in nostra.corrella.15.Et sic si tantū habuerit recedentiam , vel non habuerit debet hoc etiam exprimere, & etiā de lite pendente super beneficio debet fieri mentio.plenè Feli.in c.cæterum.col.1. de rescript. alioqui os quod mentitur occidit gratiam.Bal.in c.ex insinuatione.col.1.de rescrip.

Ecclesia principalis an sit exprimenda.

¶Vigesimononò,exprimi debet ecclesia principalis, vt si multa sint beneficia in ecclesia collegiata,& mandetur prouideri in illa nō cōdrehēderetur prioratus illius ecclesiæ , quia esset prouidere de ecclesia,& non in ecclesia,& in mandato hoc nō fuit dictum.c.fi.de præben. nisi ex generalitate verborum aliud appareret.Imol.in cle.vna.col.2.nu. 6.de supplen.negligen.præla.& ideo in his mandatis cōtineretur, vbi mandatur prouideri de dignitate vestræ vel alterius ecclesiæ,& non in ecclesia,vt hac in forma patet,si non esset prioratus electiuus.In quo seruaretur forma.cap.quia propter.de elect.quia de illis est speciatim prouisum in rub.de reg.ad præla.nomina.faciē.§. monasteriis. quando habent qualificationem ibidem positam,vt ibi dixi.

¶Item

¶ Item exprimi debet ætas impetrātis, quia difficilior redditur papa ad prouidendum iunioribus, quàm aliis.docto.in c. super inordinata.de præben. Et ista, quæ difficiliorem eũ reddunt, exprimi debent.c.postulasti.de rescrip. Aliàs impetratio beneficij à minore facta est surreptitia, nisi fortè fuerit in bulla, seu circa, quæ dictio modicum tempus significat, quod glo.ad sex mẽses extendit in ca. attestationes.de desponsatione impuberum, & hoc iudicis arbitrio relinquitur, vt non arbitretur extendi vltra sex menses, vt scripsi in l.cæterorum.in fi.ff.de verbo.signi.

Aetas impetrātis solet exprimi.

¶ Trigesimò, nomen sancti, aut patroni, in cuius honorem est fundata ecclesia, vt in ecclesia sanctæ Genouefe, debet exprimi, quando non est cathedralis. si verò sit cathedralis, non. vt in ecclesia Parisiensi, Bituricen. Card.in cap.cum secundum.not.19. de præb. Et iste est stilus curiæ Romanæ, teste glo.in c.quanuis.1.de præben.in 6. Lappus allega.16.an valeat. Feli.in c.cum accessissent. col.1. de constit. Fallit ex causa resignationis, quia sunt fauorabiles, & adiuuandæ. vt notat Cassado in decis.13.de præb. tutius esset exprimere etiam in hoc casu, nisi ecclesia inferior sit principalis, & maior in illo loco, tunc non est necesse exprimere nomẽ sancti, vt in ecclesia Issoulduni. scripsi in praxi. benefi.in forma signa.

Nomen sãcti quãdo sit exprimendum.

¶ Vel si exprimeretur in signatura quòd maior expresio posit fieri etiam in nomine sancti, nisi dolo illa clausula fuerit apposita, vtpote, papa noluit recipere resignationem beneficij sancti Ioan. nunc quidam impetrat beneficium sancti Petri, apponens maiorem expresionem posse in bullis fieri, vult in bullis extendere ad beneficium sancti Ioãnis, quod papa recusarat cõferre, an posit? dicerem quòd nõ, tum quia malitiis hominũ est obuiandum. c. sedes. de rescrip. & dolus nemini prodesse debet, etiam quia intentio summi pontificis non est, vt voluerit cõferre illud, quod iam recusauit, & vltra intentionem papæ non potest extendi signatura.c.ad aures.c.mandatum.de rescrip.c.cum in illis.de præben.in 6. nec præsumitur variare papa.in clemen. vna.de renuncia. sed præsumitur circunuentus. c. cum olim. de re iud. & ità iudicauit senatus Parisi. super prioratu S. Martini de cãpis. Si tamen nomen sancti exprimeretur, etiam in ecclesia cathedrali, non vitiaretur impetratio. Domi.& Perus.in d.c. quanuis. Feli.in c.significante.col.2.de rescrip. Et ita expresim fuit decisum in Rota, vt refert Cassad.in decis.13.rub. de præb. licet. Io.Fab.contra, teneat in §. sed quotiens.insti.de iure na-

Clausula vt verior expreßio fiat.

tura.& vide alia in dicto cap.in nostra.& per Ioan.de Selua in tract.de benefi.in 3.parte.q.11.& sequen.

¶Et generaliter alia debent exprimi, per quæ redderetur concedens difficilior ad concedendum. cap. postulasti. de rescript. Et an papa scribendo pro indigno videatur dispensare,not. in l.quidam.ff. de re iudic. & Feli. in ca.si quando. colum.4. versicu.stat difficultas.de rescript. dixi in gloss. dare.§. supra titul. proximo.

Quæ sunt vltra ius exprimenda.

¶Notandum est tamen, quòd omnia quæ in iure reperiuntur debere exprimi, necessario exprimenda sunt, etiam si concedens non redderetur difficilior ad concedendum, vel denegandum,alioqui talis taciturnitas vitiat literas, argu.l. prospexit. ff. qui & à quibus. vbi dicitur quòd lex, licet sit dura, tamen est seruanda.ita in propiis terminis tenet Dominic.in ca. dudum.colum.penulti.de præbend.in sexto. per textum in cap. si motu.illo titul.Feli.in cap.super literis.col.5.& d.c.in nostra. de rescrip.

¶ Si verò à iure non est statutum, vt illa qualitas exprimatur, tunc debemus videre an concedens non ita concessisset,vel nó de leui,si illa qualitas esset expressa, & tunc non valebit impetratio. cap. super literis.& cap. postulasti. de rescript.& ibi Felin.colum.4.Nicol.Milius,in verbo gratia.quæst.63.Panor..in cap.constitutus.col.1.de religio.domi. Si verò concessisset túc valet rescriptum.tex.elegans in cap.dudum.versic. considerantes.de præben.in 6.

¶Vel si facilius concessisset,si verum expressum fuisset,vtpote si in impetratione beneficium expressit esse curatum, & erat simplex,vel dignitatem,& erat officium,tunc gratia erit valida, vt asserit Panorm.in dicto.cap.super literis. colum. quem alij sequuntur.

Quæ sint qualitates quæ reddunt difficiliorem concedentem.

¶Et postquam omnes aliæ qualitates quæ reddunt concedentem difficiliorem, non sunt à iure expressæ arbitrio iudicis relinquuntur. argu. cap. de causis. de offic. delegat. glo. in cap. statutum.§. pro ferendo. de rescript. libro sexto. l.1. ff. de iure deliber. Lappus allega. 89. factum super quo. versiculo item est sciendum. vbi dicit esse recurrendum ad coniecturas, maxime duas, videlicet ad consuetudinem concedentis, si aliàs noluerit concedere in simili casu, vel cum summa difficultate concessit. Nam consuetudo patrisfamilàs inspici debet. l. vel

vniuersorum.

vniuersorum. ff. de pignorati. actio. l. si seruus plurium. §. fina. delegat. Item inspici debet stilus illius concedentis. Nam si de stilo curiæ Romanæ erat, vt nobilitas exprimeretur, exprimenda erit, licet de iure non sit exprimenda. not. in capitu. ad aures. & capitu. in nostra. de rescript. Felin. & docto. in capitu. super literis. columna quinta. ibidem. quia stilus habetur pro iure. capitu. ex literis. de constitut. capitu. quam graui de crimine falsi.

¶ Aduertendum est, quanuis sit differentia inter gratias ad vacatura beneficia, & ad vacantia. cap. si super gratia. de offic. delegat. in sexto. gloss. & docto. in cap. eum qui. & cap. si cui. de præbend. eodem lib. tamen quantum ad expresionem non sit à iure differentia, quia eadem expressio penè in mandatis & rescriptis ad vacatura fit, quæ in impetrationibus vacantium beneficiorum. Ita tenet expresse Ioand. Andr. Dominic. & alij in c. non potest. in fine de præbend. in sexto. vbi ibidem etiam dicunt in dispensationibus, quod etiam sequitur Felin. in dicto cap. in nostra. correl. 8. de rescript. Istæ tamen expresiones non fiunt coram ordinario, sed tantum debent fieri coram papa, & legato de latere. clemen. secunda. de offic. ordinar. & ibi plenè Cardina. vbi dicit non esse faciendam mentionem, nisi quando illa taciturnitas redderet collationem nullam, & nisi quatenus esset à iure expressum. Feli. in dicto cap. ad aures. 14. conclu.

Eadē expreßio fit in mandatis, quæ in aliis impetrationib⁹.

¶ Et in priuilegiis subreptionem ipso iure vitiare, sicut in beneficialibus docet Panormi. in cap. quod super his. de fide instrumen. & in omnibus literis gratiosis consuluit. Bertrand. consil. 327. subreptio. in secundo volumine. ex antiqua impresione. abundè scripsi in praxi benefici. in titul. differentiæ inter rescripta gratiæ & iustitiæ, & subreptionem vitiare etiam in officiis secularibus concludit Franciscus Marc. decisio. sexagesimatertia. in prima parte. in decisi. delphi.

Subreptio ipso iure vitiat.

¶ Tamen fallit in nominationibus, vbi etiam exprimi debet verus valor. vt supra de collatio. dixi in §. volumus. & non solùm verus valor beneficiorum in illis est exprimendus, sed etiam an sit dignitas, & qualitas beneficij, ac ipsa beneficia, & illorum numerus, quæ nominatus posidet, & alia quæ abúdè scripsi in tracta. nominationum, quæ. 9. idem in dispensationibus etiam

ab ordinario

ab ordinario concesſis Domi.& Peruſ.in c.non poteſt.de præbend.in ſexto.

Ignorãtia quando vitiet impetrationem.

¶ Limita tamen ſupradicta,quando ratione ignorantiæ impetrans non expreſsiſſet,quia tunc (ſi poterat gratia ad ius commune reduci)non vitiabitur impetratio.ca.gratia.& ibi omnes doc.de reſcrip.in 6.Panor. & alij in ca.ſuper literis.de reſcrip. Ioan.de Selua,in tracta.de beneficio.in 3.parte.q.12.in 17.qualitate.nu.29. Si verò gratia non poterat ad ius commune reduci,non excuſat impetrantem.c.conſtitutus.de reſcrip.vbi ignorantia numeri canonicorum non excuſat impetrantem , quia gratia non poteſt eſſe valida ſecundum ius cõmune,quod vult, vt non rumpatur numerus ſtatutus in eccleſia.c.cum omnes. & c.cum M.de conſtitutio.plenè Feli.in cap.ſuper literis.col.3.cũ ſequen.ver.2.concluſio.de reſcrip.

¶ Vel poteſt dici,quia hæc ignorantia non excuſat, ſi iã beneficium erat acquiſitum,vt ſi nõ exprimat illud, quòd valeat impetratio,ſed in beneficio nondum acceptato , ignorantia excuſat.vt d.c. gratia. quia non poteſt quid imputari illi ignoranti etiam ratione doli vitandi , nam poſſet collator alicui agenti Romæ conferre modicum beneficium , vt impediret collationem papæ,& ne iſte impetraret aliquod beneficium, ob id fortè & aliis rationibus eſt ſtatutum.in d.c.gratia.vt valeat impetratio. Nota bene quia ſuper hoc multi multa loquuntur.

¶ Et hæc ignorãtia iuramento probari poterit. text. in c.nulli. & cap.vt circa.in fi.de electio.in 6.& gl.in cap.præſumitur. de regu.iur.illo lib.Deci. & alij in cap.cognoſcentes. de conſtitu. Fallit quãdo eſſet veriſsimile quòd habuiſſet notitiam,& tamẽ non expreſsit.nam tunc iuramento non probaretur.Roma. cõſil.481.præſentis dubitationis.vbi plenè ſcribit,ibi vide.

¶ Itẽ fallit quãdo in ſupplicatione oppoſita eſſet iſta clauſula, quòd maior expreſsio in confectione literarum fieri poſsit, tũc vera qualitas poteſt exprimi, ſed non omnes ſimul ex ſtilo curiæ romanæ.Ita tenet glo.in regu.cancel.63. Nec alia non expreſſa in ſignatura.quæ nõ poſſunt ex verbis expreſsis elici, etſi de hac expreſsione exactius atque ad ſtomachũ conſequi velis. lege Ioan.de Selua.d.q.11.atque vt ſemel omnia apprehendas. Feli.in d.c.in noſtra.& quis teneatur probare literas eſſe ſubreptitias, an proponẽs,vel is qui eas impetrauit.vide Calder.conſil.10.A.poſsidet.rubri.de probat.plenè ſcripſi in praxi beneficia.in forma ſigna.

habentes motu [a] proprio

a ¶[*Motu proprio*] Hæc clausula non operatur nisi in his quæ in iure expressa sunt. Card.in cle.si Romanus.de preb.quest.3.vbi dicit quòd motus proprius papæ est optimus artifex, omnem habens virtuté.sequitur Perus.in ca.si pluribus.nota.2.de præbé.in 6. & sicut papauer teste Diosco,& Plinio,gignit somnú, & quietem, ita & hæc clausula habenti eam: & non posset esse maioris importantiæ & vtilitatis,teste Francis.Cremens. sing.135.& imperator vocat spontaneum motum.in l.3.C.de legib.Videndum est igitur quæ à iure expressa sunt.

¶Notandum est quòd hæc clausula operabitur suos effectus, etiam si concessio emanauerit ad supplicationem alicuius, vt si dicatur, talis nobis supplicuit, vt cócederemus ei mandatú vel tale beneficium,cui illud etiam motu proprio cócedimus. sing. est verbum Bal.in c.nisi.col.1.de offic, lega.Sequitur D. Petrus Parisius,in c.accedentes.col.vlti.nu.25. de præscrip. & hoc innuit verbum sequens, non ad ipsius, &c. Sic consuluit Decius con.51.& pro tenui.col.2.& con.602.viso puncto.col.1.

¶Et quando est clausula motu proprio, non admittitur pars ad probandum contrarium, quia esset arguere principem & cócedentem de mendacio.docto.in d.c.si motu.Bertrand.in con.35.visis in 1.volu.secundum nouam impressionem,& con.202.colum.penult.ibidem.

¶Primus effectus huius clausulæ motu proprio, est, quòd licet literæ ad beneficia strictè debeát intelligi.c.quanuis.1. de præb. in 6.tamen si motu proprio fuerint cócessæ, ampliant gratiam, & extédunt. Alber.in l.beneficium,col.2. ff.de constit. princip. refert Feli.in c.causam,col.7.ver.tertia declaratio.ibi,limita.de rescript.colum.10.ac in c.constitutus.colum.3.ibidem. per c. si pluribus.& ibi est glo.de præbend.in 6. *Plures effectus motus proprij. 1. ampliat gratiam.*

¶Secundus effectus est,quia collatio beneficij viuétis facta motu proprio,non reddit infamem eum,cui est facta,nec aliis pœnis afficit.gl.in reg.cancel 20.licet secus esset, si ad petitionem fieret.c.audiuimus.3.q.2.docto.in c.1.&.c.cum nostris.de concess.præbend.quia non est in culpa,cum non procurauerit, & sine culpa non debet puniri.regu.sine culpa. de regu.iu.in 6.& plenius quàm alibi de impetratione beneficij viuentis,vide per Ioan.Dayma in prooemio supra.in verbo adiunctú, vbi vsque ad satietatem videbis,hoc tamen dimisit. *Beneficij viuentis facta collatio motu proprio quid operetur.*

¶ Sed non Bertrandus cõ.19.ex themate.col.1. in 2.volu.ex noua edit.sed alia magis respondentia ad praxim quotidianá scripsi in mea praxi beneficia.titu.de reproba.benefi.viuétis impe.

Decretum motu proprio interpositum nõ est nullum.

¶ Tertius effectus, decretum motu proprio interpositum ex falsa causa,non est nullum ipso iure.secus quando ad petitionem Bar.in l.tutor si petitus.colũ.1.ff.de tutor.& curato. dat.ab his. Curt.in l. 3.in princip.ff.quod quisque iur.per l.si vt proponis. C.de confirm.tutor.facit.c.susceptum.de rescri. in 6.glos. in §. reseruationes.in verbo nullæ. de collat.in prag. vide quæ dico infra de conclusio. Lateranen.cõcilij,in verbo decretis. in 2.q.

Dispensationes quãdo latè interpretari debeant.

¶ Quartus est,dispensationes factæ motu proprio,latè interpretari debent.Ioan.And.Panor. & alij in c.cum in cunctis. §.cũ verò.colum.vlt.de elect.Philip. Perus. in c.si pluribus.col.1. de præb.in 6.licet aliàs contra.c.1.de filiis presby.eo.lib. cum aliis quæ allegaui in verbo dispensationum.supra eodem.

Inquisitio an valeat sine fama.

¶ Quintus,inquisitio sine fama præcedéte valet,quando fit motu proprio principis.glo.singul.in c.2.in verbo fuerat.de accusa.quam sequitur Hippol.singu.14.ad hoc.& in pract.in verbo constante.nu.22.& consi.78.nu.10.Angel.in tracta. maleficio. in glo.fama.in additione incipiente,principe.licet aliàs regulariter contra,quando ad petitionem.c.qualiter.de accusatio.

Citatio partis quãdo omitti potest.

¶ Sextus,quando aliquid fit motu proprio, non requiritur citatio partis,quæ aliàs requiritur,quando ad partis petitionem iudex procedit.Bal.in l.quod fauore. colum.1. C. de legib. Francisqui.in d.l.3.quod est verum si non lædatur pars, alioqui contra.l.de vno.ff.de re iudic.

¶ Septimus, mandatum ad beneficia proprio motu concessum extenditur etiam ad præbendas.c.si pluribus.de præbend. in 6. Io.de Selua in trac.de beneficio.in 1.parte.q.3.nu.4.limita.5.etiã cathedralis ecclesiæ.Perus.in c.quáuis.1.§. quáquã.de præb. in 6.licet in materia stricta appellatiõe beneficij nõ veniat præbéda.c.2.de præb.in 6. Vide quę dico in tract.nomi.q.9.nu. 5.

Beneficiũ an cõprehẽdat præbendas.

¶ Et quanuis tex.in d.c.si pluribus,loquatur in dignitatibus & præbendis , tamen habebit locum etiam in personatibus & officiis , & etiam in aliis beneficiis , tum quòd sit eadem ratio in ipsis,tũ quòd appellatione dignitatis largè venit personatus.teste Domi.in c.1.de consuetud.in 6. Et Ioan.Staphil.in tract. de literis gratiæ.fol.57.versi.ex quibus infero.

¶ Octauus est,rescriptum vel priuilegium cõcessum motu proprio valet,& extenditur ad litem pendentem,licet nõ fuerit fa-

cta

cta mentio litis.glo.sing.in l.qui auté.in princip. ff. si quis cautio.& ibi docto. Et sic fuit prolatum arrestum, vt refert Aufrer. in stilo parlamenti.in 4.parte arresto.83. contra Ioan.de Nulli procuratorem regium Matiscon. opponentem contra impetrantem suum officium,eo quòd non fecerat mentionem de lite pendente in parlamento . Item priuilegium motu proprio concessum,vt omnes debitores euntes ad exercitum habeant dilationem duorum annorum ad soluendum, proderit etiam debitoribus,qui iam erant in causa conuenti , licet non fuerit facta mentio litis,vt tenet Iacobi.in d.l.qui autem.vide Panor.& alios in c.causam.2.de testi.

Arrestum.

Quando de lite sit faciẽda mentio in rescripto.

¶ Nonus est , intra tres menses quis debet petere consecrationem & confirmationem, aliàs lapso illo tempore perdit benificia.c.cum in cunctis.§.cum verò.de elect.c.quam sit, illo titu. in 6. Si tamen fuerit prorogatum tempus per papam proprio motu,non vacant beneficia quæ prius habebat: secus si ad supplicationem. Domi.de Rota decisio. 576. vtrum episcopus. in antiq.per notata in d.§.cum verò.

Prorogatio trium mensium ad cõsecrandum quando valeat.

¶ Decimus,motus proprius validat gratiá,in qua nõ fit métio, quòd ecclesia fuerat grauata per eundé papam. Ancha.cõ. 138. de natura.col.1.vide Perus.in c.quanuis.1.in glo.1.de præb.

¶ Vndecimus,quando iudex delegatus datur alicui motu proprio,non habet locum reconuentio , quia dicitur quædam retorcutio,quæ non procedit,quando motu proprio conceditur priuilegium.l.penult.cum authen.ibidem posita.C.de senten.& interlocuto. omnium iudic.Ias.in d.l.3.per illum text. ff. quòd quisque iuris,dic tamen vt ibidem per doc. istum effectum non firmantes.

Reconuentio quãdo fieri nõ possit.

¶ Si tamen modus procedendi in causa conuentionis daretur motu proprio,tollendo substátialia , non deberet idem modus seruari in causa reconuentionis . Secus si ad partis instantiam. Panor.& alij in c.fi.de mutuis petitio.per gl.in cle.sæpe. in verbo si quid petere voluit.de verbo signific.

Pinguius beneficium acceptare mandatarius an possit.

¶ Duodecimus, mádatarius habés mádatum motu proprio cõcessũ,potest beneficiũ pinguius acceptare, si duo vno mométo vacét.text.sing.& ibi, multa dixi in c.si pluribus.de præb.in 6.

¶ Decimustertius, tollit defectũ personę. Angel. in l.imperialis.§.similes.C.de nupt. per illum tex. quem legit cum authen. quod eis,& quomodo procedat. tradit Alexand. in l.quidam. ff.de re iud.& infra dico.

Defectum psonæ tollit motus proprius.

¶ Decimusquartus, in gratia cõcessa motu proprio non est necesse exprimere valorem beneficij.regu.cancel.61. Fel.& alij in c.ad aures.de rescrip. licet ibidem Panor.teneat contra, tamen contra Panorm est communis opinio.

Motus proprius habet vĩ clausulæ non obstan.

¶ Decimusquintus, habet vim clausulæ nõ obstan.in rescriptis, quæ sunt contra ius. Bald.in l.omnes.C.de quadrien. præscrip. Feli.in c.nõnulli, in princip.col.15.versi. Fallit tertio.de rescrip. dicit hoc verum esse, quãdo erat prohibita impetratio, quia tũc valebit si motu proprio concedatur.l.1.C.de petitis bono. sublat. lib. 10. secus quando concessio non valebat, tunc motus proprius non faciet valere rescriptum secundum eum.

Rescriptũ cõtra leges motu proprio concessum valet.

¶ Decimus sextus, rescriptũ contra leges motu proprio concessum, valet. Ioan. And.in c.1.col.3.de excessib.prælat.in 6.quod fusius declarant docto.in l.nec damnosa.C. de præcib.impera. offer.& ego ipse in praxi beneficial.

¶ Decimusseptimus, rescriptum contra ius præsumitur concessum per importunitatem, quando ad supplicationem conceditur.secus si motu proprio.glo.in c. 1. in verbo noscatur. de rescript.in 6.Panor.in c.accedentes.in fi.de præscript.

Secundum rescriptum nõ faciens mẽtionem primi, quãdo valeat.

¶ Decimusoctauus, valet secundum rescriptum non facta mentione primi, quando in eo est apposita clausula motu propio, licet alias contra.text.& ibi Feli.in c.cæterum. nu.9. & 18.de rescrip. Allegat.tex.& ibi Anto.in c.fi. de dila. Perus.in in c.cum in illis.col.1.in princip.de præbend.lib.6. Imò si in primo esset specialis clausula derogatoria, tunc etiam secundum motu proprio impetratum tollit primum, dummodo in secũdo sit apposita clausula generalis non obstante. Calder.consil.11.de priuileg. Dec.consil.165.viso tenore.col.penult.

Non valet mãdatum sine clausula motus proprij.

¶ Decimusnonus, nõ valet processus per primas literas factus, quando secundæ reuocatoriæ erant motu proprio impetratæ, quia statim inducitur reuocatio primarum, etiam ante notitiam secus si ad postulationem. Anto.& Feli.in d.c. cæterum. Soci. cõsil.117.in facto.col.vlt.in 3.volu. Ideo primum rescriptum nõ reconualescit, etiam si secundus impetrans non vtatur suo primo per annum, quia quod nullum est, non potest tractu temporis conualescere.l.quod initio. ff. de reg. iur. nec pars posset renunciare, cum constet de voluntate superioris.

¶ Vigesimus, quando sunt mandatarij pares in data, præfertur habens clausulam motu proprio.regul.15.in reg.cãcel.tex. in c. duobus.de rescr.in 6. Sed in hoc regno, si in vno mandato deficeret

ficeret hæc clauſula, non valeret mandatum, quia non haberet formam hic requiſitam.

¶ Vigeſimuſprimus eſt, ꝙ factū motu proprio à papa vel à principe in fauoré alterius contra decretū ſuum valet. Domi. & alij in c.2.de præb.in 6.Soci.conſi.117.in facto.col.vlt.in 3.volu.

¶ Vigeſimus ſecundus,reſcriptum motu proprio conceſſum ante præſentationé operatur in fauoré impetrātis. c. ſi poſtquam. de præbend.in 6.Feli.in d.c.cæterum.col.11.verſi. prima reſtrictio,quod non recipiunt Galli.vt ſcripſi in tracta. de euocatio. in 1.tomo.commenta.in conſti.reg.

Reſcriptū ante præſētationem quando effectum habeat.

¶ Vigeſimuſtertius,clauſula generalis non obſtante,tollit ſtatuta iurata iuncta huic clauſulæ,licet aliàs non tolleret. Domi. in c.1.col.penult.verſi.nota.hic.de filiis presby.in 6.Feli.in c.conſtitutus.col.4.de reſcrip. quia tūc habetur tantùm ratio ad cōcedentem, qui non arctatur legibus. Ideo ſufficit qualitercunque ſciatur eius intentio,quæ ſatis patet, quādo motu proprio ſcribit,adiecta etiam clauſula non obſtante.quod eſt notādum ſecundum eos,illud eſſet verum in eo, qui poſſet ſcribere & tollere iuramentum.in alio ſecus,per not.in c. eccleſia. de conſtit. Scripſi in interpretatione.l.ſi quis pro eo. circa finem. ff. de fideiuſſo. quando princeps ſecularis iuramentum tollere poſſit, & pars remittere,vbi conciliantur interpretum ſentētiæ variæ, & ad praxim Franciæ reducuntur.

Iurata ſtatuta quādo tollantur.

¶ Vigeſimuſquartus,prohibitus impetrare reſcriptum, nō prohibetur,ſi motu proprio concedatur,vel prohibitus aliquid petere,non prohibetur,ſi motu proprio cōcedatur.l.1.C. de petit. bono. ſublat. lib. 10. quia quod per poſtulationem obtinetur, præſumitur conceſſum per importunitaté:ſed quod motu proprio,ob meritum.Bald.in l.quod fauore.col.2.C.de legib.regula cancel.27.in gl. Ioan.de Ana.in c.cum ſit.col. 3. de Iudæ. & in c.quam pernitioſum.col.5.de vſur. Vnde dicit.gl.in §. ad tollendum de electio.in prag.in verbo procurabit.quòd princeps vel alius proprio motu poteſt procurare quòd idoneus eligatur,quando ipſe electus non procurauerit

Impetratio quando fieri poſsit poſt prohibitionem.

¶ Vigeſimuſquintus,motus proprius derogat reſeruationi, etiā cum decreto factæ,vbi aliàs nō derogaretur. Fel. in c.in noſtra. col.10.in 5.correla.de reſcri.allegat. Do.in c.2.in fin. de præb. in 6.Idem tenet Soci.conſi.3.in cauſa.col.3.in 3.vol.licet D.de Rota,deciſ.489.nuncius,in nouis.contra teneant.

Motus proprius derogat reſeruationi.

¶ Vigeſimuſſextus eſt, quòd is cui motu proprio collatum eſt

Motus

beneficium,non debet examinari, quia de voluntate principis est,vt illi vellit conferre: & instar sacrilegij est dubitare an dignus sit,quem princeps elegerit.l.2.C.de crimi.sacrileg. ita expressè dicitur in Prouincial.ecclesiæ Ro.fo.58.versi.& aduerte. quod non seruatur in senatu, licet princeps daret proprio motu officium consulis, tamen examinabitur, & idem seruatur in Rota. Alioqui fieret fraus legi,& nullus vnquam diues examinaretur,sed ista clausula pecunia à curialibus redimeretur,quod non est faciendum.

Rescriptũ contra motu proprio temperantem non retorquetur.

¶Vigesimusseptimus, rescriptum iniquitatem sapiens nõ retorquetur cõtra impetranté motu proprio. secus si ad postulationem.l.3.ff.quod quisque iur.Rom. con. 327. istæ sunt. quia retorcutio est quædam pœna,quæ non cadit in eum,qui priuilegium meruit,& præsumitur meruisse,& iustè concessum,quádo motu proprio conceditur.Bal.in d.l.quod fauore.col.2.in 2.oppo.gl.sing.in c.2.de mutuis peti.Corf.in sing.incipien. confessio simpliciter.Deci.in l.certum.col.vlti..ff.si cert.peta.

Mutans domicilium mutat etiã forũ quanuis incæptum.

¶Vigesimusoctauus, si quis mutet domicilium per priuilegium motu proprio concessum, mutat etiam forum quo ad causas iá cœptas. Alexand.in l.cum quædam.in prin.nota. vlti.ff. de iurisd.om.iud.quod aliàs secus,vt ibi dicitur.

Motus proprius subreptionem tollit.

¶Vigesimusnonus,tollit surreptioné.c.si motu proprio.de præben.in 6.in quibuscũque beneficiis, & qualibuscũque, siue sint maiora,siue minora,quia eadem est ratio.in hoc enim attéditur voluntas papæ.Card.in cle.si Romanus.3.not.per illum tex.de præb.quia hæc gratia procedit ex mera liberalitate.ideo præsumédum est,quòd si fuisset ei expressum aliud,æquè concessisset, vt tenet Soci.con.115.fundata.col.1.in 3.vol. & quia nil potest imputari impetranti nõ ambienti. Ancha. con.295. pro clariori. Siue fuerit apposita à papa,siue à legato.c.si.de offi.leg.in 6. Et ibi glo.quam sequuntur cõmuniter doct,glo.& ibi communis turba doct.in cle.vna.de offic.lega.vbi Bonifac. respondet opinioni cõtrariæ.Io.Monach.& plenè Probus in addi.ad eũ. in dicto ca.fina.Imol.in cle.si Romanus.& ibi Bonifa.de præben.glo.in reg.cancel.15. Boer.in tracta. de digni.lega.fo. 8.& Perus.in c.si postq̃.col.1.de præb.in 6.& Io.Brunel.in tract.de digni.lega.conclu.31.nisi surreptio cópeteret re ipsa,vt p Aegi. de bella mera,decis.472.si episcopus. & 475. quia papa in specie non esset verisimiliter c oncessurus,arg.l. obligatione. ff. de pignor.Bonifac,in clemé.2, col.2. de præbend. Item sicut pur-

Legatus et ordinarius clausula motus proprij vti possunt.

gat taciturnitatem beneficiorum, ita omnem aliam taciturnitatem, quia nõ est dare rationem diuersam. Feli.in d.c.ad aures. nume.6.vbi vide fusius.

¶ Imò ista clausula magis conuenit ordinariis quàm papæ, cum maiorem certitudinem personarum habeant in sua diœcesi quàm papa, & ideo maior pœnitentiarius etiam ea clausula vti poterit. teste Gomes.in tract.breuium, nu.13. Fateor tamẽ quod aliquos effectus habebit, si apponatur à papa, quos fortè non habebit, si ab inferiore fuerit descripta.

¶ Trigesimus, firmat gratiam in his in quibus princeps habet plenam notitiam. l. idem Vlpianus. ff.de excusa.tutor. secus in quibus non habet notitiam. Bal.in l.fi. C.de crimi. sacrileg. Feli. in d.c.causam.

Motus proprio firmat gratiam.

¶ Trigesimusprimus, vnio valet non facta expressione valoris, si motu proprio facta fuerit. d.c.si motu. glo. hoc expressè tenet in reg.cancel.21.in fine. Feli.in ca.ad aures.col. 6.versic. quinta conclusio, de rescri. sequitur Io.de Selua in tracta. beneficio. in tertia parte.q.12.nu.4.quod in Francia non reciperetur.

Vnio quando valeat non facta valoris expreßione.

¶ Trigesimussecundus, quod licet sit facienda mentio de numero canonicorum iuramento firmato.c.constitutus.de rescrip.tamen clausula motus tollit illam surreptionem. Ancha. consil. 138.de natura.col.1.intellige vt supra dixi: quod non reciperetur in Francia ratione formæ hic traditæ.

Quãdo de numero canonicorum nõ sit faciẽda mentio.

¶ Trigesimustertius, si papa motu proprio eximat monasteriũ, & capellas talis. N.eas nominãdo, tunc ex quo papa fundat intẽtionem super illa assertione, probatur quòd illæ capellæ sunt illius monasterij. secus si ad supplicationẽ alicuius hoc fecerit. Panor.& alij in c.dudum.col.vlt.de priuileg. An procederet in hoc regno, deciditur.in rub.de subla. cle.literis.infra. quòd nõ.

Aßertio papæ motu ꝓprio facta prodest.

¶ Trigesimusquartus, priuilegium datum dignitati cõcessæ motu proprio, durat etiam finita administratione, secus si ad partis instantiam. Bar.in l.vniuersi. C.de lega.lib.10.quem refert Feli. in ca.causam.2.col.3.de testi. dicens istam clausulam fauorabilem.& latè ampliandam.

Priuilegiũ an finita administratione duret.

¶ Trigesimusquintus, quòd papa præsumitur vti plenitudine potestatis ratione huius clausulæ, licet alias.cõtra. Ant. Butr.in c.constitutus.col.2.de rescri. sequitur Feli.in d.c.causam.col.4. glo.& doc.in c.ad hæc, de rescrip. solent tamen principes hodie plenitudinem potestatis exprimere.

¶ Trigesimussextus effectus est, quòd priuilegiũ concessum mo

Motus pro

prius vim habet secũde iussionis.

tu proprio, derogat priuilegiis concessis gratia publicæ vtilitatis, tanquã si emanata esset secunda iussio. ita expresse consuluit Roma. consi. 436. quod indultum. num. 11. per l. 1. C. de peti. bono. subla. lib. 10. licet aliàs contra. Bal. in l. iubemus. 1. col. 1. C. de sacrosan. eccle. l. vna, vt nemini liceat in emptio. specie. lib. 10.

Collatio motu proprio facta patrono valet.

¶ Trigesimusseptimus est, ꝙ collatio motu proprio facta patrono, qui alias habebat præsentationem, valet sine alia præsentatione, nec censetur presentare seipsum, ꝙ etiam non potest. c. per vestras. de iure patro. sed collationi factę potest expresse vel tacitè consentire. Card. consi. 62. in ecclesia, num. 5. quæ non est nulla non prosequente patrono, c. decernimus. 16. q. 7. de Rota decis. 528. nota. infra, in anti, hoc expresse tenuit Panor. in d. ca. per vestras, col. 1. Io. Dayma in proœ. supra in verbo adiunctũ, fol. 102. Sed idem putarem etiam si non esset facta motu proprio, cum collatio valeat, non reclamante patrono, vt scripsi in nouo intellectu ad. c. illud. de iure patro. per illum tex.

Excommunicatus an possit absolui nõ citata parte.

¶ Trigesimusoctauus est, quòd quanuis iudex excommunicatum ad partis instantiam absoluere non possit parte non vocata, secus si motu proprio fuerit excommunicatus. gl. in c. excommunicatos. 11. q. 3. sequitur Bal. in l. si pacto, col. 1. C. de pact. dixi supra in verbo innodatus.

¶ Trigesimusnonus effectus est, quod concessio motu proprio facta à principe alicui, censetur esse donatio, & is cui facta est nulla inquietudine lacessendus est. l. 1. & ibi glo. & docto. C. de quadriennij præscriptio. faciunt notata in l. cum quid. ff. si cer. pet. idem fere esset quando ad supplicationem. per l. cum multa. C. de bonis quę liber.

¶ Quadragesimus est, quòd si motu proprio vacante sede constitutum sit salarium œconomo, illud eidem debebitur, secus si œconomus peteret salarium. Alexan. in additio. ad Barto. in l. à tutoribus. §. fi. ff. de administra. tutor. per ibi nota.

Motus proprius præsentationi quãdo præferatur.

¶ Quadragesimusprimus est, quòd si duobus sint concessæ gratiæ expectatiuæ eiusdem datæ, & vnus prius præsentauerit, non præfertur alteri, qui in suis literis habet clausulam motus proprij, licet aliàs contra quando ad petitionem. Io. And. & alij in c. duobus. de rescript. in 6. Federi. in tract. permuta. q. 1. refert Nicol. Milius, in reper. in verb. gratia. §. 34.

Expresso vno vacãdi modo

¶ Quadragesimussecundus est, quòd expresso vno modo vacandi non venit alius. c. susceptum. de rescript. in 6. nisi motu proprio vnus modus exprimeretur, quia tunc veniret alius, ita expressim

presſim ſcribit Fortu.garſia,in l. Gallus.§.& quid ſi tãtum. col. 47.& ſeq.ff.de liber.& poſthu.propter veriſimilem mentem cõcedentis,vt velit ei concedere quocunque modo vacet. *quando alius veniat*

¶Quadrageſimuſtertius eſt, ſi papa motu proprio mandet conferri beneficium curatum non habenti legitimam ætatem tempore datæ, ſi poſtea tempore acceptationis ſit legitimæ ætatis, eidem debebitur beneficium, vt expreſſè docet Barb. in ca.eam te.colum.16.nu.91. de reſcrip. licet aliàs contrarium ſit verum. per tex.in c.ſi eo tempore.de reſcrip.in 6. *Motus proprius limit. c. ſi eo tempore.*

¶Quadrageſimuſquartus eſt,quòd clauſula motus proprij impedit optionem, maximè cum clauſula generali nonobſtantibus. Domi.& Franc.in ca.fin.de conſuetud.in 6.& Caſſado.in deciſ.4.de conceſsio.præbend. *Impedit optionem.*

¶Quadrageſimuſquintus eſt, quòd ſi priuilegium poſsit tertio prodeſſe, impetrans non poteſt illud tollere nec illi renunciare inuito eo,cui prodeſſe poterit.teſte Inno.in c. ex cõqueſtione.de reſtitu ſpoliato. quod non procedit ſi obtẽtum ſit motu proprio,hoc expreſsim aſſerit Feli.in ca.ſi diligenti,7.fallen.nu. 32.de foro competen.vbi alia allegat quæ poſſunt videri,ibi. *Impetrans an ſuo poſſit renũciare priuilegio.*

¶Quadrageſimuſſextus, ſi princeps motu proprio conceſſerit officium, ſeu adminiſtrationem alicui ciui in ſua ciuitate, vel prouincia,valet illa conceſsio, diuerſum eſt ſi ad poſtulationẽ. text.in l.fi.C.de crimine ſacrileg.

¶Vltimus effectus eſt, quando princeps procedit motu proprio, præſumitur cauſa, ſecus quando ad partis petitionem, vt conſuluit Soci.conſi.273.in præſenti.col. pen.ver.& ſi dicatur. in 2.volu.Rom. conſi.436.quòd indultum col.pen.num.19.& fortius hoc procedit in hoc caſu,quanuis gl.ſimpliciter dicat in principe iuſtam cauſam præſumi.glo ſing.in l.relegati.ff.de pœnis.quam ſing.dicit Barb.in c.quòd tranſlationem.num.135.de offi.lega.& in rub.de reſcrip.col.11.Iaſ.in l. quominus. nu.3. ff. de flumi.& in l.ſi teſtamentum.C.de teſta.& conſ.233. præſens. in fi.vol.2.multa addidi ad l.relegati.ſupra allegatam. *Cauſa quã præſumatur in principe.*

¶Non tamen ſufficit ad tollendum defectum ætatis, aut ordinis requiſiti ex fundatione beneficij. Ancha.conſ.364.viſo præ dicto,&c.& con.20.viſo prædicto.licet contrarium teneat Domi.in c.ſi eo tempore.de reſcrip.in 6. *In quibus non operetur clauſula motu proprio.*

¶Secũdò,nõ purgat gratiã,in qua exprimitur falſum. Panor.in c.quod circa.col.vlt.de conſangui. Ancha. conſ.138.de natura, vbi ſi papa eccleſiã curatã dicit ſimplicem,quia tũc apparet pa-

pam deceptũ,& sic nolle cõferre, quãdo illa expressio difficilem reddidisset ad cõcedendũ,vel ad non concedendũ.alioqui cõtra argu.c.super literis.de rescri. secus si vera tali qualitate expressa literas concessisset,vt quando errauerit in modica quãtitate valoris, de qua nõ curatur.l.scio.ff.de in integ.restit.sequitur Decius consi.407.visis.in fi.Soci.consi.115.fundata. col.1.in 3.vol.

¶Tertiò,non facit secundum impetrantem præferri primo,nisi de primis literis fiat mentio.Addit.ad Feli.in c.causam quæ. in 2.col.3.de testibus.nec in Francia etiam si faceret mentionem.

¶Quartò,non tollit ea,per quæ potest reddi gratia nulla. quæ non veniunt ex dolo,vel culpa impetrantis,sed ex verisimili mẽte concedentis,vt si spectet præsentatio ad patronum laicum.c.2.de præb.in 6.Aegid.decis.392.motus proprius. & decis.474.& seq.de Rota decis.445.no.licet proprius.in antiq.gl.in verb.eneruantur,in procemio prag.& Card.consi.96.papa vniuit.in 2.q.dic.vt supra in 37.effect.

Motus proprius non tollit qualitates beneficij.

¶Quintò, non tollit qualitates intrinsecas, puta curá beneficij obtenti.secus si papa motu proprio cõferret curatum nõ habita mẽtione illius beneficij,quia tunc postquá à seipso mouetur,videtur velle conferre,qualecunque sit.cle.si Romanus.de præb. Fel.in c.ad aures.nu.7.vers.secundus casus.de rescrip.De Rota decisio.445.no.licet proprius.in antiq.Io.de Selua.ad verbum transcribit dicta Feli.in trac.de beneficio.in 3.parte.q.12.

Nõ inducit dispẽsationẽ,nec personæ defectũ aut intentionis cõcedentis.

¶Sexto,non inducit dispẽsationem irregularitatis,aut alterius inhabilitatis.Rota decis.112.dicebant,in no. Fel.in d.c.causam.2.col.2.de testi.Vel si violenter occupasset beneficium,quia tũc verisimile est, quod papa gratiam non fecisset, si inhabilitatem sciuisset.Bonifa.in cle.si Romanus.col.3.de præb.

¶Septimò,nõ tollit defectũ personæ, vt fiat habilis,qui nõ est. gl.in d.cle.si Romanus.de præb. Anch.consi.20.viso prædicto.

¶Octauò,nõ tollit defectũ intentionis cõcedentis. Io.And.in nouella.in d.c.si.motu. Alex.consi.215.non obstat.in 7.vol. Aegid.bella mera decis.475.præmissæ.de Rota decis.112.dicebant. in not.vbi,in additio. dicitur aduocatum debere esse cautum in modo opponendi:nã defectus natalium,vitium corporis,bigamia,& similes non tolluntur per hác clausulá.ideò opponi poterunt per viam iuris.Panor.in c.cũ olim.nu.15.col.5. de re iudic. Fel.in c.ad aures.col.6.de rescrip.non per viã surreptionis,quia pars non commisit surreptionem,sed quia motus proprius non facit dispensationem super talibus , poterit dici quòd intentio con-

cõcedentis nõ extéditur ad talé casum. Feli. in c. causam. 2. col. 2, de testib. vide Deciũ distinguenté in d. c. ad aures. in 3. conclu.

¶ Nonò, tollit ius tertij. Vital. de camba. in tract. clausa. in clausula motu proprio. Perus. in c. si tibi absenti. in fine. de præbé. in 6. Feli. in d. c. ad aures. nu. 8. in versi. tertius casus. quia papa non videtur in dubio velle præiudicare iuri tertij, c. quanuis. de rescrip. in 6. Etiam iuri ad rem. gl. in reg. cancel. 15. Soci. cons. 115. fundata. col. 1. & seq. in 3. vol. vbi limitat, cósentiente tertio. Etiá si ageretur de modico præiudicio. gl. sing. in c. cũ olim, in verbo præiudiciũ. de cõsuetu. quã notát ibi doct. & Ias. cons. 24. in causa. nu. 5. in 3. volu. col. 7. Nam ista clausula est similis testaméto, quod vt plurimũ fit motu proprio, & tamen testator non præsumitur velle iniuriam facere. l. impuberi. ff. de admi. tu. Bal. expressè in c. ad aures. col. 2. de rescrip. Decius con. 407. visis. col. vlt. & consi. 544. in fine. & 606. in fi. & consi. 689. viso. col. 2. *Motus proprius an ius tertij tollat.*

¶ Decimò, non inducit dispensationé personę supplicátis. glo. sing. in cle. si Romanus. de præb. Imol. in cle. vna. in vltimo notab. de rerũ permu. Roma. sing. 419. Nico. Milius. in verbo gratia. q. 64. Ideo rescriptum etiam motu proprio cõcessum excõmunicato, non valet. Barb. in rub. de rescrip. col. 6. in cle. Item si motu proprio conferatur beneficium curatũ habenti aliud, non videtur cũ illo dispensatum, vt vtrunque tenere possit. c. non potest. de præb. in 6. nisi illa inhabilitas proueniret de iure positiuo. casus singu. in l. 2. C. de crimi. sacrileg. Roma. consi. 327. istæ sunt rationes. in fi. quod reprobát cómuniter docto. Fallit quando apponeretur clausula, nõ obstáte cũ clausula, motu proprio. Feli. in c. constitutus. col. 3. versi. limit. 4. de rescrip. & supra dixi. *Dispẽsatio nõ inducitur p clausulã motus proprij.*

¶ Vndecimò, nõ præsumuntur literę cõcessę motu proprio, nisi in eis exprimatur dictio. c. si motu proprio. etiá si possit probari concedentem fuisse absenté, quia tunc illæ literæ non habebunt effectus istius clausulæ, nisi fuerit in rescripto expressa, quia possibile est ꝙ papa moueatur ad gratiá concedendá motu ꝓprio, etiá si petita sit, nõ habito respectu ad petitioné impetrátis, vt superius dictũ fuit. Vnde cum istud ab animo papæ dependeat, an hoc faciat motu proprio, vel nõ. ideo debet exprimi secundum Domi. in d. c. si motu. not. in l. 1. C. de petitis bono. sublat. li. 10. Panor. in ca. fi. col. 2. de vita & hone. cleri. Bal. in ca. nisi. de offi. lega. Curtius cons. 66. super. nu. 64. Tenor tamé scripturæ perditæ potest probari per testes, vt expressè tenet Perus. in d. ca. si motu ꝓprio. dixi ĩ gl. literas. §. 1. supra ti. ꝓxi. vide quinq; casus *Motus proprius exprimi debet.*

in quibus aliquid præſumitur motu proprio emanatũ,licet non exprimatur per Iaſ.in l.ſi quis iniquũ.col.2.ff.quod quiſq; iuris.

Motus proprius non ampliat gratiam.

¶ Duodecimò.non ampliat gratiam vel vim verborum contra ius commune.glo.in clem.per literas.in verbo directas.de præben. Alexan.in l.quidam conſulebat.col.3.ff.de re iud. ſed bene extendit quo ad contenta in gratia, ſed non extrinſecus. glo.in cle.ſi Romanus.de præb.& in regula cancel.15. in princ. Peruſ. in cap.quamuis.col.2.in prin.de præ.in 6.Feli.in c.conſtitutus. col.3.de reſcri.Domi.conſil.104.conſuetudo,vbi concludit per hanc clauſulam non impediri optare volentes ratione conſuetudinis,nec permutare cupientes , quod eſt verum ſine clauſula non obſtante,alioqui contra.vt ſuperius in 44.effectu diximus.

¶ Decimotertiò,poteſtas conferendi beneficia quæcũque,qualiacunque,& vbicunque motu proprio facta alicui,nó comprę-hendunt beneficia in curia vacantia.ca.2.in fi. ibi generales vel etiam ſpeciales,ſub quacũque forma verborũ,&c. de pręb.in 6. & hoc firmat ibi Ancha.licet Ioã. And.teneat cõtra.& per hæc iuſtificatur dictum Bal.in rub.de offi. delega.col.4. dicẽtis plus valere clauſulam motus proprij,quàm ex certa ſcientia.

¶ Decimoquartò non operatur , vt credatur verbis narratiuis, etiam ſi motu proprio in literis ſit deſcriptum, vt probatur infra in rub.de ſubla.cle.literis.

¶ Vltimò,nó valet priuilegium principis motu proprio conceſſum quando in lege exprimitur, quòd non valeat,etiam ſi motu proprio eſſet conceſſum. iſte eſt tex.ſingularis in l. fin. C.de coartali.lib.12. quia tũc ſaltem requiritur clauſula derogatoria, l.ſi quis.ff.de lega.3.l.vna.C.de colla.dona.lib.10.Corſe.in verbo priuilegium in 3.in ſing.Iſta ſunt notãda de motu proprio, quia non reperiuntur ita cumulata,& motu proprio nó hæc feci,ſed ad poſtulationem amici mei D. Ioannis Iacqueloti Andegauen.aduocati olim,nunc autem ſenatoris in ſuprema Parlamenti curia Pariſi.egregij.

Motus proprius non extenditur ad inſolita

¶ Poſtremò hæc clauſula non extenditur ad inſolita,vel inconſueta,quia non pręſumitur de mẽte concedẽtis progredi ad id quod eſt inſolitum,nec præſumitur quis illud velle. Bal.per illũ tex.in l.fideicommiſſa.§.ſi ſeruo.ff. de lega.3. vbi dicit quòd ſi clericus ſecularis impetret præbendã,quæ non eſt conſueta clericis ſecularibus aſſignari,licet papa omnia poſſit,tamẽ non valet impetratio,etiam ſi hoc faceret motu proprio,quia nó videtur illius fuiſſe intentionis,ſequitur Iaſ.in l.vna. §.1.num. 4.ff.ſi

quis

quis ius dicenti non obtempera.& l.certi cōdictio. §.si nūmos. 3.nota.de rebus cred.& l.vt liberis.C.de colla.Catellia.cotta in 2.parte memor.in verbo clausula insolita.Deci.consi.399.conclusio.col.penul.addidi multa ad glo.singu.in l.si quis sub conditione.ff.de conditio.institu. Hæc sunt notatu digna, quæ ex diuersis lectionibus, & quasi è topiario quodam opere collegi.

non ad ipsius.N.[a] vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instātiam,sed de nostra mera liberalitate discretioni[b] vestræ per apostolica scripta mādamus,quatenus

a ¶ *Vel alterius pro eo*] Et sic ad petitionem alterius potest impetrari pro alio mandatum apostolicum,& alię literę ad beneficia,etiam sine speciali concessione & mandato,secus ad lites,glo.sing.in c.ad aures de rescrip.text.in c.nonnulli.in fi.& ibi glos.quas sequitur. ibidem Panor.& alij. & Barb.in tracta.de præstan. Card.in q.3.1. partis.col.14. & in repet.cap. Raynaldus.col.118.de testa.& in ca.2.de iud.de Rot. decisio.430.in nouis.Nicol. Mil.in reper.in verbo gratia.q.22. Corset.in sing.incipien.mandatum.in 3. Et si impetratum fuerit,etiam poterit purificari sine mandato,si in mandato vel alia impetratione fuerit clausula,si idoneus, &c. vel alia similis. Ita nota.in cle.vna glo.præsenti.de concess.præbē.& de Rota decis.297.purificatio,in nouis. In acceptatione tamen requiritur mandatum speciale.Panorm.& alij in c.accedens. de præbend. Calder.in consi.2.de præben. Et casus in quibus requiritur speciale mandatum,tradit Bald. melius quàm alius quem viderim, insti.de his per quos agere possumus. §.1. Item vltra Bal.ibi requiritur speciale mandatum ad recipiendum possessionem beneficij.glos.sing.in c. si tibi absenti in verbo habueris. de præben.in 6.secundum Perus.ibi,intellige tamen vt scripsi in glos. speciale.rub.de electio.derogatio.vbi 47.congessi casus.

Literæ ad beneficia pro alio sine mandato impetrantur & comprobantur.

Possessio beneficij sine mandato non acquiritur.

b ¶ *Discretioni vestræ*] Quando papa scribit episcopo, & alteri non episcopo solet dicere, discretioni vestræ, vt hic probatur, & in c.accedens.de conuersio.coniug.&,c.accedentibus.de priuileg.si verò soli episcopo, vel archiepiscopo, seu patriarchæ scribat,tunc solet scribere fraternitati tuæ. c.sanè. de regula.& c.ex parte.ibidē.c.in his.de priuileg. vide tamen tex.in contrarium.in c.2.de fideiusso. & super eo cogitabis.Si autem scribat cardinali,solet dicere circunspectioni tuæ.aliis verò,discretioni

Discretio circunspectio,& fraternitas quando papa vti soleat.

tuæ,tam in mandatis apostolicis,quàm in aliis rescriptis.& clausula tu frater episcope, hodie non est in vsu.teste Prouinci. fo. 14.versicu. Literæ apostolicæ.& quando relinquitur discretioni alicuius,intelligitur secundum arbitrium boni viri,quia iudicium & discretio idem sunt.gl.in cap.2.de reg.& l.cum prętor. ff.de iudi.Bar.in extra.ad reprimẽdum in verbo videbitur. quomodo in læsę maiesta.crimi.proceda.& plenè Ias.& alij in l.fi.sic.ff. de legat. 1.& in §.in bonæ fidei.institu.de actio.Geor. Nathan in repe.clem.sæpe. §. non sic.in glo.defensiones.de verb.significa.

sivobis pro alio nõ scripserimus,qui simile mãdatũ,aut similem gratiam

a ¶[*Pro alio non scripserimus*] Romanus pontifex non intendit grauare ordinarium in duobus, nisi de hoc faciat mentionem. cap.mandatum.ibi,cum super receptione duorum grauandi ecclesiam antedictam non fuit intentio mandatoris. de rescript. Imol.in cap.capitulum.ibidem.colum.2.& doct.in c.pen.de rescrip.in 6.facit glo.in l.vna.C.de mulier. & in quo loco munera.lib.10.tamen si scripserit pro alio,tenetur ordinarius eidem prouidere,si habuerit collationẽ quinquaginta beneficiorum: vt supra titul.proximo patet. Imò hæc verba non faciunt gratiam conditionalem,quia tacitè insunt, & sic nõ requiritur conditionis purificatio.l.muto.§.1. ff. de tutel.glos. in clemen.1.de offic.delega.Feli.in cap.fina.de præsumpt.Hæc tamen clausula operatur,quia cum papa possit de iure concedere quot gratias vult.in eadem etiam ecclesia æquum fuit limitare gratias eius, vt nimis non præiudicetur ordinario collatori: & sic apposuit hanc clausulam,si pro alio, &c. Tamen supra titulo proximo fuit facta limitatio in hoc regno.

De clausula si pro alio.

¶Aduertendum est, quòd secundum mandatum non impeditur, etiam si in eo erat clausula si pro alio, &c. si primus neglexit.quia non intelligitur scriptum pro eo, qui facit contrarium eius quod scriptum est.Innocen.& Card.in d.c.mandatum. Et pactum non videtur fore scriptum pro eo,qui venit contra pactum.l.qui fidem.ff.de transac.l.cum pater.§.libertis. de lega.2. Bald.& Salyce.in l.cum proponas.2. C.de pact.facit glo.in ca. frustra.de regu. iur.in 6.faciunt verba sequentia, videlicet,qui simile mandatũ prosequatur. at hic non prosequitur, ergo,&c. ¶Ideo si secundus præsentauerit mandatum, & post mensem

vaca-

vacauerit beneficium, si primus nondum præsentauerit, debebitur hoc beneficium secundo mandatario prosequẽti, per prędicta, & ea quæ dixi in §. fin. supra. de colla. si verò impetret secundum mandatum, debet apponi hæc clausula, etiam si tibi, vel vobis pro alio de vno tantum beneficio scripserimus: vt patet in forma seq. & declarat lex regni, rub. *des mandatz*. art. vlt. & hæc clausula habet hunc effectum, vt videlicet tollat subreptionem, non vt secundus primo præferatur. Ioan. And. & alij in cap. penul. de præbend. in 6. Anto. & Imol. in c. mandatum. ca. capitulum. de rescript. nisi in secundo mandato fuerit apposita clausula anteferri. Felin. in cap. causam. columna quinta, de rescrip. quę in hoc regno non apponitur, vt dixi supra titu. proximo. in verbo forma.

¶Quæro quid si duo mandata eiusdẽ datæ impetrẽtur sine hac clausula, etiam si pro alio, &c. vtrum istorum valeat? quidam dicunt datam inspiciendam, & sic primum valere. c. eam te. de rescript. & c. eum cui. de præb. in 6. & si eiusdem datæ fuerint, recurrendum est ad coniecturas. c. penult. de rescript. in 6. Si tamen dirigerẽtur habenti collationem quinquaginta beneficiorum, tunc secundum eos vtrunque valebit, si impetratum sit vtrunque eodem die, vel sine magno interuallo, tum quia collator in duobus grauari poterat, tum etiam quia ignorantia excusare impetrantem debet. c. gratia, de rescript. in 6. & ille qui impetrauit incontinenti post primum, non poterat diuinare quod primus impetrasset. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. hoc etiam suadetur, quia multa valent ex continenti, quæ non ex interuallo, vtpote pactum nudum appositum incontinenti iuxta contractum producit actionem, quod facit ex interuallo. l. iurisgẽtium §. sed cum nulla. & §. quinimo. ff. de pact. l. in bonæ fidei. C. illo titu. Item vim vi repellere licet confestim, non ex interuallo. l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. & doct. in locis proximè allegatis alia adducunt. Si tamen impetrans ignoraret primam impetrationem, etiam ex interuallo factam, valebit secundum mandatum, per d. c. gratia. nam ignorãtia probabilis impetrantis non debet ei esse damnosa, argu. c. vt circa, de elect. in 6. c. pastoralis. de exceptio. postquam in potestate pontificis est grauare in duobus tantum, ergo hoc videtur voluisse iuxta suam conuentionẽ. & propter clausulas generales in mandato appositas, quæ declarant eius fuisse intentionis, & rex videtur consentire insequendo conuentionem supra positam, & sic debet iudicari.

Duo mandata impetrata sine clausula si pro alio, an valeãt.

¶ Idem dicerem si in primo mandato esset clausula, etiam si pro alio, quia voluntas & potestas papę adsunt, & abundans cautela sibi non nocet. l. testamētum. C. de test. & ista verba etiam si pro alio, non immutant formam. dum modo aliæ clausulę substantiales adsint, & per hæc concordata nō est aliqua forma data pro secundo, nec pro regularibus, sed inferius dicitur, similis forma illis conueniens detur, sic & hic. quia postquam apparet nil deesse, non potest dici contra formam. vt supra in prin. dixi. Et sic faciendi sunt tres casus pro totius materiæ elucidatione.

Duo vel tria mandata an et quādo valeant.

¶ Primus est, si papa duo vel tria mādata concesserit cū illa clausula, si pro alio non scripserimus, illa omnia valebūt, quia in §. primo. supra de manda. attenditur grauamen, nō impetratio, & si primus non prosequatur, secundus prosequi poterit, etiam secundo negligente prosequi ius suum tertius nō prohibetur. docto. in c. mandatum. de rescrip. sed primo prosequente alia mandata extinguuntur, si collator non habebat collationem quinquaginta beneficiorum.

¶ Secundus casus est, si duo vel tria mandata cum hac clausula, etiā si pro alio scripserimus impetrata simul, vel sine scientia secundi mandatarij fuerint, illa mādata sustineri poterūt, si beneficiorum numerus duobus sufficiens fuerit, & primus secundo præferetur. ca. duobus. de rescript. in 6. cum his quæ superius dixi, quia sufficit in his mandatis quatuor esse partes, & iuxta formam censentur esse, eo quòd non sunt contra, & quia voluntas papæ & potestas in eis adsunt.

¶ Tertius est, si duo mandata impetrata fuerint primū cum clausula, etiam si pro alio, & c. alterum cum clausula, si pro alio non scripserimus. neutrum valebit, quia in his voluntas papæ repugnans est, ideo illa repugnantia vitiat mandatū l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. facit. l. seruo. de condic. indeb.

¶ Nec obstat. d. cap mandatum, quia hoc procedit de iure, quo non erat declaratum, quot mādata papa dare posset? ideo videbatur in minus grauari, videlicet de vno tātum, sed quia est declaratum supra titu. proxi. quòd duo tantum possit concedere, videtur voluisse illa concedere, etiam si non apposuerit illā clausulam, etiam si pro alio, quia nil dictum est de illa clausula in dicto titu. de manda. Aposto. Et sic aliquando mandatū non cōprehendit primum beneficium, si Roma. ponti. pro alio scripserat, & collator habebat collationem quinquaginta beneficiorū, sed differtur ad aliud, vt nota. glos. in c. quia sæpe. de prębend. in 6.

in 6.vbi tradit multos casus in quibus non debetur primo impetranti. Sed quia hic forma est posita, ideo putarem clausulam si pro alio non scripserimus, vel etiam si pro alio scripserimus, esse apponendam, aliàs mandatum non habet suam formam, vt supra dixi, nec in hoc regno valeret, quia hæc est pars decisiua.

prosequatur [a] ideo quod in hac parte omittitur, vitiat, vt dixi in glo. volentes. supra eod.

¶ Itē si papa scripserit hoc modo habēti collationem decem beneficiorum, si pro aliis non scripserimus, intelligetur etiam si scripserit tantum pro vno, quia numerus pluralis etiam in vno verificari potest. Bal. in d.c. mandatum. Ioan. And. Ancha. & alij in c. quanuis. 1. de præben. lib. 6. sic expressè consuluit Ias. in consi. 145. beatissimus. in vl. dubio. vol. 2. etiam in odiosis. l. 2. sed si vnius. ff. vi bo. rapto. l. si quis. iuncta glo. C. ad leg. Iuliam maiesta. vbi verbum indicis verificatur in vno. facit. l. 1. C. de conditio. insert. vbi si substitutio fuerit facta, si sine liberis decesserit, sufficiet vnus, & appellatio quæ debet interponi coram honestis personis, sufficit si interponatur coram vna honesta persona, per legem vt perfectius. C. de anna. excep. ibi, tabellionum. 1. tabellionis exponit. gl. quam sequuntur Roma. & Alexan. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de operis noui nuncia. vide quæ dixi in tracta. nomina. q. 9. in prin. & in gl. in §. visum, in verb. iuxta formam. de collat. in prag. & Barba. in cle. gratiæ. col. 53. versic. 23. de electio. non valeret tamen in hoc regno. propter formam hic positam. *Clausula si pro aliis.*

a ¶ [*Prosequatur*] Idem si iam prosequutus est, quia præsens trahitur ad præteritum. quod durat de præsenti, & præteritum ad præsens. argu. ca. nam concupiscentiam. & ibi glos. de consti. l. nulli. C. de episcopis & cleri. l. si quis. id quod ibi proponitur. & ibi doct. ff. de iurisdic. omnium iudic. sic exponit Alber. in l. quibus. ff. de verbo. signifi. & qui consequutus est beneficium dicitur prosequi, eo quòd actu recipit redditus. Calder. & Barb. in c. mandatum. de rescript. *Prosequi an dicatur is qui est beneficiū consecutus.*

¶ Item actualis solutio debiti plus grauat debitorem, quàm dilatio. c. vno de plus pet. sic dicitur plus grauari ordinarius, quando vigore gratiæ iam prouidit mandatario, quam si non esset prouisum, quia posset interim mori impetrans, vel aliàs à gratia excludi. cle. gratię. de rescrip. quod non potest esse, quando iam est ei prouisum. Et sic excluditur secundus mandatarius, si fuerit prouisum primo, quando collator non habebat nisi collatio-

nes decem beneficiorum intelligendo. vt dixi supra, titu. proximo. in glo. prosequentes, quia non debet quis pro eadé re, duplici onere grauari. glos. vlt. singul. in l. vna. C. de mulieri. & in quo loco munera. lib. 10. facit tex. in l. planè. §. 1. & l. non quocunque. §. qui Caium. ff. de lega. 1. quia Ro. pontifex concedendo mandatum secundo, postquá primo est prouisum, veniret contra cócordiam factam in titu. proximo, quando is collator non habet collationem quinquaginta beneficiorũ.

canonicatum[a] & præbẽdam, aut dignitatem, personatum, administrationem vel officiũ, vestræ vel alterius ecclesiæ, aut aliud beneficium ecclesiasticũ, cum cura vel sine cura (etiam si parochialis ecclesia, vel eius perpetua vicaria, aut capella, vel perpetua capellania fuerit) ad vestram

An ordo verborum mãdati sit obseruandus.

a ¶[*Canonicatum*] Conferatis, adde infra positum. & quáuis hic præmittat canonicatũ, tamen non vult prius cõferri, quàm dignitas, vel personatus: sed si primo vacet dignitas, erit mandatario prius conferenda. si primo canonicatus & prębenda vacent, conferri debent, si personatus prius vacet, prius conferetur. nec intelligas ista verba esse ordinis, alioqui frustra crearet papa mandatarium canonicum ad effectum obtinendi dignitatem, si eam non posset habere ante canonicatum, & præbendam. & probatur infra, dum dicit, si quem, quam, vel quod post mensem, postquam præsentes literæ præsentatæ fuerint, contigerit vacare. ergo si primo vacet canonicatus & præbenda, debebitur: si primò vacet dignitas, eam mandatarius acceptare potest, si officium illud habebit. præterea quando papa peruertit ordiné, ita vult vt peruertatur. c. decernimus. de iudic. vbi præponit episcopum archiepiscopo: nec censetur apponere ordiné sine magno misterio, & cum ratione. Bald. in. l. prolatam, col. 3. C. de senten. & interlocu. omnium iudic. dixi in verbo ordiné. §. si quis verò. supra de colla. & ordo rationis & intellectus magis debet inspici, quàm verborũ. l. si qui soluẽdo. ff. de hæred. institu. Bal. in l. 1. in 4. oppo. C. de his quæ penè nomi. §. ante hæredis institu. de lega. ibi, sed quia inciuile esse putauimus scripturæ ordinem quidem sequi, sperni autem testatoris voluntaté, sic voluntatem papæ spernere non licet, sequẽdo hunc ordiné, sed de primo beneficio vacaturo prouidere, nec enim (dicit iuriscõsul-

sultus)ordo scripturæ spectatur, sed potius ex iure sumitur id, quod agi videatur.l.nec enim. ff.de solu. quia hic ordo non est necessitatis,de quo loquitur Bar.& alij in l.2.§.penulti.per illũ tex.ff.de vulg.& ista sunt notanda,quia super his vidi dubitari. Item non putaré per supradicta mandatum vitiari, licet ordo modic⁹ clausularũ peruersus esset, & non obseruatus, cum ista non sint ordinis. Vide tamen Feli. in c.cum dilecta.de rescrip.

collationẽ [a] ꝓuisionẽ,præsentationẽ [b], nominationẽ, seu quãuis aliã dispositionem pertinentia [c], etiã si dignitati, personatui, administrationi, vel officio hmói cura

a ¶[*Collationem*] Siue collatio spectet iure communi,siue iure speciali,Do.in c.quanuis,versic.quanquam. de præbend.in 6.per c.dilectus,in tertio,illo titu.

b ¶[*Præsentationem*] Vidi mandatum directum patrono habenti præsentationem decem beneficiorũ,& vltra,& in eo erat hoc verbum ad tuam præsentationem,nominationem,seu quãuis aliam dispositionem,& fuit dubitatum an valeret, eo quòd hæc verba ad collationem non erant apposita,dixi valere, quia verba necessaria erant apposita, & superflua verba non dicũtur esse de forma,sed illa quæ sunt necessaria: nám nõ est verisimile, quòd conditores voluerint nos grauare ad superflua exprimenda,quum ea tollant,vt in proœmio decretal.patet. & in 1.constit.Codicis.dixi in glo.ac volentes.supra eodem. *Si in mandato fuerit omißum ad collationem an valeat.*

¶Si tamen in literis expectatiuis non apponerẽtur omnia ista verba ad vestram collationem,&c.iuxta.c.cum in illis,de præb. in 6. Literæ essent de falso suspectæ.& nulla fides eis adhiberetur,vt fuit iudicatum in Rota,teste Ioan.Staphil.in tracta.expecta.de literis gratiæ & iustitiæ,in quarta forma.in fi.fol.14. sed nihil ad nos,cum in regno nullas habeamus.

c ¶[*Pertinentia*] Ergo si collatio non spectet ad episcopum, cui dirigitur mandatum,non comprehenditur sub mãdato, vtpote si vacet in ecclesia exempta,cum collatio vel alia dispositio ad episcopum non pertineat,vt hic dicit,secus si in mandato diceretur,vt in aliqua ecclesiarum suæ diœcesis prouideret.glo. Panor.& alij in c.pro illorũ.de præb.glo.in cle.frequens.in verbo primi anni.de excesi.prælat.facit gl.in §. item quod ratione,in verbo in diœcesi.de annatis,in prag. Panor. in c.graue.de offi. ordina. sed non valeret in hoc regno, ratione formæ omissæ *Pertinere quando dicatur.*

Et intellige siue pertineat de iure communi,vel speciali. gl.in c. fina.de electio.in 6. Dec.consil.128. licet in casu.col.2. versic.3. etiam:imò etiam ratione possessionis.gl.super iure. & ibi doct. in c.querelam.de elect.sic consuluit Alexand.consil.98.visis his col.1.in 5.volu.quia verbum pertinere latissimè patet.l.verbum pertinere.ff. de verbo. significati. & ibi dixi. gl.in c.inter dilectos. de fide instru . glos.in §.decreuit , in verbo pertinet. de ele.in pra.

immineat [a] animarum, dummodo talis dignitas electiua nõ existat [b] cum creatione in canoni-

a ¶[Immineat] Et sic quando personatui,dignitati, vel præbendæ est annexa parochialis ecclesia, non est necessaria ipsius expressio in impetrationibus,quando accessoriè erat annexa. Ancha.per illum tex.in c.super eo.de præben.lib.6. & hoc cognoscitur ex no.per glo.& doct.in cle.per literas.illo titu. de præb. si tamen personatui cura immineat animarum, de illa est habenda mentio,& hoc est de stilo curiæ Romanæ.

Electiua beneficia in mandatis non comprehenduntur.

b ¶[Non existat] Hoc ponit ad tollendum dubium ratione generalitatis in mandato positæ,vt ea non obstante non comprehendatur dignitas electiua.intellige verè,secus si eligendo conferant.glo.in cle.quia cõtingit,de religio.domi.etiam sub clausula generali non comprehenditur electio.cle.1.de præb.dixi in §.præfatíque ordinarij. de collat.supra. & in tract.nominat.q. 8.& sic in mandato non comprehendetur dignitas verè electiua,nec aliud beneficium simile , tum quia hic non mandatur de electiuo prouideri,tum quia hic exeipitur dignitas electiua, volens innuere,quòd dignitas debetur mandatario, nisi sit electiua,de alio beneficio electiuo non excipit , quia pauca sunt extra dignitates,ideo de his legem noluit facere.instar eorum quę dicit glo.de bonis mulieribus.in l.ex his.ff.de legibus.sic not.in d.cle.1. Oldra.consi.146.factum tale.Feli.in c.in nostra. correla.32.de rescrip.sed ratione generalitatis mandati dubitari posset.ideo excipit,vt hic.

¶Et quomodo cognoscatur quòd sit generale, pulchrè declarat Panor.in c.ex parte.1.col. 2.de offi.delega.In mandatis quę impetrantur per seculares ad regulares,nõ vidi apponere istam clausulam,quia non exprimitur dignitas in hoc mandato, nec de ea mandatur prouideri.cum sint regulares; & in mandato dicitur de beneficio per seculares teneri solito,& non describitur illa

illa clausula etiam si dignitati,&c.nec illa dúmodo, &c.& ideo super hoc vidi sæpius dubitari, sed quia forma expressa non est in illis,sed conuenire debent cum hac forma quantum potest, non describendo tamen superflua.

¶ Aduertendum est,quòd si fuerit data potestas legato conferendi omnia beneficia ecclesiastica,etiam si dignitates, vel personatus,aut officia existant, & curam habeant animarum suorum capellanorum,poterit conferre etiam dignitates, & alia beneficia,etiam electiua,& præbendas ecclesiarum cathedralium.tum quia istæ literæ continent gratiam,ideo latam recipere debent interpretationem.c.is cui.&.c.si cui de præbend.in 6. & beneficia principum plenissimam interpretationem recipiunt.l.2.C.de bonis vacant.lib.10.c.cum dilecti.de donat.tum propter dictionem omnia.c.si Romanorum.19.dist.l.Iulia.ff.de leg.3.sic expressè consuluit Cald.consil.4.an per.rubr.de præb.quod intellige in hoc regno,vt declaratur in tit.de regia ad præla.no.fac.

Beneficij nomine an veniat dignitas.

cum vestræ vel [a] alterius ecclesiæ etiam si in ea statuto & priuilegio expressè caueatur, q nulli de

¶ Notandum est,quòd quando papa taxatiuè loquitur,vt hic. etiam illa,quæ sunt exprimenda de iure, vitiant gratiá,si exprimantur,vt conferimus, dummodo sit beneficium in tali loco. quia papa non intendit alio modo prouidere. secus si quid exprimatur gratia demonstrationis,& etiam cóferatur. Panor.in c.super literis.col.7.de rescript.de Rota,decis.35.nota quòd falsa.in antiq.quia hoc casu falsa demonstratio non vitiat.l.falsa. ff.de conditio.& demonstra.

Effectus quando aliquid exprimitur taxatiuè vel declaratiuè.

¶ Aliquádo etiam solet in impetrationibus à papa apponi hæc clausula,dummodo non sit dignitas maior in ecclesia post pontificalem,quæ etiam non debetur impetranti, nisi expressa fuerit.Hic tamen contrà ratione generalitatis, à qua nó excipitur, nisi vnus casus, quia exceptio firmat regulam in non exceptis. gl.& docto.in l.1.ff.de regu.iur. Dy.in procemio regu.6. quod est verum,si fuerit collatiua.Et quomodo cognoscatur ista maioritas,tradit Cardi.in consil.30.in hac.col.3.versi. item est dare.Et de hac dictione dummodo, vide Bald.in c.dudum.in 2. col.6.nume.27.de elect.

Maior dignitas post pontificalē an mādatario debeatur.

a ¶ *Alterius ecclesiæ*] Hoc dicit propterea,ne si in alia ecclesia episcopus habeat collationem,vel præsentationem,ab illa repel-

latur mandatarius, si in ea erat statutum, vel consuetudo, ne quis admittatur sine canonicatu ad illam dignitatem, vt supra etiam dixi. & ista clausula non solet poni in mandatis regularium, vt infra dico in glos. conueniens, post formam literarum executorialium.

Plenitudo iuris canonicalis, in quibus cõsistat.

dignitate, personatu, administratione vel officio prouideri possit, nisi cum effectu illius ecclesiæ canonicus existat, canonicatum huiusmodi ecclesiæ cum [a] plenitudine iuris canonici, & nõ obstante [b]

a ¶ [*Cum plenitudine*] Ille dicitur habere plenitudinẽ iuris canonicalis, qui habet ea quæ spectant ad canonicos, scilicet vocem in capitulo, stallum in choro: licet non habeat præbendam. ita Domi. & Ioan. Colo. in cap. vlti. de concess. præbend. in 6. post Ioan. Andr. ibidem. & text. in cap. proposuit illo titul. dicit cum plenitudine honoris canonici, & ibi idem dicit Ancha. ideo clausula non obstante, tollit solum obstantia receptioni, non autem modificantia qualitatem recepti. & ideo vt sit derogatum alteri statuto de voce non danda oportet quòd inseratur hæc clausula. Fel. in c. constitutus. col. vlt. de rescrip. Et ista assignatio stalli in choro, & loci in capitulo, fit per eum ad quem pertinet de iure, vel consuetudine. c. dilecto. de præbend. Inno. & Card. in d. ca. proposuit. vbi etiam dicunt quòd quantumcunque quis sit electus in canonicum, tamen non habebit ius administrandi, antequam sibi præbenda assignetur, nisi esset consuetudo in contrarium. c. cum qui. de præben. in 6.

Præbenda an sit ratione canonicatus affecta.

¶ Nec papa hic creat canonicum simpliciter, sed ad effectum obtinendi dignitatem, ob id si fuerit negligens hic mandatarius, in vim huius canonicatus non prouidebitur ei, sicut si fuisset simpliciter creatus. c. si clericus. de præbend. in 6. nec etiam in vim creationis huius canonici est affecta præbenda, quæ aliàs esset affecta. in c. si postquam. de præbend. in 6. per istum text. ibi duntaxat, & non aliàs: erit tamen affectum beneficium primò vacaturum per præsentationem mandati factum. c. si capitulo. de concessio. præbend. in 6.

Clausula non obstante canonicorũ numero quid propsit, & an sit necessaria.

b ¶ [*Et non obstante*] Tollit surreptionem, quæ posset allegari, quando esset certus numerus canonicorum. cap. constitutus. de rescript. vbi doc. & in c. dilecto. de appella. glos. in verbo numerus. in §. item censuit. de colla. in pragma. & gratia non facta mentione

mētione de numero est nulla,& surreptitia. Nicol.Mili.q.104. gratia impetrata.& dixi supra eo.in verbo pro expressis. & hoc prodest etiam. Nam & si per clausulam generalem, non obstantibus consuetudinibus & statutis iuramento roboratis tollatur surreptio, nō tamen recipietur vltra numerū, nisi sit adiecta ista clausula, vt expressè tradit Collecta.in d. c.constitutus. col. 2. vbi etiam dicit clausulā non obstāte certo numero prodesse, si non erat certus numerus canonicorū, sed præbēdarū: quia potest referri etiā ad numerum præbendarum cum indefinitè proferatur secūdum eum.

de certo canonicorum numero ad effectum huiusmodi dignitatem, personatum, administrationem vel officium duntaxat & non alias authoritate apostolica tenore præsentium conferimus [a], & de

¶Cum ergo hæc clausula sit in parte decisa mandati, est necessaria,& sic sanctè iudicauit senatus Tholosanus, qui mādatum sine hac clausula non admisit, directum ecclesiæ habenti certum numerum canonicorum:quia in hac forma, si bene inspiciatur, confertur canonicatus, & papa mandat recipi,& sic recipiēdo illum frangitur numerus canonicorū, ideo hæc clausula est necessaria.per d.c.cōstitutus.& hic debet esse etiā in clausula nō obstāte, infra repeti.per illud verbum vt supra, ergo hic poni debet,& semper hoc vidi, tum quia papa hic conferendo canonicatum frangit numerum, ergo debet addere hic istam clausulam,nam vbi de iure requiritur certa mētio alicuius clausulæ,& illa clausula non exprimitur in parte decisa, sed in parte executiua, tūc nō prodest impetranti, nec virtute illius expressionis in parte concernente executionem positæ, consequetur illud quod consequeretur, si fuisset expressa in parte gratiæ decisa.text.in cle.1.in fi.de præb.hoc expressim tradit Domi.con. 86. in causa. col. 1. & ita fuit iudicatum in supremo Rotomagen.senatu,pro domino de sainct Germier. licet quidam aliter (& malè)intelligant. *Arrestum.* *Arrestum.*

a ¶[*Conferimus*] Et sic patet per hoc verbum, quòd papa creat canonicum ad effectum obtinendi dignitatem,& demum mandat prouideri isti mandatario de præbenda, dignitate, & aliis de quibus in hac forma & per collationem huius canonicatus,

iuncto mandato affecta est præbenda primò vacans sine alio decreto.glos.in verbo canonicatum.c.dudum.de præb.in 6.Perus.in c.si postquam.no.vlt. illo tit.si prosequatur , vt scripsi in §.fi.supra de collationib.

Canonicatus sine vacatione cõferri potest, & quare.

¶Aliquando papa mandat executori statim conferre canonicatum,quod poterit facere , si adsit clausula non obstante de certo canonicorũ numero,

illo etiam prouidemus, si quem, quã vel quod post [a] mẽsem post-

vt hic.c.abbatem.de rescrip.sed nõ in hoc regno. Nota tamen quòd canonicatus sine vacatione conferri potest,secus in præbenda, quia canonicatus in sola spiritualitate & in iure incorporali cõsistit,& ideo nullum ex hoc fit præiudicium aliis canonicis , nec iuribus eorum , imò potius talia iura consistunt in charitate & veritate , & in quadam reuelatione oneris supportandi in diuinis.& quantò in plures diuiditur onus, tantò fortius agunt.cum sint propria opera spiritussancti, quæ ad mensuram non dantur.c.non mediocriter.& seq.de consecratio.dist. 5.secus in præbendis,& aliis rebus corporalibus, in quibus fieret aliis præiudiciũ,& in eis verificatur illud quod dicitur,multiplicasti gentes,sed non magnificasti lætitiam.Imol. in cle.fin. de præb.sicut dicebat quidam de augmento officialium.

Creatio canonicatus in mandato facta quid prosit.

¶Ista tamen creatio canonicatus non proderit canonico,si didignitas nõ vacet,quam possit ratione mandati obtinere, nam si postea vacaret dignitas , quam vult in vim nominationum habere,quia est antiquior,certè eidem non deberetur si non sit aliàs creatus canonicus per istum tex.dicentem ad effectum huiusmodi dignitatem, personatum, administrationem, vel officium duntaxat,& non aliàs,& sic collatus canonicatus prodest quo ad mãdatũ,nõ quo ad alia,& aliàs vidi super hoc dubitari.

a ¶*Post mensem*] Ergo beneficium ante mensem vacans , mandatario non debetur,sumendo argu.à contrario,quod est validum.c.cum apostolica.de his quæ fiunt à præla. Et quanuis olim esset statutũ (vt occurreretur diutinæ vacationi beneficiorum) quod mandatarius intra mensem teneretur acccepțare , à die vacationis computandum.cle.vna.de concess. præb. tamen quia collatores aliquando datas adulterinas faciebant,vt excluderent mandatarium,item prouisus ab ordinario,vt excluderet mandatarium,quicquid poterat faciebat, ideo statutum , est vt non acceptet intra mensem, & etiam secundum quosdam pos-

Quare datur mensis mandatario.

set

ſet fortè præſumi,ſi ſimul atq; mandatarius præſentaſſet, vacaret beneficium,vt mãdatarius vitæ illius fuerit inſidiatus, argu. nota.per Bar.in l.poſt contractum.ff.de donatio. Tamen contrarium dicerem,quia in dubio non debet præſumi delictum.l. meritò.ff.pro ſocio. Et idem poſſet eſſe ſi vacaret ſtatim poſt menſem. Ideo dicerem alia ratione introductum, vt dixi, & vt valeat interea ſciſcitari de valetudine aliquorum. Et ſi conferretur eidem ante menſem,poſſet mãdatarius acceptare ſi vellet, cum ille menſis ſit introductus in fauorem ordinariorum, cui poſſunt renunciare. c. ſi diligenti.de foro compet. dummodo non fiat in fraudem nominati,aut graduati,ſeu alterius.

¶ Non poſſet tamen mandatarius, ſi eidẽ non conferretur per ordinarium,acceptare beneficium, quòd vacauit ante menſem, licet duret vacatio poſt menſem, quia vacatio non contingit poſt menſem,vt debet fieri,hic argu.l.nouiſsima.ff.iudic.ſolui. Feli.in c.conſtitutus.colum.pen. de reſcript.dixi in §. præfatíque graduati.col.penult.in verbo vacationem. de colla. ſupra. hoc tenet Boniſac.in cle.vna.§.ſecus.num.36.& ſeq. de cõceſſ. præbend.& quia per ordinarios fieret fraus. quando poſt præſentationem, & ante menſem vacaret modicum beneficium. nam illud non conferrent, vt mandatarius poſt menſem acceptaret. his ergo obuiari debet, & hoc eſt propter incertitudinẽ introductum, quia beneficium debebatur mandatario, etiam ſi vacaſſet ante mandatum, ſi tempore præſentationis non erat collatum.gloſſ.in c.ſi poſtquam.& ibi Peruſ.& Ioan.Vanquel. de præbend.in 6.glo.in verbo notitia.cle.vna.de conceſſ.pręb end.Soci.in l.ſi iam facta.ff.de condit.& demonſt.& etiam aliquando vacatio erat incerta, & ordinarij eam ſecretam tenebant,vt excluderent mandatarium,ideo ſtatutum eſt,vt hic, & etiam ſi fortè impetrans ſit excommunicatus,vt ante finem mẽſis abſoluatur, vt eidem iure collatio fieri poſſit. dixi ſupra in gloſſ.abſoluentes.

Beneficiũ poſt menſem vacãs non debetur mandatario ſi ante vacauerit.

¶ Quomodo computetur hic menſis? Reſpon. ſicut dicit gloſſ. in c.quam ſit.de elect.in ſexto,vt ſi præſentetur die 10. Februarij,die 10. Martij finitus erit menſis,& poterit beneficium acceptari,ſi die 11.vacet, cum hic tex. dicat poſt menſem, poquam præſentes literæ,&c. vel de momento ad momentum computabitur.iuxta.l.3. §.denique.ff. de minorib.primum tamen verius videtur.vide glo.in c.quam ſit de elect.in 6. Alexan.in l.de diuiſione.ff.ſolut.matri. Soci.in d.l.ſi iam. ff. de conditio. & demonſtra.Dec.in l.vbi,per illum text.de regu.iur. Bar.in l. cum

Mẽſis quomodo computetur.

bissextus.vbi scripsi.ff.de verbo.signifi.plenè Gomes.in §.ru ³
sus.col.18.insti.de actio.Bolog.consi.vlti. plenè etiam consulit in compromisso Soci.consi.99.serenissimus. in 3.vol.& in electione, quod debeat computari prout sunt in calendario, tenet expresse Bald.in c.cum in cunctis.col.1.de electio. Bonifa. in cle. 1.§.sanè.in fin. de statu mona. Collect. in c. ne pro defectu, col.2. de elect. Mandagot.in tract.de elect. in 1. parte. c. 3. & ibi in additio.pulchrè Boer.quod notes, quia fui de hoc interrogatus.

quam præsentes [a] literæ vobis

¶Vnde poterit mandatarius requirere beneficium sibi conferri intra sex menses, qui sunt præstituti collatori.in c.2.&.c.cum nostris.de concessio.præb. dum tamen vacauerit post mensem à die præsentationis,& non aliàs, vt hic.

Literæ executoriales. an sint præsentandæ.

a ¶*Præsentes*] Ergo nō sequentes,& sic literæ executoriales non debent necessario præsentari, per hunc tex. quod etiam probatur infra in forma literarum executoria.ibi, post præsentationem earundem literarum, non dicit executorialium. probat tex. in c.si soli.ibi, per talis præsentationem mandati ordinario ipsi factā.de cōces.præb.in 6.& in ordina.reg.rub.*des mandatz*.articu.1.ibi, *qui vaquera apres les moys ensuyuant l'insinuation du mandat*.ecce tam per iura regni, quàm alia requiri tantum insinuationem mādati: nam dixissent conditores literas executoriales insinuandas, si voluissent. nec debemus aliquid vltra legem requirere.arg.l.de pretio.ff.de publicia. in rem actio. & frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. Bal. in ca. ex insinuatione, colū.1. de rescrip.allego.tex. in l.dominus.ff.de condict. indebi. nam per solam præsentationem literarum mandati ordinario factam adimitur potestas ordinario. c. tibi qui. de rescrip.in 6.& ca.si capitulo.de conces.preb.in 6.hoc plenè probat D.Gomes.in tract.mandat.in forma. 8. quando est executor datus ad prouidendum.vt in forma seq.patet.secus si datus fuerit ad compellendum.ergo non est opus aliam facere præsentationem, cum ad hoc fiat præsentatio, vt adimatur ordinario potestas cōferendi alij quàm mandatario, in & hanc sententiam subobscurè tamen inclinat Compostel.in c.capitulum.col.9.de rescript.cuiusverba insero.

¶Item nec in hoc casu, cum mādatur executori, quòd exequatur, ordinario negligente requiritur quantum ad priuationē potestatis ordinarij, vel probationē potestatis executoris, si execu-

tor

tor negligéte ordinario cõtulit, antequá appareat, vel ostédatur litera directa executori, dummodo ordinarius literam papæ sibi directam receperit, & sic obtinui, & hoc ideo quia quantum ad ademptioné potestatis ordinarij sufficit sola insinuatio voluntatis papæ per suas literas ordinario facta. hæc ille, quod nõ procedit secundum eũ. col. 7. & seq. quando soli executori scriberetur, vt prouideret in aliqua ecclesia, tunc nõ adimitur potestas ordinario, donec executor suá insinuauerit potestaté, & sic erit tũc necessaria literarum executorialiũ insinuatio, & ita debet intelligi gloss. quæ allegat Compostella. in d.c. si capitulo, in verbo illorum. de concess. præb. in 6. & c. si soli. ibidem, aliàs non requiritur insinuatio literarum executorialium, maximè in hoc regno, vbi mandatum ordinariis collatoribus, dirigitur, nõ executoribus, & hanc sententiam videtur probare glo. in verbo dirigendum. §. item voluit. de colla. in prag.

¶ Nec refragatur, quòd vna res nõ debet diuerso iure censeri. l. cum qui. ff. de vsucapio. c. cognouimus. in fi. & ibi glo. cõcord. plena. 12. q. 2. quia hic sunt duæ literæ, & non vna, probatur in forma seq. ibi per alias literas nostras. & ibidem. prout in eisdem literis, & ibi in dictis literis, & c. & sic literæ executoriales non sunt hic accessoriæ ad mandatum, quia mandatum sine illis valeret, & haberetur recursus ad papam, nec obstat. c. si super gratia. de offi. delega. in 6. vbi dicitur, quod potestas executoris est accessoria, & veluti accessoria debet sequi naturam sui principalis, quod est verum, vt extincto principali & accessoriũ extinguatur: sed secus est quando principale extingueretur per accessorium. vt hic esset, quod probatur in §. 1. supra de manda. vbi fit mentio tantum literarum mandati non executorialium, ergo etiam si papa non daret literas executoriales, valeret mandatum, nisi in hoc regno ratione formæ datæ in his conuentis, sed vt vitentur expensæ in adeundo papam, datur executor in partibus, ideo non obstat regula accessorium.

¶ Tutius tamen putarem ante factum ambas præsentari, post factum tenerem supradicta. quæ sunt notanda, quia per doctores non elucidata. Sed quòd requiratur præsentatio ambarum literarum, fuit iudicatum in tertia camera, vt dicunt, inquæstarum conuocatis aliis Anno 1541. die 23. Decembris, super processu moto inter Nicolaum Massuau & Iacobum Barrillean religiosos ratione prioratus de Courbozon & Thuye diœcesis Aurelia. Arrestum?

De præsentatione mandati multa.

a ¶[*Præsentatæ*] Requiritur mandati præsentatio, etiam si esset clausula decreti.c.audita.in fi.de resti.spolia.c.ecclesia.2.vt lite pendente.etiam si diceretur ex nunc.Alexand. consi.197.consideratis,in 5.volu.

Quib' debẽt præsentari mãdata.

¶Præterea si dubitetur quibus debent præsentari mãdata? Respon.collatoribus quibus diriguntur, per hũc tex. vobis præsentatæ fuerint, non dicit executori faciendam præsentationem, debet tamen executor recipere literas,antequam conferat.ca.si clericus ibi recepisti mandatum.de præb.in 6. ex honestate tamẽ posset executori insinuari mandatum.nõ negat tex.in d.c.si capitulo. ibi, absque alia etiam executoris insinuatione,de concess.præbẽ.in 6.quia sola præsentatio facta ordinario afficit, ergo non est alia præsentatio executori facienda, vt proximè dixi, & Domini. in consi.14.in causa.col.2.tradit executorem datum ad conferendum extante negligentia non teneri ad fulminationẽ processus, vt dico infra in forma literarum executor. in verbo aut negligentes fuerint.Item tex.in c. duobus.de rescrip. in 6. vult presentationem fieri debere illis, ad quos spectat receptio. sed ad executores seu ad legatum non spectat canonicorum receptio,ergo illis non est præsentatio facienda. & quia illa decretalis duobus de illis non loquitur, ergo in illis non habebit locum.l.si vero.§.de viro.ff.solut.mat.l.si seruum.§.prætor.de acqui.hære.& vbi non conueniunt verba,nec dispositio. c.indemnitatibus.§.supradicta.de electio. in 6.l. ita autem. ff.de admini.tuto.bene facit tex.in c.dilectus.de offi. leg. quem sing.not. Barb.in repe.rub.C.qui admit.col.31.

præsentatæ a fuerint

Executori & legato nõ fit mandati præsentatio.

Gratificare an executor posit.

¶Nec obstat ꝙ executor dicatur collator, quia nõ est ordinarius collator, nec ad eum spectat receptio, de qua loquitur ille tex.Itẽ vnus ex duobus mandatariis debet gratificari,iuxta formã.d.c.duobus.sed quilibet executor gratificaret suum impetrãtem,& sic esset maior confusio indecisa,per ca.pastoralis, supra de rescrip.Item nõ posset vnus executor,qui est datus pro vno gratificare alterum,aliàs formam mãdati excederet. contra.c.cũ dilecta.de rescript.sic consuluit Anch.con.55.vltra.Et sic infertur ꝙ is qui prius præsentauit collatori,est præferendus illi,qui antea præsentauerat suo executori,quãuis postea etiã præsentet dicto collatori:quia presentatio debet fieri iis,ad quos collatio spectat.cap.duobus.de rescrip.in 6.& ibi Domi.Alioqui fieret fraus.nam quis assumeret vnũ executorẽ Romę,& aliũ in patria

&

& executori Romæ ſtatim præſentaret.ſic cõſuluit Domi.cõſi. 34.graduatus.col.2. Auffr.in deciſ.Thol.q.25.quáuis cõtrarium teneant Do.de Rota,deciſ.100.vnus.in no.& deciſ.403.not.ſi vnus.in anti. quia ſicut non liberatur is qui ſoluit ei cui nõ debebat.l.cum maritum.& l.ſeq.inuito.C.de ſolu.ita præſentatio facta ei cui fieri non debebat,nõ afficit:& ſic prima pręſentatio afficit.intellige quãdo fit ordinario:ſecus ſi executori per prædicta.& an ſufficiat præſentare vicario,tradit gloſ.in §. viſum. verb.vicario.de collatio.in prag.quòd ſic abſente epiſcopo. & ſi fiat præſentatio epiſcopo Romæ degenti per vnum mandatarium,& per alterum vicario degenti in epiſcopatu debet præferri is,qui primò præſentauit, quando ſunt eiuſdem datæ, & à prima præſentione cõputatur menſis,ſi illa valebat,alioqui contra.d.c.duobus.de reſcrip.in 6.quia nihil refert,ſiue præſentetur epiſcopo exiſtẽti in epiſcopatu, ſiue alibi, etiam ſi Romæ eſſet, per ea quæ ſcripſi in tracta.nomina.quæſt.14. nu.24.& ſeq.

Præſentans epiſcopo & alter eius vicario vter præferatur.

¶ Quæro an ſemper requiratur præſentatio? Reſpõ.nõ,quãdo eſt creatus canonicus.c.ſi poſtquam.de præben.in 6.vel quando reſeruatio,vel inhibitio executoris eſt interpoſita.c.tibi qui. de reſcrip.hodie in Francia eo iure non vtimur.nam ſemper licet quis ſit creatus canonicus in mandato, vt in hac forma licet videre,præſentatio requiritur, antequam afficiatur beneficium.c.ſi capitulo.de conceſſio.præb.in 6.glo.in verbo ante receptionem.in d.c.tibi qui.& ibi hoc tradunt docto.

¶ Et in hac præſentatione ſiue inſinuatione mandatorũ facienda,nõ eſt præſtitutum certum tempus, ſicut in literis ad lites. c. ſi autem.&.c.plerunque.de reſcrip. quia iſtæ gratiæ ſunt perpetuæ.l.falſo.& ibi Iaſ.in 1.nota. C.de diuer. reſcrip.Si tamẽ duo mãdata directa fuerint vni habenti tantum collationem decem beneficiorum,& primus nõ præſentauerit ſuum reſcriptum,donec ſecundo fuerit prouiſum,vel primo fuit ſtatutum tẽpus intra quòd præſentaret,& non præſentauit, tunc primus excluſus eſt,nec poſtea poterit præſentare.d.c.tibi.& ibi plenè Domi.& Philip.de reſcrip.in 6.Vide intra quod tempus debeant nominationes præſentari,in tract.nomina.q.14.nu.20.& ſeq.

Intra quod tẽpus debeat mãdatum præſentari.

¶ Notandum eſt tamen ꝙ dicitur in regula cancel.15.ꝙ quando mandatarij ſunt in data pares,ſiue impetrantes,præfertur is, qui in literis ſuis habet clauſulã motu proprio,ſi vterq; habeat, vt in hoc regno,vel neuter,graduatus pręfertur nõ graduato,& inter graduatos magis graduatus:ac inter æqualiter graduatos,

Inter plures mãdatarios quis præferatur.

prius graduati, necnon colorato titulo, possessores nō possessoribus, & non beneficiati beneficiatis. & similiter cæteris paribus oriundus non oriundo, & diœcesano, in reliquis, &c. Ecce ergo quomodo istæ qualitates considerantur, quando ambo sunt pares, tam in literis quam in præsentatione, quia tunc collator tenetur gratificare vnum ex illis. & in hac gratificatione debet seruare has qualitates regulæ prædictæ, prout cōsuluit Domi. d. consi. 34. graduatus. de Selua, in trac. de benefi. in 3. parte. q. 15. Multa de insinuatione mandatorum hic traderem, verumenimuero plenè tractaui in materia nominationum. q. 14. vbi licet cernere. non repeto hic. Septem requisita ponit domi. Ruseus in suo tracta. de mandatis aposto. in 3. parte.

extra [a] Romanā curiam vacare cōtigerit, cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus &

Beneficia extra curiā vacātia debētur mandatariis.

a ¶[*Extra Romanam curiam*] Hoc ideo dicit, quia beneficia vacantia in curia nullus extra papam (nisi speciali potestate munitus fuerit) confert. ca. 2. de præb. in 6. & difficilius conceduntur vacantia in curia per papam, vt suis familiaribus possit prouidere. ideo solet frequentius papa hoc in suis literis excipere, vt hic. Et ideo beneficia vacantia in curia nō debētur mandatario, nisi vt dixi supra in glo. comprehensa. tit. proxi. in §. declarantes. Et aduerte quòd ibi est curia Romana, vbi est papa, & non vbi est audientia vel concilium. gl. in §. 1. & §. pen. de colla. in prag. & c. licet. §. censuit. in verbo. curia. de elect. glo. in regu. cancel. 5. & glo. in verbo Romanæ. §. nos itaque. in extrauag. execrabilis. Io. 22. no. in c. præsenti. de præb. in 6. Cardi. per illum tex. in c. dura. de crimi. falsi. Ideo beneficia vacantia eo loci vbi est legatus non dicuntur vacare in curia, quia papa tantum quo ad hoc habet curiam, vt iuribus supra adductis est liquidum, ob id non potest legatus suis famulis & seruitoribus ibidem vacantia reseruare, cū etiam papæ nō permittatur, vt in rub. de reserua. supra dixi, ergo non posset papa concedere legato in Francia vacantia iuxta legatum, vt tantum per eum conferantur, cum saperet reseruationem, quæ est omnino in hoc regno exclusa, etiam quia esset magnum præiudicium collatoribus Franciæ, cum legatus soleat residere in magnis ciuitatibus, vbi multi beneficiati moriuntur, & tolleret iura regni.

Curia non dicitur vbi degit legatus.

¶Postremò si aliquis in loco (in quo degit curia) suæ originis domum habens, diem claudat extremum in ea, ipsius beneficia

non

non includuntur, nisi curialis antea fuerit, & occasione curiæ illic moraretur. c. præsenti. §. sanc. de præb. in 6. Item etiam dicimus ibi curiam Franciæ esse, vbi est rex, non vbi est consilium. De curia vide versus traditos per Domi. in c. vno. §. porrò. de statu monach. in 6. Curia ius curat, meretrix est curia dicta. Curia curatum genitrix, nutríxque malorum. Ignotis notos, inhonestis æquat honestos. & curiæ debetur honor & reuerentia. Bald. in c. vno. an apud iudicem vel curiam quæstio, &c. etiam iniuria facta curiæ censetur facta principi, cuius vices repræsentat. Ioan. de Platea, in l. nemo. C. de digni. lib. 12. In curiis principum detractores & inuidos abundare, & parasiti partes non erubescentes, Lucas de Penna testatur in l. decurio fortunam. col. 2. C. de decurio. lib. 10. Multa addidi ad Alber. in dictio. in verbo curia. & multa licet videre per Polycra. de nugis curialium.

pertinentiis [a] suis eidẽ N. conferatis [b], & de illo, aut illa prouideatis

Iniuria facta curiæ regi facta censetur.

a ¶ *Pertinentiis*] Quarum appellatione veniunt quæ à lege, consuetudine, vel statuto deputata sunt, vt accedant, & ideo petitioni ecclesiæ accedunt omnia, quæ ad ecclesiam pertinent de iure, consuetudine, vel statuto, vt sunt iura eius parochialia, dos primò instituta, decimæ, & huiusmodi, teste Panor. & aliis in c. cum ad sedem. de restitu. spolia. Deci. consi. 516. quoniam. col. pen. vbi fusius declaratur, & per Bar. in l. item apud. §. conuitium. ff. de iniur. Bal. in c. de causis. col. pen. de offic. deleg.

Pertinẽtiis quæ dicantur.

b ¶ *Conferatis*] Et tunc dicitur iure ordinario conferre, quando aliàs habebat potestatem conferendi, quia quoties papa mãdat alicui per suas literas, vt faciat id, quod aliàs iure ordinario facere poterat, non facit eum delegatum, nisi dicat, authoritate apostolica, vel nostra conferas, vel aliquid apponatur vltra formam iuris communis. tex. solen. in c. cum aliquibus. de rescri. in 6. c. licet. de offi. ordi. Et ibi Pan. pulchrè declarat, & Fel. in c. cum ex officij. col. 14. versic. tertius casus. de præscrip. vel si præcipiat, vt hic, nam tunc dicitur facere authoritate delegata, idem quando alteratur potestas ordinaria, secus quando tantum remoueretur obstaculum. plenè Ancha. in consil. 215. scripsit papa. Vbi dicit quòd iudex in dubio præsumitur potius procedere ex potestate delegata quàm ordinaria. alleg. Io. And. in c. si postquam. de elect. in 6. licet contrarium teneat Feli. in c. fi. col. 2. in 4. decla. de re iud. quod limitat Ias. in l. ius autem ciuile. col. 1. ff. de iusti.

Authoritate delegata vel iure ordinario quãdo quid fieri dicatur.

& iure.Soci.consi.260.in causa.col.3.vol.2. Collecta.in c.relatum.de præb. quod est notandũ propter appellationes interponendas.glo.in extraua.sedes.de offi.deleg.in communibus.Do. & Io.Vanquel.in c.si clericus.de præb.in 6.Et ista verba authoritate nostra cognoscas faciũt delegatũ,quãdo apponũtur in dispositione principali, secus si in executione vel cõfirmatione.Imol.in ca. quoniam. de offic. deleg. col.vlt.Dec.consi.500.in causa.col.pe.nu.11.

seu [a] ipsum ad illũ, illã vel illud præsentetis aut noĩetis.Ipsũmque N.in canonicũ,& in fratrẽ vestræ vel alterius ecclesiæ ad effectũ tantũ obtinendi dignitatem,personatum,administrationẽ vel officium huiusmodi

An quis cogatur eligere ex qua potestate procedat. ¶ Et iste procedẽs ex duplici authoritate,non potest cogi ad eligẽdum alteram, cũ possit ex vtraq; pcedere,si cõpatiãtur se simul.Inno.Pan.& alij in d.c.cũ ex officij.per tex.in c.significãtibus.de off.deleg.& poterit eligere,vt in parte vnius causæ vtatur authoritate ordinaria in alia delegata.p c.nisi.de pręb.no.in c.innotuit.de elec.abundè resoluit. Fel.in d.c.cũ ex officij.& post eũ d.Parisius ibidem . Et si vacet præbẽda, cui annexa est dignitas etiã est cõferenda mãdatario. Idem si dignitas cui est annexa præbenda.tex.in cle.si de præb.

Mãdatum an expiret per acceptationem vnius beneficij euicti. ¶ Quid si mãdatario fuerit in vim mãdati collatũ beneficiũ qđ postea ab eo euictũ fuerit: an mãdatũ p acceptationẽ expirauerit?Rñ.nõ,si cũ ptestatione vel ignorãter illud beneficiũ alteri iure debitũ acceptauerit.glo.& doc in c.2.de rescri. in 6.plenè Ro.consi.229.præsens consultatio.Ideo debet acceptare illud, quatenus sibi debeatur,protestãs in casu euictionis de habendo recursum ad aliud,vt superius scripsi,vide cle.vlti.de præb. cui dedi nouum intellectum.& quid si plura vacauerint eodem momento beneficia,quòd debeatur mandatario decidit text.in c. si pluribus.de præb. in 6.& Collec.in c.inter.tex.vlt.illo tit.

De dictione seu. a ¶ *Seu*] Alternatiuè ponit.Barb.& alij in c.si qs presbiterorũ. de reb.eccl.nõ alien.Rom.consi.65.in fi.de sui tñ natura intelligitur augere.l.si quis.ita.ff.de auro & argẽ.leg.ibi,hoc enim verbũ.s.seu,ampliãdi legati gratia positũ est.& hoc in legatis,secus in cõtractib9.Imol.& Dec.in c.inter.de rescri.vbi latius tradit. vide duas limitatio.p Ias.in l.pe.C.de verb.sig.col.2. Et q̃ dico in tract.noĩa.q.14.nu.44.tex.& ibi Iacobi.in l.plerũque. §.fi.ff. de iur.dot.Aegi.de bella mera,con.2.col.2.Ange.in rub.de exceptio.

ceptio.in instit.in prin. Et sic accipitur declaratiuè, alternatiuè, & ampliatiuè, vt nuncupatim scribit Bald.in ca.1. col. vlti.in 2. lect.de iudic. Cotta.in 2.parte memoralium.in verbo seu.

a ¶ [*Recipiatis*] Et nota quod quando papa, vel alius cõfert prębendam, personatum, vel dignitatem in ecclesia cathedrali, vel collegiata tunc mandat postea capitulo, vt recipiant illum, cui est facta

recipiatis,[a] stallum sibi in choro

prouisio. per text. hic, & in c. post electionem. de concessio. prębend. Et ista receptio potest fieri per canonicos singulariter. Card. in consi. 103. casus super quo. col. 2. Bald. in c. eam te. colum. penult. de rescript. quia in executione quilibet videtur assumptus, vt facilior sit executio: ergo quod vnus ex capitulo cœpit, alter perficere potest: vnde lex dicit, quòd iudicium inchoatum à pupillo cum authoritate tutoris, potest perficere solus tutor. l. si ideo. ff. de euictio. nec refragatur. c. in Genesi. de elect. quia loquitur de electione prælati, secus ergo in receptione facti: & hæc etiam receptio potest fieri per excõmunicatos. c. pro illorum. de præben. & ibi Panor. & Imol. Bald. in c. capitulum. col. 2. de rescrip. & ibi plenè Barba. col. 8. Et per residentes tempore pestis, licet non faciant maiorem partem capituli, etiam nõ citatis absentibus. vt expressè decidit de Ripa, in tracta. de peste. in 1. parte. 2. partis. 8. priuilegio. versic. sed vidi.

Receptio quomodo fieri possit, & quotuplex sit.

¶ Si tamen canonici receperint vnum, cogantur recipere alterũ pro conseruatione iuris illius tantum, non simpliciter. Et ita vidi iudicari in parlam. Anno 1533. die Iulij 15. ne ius vnius pereat, nõ habita receptione facti, & hic non tenebitur soluere aliquid pro ingressu. vt dixi supra, de reseruat. §. fi. quia nõ est receptus simpliciter, sic dixi cogendum ordinarium ad conferendũ qualificato, ad conseruationem iuris sui. in glos. immediatum. in fi. §. si quis verò. de colla. supra.

Canonici an cogi possint recipere plures.

Arrestum.

¶ Notãdũ est ꝙ duplex est receptio. Vna est receptio facti quãdo prius facta fuit collatio per papã vel aliũ collatorẽ, & postea canonici illũ recipiunt, assignando stallũ in choro. & locũ in capitulo. & de illa potest intelligi quod supra dictum est. Adeo quod si mãdetur capitulo, vt recipiant talẽ N. in canonicũ, singuli ligãtur, vnde si collegiũ nolit recipere, quilibet illũ recipere poterit, in eo quod cõsistit in facto, secus in iure. vt Innocen. & Panor. docẽt. in c. eam te, col. penul. de rescript. doc. in d. c. post electionem. de concessio. præben. c. si capitulo. illo titu. in 6.

¶Et ista non debet denegari post collationem factam, quia capitulum non habet causæ cognitionem, & si velit recipere cognitionem, vidi tanquam ab abusu appella. à capitulo Andegauen. qui sic faciebat, & malè, & abusiuè recusasse pronunciatum,

Arrestum. Anno 1537. die 2. Augusti. facit c. cum cõtingat. in fi. de rescript.

¶ Altera quæ sumitur pro collatione iuris canonicalis, & præbendę. glo. in c. cum aliquibus. de rescript. in 6. Rota decis. 441. fuit dubitatũ.

& locum [a] in capitulo cũ plenitudine iuris canonici assignetis, inducentes [b] eundm N. vel procuratorẽ suum eius nomine in

in nouis. & de hac loquitur. c. præsentium. gl. ipsorum. de testib. in 6. vbi glo. dicit in hac vocandos esse absentes. secus in altera. Domi. in consi. 84. quia istud. col. 2. per glo. in c. 1. in verb. recipiendis. de iureiu. in 6. & ista singulariter non posset fieri per d. c. in Genesi. de Ripa in c. cum M. not. 18. de constitu.

¶Quatuor differentias inter istas duas receptiones scribit Io. Staphil. in tract. de literis gratiæ. in 5. forma literarum expectatiua. fol. 16. & sequen. quas transcripsit Gomes. in eodem tracta. in 5. forma.

a ¶[*Locum in capitulo*] Ista sunt iura canonicorum. cap. pro illorum. de præbend. Alia etiam per quæ probatur possessio præbendæ, ponuntur. in c. dilecto. ibidem. & dixi in glo. canonicatum, in §. 1. supra. de colla.

Inductio ĩ possessionẽ qũ vim habeat possessionis, & quomodo possessio capi possit.

b ¶[*Inducentes*] Et sic non sufficeret alicui conferre, nisi eidem daretur possessio. Quia per collationem beneficij, vel institutionem, non transfertur possessio, c. cum Bertol. ibi, ipsum instituit in eadem, in possessionem eum induci faciens corporalem. de re iudic. glo. in c. per tuas. de donatio. Et antequam aliquis in hoc regno possessorio agere posit, necesse habet prius possessionem accipere, etiam si in ius alterius subrogatus fuisset. prout tamen dixi in §. declarantes. in verbo successores. de mandat. apostolicis. Et potest induci quis in possessionem per clericum, siue notarium, vel presbyterum, iuxta mandatum episcopi, vel archidiaconi. vt abunde scripsi in titu. de missio. in possessio. in praxi benefic. Debet tamen is habere duos testes, in quorum præsentia hoc fiat, & tutius est habere notarium. Ita consuetum est Paris. nec refert, siue sit apostolicus, siue regius, & intra quod tempus teneatur quis adipisci possessioné beneficij sibi collati. Panor. in c. capitulum. col. per. de rescr. dicit non esse à iure præfixum tem-

tempus,sed hodie per regul.cácell.34.tenetur is cui resignatum est beneficium,intra sex menses possessionem adipisci.Si moriatur resignans & beneficium ei à papa sit collatū. Si verò collatū sit ab ordinario,intra mensem,sed si resignans viuat,potest vsq; ad mortem resignátis possessionem adipisci.Si auté aliàs quàm per resignationem collatum fuerit beneficium alicui, tenetur is intra annum computádum à die possessionis adeptæ ab aduersario suam possessionem capere,aliàs in hoc regno excludetur à possessorio.vt in ordina.reg.rub.*des matieres possessoires*.Boer.plenè.in decis.Burdegal.quæst.312.sed intra quot.& ego abundātius in praxi beneficiali.in d.col.34.in 3.parte.Et debet quis dicere se accepisse possessionem in vim collationis ordinarij, vel prouisionis apostolicæ,si tamen quis acceperit possessionem nō facta mentione tituli, dummodo ille titulus sufficiens sit, non vitiatur possessio.& ita conclusum fuit,& in mente curiæ retentum, anno 1540. die 18. Februarij inter Iacobum eccliffon & Guillelmum Caiornel.& hæc missio,seu inductio,in possessionem quæ inuestitura dicitur, non præcedente collatione habet vim collationis, quando is habet vtranque potestatem, scilicet conferendi & mittendi in possessionem,vt hic & c.2.de renunciа.ac.c.pro illorum.de præbend.c.authoritate.& ibi Panor.de institu. vbi dicit quod inuestitura habet vim collationis. Idem tenet.in ca.2.de consuetu.per text.in 1. de consuetu.recti feudi. vbi inuestitura dicitur collatio.facit.c.cū aliquibus.de rescript. in 6.&.c.cum in ecclesiis.de præbend.eod.lib. vbi dicitur receptionem actualem in canonicum habere vim collationis.inductio verò post collationem dicitur facti, nullum ius tribuens, sed primum exequens.ca.cum olim.de re iudica.& ca.ex ore.de his quæ fiunt à maiori parte ca. post electionem. de concessio. præbend.sic consuluit Roma.consi.337. quo ad primum. col.1. vbi dicit quòd hæc inductio cum sit facti,& executio præcedentis iuris,non potest impediri per aliquam exceptionem,vel appellationem, nisi opponeretur crimen cum infamia.ca.cum ecclesiasticæ.de except.c.constitutus.2.de appella.c.super his.&.c. accedens. de accusatio.

Arrestum.

Per quem poßit quis induci in poßeßionē & intra quodtēpus, et inductio quādo vim collationis habeat.

¶Et per hoc dicit Anch.in cle.vna.in 10.notab.de cōcess.pręb. ꝙ cum ista possessio sit facti, non tribuit ius,nec est sub eodem genere cum collatione,& ideo collationem non potest inducere.secus in inuestitura facta ab eo,ad qué spectat collatio, quia inuestitura & collatio sunt multum similes, ideo faciliorem

functionem recipiunt, quia in eodem genere sunt.l.2.§.1.ff. si certum peta.& in symbolizantibus facilis est transitus.l.si vnus. §.pactus.ff.de pact. Et vna bonorum possessio in aliam, etiam sibi oppositam, conuertitur, quia in eodem genere sunt.l.sed cú patrono.ff.de bono.possessio.l.2.§.sed si sub conditione.de bo no. possessio. secundum tabu. tamen bo

corporalem [a] possessionem cano-

norum possessio non operatur aditionem. quia non est eiusdem generis cum aditione.l.puberem. C. de iure deliber. Idem dic. in l.si quis.§.iudicium.ff.de operis liberto.quod ego intelligerem, quando mitteret in possessionem exequendo mandatum alterius: secus si circa mandatum, quia tunc mittendo in possessionem videretur conferre, alioqui peccaret sic intrudendo eum: & in dubio non debemus præsumere delictum. l. merito.ff.pro socio. sed vt res potius valeat quàm pereat. l. quoties.2.ff.de reb.dub.& supra dixi.

Executor intra quod tempus debeat conferre.

¶Quæritur intra quod tempus debeat executor cóferre? videtur quòd saltem intra sex menses, nam postea excluditur.c.2. de concess.præb. Respon.contrarium est verum, quia non est præstitutum aliquod certum tempus executori apostolico de iure, nisi in rescripto apponatur.cle.vna.& ibi nota.de concess.præbend.cle.si de beneficio. de præbend. ideo potest quandocunque conferre, sicut papa, vt dixi in d.c.2. nam fungitur vice papæ.c.sanè.de offic.deleg.

¶Fallit quando grauatur certa persona, vt in his mandatis. nam tunc executor debet prouidere quádiu durat potestas illius grauati, cui directum est mandatum. postea verò non poterit prouidere, donec deuoluatur ad papam.glo.in §.visum.in verbo respectiuè.de colla.in prag.

¶Secúdò, fallit in executore inferioris à papa, quia is habet tátum sex menses, sicut constituens, quia subrogatus debet sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum.§. qui iniuriarum. ff.si quis cautio. Ioan. de Selua in tract. de benefi.in 3. parte.quæst.64.

¶Tertiò, fallit quando est executori taxatum tempus, tunc tempore limitato nil addetur.l.in agris.ff.de acquiren.rerum domi. alioqui sine mandato conferret post tempus, & sic non valeret.c.cum dilecta.de rescrip.vide quæ plenius scripsi in glos. intra sex menses.§.1.supra.de regia.ad prxla.

Duplex est possessio.

a ¶[*Corporalem*] Duplex est possessio, corporalis videlicet quæ dicitur

dicitur naturalis, altera ciuilis, quanuis Bar triplicem esse teneat in l.1.in prin.ff.de acquiren. poss. Et hæc possessio corporalis probatur in l.1.§.per seruum corporaliter pignori datum. ff. de acquirend. possess.& in l.& habet. §.placet. & ibi glos.in verbo corpore, exponit, id est naturaliter. de precario.c.cum contra.in fin. de pigno. ca. quod autem. de iure patro. & sic idem est possessio corporalis & naturalis. Alexand. & Ias. in d. l. 1. & de duplici naturali tradit Bald. consil.338. præmittendum . in 5. volumi.

nicatus & præbendæ aut dignitatis, personatus, administrationis, vel officij, seu beneficij huiusmodi, iuriúmque & pertinentiarum vniuersorum prædictorum: defendentésque [a] inductum, ac facientes N. vel pro eo procuratorem prædictum ad præbendam aut dignitatem, personatum, administrationem , vel officium, seu beneficiũ huiusmodi quodcunque fuerit (vt moris est) admitti : sibíque de illius vel illorũ fructibus, redditibus, prouenti-

¶Vel potest dici, quòd quædam est possessio de corpore in corpus, vt si possideo rem corpoream , vt equum. alia de corpore in non corpus, vt si homo possideat seruitutem . Alia est de non corpore in corpus , vt si fiscus possideat fundum. Nam fiscus est persona incorporalis, & ideo vbique dicitur esse. not. in l.1.C.de quadrien. præscrip.& in rub. de iure fisc.lib.10. Alia est de non corpore in non corpus, vt fiscus & ecclesia, quando habent seruitutem. Bald. in c. contingit.col. vlti. de dolo. sicut de damno dicitur in §.fi. instit. de leg. Aquil. Multa de possessione licet videre in titulis ordinariis. vide quæ dico in rub. de annatis. infra. in verbo possessionem. & in tract. de materiis possesso. in 3. tomo. ordi. reg. *Possessio de corpore in corpus quando dicatur.*

a ¶*Defendentésque*] Operatur hæc clausula executori directa, vt etiam contra tertium possit cognoscere turbantẽ illum mandatarium. licet aliàs non posset. c. pro illorum. de præben. c.1. de offic. delega. Facit quòd dicit glos. vlti. in ca. non solùm. de appel. in 6. quòd iudex deputatus in causa appellationis, non potest cognoscere contra tertium attentantem. Fallit quando est ista clausula, vt ibidem dicitur per docto. *Clausula defendentes quid operetur.*

¶Item facta executione expirat potestas delegati. cap. quæren-

ti.de offi.delega. tamen hæc clausula facit, vt executor per aliquod tempus posit defendere possessorem. Henric.Boic.& alij in d.ca.pro illorum. Imò mortuo concedente, virtute istius clausulæ non extinguitur rescriptum instar officij conseruatoris.ca.fi.§.officium.de offi.deleg.in 6.Ioan.And.& alij in ca.si cui.de præb. ibidem sic consuluit Card. consil. 10.Iacobus. col.3.vers. hic tamé oritur in hoc regno Franciæ facta collatione per execu-

bus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè [a] responderi. ¶ Non [b] obstantibus forsan(vt supra)de certo canonico-

torem extincta est statim sua potestas,ita quòd si turbetur mandatarius,intentat interdictum vti posidetis, & literas manutenentiæ, siue saisinæ impetrat à rege, seu à sua cancellaria quas dirigit iudici regio illius prouinciæ, vbi beneficium est situm. arg.l.pen. C.vbi in rem acti. & non solent concedi hæ literæ à seneschalis, vel bailliuis: secus in literis in casu spoliationis, & de nouis dissaisinis. Ioan. Berbe.in viato.iuris, in pract. legum regia. Affr.in stilo.parla.in 1.parte,rub.de causa nouitatis.versi. item in causa.& in rub.de modo procedendi super nouis dissaisinis.Imò in hoc regno executor non excommunicat,nec causæ cognitionem recipit,sed tantum facit collationem,alioqui si excommunicaret,appellaretur ab eo à notorio abusu, & reformaretur per senatum, vt vidi in practica seruari. dixi in forma seq.in verbo contradictores.

Literæ manutenentiæ non solent cócedi à seneschalis.

a ¶[*Integrè*] Quia beneficia debent conferri sine diminutione. cap.vno.vt ecclesiastic.benefic.sine diminutio.conferan.& fructus per residentes integrè recipi.cap. licet. de præb.& de præbenda integra & dimidia est tex.in cap.cui, de non sacerdotali. de præbend. lib.6. vide textum in cap.cum M.in fine. ibi, cum integritate.de constitut.de multiplici integritate scripsi in l.silua.§.integra.ff.de verbo.signi.

Hæc quarta pars mãdati, an sit de forma, & de clausula non obstan.

b ¶[*Non obstantibus*]Ista est vltima pars mãdati,cui addi,& subtrahi potest pro facti qualitate.nam si illegitimus,vel alius inhabilis impetret mandatum,his non obstan.potest addi,non obstante quòd de legitimo matrimonio natus non fuerit, & ideo ista pars quo ad omnia verba hic posita non est de forma substantiali, sed non obstantiæ generales sic, sine quibus mandatum suas non contineret partes, ideo forma omitteretur, quare licet in ista parte non apponeretur hæc clausula de certo canonicorum

nonicorum numero, si nō dirigeretur ordinario habēti collatiōnem præbendarum, crederem valere mandatum, si in dispensatione supra poneretur, quia istę non obstantię nō debent poni nisi fuerint necessariæ, & aliæ etiam necessariæ debent addi, vt supra dixi. Et ideo in vno mandato vidi illam clausulam mandati vltimam, seu si dictus præsens non fuerit &c. fuisse omissam, tamen mādatum bonum, & secundum formam fuit iudicatum per prædicta.

rum numero, & aliis constitutionibus [a] & ordinationibus apo-

¶ Et nota, quòd hæc clausula non iustificat impetrantem in literis papæ posita. Feli. in c. 1. col. 3. in fi. versi. limita. 3. de rescrip. & quanuis per hanc clausulá nō augeatur gratia. cle. 1. de preb. tamen declaratur intentio circa concessa. Bald. in l. eam quam. col. 9. versi. sed pone. C. de fideicommiss. Feli. in c. nonnulli. col. 28. in 15. conclu. de rescript. vbi de his non obstantibus plenè, & ad saturitatem licet videre. ego multa cumulaui in extrauag. ad reprimendum. in verbo non obstantibus. quomodo in læsæ maiestatis crimi. proceda. vbi Bartol. multa dicit. ad illum recurrito.

¶ Nota tamen quòd in omni materia derogatur per verba generalia emissa ab eo, qui potest derogarę, si per ea appareat de eius mente, videlicet, quòd intendit derogare. Ioan. And. in ca. 1. col. pen. de excep. refert Collect. in ca. cum dilecta. col. 1. de rescript. & plures tex. cumulat Ioan. And. in c. vno. in fi. de excess. prælat. in 6. tamen non derogatur iuri patronatus laicorum, teste Roma. in repe. l. si verò. §. de viro. col. 18. ff. solu. matri. fal. 23. Et ista clausula non obstantibus non est necessaria in legibus, quanuis in rescriptis, & statutis necessaria sit. Bald. in marga. in verbo clausula. q. 10. allegat glo. singu. in verbo nullam. in cap. veniens. de rescript. Nam secunda constitutio primæ derogat, sine alia expressione. c. 1. de consti. in 6. *Clausula nō obstan. in legibus non est necessaria.*

a ¶ *Constitutionibus*] Quibus non possunt derogare inferiores. clem. ne Romani. de elect. Ideo nullus inferior potest vti clausula derogatoria, vtpote, non obstante aliqua lege, vel constitutione in contrarium faciente. Alex. & alij in l. Nemo potest. ff. de lega. 1. Nec valebit cōuentio, vt pars non soluens intra terminū præstitutū, possit excōmunicari non præcedēte monitione, & sic non seruata forma. c. sacro. de senté. excō. Inno. & Panor. in cap. P. &, G. de offi. deleg. Alexan. in l. alia. §. eleganter. col. 3. *Inferior an possit vti clausula non obstā. constitutionibus.*

ff.solu.matri.vbi etiam dicit non valere conuentionem,vt quis propria possit capi auctoritate,quia non est dominus mēbrorū suorū.l.liber homo.ff.ad.leg. aquil. nec potest testator damnare hæredē ad soluendas vsuras legatariis,si distu'erit legata soluere.Bar.per illū tex.in l.3.§.fi. & ibi addidi. ff.de annuis lega.

Sacerdotale beneficium an possit non sacerdoti mandatario conferri.

stolicis,ac dictæ vestræ,vel alterius ecclesiæ a iuramento

¶Sed operatur hæc clausula,vt videantur sublata, vel saltem dilata statuta ecclesiarum contraria, fortè requirentia,quòd impetrans sit sacerdos:nam sufficiet quod infra annum promoueatur.de Rota decis.466.nota.quòd statuta.in antiq. non tamen derogant ordinationi fundatoris, nisi exprimatur , sicut de iure patronatus laicorum dicitur in decis.3.si statutum.in no.vbi dicitur per hanc clausulam non tolli defectum personæ,nec induci dispensationem cōtra ius commune,vt not.Ioan.Monach.in c,cum aliquibus.de rescrip.in 6. nec per istam clausulam generalem in rescriptis positam censetur regulis cancellariæ derogatum,nisi expressa de illis fiat mentio.teste Io.de Selua in tract.de benefi.3.parte.q.46. Gomes.q. 5.in proœmio regula.ubi plenè explicat, si tamen dicatur non obstantibus regulis cancellariæ , omnibus videtur derogatum, per quas possit cōcessio impediri,vel differri.Domi.in c.si propter de rescrip.de stylo tamē cancellariæ Ro.est quòd expressa fiat mentio.teste D.Gomes.vbi supra.quæstio.6. Imò in dote, quod non valeat legatum,vt hæres teneatur soluere vxori decem,quousque dotem habebit.consuluit Anch.consi.93.verba, & Soci.consi.56.viso.in 3.vol.

Defectus personæ nō tollitur, & dispensatio non inducitur per clausulam non obstātibus.

Actus iuratus nō tollitur per verba derogatoria generalia.

a ¶*Iuramento*]Hoc ideo expresit, quia dispositio derogatoria non tollit actum iuratum.Item nec papæ cōstitutio,vel statutum,seu ordinatio,nisi exprimatur,vt hic glos.singularis in c, cū non deceat.de electio.in 6.clemen.dudū.§. fin. de sepultur. Possem adducere Ludo. Roma.singul.7.& in repet.l.si verò.§. de viro.23.fallē.ff.solut,matrimo.& cōsil.514.& consil. 404.& cōsil.436.Alex.& Vincen.in l.1.in princi.ff.ad legem Falcid.& Alexan.consi.27.in 2.volu.nu.25.& consil.205.ibidem.& consil.38.q.2.in 3.volu.& 52.nu.32.ibidem. & cons.136. in 6.volumi, Possem etiam ad corroboratione huius dicti adducere Barba.in c.1.columm.17.numero 75.de rescrip. & in cle.1.col.15.de elect.& consil.23.col.4.in.1.volu,& consil. 47.col. 19. ibidem, Domi.consi,83, Ias.consil.233.col,6, volum. & consil, vlti.ibidem,

dem.ac consil.173.columna penul.volu.4. & in l.si mihi & tibi. §.fina.ff.de legat.1. Albert.Brun.in consil.12.colum.9.in materia feudali,& in tract.de forma & solennitate actus, fol.94.col. 4.Rota decisio.633.in antiqui. Thomá Ferratium,cautel.55.Feli.in c.2.nu.20.de sponsa. Benedi.in repet,c.Raynutius. in verbo testamentū.in 2.nu.18.de testamé. Posse cōfirmatione a allegare alios doctores antiquos, maximè Alberi.in 1.parte statuto.quæst.16. & Vital. de Camba.in tractatu clausula.in clausula non obstantibus.fol. 7.in paruo vol.& alios quos de industria missos facio:tum quia recétiores eos allegant,tum ne lectoré turba allegationum fatigem.& plenissimè Feli.in ca.constitutus.de rescrip.

¶ Iuuat etiam in alio hæc clausula,vt licet quis iurauerit tempore suæ receptionis in canonicum seruare statuta & consuetudines laudabiles ecclesiæ,si tamen postea impetret à papa præbendam vel aliud beneficium contra cōsuetudines ecclesiæ, non erit periurus,& valebit huiusmodi impetratio.domini de Rota, decisio.294.licet quis.in no. Aliquando vidi in rescriptis apostolicis hanc clausulam apponi, supplentes omnem defectum, quæ tantùm defectus iuris positiui non naturalis, nec incapacitatem personę tollit.c.1.& ibi Cardina. Anto.& alij de transac. Feli.in c.ex parte 1.columna 17.versicu. & istis.adde.&.c.postulasti.colum.16.versi.tertius casus.de rescrip. Decius consil.441. & consil.516.& cōs.541.& cons.602. Guido papæ in suo tract. de rescrip.& cons.65. Alexand.consil.79.in 1.volu.numero 20. Soci.con.120.colum.5.in 3.volu.vbi licet de hac clausula videre alia. Et per Bertrand.cons.41.multa sunt.numer.8. volu.1.de primo impressis. Et nullus citra papam vel principem non recognoscentem superiorem potest hac clausula uti. Ias.in l.nemo potest.no.primo,in secunda lectura.ff.de lega.1. vide tex.in extra.fi.de treuga & pace in communibus.& Ioan.Dayma,in verbo plenitudine.in rubri.de regia.ad præla. nomina. facienda. supra eodem.

Periurus non est impetrans cōtra statuta iurata.

De clausula supplentes omnem defectum.

a ¶ *Confirmatione*] Nam statutum confirmatum à papa censetur esse papæ.lega.1.§.omnia.C.de veter. iure enucl.capitu. si apostolicæ.de præbend.in 6. Idem dicitur in capitul. quia sæpe.de elect.in 6.& legatus vel alius inferior non potest illud tollere. ca.inferior.21.distinct.clemen.ne Romani.de electio.dic tamen quòd statuentes possunt tollere statutum cōfirmatū.ca.pro illorū.de præb.quatenus respicit vtilitaté propriá, secus si ecclesiæ,

Statutum per papam confirmatum an & quādo tolli possit.

vel aliorum vtilitatem, vel fauorem publicũ respiceret, aut quando statutum non teneret sine confirmatione papæ, vel quando esset apposita clausula decreti. Feli. in c. qualiter. 1. column. 11. in §. limitatio. de accusatio. & in c. cum accessissent. not. 3. de constitu. text. in c. dilecto. & ibi doct. de præbend. Et istud operatur hæc expressio, quia clausula non obstantibus non tollit dispositiones per principem confirmatas. glo. in clemen. dudum. in fine, in verbo pacta. de sepultu. Feli. in c. constitutus. colum. pen. versicu. considera. 3. de rescrip. Ias consil. 105. in causa. colum. 2. in 1. volu.

apostolica [a], vel quauis

¶ Item clausula non obstantibus statutis talis ecclesiæ non tollit statuta illius ecclesiæ, condita per papæ prædecessorem. Ludo. Roma. consil. 327. Istæ sunt. quia difficilius tollit papa constitutiones prædecessoris, quàm statuta inferiorum, iniuriam enim mihi facio, cum prædecessorum meorum iura perturbo, dicit Papa in c. quod vero. 25. quæst. 1. Nec refragatur. c. 1. de constitu. in 6. quia verum est quòd ignorare præsumitur statuta inferiorum. tamen si illa sciat, quòd facilius ea tollat non dicitur ibi, vel quod non tollat. Feli. in ca. nonnulli. colum. 11. versic. nota. 2. de rescrip. De confirmatione multa, & quotuplex sit, tradit Panorm. & Deci. in rubric. de confirmatio. vti. per totum. gloss. in cap. quia diuersitatem. de concess. præbend. vbi ponit tres effectus confirmationis in forma communi. tradit etiam Panor. in c. cum super. de causa posseſſ. addite etiam confirmationem operari iudicis decretum. Bald. in l. quæcunque. col. 2. C. de bonis quæ liber. Item tribuit causam præscribendi. Ioan. And. & alij in c. dudum. de deci. & vltra præstat authoritatem administrandi, vbi aliàs electus non posset administrare. gl. in c. quanto. 63. dist. not. in c. auaritiæ. de elect. in 6. Panor. in ca. nosti. & ca. transmissam. de elect.

Effectus confirmationis in forma communi.

¶ Item confirmatio etiam in forma communi facit sententiam præsumi iustã. Imol. in c. ea quæ. de re iudic. Alios effectus vide per gl. in c. frater. 17. q. 4. & doc. in l. more. ff. de iurisdictio. om. iudic. quia hic de confirmatione possem facere magnũ tractatũ.

Authoritas apostolica & legationis differunt.

a ¶ [*Apostolica*] Alia ergo est authoritas apostolica, alia est legationis. c. hi qui. c. si apostolicę sedis. c. si à sede. de pręb. in 6. Vnde legatus nõ potest dicere authoritate apostolica concedimus, sed authoritate legationis. & per hoc patet, quòd is qui est adeptus possessionẽ in vim bullę legati, si dicat prouisionis apostolicæ

licæ, falsum dicit, vnde vidi reiici adeptioné possessionis in vim prouisionis apostolicæ, quæ erat accepta in vim signaturæ legati. vt dixi in tracta. de pacific. possesso. posse adipisci possessioné in vim signaturę etiá legati, quia gratia est perfecta, ibi probaui.

a ¶[*Firmitate*] Vtpote adiectione pœnæ, ad quam possunt etiá carétes iurisdictione se obligare inuicé, vt obseruent statutú, licet aliàs nó possint carétes iurisdictione adiicere pœnam in statutis eorum, nisi in casibus traditis per Ias. in l. omnes populi. nume. 35. col. 8. ff. de iusti. & iur. Aufre. in decisio. Tholosa. quæst. 405. vel dic firmitate, videlicet cófirmatione legati, aut episcopi, vel alterius, seu alia firmitate. gloss. no. in cap. cum aliquibus. de rescrip. in 6. & c. quia sæpe. de elec. eodem lib. *In statutis an pœna adiici possint.*

firmitate [a] alia roboratis statutis [b] & consuetudinibus contrariis [c]

b ¶[*Statutis*] Et sic capitulum cathedralis ecclesiæ potest facere statuta licita, non tangentia generalem statum ecclesiæ, vel preiudicium episcopi. gloss. singul. in capitu. constitutionem. §. cæterum. in gloss. 1. de verbo. signifi. in 6. Feli. abundè in cap. cum omnes. col. 4. de constitu. *Capitulum cathedralis ecclesiæ quãdo statuta facere possit.*

¶Et in literis gratiæ solet statutis ecclesiarum derogari, vt hic, secus in signatura de iustitia. argu. l. falso. C. de diuersis rescrip. ibi, quæ ad ius rescribuntur, vt c. causam. de rescript. hoc nominatim docet Ioann. Staphil. in tracta. de literis gratiæ. fol. 149. versi. hinc est quod. Et an appellatione statuti veniat & comprehendatur ius commune, vide per Dominic. & alios in capitu. statutum. in princip. de rescrip. in 6.

c ¶[*Contrariis*] Ideo dicit, quia papa consuetudines seruari vult. c. fi. de consuet. in 6. quando non sunt contrariæ actui pro quo scribit. c. ex parte. & ibi glo. & docto. de concess. præb. cle. dudú. §. penult. ibi. inquantum sunt præmissis, vel alicui præmissorum cótraria. de sepul. gl. in verb. vacantibus. in authen. de hæred. & fal. colla. 9. in prin. Alexand. consi. 122. in 4. vol. de hac clausula latè Feli. in c. nonnulli. de rescript. doct. in c. si propter. illo titul. in 6. Vital. in tract. clausu. fol. 7. col. 3. & seq. D. Probus in c. fin. de consuetud. in 6. apud Ioan. Monah. & ca. ei cui. ibidem. Imo non valet gratia vel rescriptum contrarium consuetudini, statuto, vel priuilegio, nisi de illis fiat mentio, saltem per hãc generalem clausulam non obstantib. & c. vt hic, quia sicut cõdendo legem posteriorem non videtur derogare cósuetudini, vel statuto *Rescriptũ contra consuetudines an valeat.*

c.1.de consti.in 6.sic faciendo gratiam vni, non videtur tollere consuetudines, vel statuta contraria. Perus. in c. cum aliquibus. 1.not.de rescript.in 6.c.vltimo.de consue.eo.lib. &c.c. cū in ecclesiis.de præb.ibidē, ideo apponitur hęc clausula nō obstā.&c. Itē valet gratia, in qua impetratur dignitas, licet nō exprimatur Franciæ consuetudo, per quam non debet cōferri, nisi canonico vt scripsi superius in rubr.de reserua.§. fi. & hoc docet Francis. marc.in decis. sui.q.133.in 2.parte,

quibuscunque [a], aut si vobis ab apostolica sit sede [b] indultū quòd receptionem vel prouisionē alicu

No. de verbo quibuscunque.

a ¶[*Quibuscunque*] Eo dicit quibuscunque, nam quando duo vel plura obstant, non sufficit quòd vnum vel duo remoueantur. etiam si apponatur clausula generalis, sed omnia tolli debēt, vt hic per hæc verba generalissima quibuscunque. Bald. in l.si nō, lex Helia sentia.per illū tex.ff.de hered. insti. & in l.1.col. 7. C. de furt. Ias. con.233.præsens consultatio.col.7.in versi. nono facit.in 2.vol.ꝙ inuenitur repetitū inter cōsilia Alberti bruni.cō si.8.in materia feudali.quia si papa sciuisset tot defectus non dispensasset, vel non ita de leui.c.postulasti.in fi.de rescri. Domi. con.33.pro examinatione.col.3.& Decius con.542 .reuerēde. col.pen.per tex.in l.qui testamēto. in principio.ibi, si aliud eos nihil impediat.ff.de testa.c.vno.ibi, si aliud nō obstat canonicū. de æta.& qual.in 6.Decius con.602.viso puncto.col.pen.

¶Hęc clausula licet sit bene generalis restringitur tamen secūdum materiam subiectam.gl.in c.solitæ.de maiori.& ad personas habiles.l.qui autem.§.fi. ff.de constit. pecu. c.quia plerunque de off.ordina.intellige vt plenè declarat Ias.in 2.§.prætor ait, ff.qui satisd.cogāt.& l.quidam.§.1. de edend.l. quodcūque. de verbo.ob.& con.75.magnificus. in 1.vol. & consi.118.contra donationem.col.3.vol.4.

De indulto an sit facienda mentio.

b ¶[*Indultum*] Et per hoc patet, & per verba cōtrariis, &c. quòd si mandatum dirigatur ordini Cluniacen. qui habet indultū vt non teneatur accipere impetrantes à sede apostolica sub speciali gratia, vel communi, nisi de ordine Cluniacē, vel de huiusmodi indulto expressa fuerit facta mentio, tamen per hæc verba cēsetur facta sufficiens mentio. prout concludit Cardin.in cle. dudum.§.nos verò.quæst. 9.& seq.de sepul.

¶Etiam per ista verba apparet, quod nūquā ligātur manus pa-

pæ etiam per quæcunque indulta,& priuilegia sua,vel suorum prædecessorum quo minus illis derogare possit.textus in c.dudum.de præb.in sexto.cap.innotuit.de electio.quia non potest legem sibi dicere,à qua non liceat recedere. l. si quis in prin. ff. de lega.3.cap.fina.de rescrip.in sexto. nisi per viam contractus, vt superius dixi in præfat. ad rubri. de colla. Alioqui mandatũ non facta mentione de indulto, nõ valet. c. cum ordinem. & ibi Felin. in fine. vbi tradit hos tres casus fallen. de rescript.probat Paul.Parisien.consi.79. aduertendum. colum. vlti.in 4.volumi. *Papa indultis derogat.*

ius minimé teneamini,quódque de canonicatibus, & præbendis, seu dignitatibus, personatib⁹,ad ministrationibus,vel officiis,vestræ vel alterius ecclesiæ, aut aliis beneficiis ecclesiasticis quibuscunque, ad vestram collationem,prouisionem,præsentationem,nominationem seu quãuis aliam dispositionem communiter vel diuisim pertinentibus, nulli valeat prouideri per literas apostolicas non facientes

¶Primus quando impetratur mandatum ad collationẽ prioris, qui in diœcesi est vnicus illius ordinis, tunc valét literæ tacentes de ordine,quia non possunt verificari nisi in illo.quod reprobat ibi Feli.quia non sciuit papa illũ esse de ordine priuilegiato : quod si sciuisset,fortè nõ cõcessisset. Ideo si monachus impetrauerit beneficiũ spectãs ad collationẽ sancti Martini Parisien.nisi exprimat Cluniacẽ. nõ valebit impetratio. vt pulchrè decidit Collecta.& in propriis terminis in ca.ecclesia.col. pen. de sortileg.

¶Secundus casus est,quando est facta mentio de ordine à quo præcisè descẽdit ille ordo,cuius erat habenda mentio,& eiusdẽ naturæ,quãuis sint diuersi habitus,& nominis,vt sancti Benedicti fit mentio,à quo ordine descẽdit ordo Cluniacẽ. qui habet priuilegium,de quo supra. nam tunc sufficeret secundum eum.

¶Tertius casus est,quãdo quis impetrasset beneficium nõ regulare,neque spectans ad collationem prioris, sed seculare spectãs solum ad eius præsentationẽ,quia tunc nõ requiritur expresio ordinis.nam ex quo indultum dicit quòd non teneantur recipere,illa receptio intelligitur de beneficio,quod liberè spectat ad religiosos.secus in beneficio ad quod præsentationem habent,

quia in illo nõ dicuntur recipere,nisi diceretur in indulto,in ecclesiis suis nemini prouideri posse sine ordinis expressione.vide Feli.in c.accedentes.de præscrip.& in c.nonulli.col. 5. de rescrip.per hanc clausulá istę tollũtur difficultates, quod prodest ad indulta cardinalium.

Plenum quot modis capiatur.

plenam [a] & expressam,ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus

a ¶ [*Plenam*] Plenum dicitur multis modis. Primò, dicitur cui nil addi potest, nec minui. c. bene quidẽ. in princ. 96. dist. vel cui nil deficit. arg. c. nihil. 7. q. 1. Fel. in cap. cum contingat. col. 4. de rescrip.

¶ Item plenum dicitur validum & firmum, vt id quod hac auhoritate fit, valeat. l. idem Pompo. ff. de rece. arb. Item plenum dicitur omnia necessaria, & vtilia comprehẽdens, vt hic. & l. si cum dies. §. plenum. & glo. in l. ita demum. §. fi. ff. de recep. arbi. vbi dicit plenum quando doli mentionem continet.

¶ Aliquando dicitur plenum, liberum, quod potest iniquum æquo præferre, quasi voluntarium. l. fideicommissa. §. quanquã. ff. de lega. 3. Bald. con. 383. in 3. vol. Vnde si procurator habeat plenum mandatum, idem poterit facere, acsi haberet mãdatum generale, & cũ libera. Bar. in l. procurator. cui libera. ff. de procu. l. si procurator. C. illo titu. Feli. in c. nonnulli. §. sunt & alij. col. 1. de rescript. & princeps faciẽdo gratiam, videtur remissionẽ tantũ pœnę facere. Bar. & Sali. in l. fi. C. de senten. passis. sed si faciat plenam gratiam, & bona videtur remittere. Ias. in l. tibi §. 1. circa. fin. ff. de pact. Feli. in c. inter quatuor. in fi. de maior. Hip. sing. 246. remissio.

De clausula, pleno iure.

¶ De clausula pleno iure quid importet, vide per Guido. papę, in suis decis. q. 537. dixi supra. Alex. cõ. 208. in 2. vol. & con. 162. visis. in fi. in 6. vol. ac consi. 140. viso. col. 2. in 7. vol. Corne. consi. 305. col. 3. vol. 1. & con. 329. col. 9. ibidem. & Ias. cõ. 128. videretur. col. 4. in 4. vol. & in l. si ita stipulatus fuero. si titius. 3. notab. ff. de verb. obli. Feli. in c. cõquęstus. de foro comp. &. c. auditis. col. 2. de præscrip. & tũc ecclesia dicitur ad aliquem pertinere pleno iure, quãdo ipse, & non alius exercet ibi iura episcopalia.

palia.c.quoniã.de priuileg.Panor.in c.querelã.col.2.de elect.&. in c.de monachis.per doct.&.c.in Lateranen.de præb.alia cumulat Hippo.d.sing.246.& Dec.con.43.& pro tenui.col.2.de hoc abundè scripsi in l.herénius.ff.de verb.sig. Et sic postquam supra in genere sustulit non obstantia, ibi non obstãtibus quibuscũque,hic ꝓsequitur magis specificè, & prout faciendum esse censet.Ias.consi.121.viso themate.in 4.volu.

huiusmodi gratiæ impediri [a] valeat quomodolibet, vel differri [b], & de qua cuiúsque toto tenore habenda sit in nostris literis

¶Quid si quis iurauerit nõ reuocare procuratorẽ,an possit eum reuocare etiã non facta plena & expressa mẽtione iuramenti? ꝙ sic tenet glo.sing.in c.fi.de procu.in 6. licet sit periurus reuocans.secundum Panor. in c.extirpandæ. §.qui verò.col.4.in repet.de præb.& Barb.in rub.de reb.eccles.non alien.num. 49.& Ias.in l.duobus. §.fin. ff.de iureiur.& in l.si nõ sorte.§.si cẽtũ.col.3.de condic.indeb. & in l.si mihi & tibi.§.in legatis.col.3.in 2.lectu.de lega.1.& in l.si ita quis.§.ea lege.num.14.ff.de verb.oblig. & con.211.in 2. vol.secus in patrono laico, qui iurauit non variare vnius facta præsentatione,vt variare non posit.teste Curtio.in trac. de iure patro.in verb.ius.q.12. Boer.q.207.ad secundam. *Iurans non reuocare procuratorem, an possit illum reuocare.*

a ¶[*Impediri*] Idem dicitur in c. cum non deceat. de elect. in 6. &.c.si propter de rescrip.eo.lib.

b ¶[*Differri*] Hæc clausula operatur,ꝙ licet per verbũ nõ obstãtibus statutis. ꝑ quæ nostra cõcessio ĩpediri vel tolli posset censeãtur sublata statuta impediẽtia effectũ gratię omnino,& exceptiones perẽptoriæ: tamẽ si non tollãt sed differãt,nõ cẽsentur sublata per illa verba:ideo papa hic apposuit,vel differri. Dom. in c.si propter.col.5.de rescrip.per gl.ibi,in verbo impediri. Et sic tolluntur per hanc clausulã dilatoriæ exceptiones,teste Feli. in c.nõnulli.col.11.vers.not.tertio.de rescri. Ideo si statuto ecclesiæ caueatur,ꝙ mandatarius non habeat primũ beneficium, si esset præbẽda ecclesiæ cathedralis, sed aliam sic:si prius vacet præbẽda,non debebitur mãdatario,nisi ista clausula esset in rescripto apposita.gaudere ergo debẽt mãdatarij propter ista verba.Calde.consi.1.de rescrip.D.Gomes.q.6.in procem. regularum cancellariæ,& in regula de non tollendo iusquæsitum. q. 10. Nam aliquando differre in longum tempus,& tollere in totum,æquiparatur in cap.si super.de officio delega in 6. *De clausula differri vel tolli possit.*

De clausula mentio specialis.

a ¶ *Mentio specialis*] Hæc clausula tollit surreptionem, & defectum intẽtionis papæ, quia licet non valeret rescriptum, nisi fieret mẽtio ordinis Cistercien. ca. cum ordinem. de rescript. Nec rescriptũ cõtra personam miserabilem, nisi specialiter exprimatur. Inno. & alij in c. significantibus. de offi. deleg. Tamen per hanc clausulã papa intendit derogare cuicũque priuilegio, & statuto, etiã si specialis mẽtio de eo esset faciẽda. vt docet Card. in con. 136. Factũ sic se habet. col. 4. & sic per hanc clausulam, etiam regulis cancellariȩ derogatur, quanuis de eis expressa mentio fieri debeat. teste D. Gomes. in procemio regularum cancellar. q. 6. vt supra dixi, vbi etiam dicit indultis cardinalium per hanc clausulam derogatum sine alia expressione.

mentio [a] specialis, seu si dictus N. præsens non fuerit ad præstandum de obseruandis statutis [b] & consuetudinibus vestræ vel alterius ecclesiæ solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum [c], & cum ad ecclesiam ipsam accesse-

b ¶ *Statutis*] Si iuret seruare statuta, & consuetudines ecclesiæ, illud iuramentum intelligitur secundum formam literarum, & iuramentum habet tacitas conditiones, scilicet quatenus non repugnat literis. Ioan. And. in regula inspicimus. de regu. iur. lib. 6. in mercuria. quem refert ac sequitur Felin. in cap. cum accessissent. nume. 29. col. 13. de constitu.

Procurator idoneus quis.

c ¶ *Idoneum*] Id est habẽtem speciale mandatũ ad hoc, argu. l. si mãdato. §. fi. ff. manda. aliàs nõ diceretur idoneus. tex. iuncta gl. in c. ex parte. de verbo. signific. hoc expressè scribit Io. Staphil. in tractatu de literis gratiæ. fol. 104. de vi & effectu clausularũ, plus dicens, procuratorẽ debere mandatũ habere speciale iurãdi in animã cõstituẽtis. arg. tex. in c. procurator de electio. in 6. tamen licet præstiterit iuramentũ per procuratorẽ, quãdo est præsens in ecclesia iurare adhuc seruare statuta tenetur ratione copulæ hiȩ positæ, dum dicit, Et cũ ad ecclesiã, &c. De qua in c. 2. de rescrip. Et quot modis dicatur quis idoneus? plenè scripsi in l. probrum. in fi. ff. de verb. sign. Et ita in hoc mandato habes ad minimum vigintiquinque clausulas notandas, quas ex supradictis elicere poteris & intelligere. plenius eas explico in praxi beneficia. titul. de clausul. manda.

a ¶ *Datum*

rit corporaliter illud præstet. Datũ [a], &c.

a ¶ [*Datum*] Et sic tẽpus concessi mandati debet in mandato apponi, vt sciatur prioritas & posterioritas: vt in data sexti patet, & in c. penul. de rescrip. eod lib. & iuribus sequen. Regula ergo est, quòd in mandatis à diuersis impetratis inspicitur tẽpus datæ. c. eam te. & c. constitutus. de rescrip. c. si eo tempore illo tit. in 6. Et qui prior est tempore, potior est in iure. reg. qui prior. de regu. iur. in 6. Etiã si in secundo esset clausula decreti, & in primo non, adhuc præfertur primus, cum præsentatio afficiat præbendam primo: ergo secundus non poterit eam habere. c. si capitulo. de conces. præb. in 6. Etiã si secũdus primo præsentauerit, adhuc primus præfertur. c. cũ cui. de præb. in 6. & d. c. tibi qui. de rescrip. illo lib. & dixi supra eo. in gl. præsentatæ, imo etiam si primum mãdatum esset generale ad primum beneficium in diœcesi Paris. vacaturũ, & alterũ speciale in ecclesia sancti Marcelli illius diœcesis, præfertur primus, etiã si vacet beneficiũ in ecclesia S. Marcelli. c. ex parte. 1. de offi. deleg. Rota. decis. 106. in no. & decis. 323. nota. Paul. in antiq. & gl. in §. visum. in verbo data. de colla. in prag. Sed in Frãcia non datur vnum magis generale, quàm aliud, per hæc concordata. alioqui non valeret, quia forma non seruaretur. Quæ regula nõ procedit quando in secundo rescripto esset apposita clausula anteferri. glos. in c. si soli. & tex. in c. penul. de concess. præbend. in 6. tunc secundus præferetur. Card. consi. 18. diebus elapsis. quæ in hoc regno non apponitur. & si apponeretur, vitiaret mandatum, quia non esset secundum hanc formam.

Tẽpus datæ est attendendũ fallis vt hic.

¶ Secundò non procedit, quando primus fuit negligens. c. tibi qui de resc. in 6. c. si clericus. de præben. eo. lib. Fel. plenè declarat in c. capitulum. de rescrip. & supra dixi titu. proximo. in gl. prosequentes.

¶ Tertiò quando primus non esset qualitatis requisitæ ad habendum beneficiũ curatum, quia forte minor. c. si eo. de rescrip. in 6. vel secundus expressit dignitatem, primus non, & vacauit dignitas, præfertur secundus. c. quia sæpe. de præb. in 6. In hac forma omnia exprimuntur, vt licet in ea videre.

¶ Quarto si esset apposita clausula, quod duxerit acceptãdum, de qua in c. 1. de conces. præben. in 6. tunc si primus non acceptauerit, secundus præfertur. Rota. decis. 37. nota quòd vbi. in anti. quod etiam non procedit in hoc regno.

¶Quintò, quando primum erat conditionale, nẽpe ante purificatam conditionẽ secundus præfertur. c. si pro te, de rescr. in 6. gl. in cle. vna. de conces. præben. Domi. con. 107. super primo.

¶Sextò, vbi primus mortuus est, vel duxit vxorem, seu renũciauit suæ primæ acceptationi, seu mandato, de quo per glo. & docto. in cle. gratiæ de rescr. &. c. cum inter. de renuncia. de Rota decis. 123. nota. quòd vbi, in antiq. & quando dicatur renunciare tacitè, dixi supra titu. proximo in verbo prosequentes. §. pen.

¶Septimò, non procedit quando vnus mandatarius habuisset suum mandatum ante coronationem papæ, alter post. per glo. singu. in verbo pontificatus in data sexti. quod intellige vt ibidem dicitur.

In mandatis tempus datæ non inspicitur.

¶Octauò, non procedit quando primum erat surreptitiũ, vt in c. si eo tempore. de rescr. in 6. Ego verò dedi nouũ intellectum ad c. ei cui, isti dicto pugnans. de præbend. in 6. in §. volumus. in glos. tempore vacationis. de colla. supra. Fel. latè scribit in c. eam te. in fi. de rescrip. & Imol. in cle. vlti. vbi distinguit vndecim casus illo titu. Et in vltima repetitione quam hic feci, sustinui conclusionem, in mandatis tempus datæ non attendi. & respondebam ad cap. eam te. ibi, si datam literarum diligentius attendisses, quod ibi non probat datam debere inspici, quia cõditio non ponit. Sic respondi ad c. constitutus, quòd non attendebatur tempus datæ, quia nõ expresserat, quod debebat, videlicet numerum canonicorum, sic & mandatũ non valebat. idem responderem ad d. c. si eo tempore. Nec me conturbauit. c. duobus. de rescrip. in 6. ibi, si non appareat, quis primò impetrauerit, quia ibi non debuit sumi argumentum à cõtrario. nam esset contra iura, & resultaret iurium correctio. glo. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. de elect. in 6. Minus dixi facere. c. eum cui. de præben. in 6. Nam ibi hoc est ratione canonicatus collati, quia ius erat acquisitum ratione illius. c. si clericus. illo titu. Et sic potest sustineri ista conclusio, quidam opposuere. de. c. si super gratia. de offi. delega. in 6. quod nil facit, & in actu disputatiuo poterit sic responderi.

¶Notandum est, quòd vltima linea huius mandati debet compleri & finiri cum aliis æqualis, nec debet pars eius prima vel vltima vacua remanere, & potest continere hoc videlicet, Datum Romæ tertio Calẽd. Ianua. pontificatus nostri anno secundo. & non debet breuiari sic, anno 2. quia hæ dictiones numerales, vt vitetur falsitas (quæ frequens est, maximè in beneficiis

propter

propter dulcedinem illorum, vt experiētia docet, & dixi in bulla cœnæ domini, arti. 4. in verbo extendentes) debent extensè scribi. Regula cancella. 14. nisi in nomine pontificum, vt tempore Innocentij papæ 4. Eugenij papæ 5. & sic de reliquis. Prouincial. fo. 14. versic. hodie. & tota debet compleri linea in qua scribitur dictio pontificatus, & nō debet in alia terminari, nec debet hæc data duas integras lineas continere imò in initio penultimæ lineæ necesse est ad minus duas dictiones præcedētis clausulæ contineri, teste Archi. in summa. 25. q. 2. vbi plus dicit, quòd vna litera non debet poni super aliam causa abbreuiandi, vt pōtifex, sed ad longum scribi debet pontifex, teste Specul. de rescript. præsenta. §. primo igitur. colum. 3. vidi tamen contrarium seruari, & dixi supra in prin. huius formæ, gl. 1. ido in penulti. linea mandati sic solet scribi si patiatur, Datum Romæ apud sanctū Petrum Anno incarnationis dominicæ, millesimo quingentesimo trigesimo quinto.

Nota quod modo debent scribi duæ vltimæ lineæ mandati.

Forma literarum executorialium mandati apostolici.

SImili modo. Leo &c. Dilectis. filiis N. & N. ac N. officialibus [a] salutem, & apostolicam be-

¶ Postea in linea vltima sequētia scribuntur, incipiendo à principio vsque ad finem, licet sit aliquod spatium in medio dictionum, non in principio lineæ vel in fine nō vitiat, vt sic. Tertio Nonas Iunij pontificatus nostri Anno Secundo.

¶ Et in literis apostolicis, non scribuntur hodie diphtongi, licet olim in aliquibus literis antiquissimis inueniantur scriptæ: quod voluit Pius papa 2. suscitare, & stilum abbreuiare, ac reformare, quia non est cum venustate verborum & elegátia compositus, vt testatur Prouincial. fol. 14. vbi etiam dicit anno bissextili scribi debere primum diem bissexti sic, primò sexto Caléd. Februarij. & secundum sic, secundò sexto Calend. Februarij. quòd facit ad intellectum. l. cum bissextus, & ibi dixi. ff. de verbo. signific. abundè scripsi in forma signatu. & bullæ in praxi benefi.

Dipthongi an debeant in mādatis scribi.

OFFICIALIBVS] Et sic requiritur quòd executores huius mandati apostolici habeant dignitatem, de qua lo-

Executores mandati an debeant esse in dignitate.

quitur.c.statutũ. in pri. de rescript. in 6. posset tamẽ vnus articulus cõtinens merũ factum, vtpote missionem in possessionem, committi alteri etiam non habenti dignitatem. per gl. sing. in cle. vna. de offi. deleg. & quando requiritur aliqua purificatio gratiæ, potest executor etiam nõ constitutus in dignitate dari. & qualitates. c. statutũ in executoribus datis in literis gratiosis non requiruntur. teste Feli. in ca. postulasti. col. 3. versi. dum declarat abbas. de rescript. Card. in cle. 1. q. 15. illo titul. Oldra. consi. 295. orta materia. De stilo tamen est, vt constitutis in dignitate cõmittatur, vt hic patet. sic dicũt Ioan. And. & Perus. in d. c. statutum. §. in nullo. Et hoc tenet curia ro. vt docet Collect. in c. proposuit. col. 1. de concessio. præbend.

¶Et hoc quando sunt executores ad prouidẽdum, secus si ad compellendum, quia tunc sunt nudi ministri, teste Gomes. in tract. mãda. in 8. forma. & ita

nedictionem. Hodie cupientes vt dilecto filio N. clerico N. diœcesis, iuxta illius quæ olim per fœlicis recordationis Gregoriũ papã. 9. prædecessorem nostrũ ad tunc episcopum Nouionen. directa extitit, quæ incipit, mandatum, & aliarum duarũ illam immediatè sequentiũ decretalium formas de canonicatu & prębenda, aut dignitate, personatu, administratione, vel officio ecclesiæ N. aut alio beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura prouideri posset motu proprio venerabili fratri nostro episcopo N. & dilectis filiis capitulo singulisque canonicis ecclesiæ N. per alias literas nostras mandauimus, quatenus si eis communiter vel diuisim pro alio non scripsissemus, qui simile mãdatum aut similem gratiã prosequeretur, eidem N. canonicatum & præbendam, aut dignitatem, personatũ, administrationem, vel officium, aut beneficium ecclesiæ N. aut aliud beneficium ecclesiasticum ad eorũ collationem, prouisionem, præsentationem, nominationem, seu quanuis aliam dispositionem communiter vel diui-

debet intelligi. Rota decis.369.si in forma communi.& seq.in nouis.& decisio.397.nota quòd si in forma.ac decis. 565. vtrū capitulum in antiq. vbi latius videre licet. & in decis. 7. vtrum rub.de rescrip.in compilat.Bernard. de bisgneto. per Aufre. in decis.Tholosanis.quæst.203.

¶Ego putarem idem in executore ad compellendum,quia non potest compellere nisi per excommunicationem,& aliis iuris re mediis,vt not.docto,in c.si soli de concessio.præben.in 6.ergo non est nudus minister,qui de facto compellere possit. argu. l. fi.C.de actio.empti.in Francia fiunt omnes executores ad prouidendum.non ad compellendū.vt inferius in hac forma patet.

¶Intellige officialibus principalibus committi posse,nam fora neus non posset esse delegatus papæ,nec mādatum exequi.text. in cle.& si principalis. de rescr.ergo hac appellatione officialis veniet principalis,& non foraneus,arg.§.sed ius quidem. institu.de iur.natura.

¶An monachus possit esse officialis?quòd sic,de licētia sui abbatis,cōcludit Rota decis.284.nota quòd monachus.in antiq. & in rub,de offic.vica.decis.4.ac Guido papę decis.563.an monachus.Item requiritur quòd hic executor sit certus.c. tibi. ibi, certo executore.de rescrip.in 6.c.si apostolicæ.de præben.ibidem.c.ne captandæ.de concess.præb.eo.lib.nec valeret si committeretur omnibus & singulis, quibus præsentabitur mandatum sicut litteræ iudicum secularium. Domin.consi. 75.in causa. vbi etiam dicit executorem posse delegare alteri,debet tamē ille esse certus per prædicta.per tex.in c.is cui de officio delega. in 6.ille tamen subexecutor debet esse clericus,& habere qualitates.d.c.statutum,teste de Rota decis.99.nota quòd executor. in antiq.& sequitur Ioan.Staphil.in tract.de literis gratię.in 9. forma executor.fol. 42. & seq. Item quando scribitur officiali, non dicitur talis ecclesiæ, quia non scribitur nisi officiali maiorum prælatorum:& quod in Francia solet committi officiali,in Italia vicario.teste prouinciali.fol.14.& 75.rub. de iudicib. & eorum ordine.

Monachus an possit esse officialis.

¶Quid si executor mortuus fuerit,& nūc vacat præbēda, quis exequitur? an mandatarius authoritate propria possit intrare præbendam?vide Col.in c.relatum.colum.vlti.de præbend.allegat Archi.in c.si postquā col.1.illo titu.in 6. & quod ad papā redit tradit Ancha.in c.cum dilectus. col. vltim. de iure patro. quia ab eo potestas emanauit.nisi sub nomine dignitatis alicui

Executore mortuo quis exequetur.

commissum esset, tunc quia dignitas non moritur. c. si gratiosè, de rescrip. lib. 6. is qui ad eandē subrogaretur dignitatē exequi posset. c. quo nam. de offi. deleg. bonum est ergo duos habere executores vel tres, vel ꝙ ille subdeleget, antequam moriatur. ¶ Si verò executor fuerit excōmunicatus, potest cōferre beneficiū authoritate apostolica, & collatio valebit. vt concludunt Domi. de Rota in decisi. 128. nota quòd executor. in antiq. si tamen valide & cum effectu semel contulerit, nō poterit postea conferre, aliàs secus. Cassad. teste. in decis. 9. de conces. præb. post Collect. in c. 1. de re iudi. quē Imol. Et alij sequuntur ibidem. Et an posit executor recusari. ꝙ nō tenet Inno. in c. proposuit, de conces. præben. nisi assumeret partes iudicis, quod in hoc regno facere non potest. Anto. But. in cap. nouit. in fin. de appel. Panorm. in cap. super quæstionum. col. 3. de offi. delega. nec potest dari executor is, cui directum est mandatum, quia non posset seipsum cogere. arg. cap. fina. de instit. & est ordina. regia. rub. *des mandatz*. arti. 5.

Executor conferri sine citatione.

sim pertinentia si quem, quam vel quod, post mensem post præsentationem earūdem literarum [a] vacare contigeret, cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertinentiis suis, prout ad eos communiter vel diuisim pertineret, conferrent, & asignarent, aut eum ad illa præsentarent, eligerent, nominarent, seu de illis prouiderent, prout in eisdem literis plenius [b] continetur. Quocirca

a ¶ *Vacare*] Ergo ante vacationem executor conferre non poterit. tex. in c. proposuit. & ibi plenè doct. de cōces. præb. potest tamen conferre sine vocatione illorum quorum interest. licet docto. varia dixerint in c. dudum. de præsumptio. & in dicto. c. proposuit. tamen pro hoc est tex. in cap. si capitulo. in fi. de concess. præben. in 6. Specu. in titu. de actio. seu petitio. §. super petitionibus. versi. hoc quoque sciendum.

b ¶ *Plenius continetur*] Et sic plenius loqui debet mandatum, quàm literæ executoriales, nam si omnes modi vacandi in mandato sunt expresi, & vnus tantum in literis executorialibus, tūc sufficit, secus contra. cle. 1. §. ad hæc. & ibi Bonifac. nota. 4. de præb. cle. vna. in fi. de concess. præb. & supra dixi. & si in literis

executorialibus

executorialibus sit aliqua clausula superflua, non debet vitiari mandatum, quia non debet vitiari principale ab accessorio, vel ab eo, quòd sine eo stare potest. l. cum principalis. ff. de reg. iur. ideo hoc anno 1537. in quadragesima fuit pronunciatum pro mandato, in cuius literis executorialibus erat apposita hæc clausula contradictores per censuram, & prout iustitia suadebit ad hoc compescendo.

Clausula in executorialibus scripta mãdatum non vitiat.

Arrestum.

discretioni vestræ per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus vos, vel duo, aut [a] vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios, si episcopus, capitulũ & canonici prædicti canonicatum, & præbẽdam, aut dignitatem, personatũ, administrationẽ, vel officiũ, aut beneficiũ huiusmodi eidẽ N. cõferre, & assignare, ac de illis etiã prouidere [b] recusauerint

a ¶ *Vnus vestrum*] De hac clausula est text. in c. prudentiam. de offic. delega. vbi dicitur ꝙ si hæc clausula non inseratur, vnus sine altero procedere non possit. cap. cum dilecti. & ibi Imol. de empt. & vend. de iudicibus est text. in l. duo. ff. de re iudica. idem in arbitris. l. si in tres. ff. de recep. arbitr. vide tamen tex. in ca. 2. de arbit. lib. 6. Idem in procuratoribus dicit text. in cap. si duo. de procur. lib. 6. Quid in executoribus, vide tex. in c. fin. de test. illo lib. & in tutoribus præstantibus authoritatem. l. fi. C. de authoritate præstan.

Vno executore vel iudice aut pcuratore impedito quãdo alter pcedere possit.

¶ Et nota quòd in beneficialibus valet id quod fit ab vno, alio impedito, vel nolente procedere licet de impedimento vel voluntate non constet alteri, secus in aliis, tex. in ca. sciscitatus. de rescrip. & ibi Feli. col. 6. versic. oportet notum. quòd est sing. secundum Rom. sing. 13. si causa. quia in istis beneficialibus, ita solennis additio vel requisitio non requiritur, sicut in prophanis. argu. cap. dilecti. de iud.

b ¶ *Recusauerint*] Recusare non dicuntur nisi fuerint requisiti. c. si clericus. de præb. in 6. & ideò debet vacante beneficio mandatarius requirere ordinarium: & facta requisitione, si recuset, deuoluitur potestas ad executorem, vel debet mandatarius requirere executorem, vt præstituat certũ tempus ordinario conferẽdum mandatario, intra ꝙ si nõ conferat, apparet de negligẽtia ordinarij, ideo deuoluitur potestas ad executorem. ca. si capitulo, de concess. præb. in 6. glo. in ca. significauit. de offic. ordina.

Recusare quãdo quis dicatur.

¶ Secus ergo quando datur executor purè, id est sine negligentia & recusatione. nam tunc facta vacatione executor conferre poterit, nec mandatarius ordinarium requirere tenetur. cap. 1. & ibi glos. & docto. de concess. præbend. in 6. & in d. ca. si capitulo. D. Gomes. in tract. mandat. in 4. forma. & sic in hoc casu executor non habet potestatem conferendi nisi recusante, negligente, vel differente ordinario. d. c. si capitulo.

Executor cõferre potest, sed nõ cõpellere.

¶ Nec executor posset compellere collatorem ad cõferendum, quia eidem hic nõ est data potestas, & forma mãdati est diligenter obseruanda. l. diligenter ff. manda. sed postquam executor contulit, potest compellere canonicos, vt mandatariũ recipiant receptione facti, alioqui non fieret vera executio, secundũ. Ioã. And. & Colo. in d. c. si capitulo. in fine. Quod non seruatur in hoc regno. vide Bonifa. in cle. si plures. col. vlt. de præb. Et si executor primam dignitatem seu beneficium mandatario non cõtulerit, cũ extincta sit sua potestas, alterũ conferre nõ poterit. c. si clericus. & ibi Domi. de præb. in 6. Bal. in c. 1. col. 1. de re iudic.

¶ Fallit si primum non esset debitũ mandatario, quia tunc non est extincta gratia, seu mandatum, & sic nec executoris potestas, in casibus, quos notaui in §. declarantes. in verbo comprehensa. de mand. aposto. supra. & quid si non debitum contulerit, an sua potestas expiret, aliàs scribam dum operæpretium fuerit.

¶ Nota ꝙ hic executor non poterit prouidere de beneficio, ꝙ de iure tantum vacat, non de facto. Ancha. in repet. c. si propter. col. 38. versi. & istam distinctionem. de rescrip. in 6. prout refert Feli. in ca. in nostra, correla. 36. ver. 6. no. illo ti. quia non dicitur simpliciter vacare, quando vacat tantũ de iure. Imo. per illũ tex. in d. c. cũ nostris. col. 2. de concess. præb. & in ca. proposuit. col. 2. ibid. & quando dicatur vacare de iure, & non de facto, declarat Host. in summa. de concess. præb. & doc. in d. c. cum nostris.

Vicari⁹ nõ potest cõferre beneficia in vim mãdati si episcopus cõstituẽs sit dat⁹ executor.

¶ Item hic vicarius generalis, cui est data potestas conferendi per episcopum, iuxta. c. vlt. de off. vica. in 6. non potest conferre beneficia authoritate apostolica, si episcopus erat datus executor, quia episcopus non commisit ei, nisi ea, quæ sunt ordinariæ iurisdictionis suæ, & quæ ad suam ordinariam iurisdictionẽ spectant. c. 1. vers. nec pro eo. de off. ordina. in 6. Ideo episcopus cõstituendo generalem vicarium, nõ videtur cõmittere, si non exprimat, nisi ea quæ cõpetunt sibi ratione iurisdictionis ordinariæ, arg. cle. 2. de religio. domi. c. qui ad agendũ. de ꝓcu. in 6. sic consuluit Feder. cõsi. 130. Factũ est tale, quædã domus. in fine. &

com-

commissiones papales non procedunt ab ordinaria iurisdictione. tradit glos. in §. visum est. in verbo legatorum. de colla. in prag. Ideo noua commisione seu delegatione indigét, quia de nouo emergunt. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interro. actio.

¶ Sicut episcopus non potest cognoscere quando causa est delegata suo officiali, quia in potestate delegata separatum est auditorium episcopi ab officiali. arg. c. hi qui. de præb. in sexto. & hoc expresius firmat Imol. cle. 2. col. 4. de rescrip. dico abundè in praxi benefi. paulo post prin. vbi plenè materiam vicarij explico. *Episcopus non cognoscit si causa officiali sit delegata.*

seu distulerint [a], aut [b] negligentes fuerint canonicatũ & præbendam, aut dignitatẽ, personatũ administrationẽ vel offi-

¶ Quæro quando dicatur recusare? Respon. quando cõferre nõ vult requisitus. Archi. per illum text. in c. cum plures. de officio delega. in 6. & vitium notat Archi. in ca. fi. de excep. eod. lib. & recusare dicitur qui debitè requisitus sine causa rationabili, differt. §. fi. in authen. vt exactio. instante dotis. colla. 7. facit. l. tutor qui repertorium. §. si deponi. ibi, si præceptum est, & neglectum. ff. de admini. tutor. & sic oportet, vt de volũtate appareat, quòd fiat requisitio. Archi. in d. ca. cum plures. in fin. Et an sufficiat vna requisitio, quòd sic dixi in rub. de friuol. appella. infra. & glo. in cle. dudũ. in verbo recusauerint de sepul. §. si verò.

a ¶ *Distulerint*] differre dicitur quando non confert intra sex menses. c. 2. de concess. præb. vel si non confert intra tempus ab executore præstitutum: vt nota. in c. si capitulo. de concess. præbend. vel verius, quando est requisitus à mãdatario ordinarius, & non confert, ita seruatur, vt facta per mandatarium requisitione, si ordinarius non conferat executor conferre posit, non expectato alio tempore, vt in glo. seq. dico in casu negligentiæ, sic quando differt. Si tamen ordinarius mortuus esset, cui directum est mandatum, tunc poterit mandatarius requirere capitulum. quod potest conferre beneficia, quorum collatio est necessaria, vt in hoc casu, secus in voluntaria. c. 2. & ibi interpretes ne sede vacan. gl. in verbo disposuerit. in §. si quis verò. de colla. supra. & in tracta. de pacifi. posses. in fi. & si capitulum recuset executor conferre poterit, quod est menti tenendum. Et tutius est siue capitulum conferat, siue non, quod semper mandatarius collationem ab executore obtineat. *Differre qñ dicatur ordinarius*

b ¶ *Negligentes fuerint*] Et si antea negligentiam vel recusatio- *De negli-*

getia cōstare debet. nem nil tenetur facere hic executor datus ad prouidendum, tenebitur tamen postea facere processum, vt cognoscatur eum seruasse mandati formam. secus quando papa confert, quia tunc executor, nec quidem processum vel aliud facere tenetur. vt expressè tradit Domi. in consi. 14. in hac causa. col. 2. Item facit. c. si capitulo. de concess. præb. in 6. vbi executor datus vt prouideat in negligentiam capituli, debet prius terminum competentem præfigere capitulo. quo elapso & non ante prouidere poterit, quia nō potest, detegi negligentia, nisi assignetur terminus ab homine. glo. & ibi Panor. in c. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. text. in c. si tibi absenti. illo titu. in 6. l. mancipiorum. ff. de optio. lega. Feli. in c. si autem. col. 2. versi. negligentia. de rescript. In hoc tamen regno sufficit quod pars requirat ordinarium, vt sibi conferat, & si collator recuset poterit executor conferre iuxta forma hic datam, quæ tam in casu recusationis negligentiæ, quàm dilationis, negotium executori committit. per ea quæ dixi in gloss. proxi. Quomodo sunt in his casibus puniendi collatores recusantes, vide quæ plenè dixi in tracta. not. q. 19.

cium seu beneficiū huiusmodi cū plenitudine iuris canonici, ac omnibus iurib[9] & pertinētiis supradictis eidē N. [a] cōferre & assignare, nec nō eūdē N. ad illa (vt moris est) admittere, & in canonicū recipere, & in fratrē (stallo sibi in choro, & loco in capitulo assignatis)

Patrono recusante an executor cōferre, vel præsentare possit. a ¶ [*Conferre*] Ergo executor apostolicus per hunc tex. potest cōferre beneficium, etiam si patronus non præsentet, quia non mandat papa præsentare, quando patronus recusat, vel negligit seu differt, quia iuxta mandatum debet executor facere. ca. cum dilecta. de rescrip. & vt vitetur circuitus. cle. auditor. de rescrip. l. dominus. ff. de condi. indebi. & quia executor præsentando non assignaret beneficium cum omnibus iuribus, quod vult hic text. fieri debere, imo si recusante patrono executor præsentaret episcopo, qui recusaret, functus esset executor officio suo & recursus haberi fortè deberet ad papam, & quia verbum conferre est latum, vt etiam comprehendat præsentationem, vt supra dixi in §. statuimus. 2. in glo. conferantur. de colla.

¶ Nec refragatur ca. super eo. de off. deleg. quia loquitur in rescripto iustitiæ. Nam ibi papa cōmisit quæstionē quæ de præsen-

ſentatione vertebatur alicui terminádam, ideo de hac quæſtione poteſt cognoſcere, hic papa collationem commiſit. & ſic loquimur hic in reſcripto gratię, quod eſt ampliandum, tum in fauorem cultus diuini, qui inſurgit ex collatione executoris, quia non diu vacant eccleſiæ. doct. in cap. quam ſit. de elec. in 6. tum ne mandatum ſit ſine effectu. vel dicit. gl. in d. cle. auditor, loqui in auditore extra curiã, ſecus in curia, ſed pręcedens eſt melior.

omniáque [a] & ſingula alia in dictis literis contenta, aliàs iuxta earundem cõtinentiam, atque formam in omnibus, & per omnia facere,

¶ Ad hæc quando papa facit alicui gratiam motu proprio, vt hic, vel de plenitudine poteſtatis, tunc executor poterit conferre, & aliàs prouidere, cum ſit datus ad prouidendum. ca. ſi capitulo. de conceſ. præb. in 6. Innocen. & alij in d. c. ſuper eo.

¶ Nec me mouet quòd papa non intendit alicui præiudicium facere, vt dicitur in d. c. ſuper eo. & in c. quanuis. de reſcrip. in 6. quia hoc eſt verum in dubio. ſecus quando conſtat quod hoc vult, vt hic, vbi mandat conferre & aſſignare executor non aſſignaret, ſi tantum præſentaret. ſic conſilui pro magiſtro Laurentio Berardo clerico Heduen. diœce. Romæ degente, qui è Roma miſit ad me hoc dubium cum aliis, vt conſulerem, & fuſius loquor in d. conſilio, incipien. Pariſien.

a ¶ *Omniáque & ſingula*] Per hæc verba non ſolum factum, ſed etiam qualitatem facti vult exequi, cum hæc verba omnia & ſingula, hoc importét. gl. in c. vt circa. in ver. omnia. de elect. in 6. Barb. ſequitur eam in conſ. 37. plane. col. 3. in 3. vol. & conſ. 74. omnia quæ. col. 2. ibidem. & conſi. 59. à Iouen. col. 2. ibi. & . ca. ſi quis presbyterorum. col. 2. de reb. eccle. non alie. vide Feli. in c. eam te. col. 10. & ſeq. de reſcrip. vbi dicit ſufficere quo ad menté ſic dicere. omnia in literis contéta exequi curetis. Sed additum fuit ſingula, ad euitandum friuolas, licet ſubtiles occaſiones, ne quis fortè dixiſſet, aliud vniuerſi, aliud ſinguli. natura ergo iſtorum verborũ eſt, vt nil prætermittatur. Iaſ. in l. 1. col. 4. ff. de leg. 1. allegat Bar. conſi. 115. qui hoc non dicit. vide glo. in verbo omnia, ſupra in forma manda. Fel. in c. ſedes. col. 9. in 6. declaratione, de reſcrip. Card. in ca. vno. §. ſanè. de ſtatu monach.

Quid ſignificent hæc verba omnia & ſingula.

a ¶ *In oĩbus & p oĩa*] Generaliſsima ſũt hęc verba, teſte Lu. Ro. cóſ. 82. col. 2. quo ad id. & valde latiſſima. Ang. cõſ. 6. lata eſt vbi dicit, ꝙ licet latiſſima ſit, recipiũt tñ ĩterp̃tationé, ne ad ĩtellectũ

De clauſula in omnibus, & per omnia quid p̃ſit.

iniquissimum perducantur. sed coaptentur iuri communi quantũ possunt. & sic recipiunt restrictionem, ne sequatur absurdum vel incõueniẽs, & etiã recipiũt restrictionẽ datã ad aliis iuribus, Alex. & alij l.1. de legatis. 1. sequitur Curti. consil. 50. memoriæ, nu. 194. versi. 4. corroborãtur. quasi velit dicere tex. curetis exequi mãdatũ in omnibus & per omnia, id est sine aliqua exceptione, et plenè in omnibus suis partibus l.2. §. furiosus. ff. de iure codicil. secundũ tamen iura & consuetudines regni.

& exequi curetis, [a] contradictores (pro vt iustitia suadebit) ad hoc compescendo, nõ obstantibus omnibusquę in dictis literis volumus nõ obstare. Datũ, &c.

¶Item finito mandato & extincto, non poterunt executores exequi. glos. in regula Iulij. 2. & in vltima parte. vbi dicit quòd si papa concessit priuilegium instar descriptorum in rotulo papæ, quòd sicut per mortem papæ, expirat priuilegium familiarium descriptorum in rotulo ita & istorum. vide ibi, quia sublato principali & accessorium. l. cum principalis. ff. de reg. iur.

Appellatione contradictoris quis veniat & molestia.

a ¶[*Contradictores*] De facto. iuris autem cõtradictores non poterit compescere. glo. singula. in c. pro illorum. in verbo contradictores. de præbend. tex. in c. si cui. illo titu. in 6.

¶Idem si dicatur, amoto quolibet cõtradictore, intelligitur de contradictore de facto, & non de iure, per illã glo. quam sequitur Corset. in singu. incipien. molestia. vbi plus tenet, quòd si quis prohibitus sit molestare aliquem, intelligitur de facto, per glo. in l. si seruum. §. prætor. ff. de acquir. hære. Et verba reuocetis in irritum quicquid fuerit in tali causa factum, intelliguntur illegitimè factum. tex. & ibi Panor. in c. audita. de restit. spolia. facit cle. 1. vbi Barba. de rescript. & in d. c. pro illorum. Possem adducere sexcenta similia, quæ tradunt docto. in l. quidam cum filium. ff. de verbo. obliga. Feli. in ca. causam. colum. 11. & seq. ver sic. non obstante, de rescri. Barb. in repetit. cap. Raynaldus. col. 123. de testa. & consil. 12. scribitur. columm. 7. in 1. volu. ac consil. 59. clementissimi. col. 5. & seq, ibidem. & consil. 38. præclare. columna 5. in 2. vol. ac consil. 44. illud afferam. col, 2. in 3. lib. ac cõsil. 56. à ioue. col. 5. ibidẽ. necnon in consi. 79. illud. col. 9. in eo. vol. & consil. 4. illud. col. 10. in 4. vol. & consil. 40. clementissimũ. col. 17. ibidẽ. omitto Alex. cõsil. 52. viso testamẽto. in 2. vol. Alios etiã nũc missos facio, ne turba allegationũ lectorẽ fatigẽ.

Non

¶ Non tamen potest hic executor excõmunicare. Do.in c.1.in fi.princ.de concess.præb.in 6. vbi dicit executores non habere iurisdictionem,nisi contra resistentes, vel rebelles indebitè, sed in hoc regno seruatur, ꝙ executor nõ posset compescere etiam cõtradictores de facto,sed hoc fit per ordinarios,nec etiam potest excommunicare,sed tantum conferre.& si excommunicet, ab eo ad senatum tanquam ab abusu appellatur,vt vidi vsu venire , & ipse cõpellitur suo sumptu absoluere,nec posset hic executor aliquẽ impedientem priuare beneficiis. Do.in c.1.§.1.col.2.de homic.in 6.quem sequitur Deci.in c.1.col.pen.de offi.deleg. quia priuatio beneficiorum non fit sine magna causa.cap. inuentum. 16.quæst.7. Et etiá quia eidem non est concessum. ideo extra concessa non faciat.c.cum dilecta.de rescrip.& in hoc tex.dicitur prout iustitia suadebit.nec exceptiones aliquas recipit, licet de iure secus. c.dilecto.& ibi Perus. vlti.not.de appel. *Executor in regno Frãciæ non excommunicat.*

¶ Pro regularibus[a] autem

¶ Aliquando in rescripto solet apponi,amoto quolibet detentore,quæ operatur,vt rescriptũ valeat,non facta mentione possessionis coloratæ alterius:quod aliàs non valeret.c. proposuit. in fi.&.c.cum nostris.de conces.præb.Imol.in c.cum vniuersorum.col.1.de rer.permu.Intellige etiam si apponatur tantum in literis executoriis,quia in literis gratiæ nõ solet apponi. Feli.in c.in nostra.correla.36.de rescrip.allegat consilium Cardi. corruptæ tamen.vide consil.31.cum inter.in fi. Sed contrarium tenet Calde.consi.25.an valeat.rub.de præbẽ.& Francis. Curtius in consil.3.placet.col.1. inserto post tractatum feudorum.Et is executor ordinem iuris seruare tenetur.teste Collect.in d.c.pro illorum.colũ.2.nisi in hoc regno.vt prædixi. Apponi etiam solet data in his literis eadem,quæ in mandato, quia eodem momento concedi solent,& hactenus de forma executorialium. *De clausula amoto quolibet detentore.*

a ¶ [*Regularibus*] Ij dicuntur,qui ad viuendum secundũ regulam,quam professi sunt,tenentur, siue sint monachi, siue canonici regulares.cap. quod Dei timorem. de statu monacho.hoc expressè declarat Hostien.in summa.de regul.§.1.vbi plus dicit in §.sequen.quòd regularis dicitur ab illa regula, quæ ad recta ducit,& normam rectè viuendi tribuit,& quod distortum prauúmque est corrigit.cap.regula.3.dist.& ij profitentur tria substantialia regulæ,paupertatem,castitatem, & obedientiam.cap. cum ad monasterium.de statu monach.& in rub.de regula,ple- *Regulares & seculares qui dicantur.*

nè doct.tradunt.tu illos,si lubet,videto, & quæ dixi in trac.nominationum.q.15.nu.23.& in glo.religiosis.& gl.seq.§.1. supra. de nominatio.reg.Seculares dicuntur omnes qui non profitentur regulam. Bald.in c.licet.de offic.ordina. vbi vide glos. Vnde papa hic non ponit formam pro regularibus,sed vult vt conueniens isti formæ alia detur,& vnam scripsi inferius, ne quis super hac forma decipiatur.

similis a forma illis

Simile quādo dicatur vel idem.

a ¶ *Similis forma*] Similis dicitur forma, quia generaliter ad omnia beneficia regularia debet dirigi hoc mandatum ad dignitates & officia,sicut mandata data secularibus,& sunt dati executores,& clausulæ substantiales positę in mandatis secularium debent poni in mandatis regularium. Sunt tamen multæ differentiæ,vt licet videre.not.tamen minus dicitur similis forma,licet non omnino similis sit.tex.in c.tibi qui.& ibi Alex. de Antilla.in vlt.opposi.de rescrip.in 6.Item dicitur simile, quod non est idem formaliter,nec per omnia.sed est idem in effectu,& ratione.tex.& ibi Bald.& Ias.in l.qui liberis.in pric.ff.de vulga.l.si quis emptionis.§.1.in glos.simili.C.de præscriptio.30.anno.l.si quis filiū.ff.de collatio.bono.vnde dicit Boetius super Topica Tullij,quem citat Ioan.And.in ca.non potest.de præben. in 6. quod similitudo est rerum differentium eadem comparatio,seu qualitas.& alibi dicit Bald.in l.si quis non dicam.col.1.C.de sacrosanct.eccle.quòd similia sunt, in quibus est eadem ratio,vel quandò est eadem qualitas.Sed eadem sunt, quorum est eadem substantia.Euerard.in suis locis legalib. in loco à simili.fo.23.& sequen.

Idem & simile differunt.

¶ Et illa sunt similia,quorum sunt diuersi termini, & vna ratio, vel qualitas.l.quæritur.ff.de statu homi.Bald.in l.neque.ff.de legibus,vel simile dicitur,quod est simile quo ad quædam,& non quo ad omnia.l.1.ff.de arbit.§.inter.institut.de nup.quod facit pro testibus concordandis,vt per Panormi. & Decium in cap. cum venerabilis.in glos.1.de except.vel similia dicuntur,vbi est eadem ratio in genere, sed non in specie, & sic non videtur requiri omnimoda similitudo, nisi in suo genere. l. non solùm.§. qui primipilum. ff. de excusat. tuto. gloss. nota. in cap. non potest.in verbo curam.de præbend. in sexto. vel simile est quòd pari æquitate,vel maiori nititur cum eo, cui assimilatur. argu.l.si quis seruo.C.de furt.Archidia. in cap.2. fin. de procura-

rato.in 6. Et ſic non requiritur totalis ſimilitudo, ſed in eo de quo agitur,vel ad quod confertur.c.cum dilecta.de confirmat. vtili.cap.per venerabilem.§. verum.qui filij ſint legiti.

¶ Et propriè illa dicitur ſimilitudo, quando eſt plena ſimilitudo.& vbi ſunt plures conuenientiæ,quàm differentiæ,aliàs non dicitur ſimilitudo.Bal.& Iaſ.in l.1.C.de iure emphyteo. Et multa de hoc argumento à ſimili tradit Claudius Cantiuncula in Topica iuris,& nouiſſimè Io. Appellus in ſua methodica, ac Chriſto.Hegendor.in arte diſſerendi,& octo limitationes Felin.in cap.2.colum.4.nota.4.de ſponſa.

¶ Et ſic cum certa forma pro regularibus nō aſſignetur hic expreſsè,pro modico defectu non debet illorum mandatum annullari, ſi habeat clauſulas ſubſtantiales. ideo quandoque dixi mandatum regularis eſſe validum: licet in eo iſta clauſula non eſſet ſcripta,eíque cura immineat animarum,cum primò expreſſerit curatum beneficium.& iſta clauſula,eíque cura,&c.non eſt niſi quædam declaratio,quæ ſatis ex ſupradictis apparet, idem dico ſi iſta verba eſſent in mandato regularis,dummodo electiuus,electiua,vel electiuum,& dignitas conuẽtualis non exiſtat, quia intelligitur tantum excepta dignitas conuẽtualis electiua, ſicut ſolet in aliis mandatis excipi, ideo eſt quædam interpretatio non reſtrictio,cum copulatiuè tradatur, ſecus ſi alternatiuè verba in mandato inſerantur, vtpote dummodo prioratus, ſeu alia dignitas conuentualis,vel officium huiuſmodi clauſtrale non exiſtat,quia nimis reſtringeret dictum mandatum, & ſic hæc forma vltima fuit reprobata per Senatum Pariſienſ. Anno 1536.Iulij 21.in vigilia diuæ Magdalenæ coadunatis duabus cameris, magna videlicet inquiſitionum & noua, inter dominum Renatum Royer presbyterum.Ioan.Roſſeau, & fratrem Ioan. Vincent appellantes ex vna,& fratrem Carolum Seuin intimatum ex altera.

Modicus defectus formæ mãdati in regularibus & nouitiat.

Arreſtum.

¶ Notandum eſt, quòd hoc argumentum à ſimili. ſi ritè ſumatur,eſt forte, & tollitur data diſsimilitudine.l.inter. §. ſacrum.ibi,ſed hæc diſsimilia ſunt.ff.de verbor.obligatio.glo.in cap.ſicut vrgeri.1.quæſt.1.& cap.nuptiarum.27. quæſtione prima.ideo allegans ſimilitudinem, eam probare debet, ſaltem colorate.nam non eſt credendum ſimplici verbo dicentis.l. actor.C.de probat.Ioan.Baptiſta.in repet.l.omnes populi.circa finem.ff. de iuſt. & iure. poſtquam quis oſtenderit ſimile, qui

Probari debet similitudo et dissimilitudo.

vult dicere non esse, probare hoc debet. Panorm.& alij in cap. translato. de consti. Vnde aduocatus debet esse cautus ad ostendendam esse dissimilitudinem, vt papa facit in c.per venerabilem. versi. verũ. qui fil. sint legi. Alex. in addi. ad Bart. in l. quod Nerua. ff. deposit. Bal.& alij in l. non possunt. ff. de legib. Et de triplici similitudine tradit Stepha. de Feder. in tracta. de interpretatio. iuris, in vltima parte. col. 2. Benedict. in repe. c. Raynutius, in verbo mortuo. in 3. numer. 38. de testa. Feli. in c. capitulum columna secunda, versi. nullum simile. de rescrip. multa ego ipse addidi ad dictam l. non possunt. vide Bal.& alios in c. inter cæteras. de rescript.

conueniens[a] detur

Differẽtia inter mandata secularium & regulariũ.

a ¶[*Conueniens*] Conueniens dicitur si regularia mandet prouideri in mandatis regularium, in multis tamen disconueniunt à mandatis secularium. quia in his dicitur, vitæ, ac morum honestas. &c. vel si sit graduatus, literarum scientia, vitæ, ac morũ honestas. in mandatis verò regulariũm dicitur, venerabilis religionis zelus, vt patet in Prouincia. fo. 66. rub. de exordiis in beneficialibus. & infra in forma sequenti patet.

¶ Secunda differentia, quia regularis nõ solet creari canonicus ad effectum obtinendi dignitates, vt infra licet videre in forma seq. in secularibus secus, vt supra in proxima forma habetur.

¶ Tertia differentia est, quia in mãdato regularis directo abbati non habenti nisi collationem in ecclesiis sui monasterij, non apponitur clausula, vel alterius ecclesiæ, vt supra dixi. Tutius erit tamen apponere, ne processibus inuoluatur quis, sed nõ necessarium, & si non apponatur, mandatum non erit nullum. Secus in mandato secularis, & ibi dixi.

¶ Quartò, non solet pro monachis poni clausula, etiam si parochialis ecclesia, vel eius perpetua vicaria. quia ipsi non debent ecclesias parochiales obtinere. c. cum de beneficio. de præbend. in 6. Panor. in c. de monachis. de præben. &. c. quod Dei timorem. de statu monach. dixi supra non procedere in canonicis regularibus sancti August. & Præmonstraten. Aliquando ex priuilegio conceditur etiam monachis sancti Benedicti vt possint eas habere, quæ sunt illius ordinis.

¶ Quintò, non vidi apponi in mãdatis regularium, etiam si parochialis, &c. aut capella, vel perpetua capellania fuerit, quia regulares non solent habere illas capellas, aut capellanias. si tamẽ haberent, esset necessarium in mandato inserere, & qui dicit regula-

gulares collatores habere capellas, probare debet.l.ei qui. ff de proba. sed in mandatis secularium est necessaria illa clausula vt licet supra in forma mandati videre.

¶ Sextò, in mandatis regularium solet apponi de beneficio per monachos vel canonicos dicti monasterij obteneri solito prouideri possit.& in eadem forma dicitur be neficium ecclesiasticū cū cura vel sine cura p eosdē monachos obtineri solitū, &c.in mādato verò seculariū generaliter mādatur, vt in eo est videre.

¶Nulli ergo, &c.

¶ Septimò, in mandatis secularium dicitur, si extra Roma. curiam vacare contigerit,&c. intendit papa de illo non mandare. in mandatis regularium non apponitur illa clausula: quia monachi extra suum monasterium residerę non debent.c. placuit. c.iuxta.& seq.16.q.1. Ideo illa clausula non solet apponi. Si tamen apponeretur, non vitiat, quia superflua non vitiant.l.testamentū.C.de testa.& bonū est apponere propter resignationes, quæ in curia fiunt. Hodie frequētes sunt in curiis, ita vt quidam diceret eos videri in tribus deo similes. Primò, quia vbique sunt, etiā aliquando in lupanari. Secundò, quia omnia noua sciunt, vagando sic per ciuitatem. Tertiò, videntur deo similes in non peccando, quia cum accusantur, nimis se defendunt, nunquam se peccasse dicentes.

Monachi in tribus videntur deo similes.

¶ Octauò clausula in fine mandati seculariū apposita, videlicet seu si dictus N. præsens nō fuerit,&c. non apponitur in mādatis regulariū, quia hic semper debet esse præsens in monasterio. nā sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus.c. placuit.2.in 16.q.1. Aliç differētiæ colligūtur ex his formis. vide quæ dixi in §.volumus.in glo.condecentiam.de collatio.supra.

a ¶ *Nulli ergo, &c.*] Istam clausulam abunde declaraui in praxi benefic.in forma no.prouisio.in fine, ibi videri poterit.

¶ Notādum est, ꝙ formā sequentē posui pro regularibus, quia multa dubia quotidie vidi occurrere super illa. & sciendum est differre à proxima superiori, quia illa dirigitur duobus, ista vni. illa secularibus, hæc regularibus, illa ad secularia, hæc ad regularia. illa datur primo mandatario, ista secundo. aliæ differentiæ patent ex inspectione vtriusque formæ:& etiam in proxima gl. dixi alias differentias.

Forma mandati Apostolici pro Regularibus.

LEO episcopus seruus seruorū Dei. Dilecto filio N. abbati monasterij sancti N. ordinis sancti Benedicti diœcesis N.

Salutem & apoſtolicam benedictionem. Religionis zelus, vitæ ac morum honeſtas, aliáque laudabilia probitatis, ac virtutum merita, ſuper quibus dilectus filius N. monachus monaſterij tui, apud nos fide digno commendatur teſtimonio, nos inducunt, vt ſibi reddamur ad gratiam liberales. hinc eſt quòd nos cupientes, vt eidem N. iuxta illius quæ per fœlicis recordationis Græ gorium papam 9. prædeceſſorem noſtrum, ad tunc epiſcopum Nouionen. directa extitit. quæ incipit mandatum, & aliarum duarum illam immediatè ſequentium decretralium formas, de aliquo beneficio eccleſiaſtico, cum cura vel ſine cura, per monachos dicti monaſterij obtineri ſolito ad tuá collationem, nominationem, ſeu præſentationem, & aliam quamcunque diſpoſitionem, prouideri poſſit, ac volentes præfato N. qui vt accepimus, ordiné ipſum expreſsè profeſſus extitit, præmiſſorum meritorum ſuorum intuitu gratiam facere ſpecialem, ipſúmque N. à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequédum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, nec non omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, quæ dictus N. etiá ex quibuſuis diſpenſationibus obtinet, & expectat, ac in quibus & ad quæ ius ſibi quomodolibet cópetit, quæcunque, quotcunque & qualiacúque ſint, eorúmque fructuú, reddituú & prouétuú veros annuos valores, ac huiuſmodi diſpenſationú tenores præſentibus pro expreſſis habétes motu proprio nó ad ipſius N. vel alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtátiá, ſed de noſtra mera liberalitate diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mádamus, quatenus etiá ſi tibi pro alio de vno tantú beneficio ſcripſerimus, qui ſimile mandatú, aut ſimilem gratiam proſequatur, beneficium eccleſiaſticú, cum cura, vel ſine cura, per eoſdem monachos obtineri ſolitum, etiam ſi prioratus, præpoſitura, præpoſitatus, dignitas, perſonatus, adminiſtratio vel officium, aut capella vel perpetua capellania fuerit, eíque cura immineat animarum, dummodo electiuus, electiua, vel electiuum, non exiſtat ad tuam collationé, prouiſionem, præſentationem, nominationem, ſeu quauis aliam diſpoſitionem pertinens, ſi quem, quam, vel quod poſt menſem, poſtquam præſentes literæ tibi præſentatæ fuerint, extra Ro. curiá vacare contigerit, cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis eidem N. con-

conferas,& aſſignes,ac de illo etiam prouideas, ſeu eum ad illud præſentes,vel nomines, inducẽs eundem N.vel procuratorem ſuum eius nomine in corporalẽ poſſeſſionem beneficij,iuriúmq; & pertinentiarũ prædictorum, & defendens inductum, ac faciens N.vel pro eo procuratorẽ prædictum ad beneficium huiuſmodi quodcunque fuerit(vt moris eſt)admitti, ſibíque de illius fructibus,redditibus,prouentibus,iuribus,& obuentionibus vniuerſis integrè reſponderi, non obſtantibus conſtitutiobus & ordinationibus apoſtolicis ac monaſterij,& ordinis prędictorum,iuramento,confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis & conſuetudinibus cõtrariis quibuſcunque. Aut ſi tibi ab apoſtolica ſit ſede indultum,quòd ad receptionẽ vel prouiſionem alicuius minimè tenearis,quódque de huiuſmodi vel aliis beneficiis ad tuam collationem,prouiſionem,præſentationem,nominationem, ſeu quanuis aliam diſpoſitionem ſpectantibus nulli valeat prouideri per literas apoſtolicas,non facientes plenam & expreſſam,ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcũque tenoris exiſtat,per quam præſentibus non expreſſam,vel totaliter non inſertam effectus huiuſmodi gratiæ impediri valeat,quomodolibet,vel differri,& de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis.datum Romæ,&c.

¶ Sed quia aliquando vidi impetrari mãdatum per ſeculares directum regularibus,& parum differt à forma prima ſupra poſita,niſi quod in iſto dicitur Leo,&c. decretalium formas de beneficio eccleſiaſtico,cum cura,vel ſine cura, per clericos ſeculares obtineri ſolito,etiam ſi parochialis eccleſia, vel eius perpetua vicaria,aut capella, ſeu perpetua capellania fuerit, ad veſtrã collationem,&c.Et poſtea dicitur qui ſimilem gratiam ſequatur beneficium eccleſiaſticum cum cura, vel ſine cura,per eoſdẽ clericos obtineri ſolitum,etiam ſi parochialis eccleſia, vel eius, &c.& aliæ ponuntur clauſulæ,ſicut in prima forma ſupra habetur.alia ibidem vide.

Vide quando dirigatur mandatum regularibus, per ſeculares impetratũ.

¶ Non ponitur hic forma literarum executorialiũ pro regularibus,quia parum differt à ſecularium forma,de qua ſupra.ideo eam miſſam facio.

Rubrica de cauſsis.

HIC ponitur cauſa pro conflictu iudiciali,quæ definitur ſic in c.forus.§.cauſa.de verbo.ſignific. Cauſa eſt materia &

origo negotij nedum discussionis examine patefacta, quæ dum proponitur, causa est dum discutitur iudicium, dum finitur iustitia. & dicitur à casu quo venit, vt ibi dicitur. & Lucas in l. vna. C. de senten. aduer. fis. lat. lib. 10. Et quot modis causa sumatur, tradit Albe. in dictiona. in verb. causa, & ibi addidi. & Lanfrác. in repet. cle. vnicæ. de causa possess. Ruger. de mota, & alij in rub. de causa possess. Soci. in repe. c. ad audiétiá. versi. assumo. de homicid. Plenius tractaui in l. rei appellatione. 2. ff. de verbo. signifi. Et causæ dicũtur hic generaliter tá ante lité cõtestatam, quam post. sic in l. 2. §. si autem causæ adhuc pendentes. C. de iureiur. propter calum. dan. l. properandum. de iudic. authen. qui semel. C. quomo. & quando iudex. c. super quæstionum. §. nos autem. de offic. deleg. & gl. in l. causas. C. de tráfact. dicit causam esse quæ habet in se controuersiam, secundum Tullium. & sic post litem contestatam, quam sequuntur Iacob. Butrig. Bal. & Sali. sed alteram opinionem tenent communiter alij ibidem. & Roma. consil. 412. pro habenda. Georg. Natan in repet. cle. sæpe. in prin. col. 5. in verbo causas. de verbo. signific. intellige tam de causa ciuili quàm criminali, cũ generaliter accipiatur, licet multæ sint differentiæ inter causas ciuiles, & criminales, quas tradit pulchrè Hippoly. Marsi. in sua practi. §. expedita. nu. 62. cum sequen. Et intellige etiam de causis mixtis, & etiá de prophanis, & spiritualibus. vt intelligit glo. in cle. 1. de re iudic. & expressà glos. in §. statuit. eod. titul. in prag. Hic multa dicerem de causa, sed fortè extra oleas. Item causa quædam est principalis. Altera secundaria, & quando prima instantia tractatur summariè, ita & secunda tractari poterit. teste Cassado. in decis. 8. fuit etiam rub. de rescrip. & vtraque est duplex, scilicet vniuersalis, & particularis, alia mediata, alia immediata. Bald. in l. ex placito. quæst. 1. C. de rerum permutat. declarat Albert. brunus in tracta. de forma solen. actus. in rub. prima & de causa efficiente, formali, & finali, declarat Calder. in procemi. Decretal. & Christo. por. in procemi. institut.

Omnes & singulæ causæ debent decidi apud iudices in partibus exceptis maioribus. hoc sit loco summæ.

STatuimus [a] quoque & ordinamus quod in regno Delphi-

Quotuplex est causa.

a ¶ *Statuimus*] Regula ergo hic sumitur æqua & iusta, quòd quilibet in sua prouincia & coram suo iudice est cõueniendus.

Et causæ in partibus coram iudicibus ibidē iurisdictionem habentibus tractari debent,& decidi.authen. qua in prouincia.C. vbi de crimi.agi opor.& 3.q.6.per totum.vbi in summa gl.tradit casus fallentiales.& 6.q.3.etiam per totum.

¶Ex quo patet cum sit hic cōuentum inter papam & sedē apostolicā, & inter regnum & regē, quòd vna pars nō poterit causas regni committere aliis quàm suis iudicibus, tū quòd derogaret ordinariæ iurisdictioni, tum quòd subditos vexaret,ad hęc quòd vna pars conuentioni factę derogare nō potest. Vides per hunc tex.quam iusta sint edicta,vel indulta disponentia,vt in magno cōcilio, vel alibi quàm coram suis iudicibus causæ.in 1.tractetur instantia.

natu & comitatu prædictis, omnes & singulæ causæ, exceptis maioribus in iure expresse denominatis,apud illos iudices in partibus qui de iure aut consuetudine præscripta, vel priuilegio illarum cognitionem habent,terminari & finiri debeant.

¶Imò etiam cum consensu vtriusque partis nō posset per laicū iudicis laici sine domini consensu de consuetudine in Francia prorogari iurisdictio,sicut nec ex vassali consensu. not.in l.1.ff. de iudic.& in c.cæterum.illo titu.Panor.in c.ex transmissa.primo.no.per illum text.de foro compet.Capiti.in decis.Neapol. q.9.In causa vertente.& quod vassalli non possint contradicēte domino coram alio iudice litigare, fuit in supremo iudicatū senatu Burdegalen.vt Boer.refert in decis. suis.q.114. florentinus.posset tamen laicus prorogare iurisdictionem vnius iudicis regij in alium regium,quia tunc regis non interest,& ita seruatur.Ioan.Fab.in l.si qui.C. de episcop. audien.Imò si subditus alicuius proroget iurisdictionem regiā,non remittetur etiā domino requirente,vt docet Aufrer. in arresto. 17. in stilo parla. Bart. Alexand.& alij in l.1.§. & post operis. ff.de no.ope.nunci.quòd nota.in.§.præterea.2.de prohib.feud.aliena.per Federic.Bald.in c.de causis.columna 4.in fi.de offic.deleg. & col.7. vbi dicit iudicium esse speciē alienationis.per nota.in l.ait prætor.ff.de iure deliber.facit tex.in c.significātibus.de offic.deleg.

Laicus nō prorogat iurisdictionē sine domini consensu

Arrestum.

¶Et quia iurisdictiones in Frācia sunt patrimoniales. Bened.in repet. c.Raynutius. in verbo duas. de testa.& in bonis nostris. Bella mera con.42.dominus.col,3. ideo domini interest ne suū

Iurisdictiones in Frācia patrimoniales.

Arreſtum. patrimoniũ minuatur:eo petit cum ſuo ſubdito remiſſionẽ fieri ad ſuam iuriſdictionem. Maſſue.in rub. de remiſſio.in princi. & ita vidi ſeruari. Et ſic Anno 1520. die 20. Ianuarij fuit recepta appellatio religioſorum ſancti Bertini,eo quòd de Bennes citauerat ſubditos iſtorum religioſorum coram eo,volens iuriſdictionem in eos exercere,dicens ſe in poſſeſsione, & quòd religioſi edicto poſſeſſorio venire debebant,tamen quia conſtabat eos eſſe ſubditos religioſorum ad eos fuerunt remiſsi.

¶ Itaque iuriſdictiones ſunt ita hodie in patrimonio noſtro,ſicut aſinus in patrimonio ruſtici,& venduntur, & transferuntur de vno in alterum,teſte Petro Iacobi in ſua practi. rub.de ſuceſsio.regni Franciæ.in fi.

¶ Adeo vt ſubditus alicuius domini perpetui nõ poſsit coram extraneo iudice,ſine licentia domini ſui litigare,nec ſe ſubmittere.gloſſ.in §.penul.de prohib.feudi aliena. per Freder. Bal.in margar.in verbo lis.quæſt.7.niſi contrahendo ſub ſigillo regio, *Arreſtum.* vt fuit deciſum die vlt.Iunij.anno 1534.in ſenatu, & de duobus presbyteris litigantibus coram dominis ſupplicationum, quod non poſſint prorogare,etiam fuit deciſum eo anno,die.2.Martij.Quid de clericis,plenè diſcutit gloſ.in verbo finiantur.eod. titul.in pragma.Et de multiplici prorogatione tradunt docto. in c.P.& G.de offi.deleg.quæ parum vſu venit in Francia.ideo eam miſſam facio.

¶ Nam ſuperior laici poteſt ſuis ſubditis præcipere, nec coram alio iudice litigẽt,& poteſt impedire prorogationẽ iuriſdictionis.per text.in c.ex tenore.vbi Panor.in 2.nota. de fo.compet.

¶ Ratio text.eſt,ne tollatur ſeu minuatur ordinariorum iuriſdictio, quia ordo confunditur quando vnicuique ſua iuriſdictio non ſeruatur.ca.peruenit.11.quæſt.1.

¶ Secundò,inhumanum eſt anfractus litis immodicos pro parua cauſa in lõginqua patria facere,ac pauperes opprimere,& teſtes ac inſtrumenta quæ in prouincia quis habet,alio perducere. l.2.C.vbi de ratio.& aliæ rationes aſsignãtur eo.ti.in prag.Intellige iſtũ tex.tã de cauſis eccleſiaſticis, quàm aliis,cum hic tex. ſit conditus tam à papa quàm à rege , & cauſæ eccleſiaſticæ dicuntur quædam criminales,vt cauſa hæreſis.c.ad abolẽdam.de hæreti.& aliæ de quibus per docto.in cle. diſpẽdioſam.de iud. Aliæ cauſæ eccleſiaſticæ ſunt cauſæ articulorum fidei,cauſæ ſacramẽtorum,& decimarum,de quibus cõſuluit Bella mera,conſil.54.factũ eſt tale.col.6.verſi.quatuor.& doct.in c.cum ſit genera-

Cauſæ eccleſiaſticæ quæ dicantur.

nerale.de foro competen. Siue sint aliæ causæ ecclesiasticæ ciuiles, de quibus in c.super prudentia.14.q.2.& sic causæ ecclesiasticæ coram iudicibus ecclesiasticis regni decidentur. & agent laici coram suis iudicibus eodem modo. Ita vult dicere tex.

¶Et audiui anno 1541. die 4. Iulij contra officialem Remensem pronúciari abusiuè processum, eo quòd citauerat aliquem subditum episcopi Cenomanen. in diœcesi Cenomanen. habitantem, coram eo responsurum, cum sua iurisdictio cuique seruari debeat.vt prædixi. *Arrestum m.*

¶Simile ferè priuilegium cócessit Leo decimus, archiduci Austriæ, videlicet ne in prima litis instantia subditi sui extra patriá conueniri possint. ego vidi bullam sub data anni.1513. tertio nonas Iulij. Idé priuilegiú à rege tamé habét ciues Mótispessulani.

¶Ideo Nicolaus Cheualier, qui promiserat corá officiali solue re iudicatum, cum esset clericus solutus, & postea monitus ab officiali táquam ab abusu appellauit, cum túc esset coniugatus, sed malè appellatum iudicauit senatus, anno 1524. die 24. Februarij, quia matrimonium non exemerat eú ab illa obligatione prima, nec à iudicibus, quo ad prætenta, sed quo ad futura tantum. l.cum quædam.ff.de iurisd.om.iud. *Clericus cõiugatus pro obligationibus conuenitur.*

¶Fallit in causis maioribus ĩ iure expressè descriptis. & sedi apostolicæ reseruatis, quas enumerat gl.& doc.í c. ꝙ tráslationé. de offi.leg.gl.in c.sicut vnire. de exces. prælа.c. vno. de clerico ægrotan.in 6.c.1.de trásl.episcopi. 89.causas refert Specul. in tit. de lega.§.nunc ostendendum. de vnione etiam extra episcopatus.quòd papa posit cognoscere, tradit Guido papæ in decisio. Delphin. q.103. pragma.&c. Quod non seruatur in hoc regno quia vidi iudices in partibus cognoscere in possessorio. *Iudices de vnione in Francia cognoscunt.*

¶Secundò, fallit quando ex priuilegio aliquis posset cognoscere, vt dicit hic tex. quia non derogatur, sed approbatur hic iurisdictio habita ex priuilegio, vt in cap.1. de priuileg. in 6. quando priuilegium esset concessum ante hæc concordata.

¶Ideo infertur ꝙ priuilegiati vt conueniant corá dominis requestarú Parisiis existen. suos debitores, quod possunt cóuenire eos etiá si sint extra parlaméti ressortú, vt sunt doctores regétes facultatis decretorú Parisien.& aduocati supremæ curiæ, ac alij priuilegiati, poterunt nó obstante hoc edicto ibidem conuenire, quamuis sint extra prouinciá, & etiam scholastici in ressortu corá suis cóseruatoribus. Guido popæ in decisi. Delph. q. 18. in causa, citat. D. Probus in addi. ad Io. Monach. in c.2. de rescrip. *Doctores regentes in facultate decretorum coram dominis requestarum suos conuenire possút debitores.*

Consiliarij castelleti hodie vtūtur priuilegio aduocatorum parlamenti.

¶ Magister tamen Ioannes le Court aduocatus in parlamento, sed cōsiliarius in castelleto, non potuit tanquam aduocatus vti hoc priuilegio. Arresto senatus, an. 1552. die 5. aut seq. Martij.

¶ Hoc tamen hodie concessum est locum tenēti ciuili & criminali, & consiliariis eiusdem curiæ, atque aduocato & procuratori regis, & causæ istorum sunt cōsiliariis supplicationum commissæ, quod priuilegium fuit publicatum in eadem curia, anno 1539. & die 16. Iunij.

¶ Quæro quid si aliquis cōueniatur extra suam iurisdictionem, an teneatur comparere, communiter tenetur quòd sic ad allegandum suum priuilegium. l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. l. non videtur. & l. si quis ex aliena. ff. de iudic. quod est verū quando conueniretur intra regnum, secus si extra, quia tunc est notorium, quòd ille non est iudex, ob id citatus non tenetur cōparere. per glo. sing. in c. super literis. in verbo nisi forsan. de rescrip. & Panor. in c. olim. col. 2. de exceptio. Et si notorium esset quod iudex non possit de illa causa cognoscere, vtpote quia edictum regis dicit, quòd cognitio feudi spectet ad bailliuum. si citatus quis fuerit coram præposito, appellare poterit. vt fuit dictum in senatu pro Longolio secretario. anno 1543. die 12. Februarij. & de clerico citato coram iudice seculari, quod comparere teneatur allegaturus priuilegium, censuit Senatus. vt refert Aufrer. in stilo parla. arresto. 167. Et quando quis citatur extra regnum practica est, vt ille ab abusu appellet ad senatum, qui illum abusum in hoc regno reformat, cum sunt deputati iudices infra in rub. de pœna temerè venientium contra concordata. sed si iudex regni nolit remittere citatum ad suum iudicem, poterit simpliciter appellare. vt d. cap. olim. quod est notandum. Et vidi iudicari, vt executor intimari possit, & citari tanquam pars, quia pars extra regnum citari non potest, sic iudicatum fuit, anno 1534. die 15. Februarij, in hoc senatu contra executorem cuiusdam abbatis in Sabaudia residentis. Alia pulchra dicit gloss. prag. sanctio. ad quam est recurrendum, ne suam operam mihi adscribam.

Arrestum.

Practica quādo quis est extra regnum citatus.

Arrestum.

Executori quando appellatio intimari possit.

¶ Friuola.

¶ Friuola appellatio dicitur vana,& inanis. Archi.per illũ text. in c.cum appellationibus.de appel.in 6.allegatur.l.quisquis.C. de rescinden.vend. Etiam poteſt dici friuola illa,quę ſine graua mine eſt interpoſita.no.in c.vt debitus.de appella. *Alias eſt de fruſtratoriis appellationibus nempe iure cõſul. in l.tutor. ff. de vſur. ſic vocat, & in pœmio ſupra ſed nolui innouare quicquam.*

¶ Exceptiones friuolæ ſunt leues,& nullius momenti,vt declaro in arbore exceptionum in fine.

¶ Friuolæ excuſationes ſunt vanę & futiles.c.veniẽs. de accuſatio.

¶ Nota quod appellatio habet quatuor naturas,videlicet ſuſpendendi, emẽdãdi,cõformãdi,& decernẽdi.teſte Bal.in c.fraternitatis col.2.de teſtib. & Fel.in c. cũ cauſa. de re iud.de his plenius in tract. de appella. ſcrip.in 3. tomo conſtitu. reg. Addẽdum eſt, quòd ſi quiſpiã friuolè appellauerit ad curiam, & releuauerit, ſi poſtea ipſe offerat expenſas appellato extra iudiciũ, illa oblatio non releuat appellantem ab expenſis. vt fuit dictũ, Anno 1533.die 15. Decembris, quia oporteret oblationem fieri in iudicio,poſtquã curia eſt ſaiſita appellatione, id eſt introducta eſt appellatio in curia, tamen , quando oblatio eſt iuſta,eo quia ſine intereſſe reperitur appellatus,fuit in expenſis condemnatus 1534.die 16. Februarij. *Quatuor ſunt appellationis effectus.* *Arreſtum.* *Oblatio expenſarũ an ſufficiat facta intimato.*

¶ Rub. de Friuolis appellationibus.

Omiſſo medio non licet cuiquam appellare , nec ante diffinitiuam ſententiam, niſi grauamen ſit irreparabile,& tunc ad iudicem immediatum appellabitur.hoc dicit.

ET ne ſub vmbra appellationum quæ nimium & nonnunquam friuolæ interponi conſueuerunt atque etiã in eadem inſtãtia ad prorogationem litiũ ſæpe multiplicari,iniuſtis vexationibus materia præbeatur, Volumus quòd ſi quis offenſus coram ſuo iudice iuſtitiæ complementũ habere non poſsit, ad immediatũ ſuperiorem per appellationem

HIc tex.vſque ad finẽ tres habet partes, prout tria dicta ponit diuerſa.ſecunda, ibi, ſi quis verò.tertia, ibi, ſtatuimus. hæc prima pars quator habet partes.In prima ponitur conſtitutionis ratio.In ſecunda,conſtitutio. In tertia, aliud dictum. In quarta aliud.ſecunda,ibi, volumus. tertia, ibi, nec ad aliquem. *Textus diuiſio.*

quarta, ibi, nec à grauamine. Et hæc vltima pars tres particulas habet. secunda, ibi, nisi. tertia, ibi, & eo casu &c.

Prima regula. ¶ Prima regula ex hoc text. elicitur, videlicet quòd quando aliquis non potest habere iustitiæ complementum à suo iudice, appellare potest ad immediatum superiorem, intellige tam in clericis, quàm in laicis, cū hæc constitutio sit cōdita à papa & à rege, qui iurisdictionem in vtrisque habét. vt dicitur in ca. nouit. de iudic. & supra titul. proximo dixi. Si tamē immediatus superior non posset haberi, & impedimentum sit modico tempore duraturum, expectandus est, argu. l. si longius. ff. de iudica. Aliàs poterit prosequi lis coram superiore impedit. l. pen. ff. de vacatio. numerū. Bart. in l. 1. §. si quis. col. vlt. ff. de appella. Perus. in rubri. de appella. col. penult. in 4. q.

recursum habeat, Nec ad aliquem superiorem, etiam ad nos & successores nostros, vel sedem prædictam, omisso medio. Nec à grauamine in quacunque instantia, ante diffinitiuam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale grauamen extiterit, quod in diffinitiua reparare nequiret, & eo casu non nisi ad immediatum superiorem liceat appellari.

Quot requisitiones requirātur. ¶ Requiritur tamen ad minimum vna requisitio iudici facta argum. l. titia seio. §. vsuras. ff. de leg. 2. glos. in verbo requisierint. in clem. 1. de hæret. & in l. mora. ff. de vsur. vbi Barto. dicit ad hoc, vt non dicatur stetisse per partem, sed per iudicem, sufficit quòd semel iudex fuerit requisitus de expeditione causæ. Alexander in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de operis noui nuncia. Idem tenet Imol. in d. §. vsuras. dicens tutius esse quòd sæpius fiat requisitio. per cap. 1. de supplend. negligen. prælat. & ibi est singul. casus quòd quando alicuius inferior vult constituere superiorem in mora, tres interpellationes requiruntur. & hoc etiam tenuit Ant. in cap. plerunque. in fin. de rescrip. & in cap. dilectio. columna 2. de appella. glos. in clemen. 2. §. si verò in verbo recusauerint. de sepult. & in clem. 1. de deci. vbi Cardi. & Feli. in capitu. ex literis. col. 5. de constit.

¶ Et ista est communis, teste Bauer. in suo tracta. de mora. 1. parte. col. 2. intellige, nisi in prima interpellatione recusaret, tunc

vna

vna sufficit, aliàs contra. per glos. in dicto verbo recusauerint. & Alex. consil. 81. stantibus verbis. in 4. vol. per l. ex consensu. §. fin. ff. de appel. Et quòd opus sit requisitione, est tex. in l. 1. §. magistratibus. ff. de magis. côuenié. & ibi pulchrè. Bal. Imò inquisitio facta antecessori, non prodesset coram successore, vt posset appellare, sicut hic dicitur. sed oportet coram eo instare, & acta producere, vt dicitur in l. mortuo. & in l. si eum hominem. ff. de fideiusso. & l. proponebatur. de iudic. facit. l. si iudex ibidem. & eum requirere. vt causam expediat, & partem aduersam citet. l. edictum. ff. de iudi.

Magistratus negligens quomodo teneatur, & an ipsi intimari eidē appellatio possit.

¶ Nota quòd iudex vel magistratus negligens circa ea quæ sibi incumbunt, tenetur ad interesse. l. 4. §. in eum. & ibi doct. ff. de dáno infect. l. diuus. in fi. de offic. præsid. plenè Paris de Puteo, in tract. de syndica. in verbo contra magistratum. fo. 177. in paruo volumi. & potest ab officio deponi. glos. in cap. dictum. 81. dist. & nota in cap. grandi. de supplen. negligen. præla. in 6. Intellige vt per Areti. in cap. illa colum. 1. de accus. dixi abundè in ordin. reg.

Arrestum.

¶ Imò quando quis appellat ab isto iudice ratione denegatæ iurisdictionis, debet intimare iudici, & non parti quia per parté nó stat, vt fuit dictum in iuridicis côuentibus, anno 1535. die 3. Septéb. Et tunc iudex ad pensas condemnabitur, & interdum ad mulctam, si dolus appareat. Vnde dicit Panor. in c. dilectus. 1. col. 2. de rescrip. quòd si iudex ex officio processerit, túc debet citari, vt suam defendat sentétiam. tum quia tenet locum partis, tum quia eius interest, ne postea puniatur, si iniquè eum processisse constiterit. ca. venerabilibus. de senten. excommu. in 6. cap. hoc etiam. 2. q. 6. l. 2. de pœna iudicis qui malè iudicauit. C. Ideo debet iudex aduertere, ne ex officio passim procedat, saltem habeat procuratorem regium, aut ad instátiam partis iudicet, & tunc non erit citandus, seu intimãdus, sed pars poterit ei notificare appellationem, & vt compareat, si sua interesse putauerit, & potest defendere, si velit, quia ex retractatione sententiæ aliquale paratur ei præiudiciũ, saltem famæ. argu. l. à sententia. ff. de appellatio. glos. in cap. sacro. in verbo côstiterit. de sent. excommunicat. sed interdum vltimi iudices deterius iudicant, quàm priores. l. 1. ff. de appella. Hoc tamen non est præsumendum, vt per doctores ibidem. ideo iudices non curant hodie defendere suas sententias, nisi ad hoc citentur.

Iudex an ex officio procedere debeat.

¶ Item ſumendo argumentum à contrario, patet quòd ſi quis poſſit habere complementum à ſuo iudice, ſuperior non debet inhibere inferiori, ne ſua iuriſdictione vtatur. Archi. in c. de per ſona. 11. q. 1. quia ordo confunditur, & c. ca. peruenit. ibidem. niſi cauſa eſſet deuoluta ad ſuperiorem per viam nullitatis, vel appellationis, vel per reſtitutionem in integrum, vel aliàs. l. ſi cauſa cognita. C. de tranſac. Bal. in l. 1. col. 3. ff. de offi. conſul. & l. 1. C. quomodo & quando iud. vbi limitat, quando inferior haberet iuriſdictionem ab illo ſuperiore, quia tunc poterit inferior ſuperiori inhibere, & cauſam ad ſe euocare. Bald. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. in fi. ff. de cód. indeb. Iacobi. in tracta. de feud. in verbo vicarius. col. 2. De hac materia euocationis fuſius quàm quiuis alius. dixi in tracta. meo de euoca. in 1. tomo conſtitutio. regia. vnde is qui adit principem, iuſtitiam petiturus, debet dicere ſe prius interpellaſſe præſidem. teſte Luc. de penna in l. vna. in fi. C. de piſtor. lib. 11.

Omiſſo medio nõ licet appellare, fallit vt hic.

¶ Secunda regula eſt, quòd ad papam vel regem non poteſt omiſſo medio appellari. de imperatore eſt text. in l. imperatores, ff. de appellat. ad papam olim ſemper poterat appellari. ca. dilecti filij. de appellatio. ca. ad Romanam. 2. q. 6. Hodie vult iure communi vti hic: & ſi omiſſo medio fuerit appellatum, debet ille ad iudicem mediatum remittere. Etiam fuit reprobata con ſuetudo in contrarium. arreſto ſenatus, Anno 1523. die 11. Maij contra abbatem *de Touſſainctz d'Angiers*, qui ſic appellauerat ex officiali epiſcopi Turon. ad papam omiſſo primate Lugdu, licet diceret ſibi eſſe inimicum propter iniuriam, & proceſſus cõtra eum habitos. Fallit in curia parlamenti, quæ ex cauſa poterit cauſam retinere, per legem regni, rub, *des appellations*, artic. 1. quæ eſt in ordinatio. Caroli ſeptimi. art. 9. & ibi dixi. probatur in c. vt debitus, de appella.

Arreſtum.

¶ Fallit quando ſuperior ſimul cum inferiore de cauſa cognoſcerent, tunc ad ſuperiorem omiſſo illo medio, qui iam cognouit, appellari poſſet, vt ſi archidiaconus & epiſcopus ſimul cognoſcerent, appellabitur ad archiepiſcopum. arg. c. ſi à ſublegato. de off. deleg. in 6. c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò, illo ti. Bart. & Imol. in d. l. 1. §. ſi quis. ff. eod. quos ſequitur etiam Peruſ. in rub. huius tit. q. 5.

¶ Secundò, fallit quando iudex ad quem gradatim deuoluitur appellatio, eſſet in loco peſtifero, vbi non redderetur ius tunc omiſſo medio appellatio non eſt reſpuenda. Bar. in d. §. ſi quis.

&

& in l. vbi absunt.ff.de tuto.& cura.dat ab his Panor.& Felin. in rubri.de appel.per text.in cap.si is cui. & cap. si à sublegato. de offic.deleg.in 6.Refert & sequitur de Ripa in tracta. de peste,fol.53.in 6.pestis priuil. iudiciali.esset tamen in practica difficile obtinere.

¶ Tertiò,fallit in scholaribus,qui ad papam, regem,vel curiam supremam, pro locis vbi degunt, appellare poterunt hoc textu non obstante,& hoc probatur in authen.habita.C.ne filius pro patre.vbi dixi priuilegio scholarium.164. postquam imperator ex officio offert seipsum eisdem,ibi, speciali quadam dilectione eos ab omni iniuria defendamus.& ita tenet Bald.ibi, & sic aliàs obtinui.vnde censuit senatus Parisien.à conseruatoribus regiis vniuersitatum ad parlamentum esse appellandum. anno 1509.die 3.Iunij.Idem in miseralibus personis tenet Bertach. in tract.de gabel.in 7.parte.q.27.& scripsi in tract.de senten.prouisio.in §.fi.glo.vlti.nume.32.

Scholares omisso medio appellare possunt.

Arrestum.

¶ Quartò, fallit quando immediatus superior esset suspectus, vel recusatus.Io. And.in c.Romana.de appella. Archidia.in ca. anteriorum. 2.q.6.

¶ Et quando locum tenens generalis seneschalli grauauit partem,remittetur causa ad eandem sedem,decidetur tamen per alium quàm per eum,qui grauauit. Et poterit recusari etiam alius iudex ex causa non obstante remissione, vt fuit dictum in arresto Pictauien.inter iudices & consiliarios,die 17.Iulij anno 1540.in hoc senatu. Aliàs si is,qui grauauit, vellet cognoscere, arbitraria pœna puniretur, vt fuit decisum contra præpositum de Coussi,Anno 1533.die 17.Nouemb.Imò non seruatur in curiis secularibus regni.c. vt debitus. de appel. vt iudex secularis, quanuis pronunciet malè iudicatum,possit retinere causam,sed debet eam remittere ad eandem sedem. Ad alium tamen quàm ad eum qui iudicauit,vt senatus pronunciauit,anno 1533. & die 16.Decemb. quod procedit quando appellatur de iudice regio ad regium, secus quando appellatur à iudice non regis ad regium,quia tunc causam retinere ex consuetudine solet,licet cõtrarium ex causa fuerit iudicatum pro dominis de Royalmont. die 24.Nouemb.anno domini 1534.

Arresta.

Iudices seculares remittũt causam, licet male iudicatum pronunciant.

¶ Quintò,nõ procedit quãdo pars appellasset omisso medio,& altera pars nõ opposuisset,per tex.in d.l.ĩperatores.ff.de appel.

¶ Sextò,limitatur quando iudex medius esset inhabilis, vtpote hæreticus,vel excõmunicatus. glo.& docto.in ca.is cui.de offi.

delega.in 6.Refert Soci.vbi tradit. 14.casus, in quibus licet omisso medio appellare.in tract.fallen.reg.23. appellatio.Peruf. in cap. Romana.§.ab archidiaconis.de appella.in 6. vbi ponit duodecim casus.& Præposit.in ca.dilecti filij.2.col.3. & seq.illo titulo.vbi Peruf.& Dec.plenè.vide glo. in verbo medio.eodem titu.in pragma.sanct.& Docto.Ruseum in 6.priuileg.tracta.archipræsulum. Et nota quòd vbi quis appellat simpliciter & omisso medio, postea releuat in parlamento non obstantibus attentatis remitti debet ad iudicem immediatum, quia attentata non sunt in contemptum curiæ facta. sic fuit decisum per senatum,teste Auffre.in stilo parlamen.in 4.parte.arre.180. item nota quòd vbi.Et sic non reuocabuntur attentata per curiam.vt not. in cap. non solum de appel.in 6. Et in criminalibus dicunt pragmatici omisso medio liberum esse appellare & releuare, ratione legis regiæ.

Attentata quando nõ reuocẽtur.

Arrestum.

¶ Vltimò,si quis omisso medio appellauerit ad curiam, vel causa fuit euocata per curiæ parem,& dicatur eum malè appellasse,non debet in maiori emenda condemnari,quàm si fuisset cõdemnatus à iudice immediato. & ita sæpius pronunciari audiui,sed fuit dubitatum.Quid si in vim edicti regij liceat appellare ad seneschallum, vel ad curiam, & is apppellauit ad curiam, cum liberum ei esset ad seneschallum appellare,an debeat sexaginta libras, vel minorem mulctam,causa fuit in consilio posita in camera criminali, quàm vocat vulgus Tornellam, anno 1540.die 26.Martij,ante Pascha.

Arrestum.

Ab interlocutoria nõ appellatur.

¶ Tertia regula est,ꝙ ab interlocutoria nõ potest appellari, & hoc est statutũ,vt breuius lites terminẽtur, & vt parcatur laboribus & expensis partium.not.in l.properandum. C.de iudic.

¶ Et non obstante appellatione iudex à quo procedere potest ante inhibitioné, non potest. Et hoc fuit etiam pronunciatum habere locum in consiliariis supplicationum, seu requestarum arresto senatus,anno 1519.die 9.Augusti.

Arrestum.

¶ Imò sic appellans iure Codicis in quinquaginta libris argenti puniebatur.l.2.C.de episcopa.audien. Et hoc etiam est statutum in reg. cancella.35.

Grauamen qñ possit reparari.

¶ Fallit quãdo grauamẽ nõ posset in definitiua reparari,vt hic: & tunc ad proximum superiorem appellabitur, vt supra dictum extitit.Et istud probatur per tex.in l.2.ff. de appel.recipiẽ.quia melius est in tempore occurrere,q̃ post exitum vindicare.l.1.C. quando lice.vnicuiq; sine iudi.se vindi.aliàs posset dici isti,sera

prece

prece ſubueniri tibi deſideras. tex.in l.2.C.de iur. & fact.igno. dicitur non poſſe reparari, etiam ſi quis eſt excommunicatus, vt fuit deciſum arreſto ſenatus pro epiſcopo Beluacẽ. contra officialem Remẽ. anno 1519. die vlt. Ianua. Igitur vidi pronunciatũ abuſiuè inhibitũ cõtra metropolitanũ, qui inhibuerat epiſcopo, ne vlterius in cauſa procederet appellationẽ ab interlocutoria emiſſam, quia contra iſtum tex. anno 1533. die 1. Decembris. *Arreſtum.*

¶ Etiam fallit in ſcholaſticis, qui à quolibet grauamine poſſunt appellare. tex. in d. authen. habita. ibi, ab omni iniuria. Scripſi in ſcholaſti. priuil. 163. Alios caſus tradit Spec. & ibi Ioan. And. in additio. in 2. parte. in tit. de appel. Præpoſi. verò in c. vt debitus. col. 18. de appel. dicit. 10. neceſſaria in appella. ab interlocutoria. *Scholaſtici à quolibet grauamine appellant.*

¶ Primũ, quòd cauſa grauaminis ſubſit de præſenti. per tex. ibi, *Decẽ neceſſaria ad appellationẽ ab interlocutoria.*

¶ Secundum, quòd cauſa ſit legitima, & rationabilis. c. cum ſpeciali. de appella.

¶ Tertium, quòd cauſa ſit vera. ca. cum cauſam. de appel.

¶ Quartum, quòd cauſa ſit nominatim expreſſa. c. 1. illo. tit. lib. 6. & cle. appellanti. ibidem.

¶ Quintum, quòd in ſcriptis fiat appellatio. d. c. 1.

¶ Sextum, ꝙ apoſtoli petantur. c. ab eo. illo tit. in 6. cle. 2. eo. ti.

¶ Septimum, quòd pars appellans, ſeu eius procurator, ſit inſtructus, vt in d. c. 1. probatur. in fine.

¶ Octauum, quòd intra decem dies interponatur à die illati grauaminis, & ſcientiæ. c. concertationi. de appella. in 6.

¶ Nonum, quod intra annum fiat proſecutio, vel ex cauſa biennium. c. Romana, &. c. ex ratione. eo. titu.

¶ Decimum, quòd in præſentia iudicis à quo interponatur. ca. ſuggeſtum, &. c. fi. eo. tit. ibi, alia licet videre. Et per Guido. papæ, in deciſ. delphina. q. 75. ſed circa. & decem neceſſaria ad hoc vt valeat appellatio ante ſententiam definitiuã. ponit Specu. in 3. parte, rub. de appel. §. 1. quẽ ſequitur Roma. conſi. 501. vt declarationem. col. 1. vide Præpo. in c. ſuper eo. 2. col. 2. de appel. Pet. de Ferra. in ſua pract. in forma appellat. ab interloc. & hodie parum ſeruatur iſta deciſio. Ad quæ deberent curiæ ſupremæ aduertere. Ego ipſe vidi quendam procuratorem rixoſum in vna cauſa ſexaginta ſolidorum ad ſenatum, vel ad alios iudices ſeptuageſies, & vltra appellaſſe, & cauſam coram iudicibus ſecularibus agitatam viginti annis protelaſſe, & ideo ſuper his ſanctæ fuerunt nuper factæ contra hos fugitiuos & rixoſos ordinationes per ſenatum, faxit Deus vt perpetuò obſeruentur. *Ordinationes contra protelantes & fugitiuos ſanctæ inſtitutæ fuerunt.*

¶ Causæ appellationis ad papam emissæ debent committi decidendæ in partibus, alioqui processus non valent, & pars impetrans debet in expensis, damnis, & interesse condemnari, exceptis cardinalibus & officialibus sedis apostolicæ.

Si quis [a] verò immediatè subiectus sedi apostolicæ, ad eãdem sedem duxerit appellãdum, causa cõmittatur in partibus per rescriptum, vsque ad finem litis, videlicet vsque ad tertiam sententiam conformem inclusiuè, si ab illis appellari cõtigerit. Nisi propter defectũ denegatæ iustitiæ, aut iustum metum. Et tũc committi debeat in partibus conuicinis, & cũ causarũ expressione. Quæ etiam de illis, etiã legitimè aliàs quàm per iuramentũ, corã iudicibus à sede apostolica deputandis cõstare debeat. Processus autem contra præmissa attentatos, nullos & irritos esse volum⁹, ac rescripta contra pręmissa impetrantes, in expensis, damnis & interesse condẽnari debere decernimus atque declaramus. Sãctæ verò Romanæ ecclesiæ cardinales, qui pro vniuersali ecclesia continuè laborãt, necnon dictæ sedis officiales, officia sua actu exercentes, sub præsenti de- rescrip.

a ¶ §. *Si quis verò*] Diuiditur in sex partes, in prima traditur regula, in secunda, duæ exceptiones, in tertia, exceptionis declaratio, in quarta quomodo debeat constare de metu, aut iustitiæ derogatione. in quinta, irritat ꝓcessus contra prædicta attẽtatos, in vltima excipit sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales. & alios omnes officiales curiæ Rom. actu officium exercentes. 2. est ibi, nisi ꝓpter. 3. ibi, & tũc committi. 4. ibi, quæ etiã. 5. ibi, processus. 6. ibi, sanctæ verò.

Causa per papã committi debet in Francia, & quomodo.

¶ Quanuis iste textus loquatur ĩ subiecto immediatè sedi apostolicæ, tamen idem in hoc regno, in alio quocunque appellante ad papam, vt causa debeat in partibus committi, & si contrarium fiat, ad senatum appellatur tanq̃ ab abusu, & condemnatur pars in expensis, dãnis, & interesse, quantuis per prag. in expensis tantum. & si non appelletur ad senatum poterit iudex appellationis etiam appellantem condẽnare. per cle. 1. de

rescrip. Ista decisio probatur in l.cum post sententiam, C.de appella.& in c.sanè.de foro competent.vbi docto. & in papa hoc expressè tradit Ancha.in c.ad audientiam. in 1. nota. de eccle. ædificand. vbi dicit quòd si causa est parua non debet papa de illa ad eum deuoluta per appellationem cognoscere in curia propter difficultatem itineris,& magnitudinem expensarum.facit l.2.ff.si quis cautio.& hic est decisum.

¶Intellige quòd causa committi debet in partibus, in locis in quibus causa tractari in prima instantia debet,& decidi. rub.de causis,supra. Et quòd pars pro loco sumatur, probat.l. hæreditas.ff.de acquir.rerum do.& scripsi in l.nomen. §.portionis. ff. de verb. sig.

¶Secundò,ista causa debet committi in ciuitate rei, si actor & reus sunt diuersarum ciuitatum & diœcesum.c.statutum.§.cum autem.de rescript.in 6. Si verò actor & reus sint eiusdem diœcesis,seu ciuitatis,non debet extra ipsas causa committi. §.cum verò.ibidem.nisi in casibus ibidem expressis,& tunc vltra vnam dietam etiam causa committi non potest,vt d.§. cum autem.& probat hic tex.dum dicit in partibus conuicinis,scilicet per vnã dietã,vt de iure.& hoc etiam tractat Feli.in c.nonnulli. col.29. cum sequen.versi.collige.de rescri.vbi plenissimè,nisi in casu.c. fi.de rerũ permuta.vbi Panor. Et sic iudicauit,vt accepi,senatus Grationopolitanus, & hæc dieta computatur à loco habitationis & domicilij,tam in realibus quàm in personalibus.glo.in d. §.cum vero.quam probat Feli.in cap.dilectus.2. nume.13.de rescript.versicu. computantur.

¶Derogatur tamen in hoc illi c.statutũ.§.cum verò.quia non probatur metus aut denegatio iustitiæ per iuramẽtum,sicut ibi, sed debet probari legitimè.vt patet hic in vers.quę etiam de illis,etiam legitimè alias, quam per iumẽtum coram iudicibus à sede apostolica deputandis constare debeat,an possit contrariũ probari,si vna pars probauerit metum,denegationem iustitiæ. Respon.posse,quia in d.c.statutum.non dicitur quod debeat ei stari. licet disponat, quod ad probandum sufficiat, hoc docet Bald.in ca. nonnulli.colum.4.nu.11 de præscript.& in additio. ad Spec. in titul. de offic. iud.vide per Aufre.in decis. Tholos. quæstio. 236.

Episcopi vicarios creare tenentur in illo ressortu, vbi de causis cognoscunt.

¶Itẽ si iudex ecclesiasticus in casibus præmissis citet laicos extra iurisdictionẽ parlamẽti,seu(vt dicunt)ressortũ,debet deputare vicarios, qui cognoscãt de ille causa in illo ressortu,vbi sunt

T

laici, vt si fortè appellaretur postea ab illis iudicibus ratione abusus, causa veniret ad illam curiam parlamenti in qua degunt laici, alioqui solet appellari tanquam ab abusu, vt fuit pronunciatum contra episcopum Tullensem Anno 1517. die 13. Augusti. nec tenebitur comparere sic extra resortum citatus, vt fuit dictum in senatu, Anno 1534. die 7. Maij. imo legatus licet in qualibet parte legationis iurisdictionem exercere possit. c. nouit. de offic. lega.

Arresta.

Delegari debent iudices in loco resortus.

¶ Tamen si partes nimis distent ab illo loco, in quo habet tribunal, tunc debet delegare causam in loco partium. Anchar. & Barb. in c. nonnulli. de rescri. refert Barb. in ca. 1. col. 39. nume. 135. de iud. & ita solet fieri in Francia. Idem dicit text. in causa appellationis, in l. cum post sententiam. ex. de appella. Ancha. in ca. nonnulli. no. 1. de rescript.

a ¶ §. *Statuimus*] Tria dicta ponit, primò praecipit iudicibus causas intra biennium terminare. Secūdò punit partes fugientes. ibi, pars verò. Tertiò restringit appellare volentes. ibi, ab interlocutoriis.

creto non intendimus comprehendi.

Iudices causas decidere & terminare intra biennium sub pœna excommunicationis, & priuationis beneficiorum debent, & pars diffugiens graui pœna mulctari, hoc sit summa loco.

a ¶ §. Statuimus etiam & ordinamus quòd iudices causas quae in partibus terminari debent, coram eis pro tempore pēdentes, sub pœna excōmunicationis & priuationis beneficiorū per eos obtentorum, eo ipso incurrēda, infra biennium terminare debeant. Pars verò diffugiens, & expeditionem ipsius causae maliciosè impediens, grauissimè per eosdem iudices mulctetur, etiam vsque ad priuationem iuris in huiusmodi processu praetēsi, si eis visum fuerit, super quo eorum conscientias oneramus.

Causae intra biēniū finiri debent.

¶ Iustè & sanctè hic vltra pragmaticam statuitur, ne lites sint immortales, vt iudices eas intra biennium debeant terminare. & vtinam obseruaretur tam in iudicibus ecclesiasticis quàm secularibus. & hic declarantur, & limitantur tam iura ciuilia quàm canonica.

canonica. Primò lex properandum. C. de iud. vbi de iure ciuili in ciuilibus instantia peribat triennio. In criminalibus verò biennio. l. vna. C. vt causæ criminales. nisi in quatuor casibus traditis per Socin. in tract. fallen. regula. 182. De iure verò canonico non peribat instantia. ca. venerabilis. secundum vnum intellectum. de iud. ca. tum ex literis. de in integ. resti. c. cum olim. §. iudices. de priuileg.

¶ Hodie tamen hic statuitur tempus duorum annorum, quia cessat causa, quare olim non peribat instantia in foro ecclesiastico, nam in eo pro quolibet grauamine appellare licebat. cap. super eo. 2. de appellat. sed de iure ciuili non. l. 2. C. de episcopa. audien.

¶ Sed cum hodie non liceat appellare, vt supra visum est ab interlocutoria non inferente grauamen irreparabile in diffinitiua, ideo causa citius terminari poterit. Et ideo biennium statuitur hic tam in in ciuilibus quàm in criminalibus. & quando iudex non posset eam intra biennium terminare, quid debeat agere, satis supérque explicatur. in l. properandum. C. de iud. In curiis ecclesiasticis supradicta procedunt. nam in curiis secularibus, si causam quis non prosequatur per annum, est interrupta, ita quòd sententia lata post interruptionem est nulla. l. scire. §. consequens. ff. de excusa. tutor. & l. si iudex. de iudic. l. cum non eo. C. quando prouocar. non est neces. Fel. in c. de causis. col. pen. de offic. deleg.

In curiis laicorũ interrũpitur causa per annũ si nõ fuerit prosecuta.

¶ Ideo necesse habet quis (si illam causam interruptam vult prosequi) impetrare literas à cancellaria, quod non obstante interruptione in causa procedatur, sicut ante interruptionem. ita expressè tenet D. Boe. in §. 23. de iurisdi. omni iudi. in consuetudi. Bituri. & sine illis literis iudex pronunciabit instantiam esse peremptam. & partem in expensis condemnabit. l. properandum. §. 1. C. de iudic. & l. 1. vt intra certum tempus. l. si præses. & ibi Barto. & alij. C. quomo. & quando iud.

¶ Et si aliquis fuerit priuatus beneficio, & in emenda adhuc condemnatus, si appellet tanquam ab abusu ad senatum, & à priuatione ad iudicem ecclesiasticum, non curret tempus appellationis prosequendæ coram ecclesiastico, donec prosequitur coram senatu. per cle. quandiu. de appellationibus. sic fuit iudicatum pro quodam religioso cõtra officialem Malleacen. anno 1531. die 4. Maij.

Arrestum.

Effect. malæ fidei an perēpta instantia duret.

¶ Quæro, an perempta instantia duret effectus malæ fidei, sic quod litis contestatio inducat malam fidem quo ad fructus, & omnes alios effectus? Butrius, Panor. & cæteri in dicto.ca.illud. colum.vlti.de præscript.tenent quod non duret, nisi quo ad interruptionem præscriptionis, & perpetuationem actionis. sed litis contestatio sola non inducit veram malam fidem, sed præsumptam tantum, vbi non constat de iure agentis, ista fuit opinio glo.singu.in l.2.C.de fruct.& litium expensis.quam glo.sequitur ibi Salice. per multa allegata per eum, tum maximè, quia perempta instantia, pereunt acta.l.cum lite.ff.iudic.solui. & sic omnis causa ab eis, cum isti effectus non sint in esse producti, & separabiles à sua causa: & vbi reperitur contrarium, vt est in præscriptionis interruptione, & perpetuatione actionis, illud non est trahendum ad omnes, imò casus exceptus firmat regulam in non exceptis.l.1.ff.de reg.iur.licet Barto.in dicta l.2.contrarium teneat, cuius dictum non obstat, quia si (vt præsupponitur) possessor est bonæ fidei, quomodo est possibile, quòd sola litis contestatio, per quam non apparet aliquid, quòd scientiam rei alienæ habeat, inducere faciat eum plenè & perfectè malæ fidei possessorem esse? non video, sed extunc datur iudicium perueniendi ad notitiam ex probabilibus factis, & lâta sententia declaratoria rei alienæ habet tunc plenam notitiam, & hæc notitia trahitur retro ad tempus sui initij, & sic ad tempus litis contestatæ.

¶ Et ex hoc apparet, quòd effectus scientiæ rei alienæ, non fuit statim per litis contestationem consummatus, & perfectus. Et sic non est vera ratio. Barto. secundum Salicet. ibi, & contra Barto. tenuit Io.Francisc. Balb.in tracta.de præscrip. in 3.parte.6.partis prin.quæst.2.colum.48.quia nemo cogitur ius suum indefensum dimittere. l.illud.ff.de petitio. hæred. Curtius in l. 2.nume. 82. C. de edendo. Et quòd fructus non debeant restitui à die peremptæ instantiæ vsque ad nouam litis contestationem, iudicauit senatus Paris. hoc anno 1536.die 8.Februarij, per l.fin.C.de præscrip.30. vel 40. anno etiam si quis restituatur à perempta instantia.

Arrestum.

¶ Idem etiam iudicauit pro religiosis *de port Royal*, contra domum Dei Parisien. Anno 1518.die 13. Aprilis. vide Anto.capycium in decilio. Neapol.quæst.11.

§. AB

¶Vltimò, ex hoc text. patet, quod à sententia interlocutoria nõ licet secũdo appellare, sed si fuerit cõfirmata, poterit executioni demãdari. Vt fuit pronũciatũ in senatu, An. 1542. die 25. Septẽb. incõtra rescr. impetratũ post interlocutoriã cõfirmatã abusiuè impetratum, & cócessum, quia nõ valẽt literæ cõcedẽtes tertiã appellationẽ de iure, per text. ĩ c. sua nobis. de appel. Soci. in l. singulis. ff. de excep. rei iud. fuit tamẽ admissa post tres sentẽtias cõformes appellatio tãquã ab abusu ad senatũ in causa decimarũ infeudatarũ. de quibus dicunt regales nõ posse de eis iudices ecclesiasticos cognoscere. die 17. Iulij, an. 1539. Quãuis cõtrariũ dixerim de iure in tract. de deci. q. 10. Imò an. 1510. die 28. Iunij, fuerunt à senatu annullatæ tres sentẽtiæ à iudicibus ecclesiasticis latæ cõtra laicũ, & in reliquis cẽsus, vbi pretẽditur iudices ecclesiasticos nõ posse cognoscere, & sic erãt ipso iure nullæ, sed fuit primus, qui volũtariè litigauerat, cõdẽnatus in omnibus expen.

Semel tantũ appellatur ab interlocutoria.

Ab interlocutoriis appellari secũdo nõ licet, nec à definitiuis tertio, sed duæ interlocutoriæ conformes, & tres diffinitiuæ executioni mandari debent, hoc loco summa habeatur.

¶Ab interlocutoriis autẽ secũdo à definitiuis verò tertio prouocare nõ licere decernimus, sed volumus secundã sententiã interlocutoriã cõformem, & tertiã definitiuã, etiam conformẽ (omni mora cessante) executioni debitę demãdari debere, quacũq; appellatione interposita nonobstante.

Arrestum.

¶Et idẽ erat statutũ in prag. & reg. cancel. 35. vbi pœna 20. floren. auri punitur secũdo appellãs ab interlocutoria, vel tertio à definitiua. Et 60. differẽtias inter interlocutoriã & definitiuã, & alia multa de his sent. dixi in interpre. l. quod iussit. ff. de re iudica. Et hic tex. loquẽs de interlocutoria, non habet locũ in interlocutoria habẽte vim definitiuæ. Ita fuit decisum in senatu An. 1518. die 7. Septẽb. in sentẽtia lata super iudicis incõpetẽtia quæ etiã post tres sentẽtias potest allegari. glo. in cle. vna in fi. de sequestr. posse. & nullitas. d. cle. 1. de re iudic. nisi in 10. casibus traditis ibi p Barb. in 2. no. Nec 3. posset etiã allegare nullitatẽ. Io. Fab. ĩ §. appellãtur. inst. de excep. nec hodie vltra bis p istũ tex. ¶Si tamen allegetur nullitas postquam fuerit secundo appellatum, vel semel ab interlocutoria, debet per modum prouisionis

Arrestum.

Quãdo nullitas sentẽtiæ allegatur.

per modũ prouisionis sẽtẽtia exequẽda est. sententia exequi,& ita solet per senatum pronunciari:quod alij iudices sequi debent,nisi nullitas appareret ex ipsa sententia, & ex ipsius inspectione.docto.in leg.4. §.condemnatum. ff.de re iud. Sic consuluit Bertrand.consil.250.viso processu.in 2.volu. ex prima impressio.vbi alios allegat.

¶Vnde hoc anno 1543. & in mense Decembris,Card.ferrarié. appellans contra tres sententias conformes ad senatum tanquam ab abusu,dicens citationes nõ valuisse, non fuit receptus, *Arrestum.* sed fuit ad emendam condemnatus,& ideo post tres sententias coram iudicibus ecclesiasticis latas conformes, vidi impetrari literas à cancellaria directas seneschallo,aut bailliuo,seu gubernatori,iudici partium,in quibus mandatur ipsis, vt has sententias exequantur,nonobstantibus oppositionibus,& appellationibus, si constaret eidem de dictis tribus sententiis definitiuis conformibus,vel duabus interlocutoriis,& facta executione poterit de nullitate agi.cle.1.ibi,ad agẽdum de nullitate.de re iud. Et sic executionem non impedit,nec debet audiri allegans nullitatem, nisi facta executione, & per actionem, vt d.cle.1. sed in hoc regno appellant, & appellatio executione facta recipitur. *Praxis ne quis tertiò appellet.*

Nota bene. ¶Imo in vltima sententia solet ad expensas aliarum sententiarum condemnari,nisi ex nouiter productis hæc vltima sententia feratur.doct.in c.sua nobis.de appel.vnde vidi in materia beneficiali impetrari literas à papa & rege directas certis iudicibus,vt cognoscerent de petitorio, & deciderent remota appellatione,& lata sententia ab istis iudicibus auctoritate apostolica & regia commissis,non appellabitur, quod est vtile ad euitandum tres sententias definitiuas, & hæ literæ facilè solent obtineri, quia in forma iustitiæ sunt.

¶Intellige nõ posse tertiò prouocare ab eodẽ grauamine,secus si à diuersis,quia quoties grauatur, toties quis potest appellare. c.quoties.2.quæst.6.& in eisdẽ capitulis.secus in diuersis. Alex. cons.77.in causa.in 2.volu.intellige tamen vt supra dictum est in princip.huius tex. Vide Panor.consi.97.attingam.in 1.volu.

¶Quantum ad definitiuam,iste articulus continet ius commune, vt patet in rubr. C. ne liceat in vna eadémque causa tertiò prouocare.& si prima sententia fuerit lata, & postea fuerit appellatum, & fuerit appellatio deserta, & alia postea sententia fuerit prolata,ab ista prolatione desertionis dico debere demãdari executioni,quia pronunciatio super appellatione à diffinitiua est diffinitiua. de qua loquitur hic text. glos.in verbo non habente. *Sententia desertionis an sit diffinitiua.*

habente, eod. titu. in prag. Guido in decisio. delph. q. 11. dixi in interpre. l. quòd iussit in pręfa. nu. 52. ff. de re iud. & ita fuit prolatum arrestum in magna camera hoc an. 1537. die 25. Febru. *Arrestum.*

¶Quanuis Oldradus consuluerit consil. 106. esse hunc tex. intelligendum de sententiis definitiuis, latis, visis actis, & cum maturitate consilij, sed si fuerint latæ ex desertione non exequentur, tum quòd cesset ratio. cle. 1. quod non præsumatur calumniari, qui nunc allegat illarum sententiarum nullitatem, quæ non fuerunt visæ, sicut quando processus est visus à relatore & consultoribus, tum quod casus non est comprehensus in d. cle.

¶Etiã in causa matrimoniali nõ licet tertio prouocare. gl. sing. in ca. fraternitatis. in verbo fornicario. de frig. & malef. poterit tamen superior adiri per viam querelæ, glo. not. in ca. ad reprimendum. in verbo suspẽdatur. de offic. ord. quam notat Panor. & alij in ca. lator. de re iud. vbi Feli. ait, quòd licet restitutio cõtra sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam, non petatur nisi à principe. l. diui. ff. de pœnis. vt scripsi in tracta, de literis ciuilibus, seu sub forma, vt practici aiunt, ciuili impetratis. in 1. tomo cõmenta. in constit. reg. secus tamen est secundũ eum in sententiis, quæ nõ transeunt in rem iudicatã. allegat Domi. in c. venerabilibus. §. porro. col. 1. de senten. excom. in 6. Et sic bailliui & seneschalli illas possent literas concedere, quod vix obtineretur in Francia, sed à cancellaria, vel à rege tantum. quando ageretur de retractando arrestum, secus in alia sententia inferioris, vt seruatur Nemausi, vbi seneschallus concedit has literas. *In causa matrimoniali non licet tertio prouocare.*

¶Item tres sententiæ suspenduntur quo ad executionem propter nouum appellatorem. vtor verbis Bald. in c. cum super. per illũ text. col. 1. de re iudica. vbi licet tertio, qui causam agi nesciuit appellare, quanuis parti cõdemnatæ non liceret. Alexand. in l. sæpe. ff. de re iud. quanuis contrarium teneat Roma. sing. 287. cle. vt calumniis, sed quantum ad partem contra quam latę sunt exequentur, contra verò tertium, non. ca. veniens. vbi docto. de testib. nisi malitiosè distulerit. Ancha. consil. 333. an dubia. columna penultima. *Tres sententiæ nõ exequuntur contra tertium.*

¶Adde etiam quòd tres sententiæ conformes non exequũtur, si illa executio nõ posset retractari, vt in criminalibus, vel vt fiat matrimoniũ, & puella defloretur, & postea de nullitate agatur, certè non hoc fiet, vt scribit Aufre. in decis. Tholosanis. q. 430. dicens cle. primam habere locum quãdo executio erat reuocabilis, aliàs non facit. c. 2. vt lite penden. l. nõ distinguemus. §. in- *Tres sententiæ non exequuntur quãdo executio retractari non potest.*

tra.ff.de arbitr.quòd sequitur Bonifa.in d.cle,col.4. Aliàs posset dici,quòd imperator scribit in 2. C. de iuris & fact. ignor. Sera prece subueniri tibi mulier desideras, nam factæ res retractari non possunt.l.in bello.§.factæ.ff.de capti.Bened.in repe.c.Raynutius.in verb.mortuo.1.nu.212.de testa.& sic fuit iudicatum in supremo Burdegalen.parlaméto,vt mihi retulit doctissimus D.Bocherius,in illa curia suprema senator excellens. Et conformes dicuntur conuenientes, & quáuis aliquid sit immutatum in summis,vel quantitatibus,nihilominus in quo conueniunt conformes dicuntur.teste Barba.consil.10. in fi.& consil.20.Bene etenim in 3.volu.Aymo Crauette.consil.183.

Conformes sententiæ quando dicantur.

Restitutio in integrũ non impedit executionem.

¶ Ad hæc restitutio in integrum minori concessa aduersus tres sententias conformes,non impedit interim executionem.teste Bal.in d.l.1.C.ne liceat.3.prouoca. & secundum istám opinionem fuit in Rota iudicatum,quando malitię presumptio cessabat,aliàs contrarium secundum Cassado.in decis.1.de restitu.in integ.

Nota quãdo vna tãtũ appellatio recipiatur.

¶ Vide tamé octo casus per Præposit.& alios in c.sua.colum.8. & sequen.in gloss.tertio appellare.de appell.in quibus licet tertio prouocare. Soci. in tracta.fallen. regula.328. prouocare.& vltra statutum est in stylo parlamenti in.7.parte rub.de fide instrumen.ordina.3.sic,vt à magnis anfractibus, & infra ordinatum est,quod de processibus, qui decætero fient in curiis prædictis,vbi non erit quæstio nisi de tribus libris Turonen.soluédis semel,& infra,qui summariè sunt vacuandi, non recipietur nisi prima appellatio ad iudicem regium proximiorem, ad qué pertinebit processum in prima figura absque grossatione fieri asportari.alia addidi in rub.C.ne lice.tert.prouo.ego tamen putarem non esse tertio appel'andũ à parte,etiam in casibus addu ctis per docto.quia iste tex.expresse & generaliter ꝓhibet,ideo hæc prohibitio de aliquo prodesse debet, vt docet glo.in l.1.ff. quod metus causa. vide quæ dixi in titul. de appella, in 3.tomo commentar.in consti.reg.galliæ.

¶ Rubrica de pacificis possessoribus.

De pacificis possessoribus.

Posidens beneficium pacificè colorato titulo non per vim per triennium, non potest postea molestari in possessorio, nec petitorio, nisi fuerit impeditus, & ordinarij inquirere debent, ne quis beneficium sine titulo posideat.

STatuimus quoq; quod quicunque, dummodo non sit violentus, sed habens coloratũ titulũ, pacificè, & sine lite prælaturam, dignitatem, personatũ administrationẽ, vel officiũ, seu quodcũq; beneficiũ ecclesiasticũ triẽnio proximo hacte nus, vel pro tẽpore possederit, seu possedit in petitorio vel pos sessorio à quoquã, etiã ratione iuris nouiter reperti, molestari nequeat, præterquã prætextu hostilitatis, aut alterius legitimi impedimenti, de quo protesta ri, & illud iuxta consiliũ Viennen. intimari debeat. lis autem hoc casu quo ad futuras controuersias intelligatur, si ad executionẽ citationis, iurísque sui in iudicio, vel exhibitionem, aut terminorũ omniũ obserua tionem processum fuerit. Monemus etiã ordinarios, vt diligenter inquirãt [a], nequis sine titulo beneficium posideat, & si quem beneficium sine titulo posidere repererint, declarent illi ius non cõpetere, cuiusuis tẽporis detentione non obstante, de ipsóque beneficio posit illi, dummodo non sit intrusus [b], vel violentus, aut aliàs indignus, vel alteri idoneo prouideri.

¶ Alias est in rub. de libere quietéque posidentibus. vt supra in prooemio patet, sed nolui quicquam immutare, cum ex hoc nihil detrimenti, aut emolumenti maioris insit, & quia hæc rubric. in his verbis frequentius allegatur, & super hoc titulo pauca scribam cũ amplũ super hoc ediderim tractatum, per quem iste titulus intelligi ampliari & restringi potest.

a ¶ [*Inquirant*] Hæc inquisitio & declaratio nõ possunt fieri parte nõ citata, secus si papa mandaret informari, & postea papæ referri. Calder. consi. 4. papa in rub, de dila.

b ¶ [*Intrusus*] Quis dicatur. text. in c. relatum. de iure patro. dicit esse illũ, qui nõ intrat per ostium item qui nec re, nec no-

mine,nec communi opinione est prælatus, vel beneficiatus,& tamen possidet.vel quasi propriè dicitur intrusus. Bal. in c.nisi. colum.1.de renuncia.vel ille,qui sine vlla electione, & sine titulo sedem inuadit,qui crimine falsi tenetur.l.eos.ff.de falsis. Bal. in ca.pastoralis.col.1.de exceptio. Et his modis propriè dicitur intrusus quo ad istum titulum.teste D.Gomes.in regula cancellaria.simili.q.47.& seq. vide Domi.& Præposi. in c. propter.19. Feli.in c.in nostra.de rescrip.& in c.veniens. de accusa.vbi tradunt octo modis quem posse intrusum dici.

¶Nota tamen requisita in hoc titulo.

¶Primum est,quòd quis habeat verum,vel coloratum titulum, quod probat hic tex.ibi,coloratum habens, &c.plenè scripsi in tracta de pacific. possesso. in quarta ampliatione. vbi conclusi non habentem titulum non iuuari hoc auxilio contra Gomes. Et probare videtur iurisconsul.in l. Sulpitius.ff. de donat.inter virum & vxor.ibi, si color,vel titulus, vt sic dixerim donationis.

¶Secundò,requiritur quòd pacificè & sine lite possederit, ibi in textu pacificè,&c. Et scripsi in d.tracta.in 3.limitatione,quando quis pacificè dicatur possidere.

¶Tertiò, requiritur quòd possederit prælaturam, dignitatem, beneficium,aut officium ecclesiasticũ,in tex. ibi,ecclesiasticum, Secus si temporale & prophanum,vt elucidaui in.11. amplia.d. tracta.de pacifi.possessor.

¶Quartò,requiritur quòd possederit triennio. Ibi triẽnio proximo,& sic debet esse continuum,non interpolatum.cle. vnica. de sequestra.possess.Gomes.quæst.20.super hac regula.tex.in l. 2.ff.de statu defunct.

¶Quintò, requiritur quòd possidens sit habilis. nam inhabilis hoc auxilio non iuuatur,vt in limitatione quarta abundantius declaraui in d.tract.vbi personas triginta inhabiles,& vltra enumeraui.

¶Sextò,requiritur triennium completum & perfectum. glo.in verbo triennio.in pragma.eod.titul.Et ego scripsi in limitatione.5.nume.226.

Praxis huius tituli. ¶Practica huius tituli est, quòd si quis molestetur super beneficio quod possedit per triennium completum,cum vero,vel colorato titulo, vt impetret literas à cancellaria regia, directas illi iudici,super quo processus mouetur,& petat illas comprobari,& interinari,& tunc pars aduersa petit titulum ab impetrante

te exhiberi, quod debet à parte fieri per regu. primam. de regu. iur. in 6. quia beneficium ecclesiasticum non potest possideri sine canonica institutione, & debet probare suam exceptionem, super qua fundantur literæ, etiam antequam actor probet suum titulum, per nota. in capitulo primo, de litis contesta. in sexto. & ideo in conuentibus iuridicis apud Molin. anno 1534. fuit condemnatus appellans ad emendam, & expensas, eo quòd appellasset à sententia iudicis, qua fuerat dictum impetrantem cogendum ad ostendendum titulum, quanuis dixisset se paratum si pars aduersa suum exhibuisset, quia nõ potest dici pacificus possessor, nisi coloratum saltem titulum habuerit, igitur oportet illum ostendere. Itaque quicunque molestatur post triennium super beneficio, impetrat has literas de pacificis possessoribus nominatas, per quas fit inhibitio parti, ne molestet, & postea approbantur coram iudice, vt plenius dixi artic. 6. commentar. in cõstitu. reg. rub. de causis possess. benefi. in 3. tomo. comment. requisita, his nunc contentus, reliqua supplebis ex glo. prag. & ex meo tracta. amplo de pacifi. posses. *Arrestum.*

Rubrica de publicis concubinariis.

Clerici non debent nubere meretricibus.

¶ Inter opera charitatis computatur nubere concubinis, & meretricibus publicis. c. inter opera. de spõsa. sed de hoc exerceant laici, clerici verò prohibentur nubere meretricibus. Leuit. 21. c. vbi de sacerdote loquẽs, dicit, sordidam atque meretricem non accipiet vxorem, sed puellam virginem de populo suo. cap. maritum. 33. dist. & ibi gl. & c. si quis. 34. dist. vide text. in c. fi. 32. q. 1. & sic multò fortius prohibetur illis habere concubinam. c. nemo. 32. questione 4. vbi dicitur nulli licet scire mulierem præter vxorem. Ideóque coniugij datum est tibi ius, ne in laqueum diaboli incidas, & cum muliere aliena delinquas. c. audire. 34. distinct. Et quanuis de iure ciuili licitum esset habere concubinam cuiuscunque ætatis, nisi minor duodecim annis esset, l. 1. in fi. & per totum. ff. de concub. requirebantur tamen multa antequam diceretur concubina, quæ tradunt glos. & doct. in §. fi. de nupt. institut. & in §. quibus. de hæred. quæ ab intesta. defer. run. Lucas de penna in l. si coartalis. columna secunda, C. de coarta. lib. 12. *Quæ dicatur concubina & subintroducta.*

¶ Hic verò intelligimus concubinam, quamlibet mulierem habitantẽ cũ clerico, vel laico, & actiones & passiones suas illi cõ-

municantem.glo.in verbo concubina.eodem tit.in pragma. ¶Prohibetur etiam habere subintroductam mulierẽ. c. nullus. &.c,interdixit,32.dist.vbi Archi.dicit esse respectu alicuius domestici officij,scilicet eá quę sub obtétu alicuius officij, siue ministerij retinetur:vt pro facienda vel suenda veste: aliter tamen declaratur in historia ecclesiastica. cap. 25. lib.7.vbi sic describitur. est enim tertium quoddam genus mulierum,secundũ Chrysostom.in sermo.quæ neque vxores sũt, neque concubinæ. Sunt enim quidá, qui puellas innuptas domum sine nuptiis ducũt.eásque vsque ad supremá senectam secum inclusas tenent, non liberorum procreádorum gratia, quia dicunt se rem cum illis non habere: neque libidinis, siquidem illas se dicũt incorruptas, inuiolatásque seruare:sed eo introductas dicunt, quia opus erat dictis puellis aliquo patrono aduersus maleuolos,quum non haberent maritos, tutores,nec parentes, quum muliebris sexus subleuatione aliqua maximè egeat, & sic illa mulier sub illo velamine intra domum ducta, dicebatur introducta,quæ etiam hic prohibetur. Cõcubina etiam intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu asciscitur.hanc coniugem facit effectus. c. omnibus, & sequeñ.&.c.Christiano.34.distinct.

De publicis concubinariis.

Concubinarij à perceptione fructuum suorum beneficiorum sunt suspensi trium mensium spacio,& si interim concubinam non dimiserint,vel aliam assumpserint,sunt suis omnibus priuandi beneficiis,& inhabiles ad omnes honores,dignitates,officia et beneficia ecclesiastica sine dispensatione superiorum, quæ non poterit illis impartiri, si vomitu recidiuo ad concubinam redierint.

ET insuper statuim[a],quòd quicunque clericus cuiuscunque conditionis, status,religionis, dignitatis,etiá si pontificalis, vel alterius præeminentiæ fuerit, qui post præsentiũ notitiam, (quam

a ¶[*Et insuper*] Hic titulus octo habet partes.Prima punit publicos concubinarios.Secunda ibi,quod si ij, punit superiores clericorum negligentes imponere pœnam concubinariis clericis, & prouidet quid agendum.In tertia ibi,publici, declarat qui dicátur publici cõcubinarij.Quarta ibi,quia verò, prohibet iudicibus ecclesiasticis quęstus pecuniarios à cõcubinariis recipere, quòd

quòd si receperint, dupli pœnam imponit. Quinta ibi. ipsas autem, præcipit prælatis ipsas concubinas à suis subditis arcere, & filios concubinariorum extra domum patris cócubinarij habitare. Sexta ibi, iubemus, iubet in synodis & capitulis ista publicari. & omnes subditos moneri ad dimittendum concubinas.

habere præsumat post duos menses post earundem præsentiú publicationem, in ecclesiis cathedralibus factam, quam ipsi diœcesani omnino facere teneantur, postquã præsentes ad eorum notitiam peruenerint) fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuum omniũ beneficiorum suorum trium mensium spatio, sit ipso facto suspensus: quos suus superior in fabricam, vel aliam euidétem ecclesiarum vtilitatem, ex quib' hi fructus percipiuntur, conuertat. Necnõ huiusmodi publicum concubinarium, vt primũ talem esse nouerit, mox suus superior monere teneatur, vt infra breuissimum terminum con-

Septima ibi, iniungimus, &c. iniungit secularibus, ne impediant prælatos super concubinatu clericorú procedentes. Vltima ibi, & cum omne, &c. monet omnes laicos tam cóiugatos, quàm alios vt abstineant à concubinatu. Hæc est huius tituli summma.

¶Prima ergo pœna publici concubinarij, est vt suspensus sit à perceptione fructuum omnium beneficiorũ, quæ obtinet per tres méses, qui fructus debent conuerti in fabricam, vel in aliam ecclesiæ euidentem vtilitatem. Est etiam de iure suspésus ab officio. c. si. 33. dist. Et an sine monitione declarat *Notandæ sunt concubinariorũ pœnæ, quæ trigintabis describuntur.* Panor. in cap. vestra. de cohabi. cler. & Præp. in c. nullus. 32. dist. & c. seq. vbi ipso iure dicunt eum suspensum, nec requiri sententiam etiam declaratoriam, si sit notorius. & ita tex. hic non requirit monitioné. glo. & doct. in c. cum non liceat. de præscrip. Et per constitutiones Angliæ Othonis lega. rub. de cócubinis cleric. remouendis, qui eas intra mensem à se non remouet, est suspensus ab officio & beneficio, & si se intromittat, de illo est ipso iure priuatus. Ideo non potest collationem committere, teste Collecta. in c. tua. 2. in fi. de deci.

¶ Secũda pœna est ibi, necnon, quod debet moneri per episcopum, vt concubinam dimittat: quam si non dimiserit, vel eam seu aliam reassumpserit, priuari debet omnibus suis benficiis, etiam extra episcopatum existentibus, postquam hic tex. generaliter dicit de omnibus. ita tenet glo. in verb. omnibus. in prag. eo. titu. Et sic limitatur. c. si compromissarius. de elec. in 6. Imò aliquando ex quibusdam constitutionibus synodalibus priuatur ipso facto. Ancha. consi. 65. pro clariori. col. 1. sed quòd de iure debeat priuari, est tex. in cap. ex parte. A. de testi.

Priuatur omnibus beneficiis etiam extra episcopatum existentibus.

¶ Erat tamen in arbitrio prælati prius monere vel priuare, vel suspendere. per tex. & ibi Imo. in c. sicut. & c. si autem. de coha. cleri. & mulier. hoc intellige quando erat notorius. pro simplici autem fornicatione occulta, licet olim posset priuari. c. presbyter. 81. dist. tamen hodie non. nam ferè omnes priuarentur. arg. gl. in c. quia sanctitas. 50. dist. gl. in c. Maximianus. 18. dist. &. c. lator. 2. q. 7. sequitur Corset. in singu. incipien. fornicatio. Et Baba. con. 13. à Ioue. col. vlt. 3. vol. non tamen possunt compelli ad abiurandum cõcubinam, quia posset sequi periurium. c. clericos. & ibi etiam Panor. de coha. cleric.

Infames sunt concubinarij.

¶ Tertia pœna, ꝙ anteq̃ dispẽsatum sit cum eis nõ possunt obtinere honores, dignitates, beneficia, nec officia, quia sunt infames. c. infames. 6. q. 1. Imò si ante dispensationem à sede apostolica obtentam celebrauerint, efficiuntur irregulares, & suum beneficium poterit impetrari. teste Archi. in c. præter. §. ad hoc. col. penul. 32. dist. sequitur Alphons. Thostatus in tracta. contra clericos concubina. conclu. 3. quia à iure concubinarius est suspensus, vt supra dixi, & suspensus celebrãs efficitur irregularis, per tex. in c. is cui de senten. excommun. in 6.

Fructus beneficij suos non facit, ideo eos debet restituere.

¶ Quarta, quòd hic concubinarius perseuerãs in crimine, si fructus beneficij receperit, tenetur illos in conscientia restituere, quia nec iustè percepit, nec suos fecit. Innoc. in c. sicut. de coha. cleri. Præpo. in c. preter. 32. dist. Nam beneficium datur propter officium. ca. fi. de rescrip. in 6. qui non potest seruire ex sua culpa, non potest ecclesiæ fructus recipere. c. cum secundum, & ibi not. de præb. c. proposuit. de filiis presbytero. c. eos. 81. dist.

Inhabiles ad beneficia.

¶ Quinta pœna est, quòd si post dispensationem iterũ receperint aliquam concubinam, perpetuò sunt inhabiles tam ad dignitates, quàm ad aliqua beneficia. nec vnquam poterit prælatus cum eis dispensare extra sedem apostolicam, quia episcopus non potest bis dispensare cum illis, imò contumacia crescente

ſcente poterit degradari. §.presbyteris. in auth.de ſanctiſ.epiſ. col.9.c.clericos.de coha.cleri.& gloſ.prag. in verbo, animaduertant,quia quos diabolus coniunxit,difficile eſt ſeparare, vt ſunt hi concubinarij.

¶ Sexta pœna eſt tex. quòd non poſſunt habere domi ſuos filios,quos in concubinatu genuerunt,ne eiſdem poſsit dici, Filij tui ſicut nouellæ oliuarũ in circuitu menſæ tuæ.& ne generent ſcandalum.no. in c.1.de coha.cleri.glo.eo.tit. in prag.in verb. cohabitare.plenius tractat,ad eá recurrito.& etiã quia in ſingulas horas eos videndo delectarentur in ſuo peccato.ná hodie ſacerdotes ſuos baſtardos gratius intuentur quam ſolẽ.ita ꝙ cæci efficiuntur ratione magnæ delectationis quam habuerunt,vt puniátur in quo deliquerunt.c.poſtulaſti.& ibi dixi vlti.not. de cleri.excõ.miniſt.& quia dicitur,eiice ancillã,& filiũ eius: quod fuit dictũ Abrahæ Gene.21.c.& in c. nõ omnis.22.q.2. Et quia ſi filij iungãt ſe concubinariis,erũt peruerſi,iuxta dictũ Salo. Ecclesiaſt.19. c. qui ſe iungit fornicariis,erit nequã, & putredo & vermes hæreditabunt illum, &c. Vnde dicit Bar.in l.in concubinatu.ff. de concub. quòd filij nati ex clerico beneficato non legitimantur per ſubſequens matrimonium, quia tempore quo obtinebat beneficium,vxorem habere non poterat.quod reprobat Pet.de Vbal.in tracta.de ſucceſsio.ab inteſta.colum.67.fo. 17.quia licet haberet beneficiũ,ſi non erat in ſacris,vxorem ducere poterat.c.1.de cleri.coniug.cui ego aſſentio.

Pater preſbyter non poteſt ſecũ ſuos habere filios.

Filij nati ex clerico legitimantur per ſubſequẽs matrimonium cõtra Bart.

¶ Septima pœna,quòd non poſſunt donare concubinæ,quam benignius intuẽtur quàm matrem,& ſi donauerint,donatio illi facta nõ valet.l.2.C.de dona.inter virũ & vxo.arguẽdo.de milite ad clericũ,ſicut arguit gl.in l.miles.ff.de re iudi.& ita expreſſè tenet Panor.in c.1.de cleri.ægrot.&.c.fin. de ordina.ab epiſ. & gl.in verbo partes.eo.tit. Nec valet legatũ,vel inſtitutio hæredis per illum clericum concubinarium, ſed debet fiſco applicari.l.Claudius,cum ſequen.ff.de his quibus vt indig. Bar. expreſsim in l.miles.ita. §. mulier. de teſt. mili. ſic conſuluit Benedic.de benedict.in conſi. 127. cum vt præſupponitur. nam ſi iſti canonici,& alij ſacerdotes diuites poſſent donare ſuis concubinis, mulieres ſuaptè natura fragiles allicerentur ad coeundum cum prædictis, & etiam blanditiis & deliniamentis ſpoliarent hos clericos, qui communiter fatui ſunt circa haſce mulieres. multa dicit d. de Petrucia in tracta .de viribus iura. in tertio effectu, ſed non tanta quibus irretiti ſunt hi miſer

Cõcubinarij nõ poſſunt donare concubinis.

Absolui nõ potest concubinarius ante concubinæ dimissionem.

concubinarij. Guido pa. sing. 295. vide Capy. decis. 102.

¶ Octaua pœna est, nam sacerdos lapsus in fornicationem, tantum decem annis pœnitere debet, prout disponitur. in c. presbyter. 82. dist. quem text. vtinam sacerdotes intelligerét, & nouissima præuiderent, quia id temporis concubinas non appeterét. & dicitur in c. si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, post diaconi gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur, & ab ecclesia proiectus inter laicos agat pœnitentiam. 81. dist. c. si quis episcopus. Vnde concubinarius publicus non debet absolui, nec concubina, nisi fuerint cum effectu segregati, tum vt vitetur scádalum, tum etiam quia non censetur contritus, qui concubinam tenet, & sic absolui non potest, etiam si occultus fuerit, si dubitetur de peccati continuatione. c. legatur. 24. q. 2. c. audite 34. distin. Angel. Clauas. in sua summa. in verbo côcubinatus. Imò peccat mortaliter sacerdos, qui istum absoluit, nisi prius concubiná abiecerit. vt plenè probatur in lib. vocato directo. seu castigato. concubina. Plus dicens, ꝙ si fuerit laicus debet ei curatus denegare sacrá Eucharistiá, cum in dedecore perseueret. c. pro dilectione. de consecra. dist. 2. & in dicastiga concubina. q. 6. in prin. & conclus. 1.

Pœna fornicarij presbyteri.

Nullus missam concubinarij audire debet.

¶ Nona, quòd nullus debet missam illius audire, alioqui audiés peccat. c. præter. 32. dist. Nec ab eodem sacramenta recipere, nisi sacramentum baptismi, pœnitentiæ, & Eucharistiæ, in mortis necessitate. Inno. & alij in c. fraternitatis. col. 2. de hæret. tum quia non sunt digni conficere, & si conficiant, non sunt digni audiri, tum vt confusi de culpa ad gratiam redeant. Adhæc vt alij retrahantur ab illorum imitatione. Bonauen. in 4. senten. dist. 13. q. 4. & Thostatus vbi supra, conclu. 4. in addit. Imò plus peccat secundum eum communicans cum isto notorio fornicatore, quàm cum excommunicato. in conclu. 13. & conclu. sequen. dicitur, qui accedit ad videndam Eucharistiam inter manus publici concubinarij scienter, peccat mortaliter, quia est in fraudem legis: secus si non ex proposito hoc faceret. hæc sunt verba illius, quia benedictiones illorum vertuntur in maledictiones. cap. si qui sunt presbiteri. 81. distin. Fugiendi ergo sunt isti, sicut pestis, c. negociatorem. 88. dist. & eo casu missam parochiani audire possunt in aliena parochia contempto suo presbytero. c. 2. de paroc. licet aliàs regulariter contra.

¶ Decima, quòd non solùm est exclusus à potestate celebrandi missam, sed etiam standi in choro tempore celebrationis diuinorum

norum,& sic non poterit habere distributiones, sed accrescunt aliis bonis. Præpo. per illum tex. in d. c. præter. 32. distinct. quia concubinarij bona ecclesiæ comedere non debent. glo. in c. hāc consuetudinem. 10. q. 1. nec electionibus interesse. Inno. in c. sicut. de coha. cleri. sed sicut leprosus ab omnibus vitari debet, vt si timore peccati nō arceatur, saltem bonorū metu, ne fame pereat, quia hoc genus homines plus amissioné bonorū, quàm animæ timét. & vide tex. in c. eos. 81. distin. vbi sunt priuati beneficio.

cubinam dimittat. & si illam nō dimiserit, vel dimissam, seu aliam publicè resumpserit, iubemus vt ipsum omnibus suis beneficiis omnino priuet. Et nihilominus hi publici concubinarij vsquequo cum eis per suos superiores, post ipsarum concubinarū dimissionem, manifestámque vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcūque honorum, dignitatum, beneficiorū, officiorúmve sint inhabiles. qui si post dispensationem, recidiuo vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant.

¶ Vndecima, quia sicut rusticus vtitur suo iumento, ita diabolus & concubina & cōcubinario, vt in simili dicit glos. in c. audi denique. 11. quæst. 3. & in c. dilectis. de appel. dicit eos habere membrū diaboli, & requiescere cum diabolo dicuntur, & nō super dominum. nam is requiescere super dominum dicitur, qui obtentu sacerdotij vel prophetiæ non viuit luxuriosè. gl. in c. iudices. 1. q. 1. Vnde dicit Augu. mallem sustinere pœnam Caiphæ Herodis, & Pilati, quàm pœnam sacerdotis indignè celebrantis, scilicet concubinarij. *Diabolus vtitur concubina & concubinario.*

¶ Duodecima, quòd si impetrent rescripta pōst suspensionem, vel depositionem hoc tacito, illa non valebunt. c. super eo. de coha. cle. & ibi Cardi. & Anth.

¶ Decimatertia est, quia concubinarius pauper & miser est, etiā si diuitias Midæ. aut Crœsi ante concubinatum haberet. Prouerb. 14. in fi. Iustitia eleuat gentem, miseros autem facit populos peccatum, & maximè hoc peccatū. Ecclesiast. 9. Ne des ser- *Pauperes & miseri cōcubinarij.*

nicariis animam tuam in illo, ne perdas te, & hæreditaté tuam. hoc etiam nos docet experientia, quæ est rerũ magistra. c. quàm sit de elect. in 6.

Citò moriũtur concubinarij.

¶ Decimaquarta, quia citò moritur, nec permittitur longo tempore viuere ratione scãdali super terrã. Vnde dicit diuus Paul. 1. ad Corinth. 10. neque fornicétur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria milia. Legimus de Caio Cæsare, qui adeo libidine & inuidia flagrauit, vt omnem vsum scientiæ iurisconsultorum se aboliturum non semel iactauerit, ne quid præter æquum respondere possent, liberam magistratibus iurisdictionem, & sine appellatione cócessit, cũ omnibus suis sororibus stupri consuetudiné fecit. ideo triennio & decem mensibus tantũ imperauit, teste Ayma. Riual. in historia iuris ciuilis. fo. 102. lib. 4. Idem dicitur ibi paulo post de Galba, qui septimo mense postquam imperium susceperat, occisus fuit. Idẽ dicitur de Ant. Bassiano. de Carolo 8. tradit Gaguin. in eius vita. & Leuiti. 15. c. in fi. dicitur, Docebitis ergo filios Israël, vt caueant immunditias, & nó moriantur in sordibus suis. & animalia multum coeũtia citò moriuntur. Aristotel. lib. 2. de natura animalium, quod bene nouit D. Probus in addit. ad Ioan. Mona. in rub. de vita & honesta. cleri. in 6. & de nocumentis coitus tradit Auicen. Fen. 21. rub. de nocumentis coitus. & plenè D. Tiraquel. in tract. de legib. connubialib. fol. 150. & seq.

Surdi et in rixa sunt omnes concubinarij.

¶ Decimaquinta, omnes concubinarij sunt surdi, non audiẽtes dicta sapientum, sed ægreferentes corripientes illos. Ecclesia. 21. Audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiiciet illud post dorsum suum.

¶ Decimasexta, semper sunt in rixa & in clamore domi concubinarius cum concubina, & tenebras in horas dicunt, maledictiones datas Abiron. Illa concubinæ imprecatur, hæc omnia mala in illum retorquet, satis experienta probantur ista. non alias probo, quod aliquando coniugatis contingit, si habeant vxoré zelotypam. Sed concordantia matrimonia turbari non debent. l. 1. in fi. ff. de liber. exhibend.

¶ Decimaseptima, ab omnibus amicis relicti moriuntur, & omnibus destituti, ac nudi sicut venerunt, reuertuntur. Psal. 87. Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria.

Decimæ nõ sunt concubinariis soluendæ.

¶ Decimaoctaua quòd subditi non tenẽtur eis soluere decimas voluntarias, seu personales, aut oblationes, cum ab officiis eorum liceat abstinere. Præpo. in c. præter. 32. distin. sed authoritate

tate episcopi in ecclesię vtilitaté conuerti debẽt. Card. in c. tua. 2. q. 6. de deci. & si episcopus esset notorius fornicator, posset pa rochianus sine episcopi authoritate in vtilitatem ecclesiæ, vel pauperum, sua authoritate cõuertere. Thosta. conclu. 10. vbi supra. Imò subditi prælatum fornicatorem notorium euitrae possunt, etiam ante sententiam. glo. & doct. in c. cum non liceat. de præscrip. Ideo, non debent confiteri parochiani his concubinariis, alioqui peccat illis confitens, & iterum tenetur confiteri, cũ concubinarius nullam habeat iurisdictionem, quia est suspensus, vt supra dixi. Henri. Boh. in c. omnis. de pœn. & remis.

¶ Decimanona, semper tristes incedunt, ac tribulati sicut hæretici. Apoc. 2. cap. Dedit illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua. & ecce mittam in eam luctum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erũt. & 17. cap. Et vbi est reatus, ibi non potest esse gaudium. Bald. in cap. irrefragabili. de offic. ordi. & Dauid, non gaudebit inimicus meus super me. *Tristes concubinarij & hæretici.*

¶ Vigesima, experti sunt omnium casuum, & infortuniorum, vt dicit Leonard. de vtino, in sermo. 43. de legibus. Fœmina, corpus, opes animam, vim, lumina, vocem polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acerbat. Corpus, opes, animam, consortia, fœdera, famam, Debilitat, perdit, necat, odit, destruit, aufert.

¶ Vigesimaprima, desperati moriuntur, vel subitanea morte. Legitur Iudicũ. 16. q. quòd Samson à Dalila deceptus, seipsum & plures Philisthinorum homines interfecit. *Subita concubinarij morte decedunt, & damnati carent sepultura.*

¶ Vigesimasecunda, damnati cum dæmonibus semper ardent. Dauid in Psal. Omnes qui elongant se à te, peribunt. Perdis omnes qui fornincatur. Diuus Paulus ad Ephes. 5. Hoc autem scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Dei. & ad Galat. 5. idem dicitur. & 1. ad Corinth. 6. neque fornicarij regnum Dei possidebunt. Et debent carere ecclesiastica sepultura. si impœnitentes decedant, teste Leonard. in dicto sermo. quadragesima. 43. in primo testimonio legis euangel. in fi. per cap. quibus. 13. quæst. 2. Apocal. 21. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. argu. c. quia in omnibus. de vsuris.

¶ Vigesimatertia, potest vxor procurare ne maritus accipiat cõcubinam, & impedire, & prohibere ingressum concubinæ, vel *Cautela pro vxore concubinarii.*

eam expellere, arg. l. non aliter. & ibi glos. ff. de vsu & habi. & si non possit prohibere, poterit agere contra maritum, vt concubinam dimittat, & eam accusare ciuiliter & criminaliter. Sali. in l. 1. in 4. opposit. C. ad leg. Iuliá, de adulte. Imò potest discedere à suo viro, si vir habeat concubinam: nec erit restituenda, nisi vir præstet cautionem de expellenda concubina, & non tenenda, vel reassumenda, etiam per pœnæ appositionem, arg. c. ex transmissa, de restitu. spolia. quia non bene conueniunt, nec in vno lecto morantur vxor & concubina, quæ vitæ vxoris insidiatur. Bal. in c. 1. colum. 2. vt lite non contestata. Cardi. Alexá. in c. ex parte. in fi. de sponsa.

Arrestum contra nobilem concubinatiũ. ¶ Et hoc anno 1543. die 3. Aprilis ante Pascha fuit pronunciatũ in hoc senatu contra quendam nobilem Andegauen. vocatũ *d'hommes*, eo quòd concubinam haberet, vt personaliter in senatu compariturus esset, responsurus petitionibus procuratoris regis, & nisi compareret tẽpore præstituto, quod caperetur vbicunque etiam intra loca sacra, si non posset præhendi, quòd ad tres breues dies citaretur, insequendo formam. l. inter. ff. de public. iudic. Et interim voluit illius bona capiẽda & saisienda cum aliis pœnis. Vtinam omnes adulteri sic punirentur, & Zaleuci lex, de qua in princ. concordato. scripsi, seruaretur.

Ludibrio sunt concubinarij. ¶ Vigesimaquarta, omnibus ludibrio sunt & scãdalo. Naum. 3. c. dicitur, Væ ciuitas sanguinum, non est finis cadauerum in te, propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ. &c. ecce ergo reuelabo pudenda in facie tua, & ostẽdam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuá, & proiiciam super te abominationes tuas, & contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum, &c.

Concubinarius eligi et ordinari prohibetur. ¶ Vigesimaquinta, à promotione ordinum repelluntur. c. 1. & c. laici. & ibi Præpos. not. 33. distinct. Et episcopus eligi non potest, nec nominari. c. si quis episcopus. 34. dist. Bertachi. in tract. de episc. in 1. parte. 2. lib. quæst. 6. quod vtinam seruaretur, & ij concubinarij extra Herculis columnas proiicerentur, ne fœtore illorum alij corrumpantur. Nempe Tibullus poeta Ethnicus sic ait,

Casta placent superis, pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquas.

¶ Et Grapal. lib. 2. de partibus ædium, inquit

Christo casta placent, manibus purissima puris.
Frangite liba manus, sit procul omnis odor.

¶ Et ideo

¶Et ideo curati debēt interdicere, ne in suis ecclesiis celebrēt, ne fœtore illorum alij inficiantur. & episcopi, qui illos sic tolerant, pro ipsis deo opti. maxi. respondebunt, quia nō caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. c. error. 83. distinct.

Curati nō debent permittere, vt hi, in suis celebrēt ecclesiis.

¶Vigesimasexta, quòd concubinarius furioso comparatur. Valer. lib. 4. titul. 3. sic ait, Sophocles ætate iam senior, cum ab eo quidam quæreret, an etiamnum rebus vteretur venereis, inquit, dij meliora, libenter enim isthinc tāquam à furiosa quadam dominatione profugi. Melius probat tex. in §. illud. in authen. qui mod. nat. effi. leg. vbi dicitur, nil furore amoris vehementius. & ibi glos. dicit.

Concubinarius furioso comparatur.

Non frater fratri, cum furor ille venit,
Igneus ille furor nescit habere modum.

¶Facit glo. in §. hæc autem. in authen. quomodo opor. episco. colla. 1. & tex. in l. 2. §. initium. ff. de orig. iur. vbi in tex. habetur, quòd captus amore virginis omne phas atque nephas committeret. & plus dicit ibid. Bald. quòd amor puellarū peruertit sensum. vide glos. in l. vna. C. de senatusc. Clau. Item ebrio æquiparatur. insti. de succes. subla. nam sicut vino quis capitur, ita & amore mulieris:

Vt venus eneruat vires, sic copia vini,
Vno nanque modo vina venúsque nocent.

Hæc Verg. in paruis operibus. Et sicut ebrius non posset se dissoluere statim à vino, sic nec fatuus concubinarius à sua ganea.

¶Vigesimaseptima pœna est, quia etiā tria mala oriūtur præter supradicta. primum ꝙ propter istū concubinatum publicū corda aliorū maximè laicorū scandalizantur. Secundò vituperatur officium ecclesiasticū. Tertiò præbetur aliis materia peccandi. c. si mala. 2. q. 5. c. significasti. de adult. & c. magnæ. de voto. glo. eod. titul. in prag. si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo?

Mala oriū tur ex concubinatu.

¶Item per vitia luxuriæ dæmones coluntur, & templum dei violatur. c. in eo. 32. quæst. 4. & 1. ad Corinth. c. 3.

¶Vigesimaoctaua est, isti concubinario potest bonis interdici, sicut mulieri luxuriose. l. & mulieri. ff. de curato furio. quia est ꝓdigus morū. glo. in l. si quis cū sciret. ff. de vsuca. pro emp. Bal. in l. ea lege. in fi. C. de cōdi. ob cau. & maior est ꝓdigalitas morū quā rerū. vt probat tex. ibi, Famæ suæ prodigos. C. de his qui potentio. no. Benedict. in repet. c. Raynutius, in verbo mortuo, in 1. nu. 311. de testa. & expresse, d. Auriol. in addi. ad Guillel. de

Cōcubinario potest bonis interdici.

móte Laud.in c.grandi.de supplé.neg.prelat.lib.6.plenè Tho. Ferra.cautel.6.quáquá meretrix.vbi dicit notabilé hác esse cautelá cótra meretricé,vt nó possit de bonis suis disponere. no.in c.pastoralis.de iud.& quádo episcopus habet plures in suo episcopatu tales furiosos cócubinarios,nó debet eos omnes suspédere, vel excómunicare,sed debet à maioribus incipere,vt alij exemplo illorú terreantur.text. & ibi Pan. 3.

cautela contra meretricem.

Puniri vult negligẽtes prælatos,qui hosce nõ puniunt concubinarios, vt in hoc tex.cõtinetur.

¶§.Quódque [a] si ij ad quos taliú

not.in ca. clericos.decoha.cler.Hodie sicut tela aranearum capit paruas muscas,& magnas dimittit,ita & officiales.& sic delicta magnorum celantur.& non puniuntur. glo.in l.ad splendidiores.C.de diuersis offic.lib.12.dicam ergo cum propheta,Exurge domine,cur obdormis,& sinis eos viuere super terram? potest dici,quia es iustus,fortis & patiens,vt alibi idem Dauid dicit.Possem hic etiam alias pœnas congerere,sed has timeant cócubinarij,qui plura damna toti ecclesiæ viuentibus , scilicet,& morientibus inferunt.imò maior est metuenda locis illis calamitas,vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui dei magis in se iracundiam prouocant,quàm per seipsos placare debuerant.Grego.in c.Fertur.§.vulnerato.1.q.1.

Zelotipiæ igne torquentur concubinarij.

¶Vigesimanona,igne zelotipiæ torquétur, & desiccatur.Spec. in titu.desponsa.§.postremo.versic.forma ab isto die.vbi dicit clericos plus laicis igne zelotipiæ vri,sicut capo in pullos.

¶Trigesima,is qui habet cócubiná,& procreat filios,césetur cótraxisse matrimoniú ex cohabitatione,& filij erunt legitimi,nisi protestatur quòd non intendat contrahere matrimonium.text. & ibi gl.in l.in libere.ff.de ritu nuptia.quòd procedit de iure ciuili,quando non erat magna inter eos disparitas. secus de iure canonico.gl.in c.is qui.34.dist.Curtius in l.penul.in fi.ff.de iurisf.om.iud.igitur deleantur isti cócubinarij(iuxta Dauidis sententiam)de libro viuentium,& cum iustis non scribantur. Psal. 68.vbi octo pœnæ concubinariorum intueri possunt.

Matrimonium an præsumi debeat.

¶Sed istæ pœnæ locú non habent in eo , qui vxoré habet sine solennitate tamen ecclesiæ ,vt apud Baionen.& Biernen.interdum fit,nempe illi monendi erunt,& cogendi, vt solennitatem ecclesiæ recipiant,& tunc vocabitur vxor,quæ antea vocabatur concubina.ca.omnibus.34.dist.& supra in rub.scripsi.

a ¶§.*Quodq; si ij*] Hic patet quomodo prælati negligentes pu-

correctio pertinet, eos (vt prædictum est) punire neglexerint: eorum superiores tam in ipsos de neglectu, quàm in illos pro cõcubinatu modis omnibus digna punitione animaduertãt. In consiliis etiã prouincialibus & synodalibus aduersus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem à collatione beneficiorum, vel alia condigna pœna seueriter procedatur. Et si ij quorũ destitutio ad nos & sedẽ prædictam spectat, per consilia prouincialia, aut suos superiores propter cõcubinatũ publicum reperiãtur priuatione digni, statim cum processu inquisitionis ad nos deferantur. Eadem diligentia & inquisitio in quibuscunque generalibus capitulis, etiã prouincialibus, quo ad eos seruetur, pœnis aliis cõtra prædictos & alios non publicos cõcubinarios à iure statutis, in suo robore permansuris.

Publici concubinatii quatuor modis dicuntur, primò qui per sententiam sunt condemnati, vel in iudicio confeßi, vel de quibus constat per rei euidentiam, & qui tenent mulieres suspectas, & diffamatas, post admonitionem.

nire concubinarios puniuntur. Peccant etiam mortaliter, maximè si pro temporali commodo hoc tolerent. & pari pœna puniri debent, ca. vt clericorum, ver. prælati, de vit. & honest. clerico. Præpo. in cap. præter. §. fina. colum. 7. distinct. 32. vide text. in cap. ex multis. 1. quæst. 3. & ibi gloss. Imo magis peccant, quàm concubinarij, cum auctoritatem & defensionem delictis præstent. ca. qui aliorum. 24. q. 3. cap. qui consentit. 11. q. 3. Et episcopus qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quàm episcopus. cap. nemo. 83. dist. & suspendi debet. cap. si quis episcopus. ibidem. quod facit contra baiulum Montispessul. quæstum à meretricibus & concubinis intra ciuitatem degentibus recipiẽtem. vide tex. in c. negligere. cap. 2. q. 7. Aufre. in rep. cle. 1. not. 10. de offi. or. deberẽt ergo prælati animaduertere in istos facinorosos concubinarios, sed fortè posset illis dici, Clodiꝰ accusat mœchos. & ꝑ hoc dicit Ioã.

Prælati negligẽtes punire cõcubinarios magis peccant quàm concubinarij.

And.in c.fin.de re.eccle.non alienand.Pontifices muti, de iure suo malè tuti, Cum sint cornuti, non audent cornibus vti.

a ¶ §. *Publici*] Quatuor modis publici dicuntur, vt hic, & in ca. vestra.& ca.tua nos.de coha.cleri.vide etiam per text.& docto. in l.1.ff.de iusti.& iur. Alia licet videre per gloss. prag. sanct.eo. tit.& per hunc tex. declaratur, quis dicatur vsurarius publicus, seu manifestus, de quo in c. 1.& in c.quanquam. de vsur. in 6. & ibi multa addidi. Vide Ange. in disputa.incipien.vsurarij manifesti.

¶ §. Publici [a] autem intelligendi sunt non solum hi quorum concubinatus per sententiã, aut confessionem in iure factam, sed per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, notorium est, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamatam tenent, & per suum superiorem admoniti, ipsam cum effectu non dimittunt.

Clerici an fœminas domi retinere possint.

¶ Notandum est quòd clerici retinentes in domo fœminas prohibitas, peccant mortaliter. text.in ca.interdixit.32. dist. Ratio est, quia malum exemplum dant laicis, & omnibus eum videntibus. vnde dicit Augustinus de singularitate clericorum, Quale præmium fœlicitatis expectat, qui non solum blasphemiam sanctitatis ab infidelibus prouocat, sed fidelibus perniciosum præbet exemplum, vt infirmi sub prætextu dilectionis subtiliter fornicentur, & pudicus impudicissimæ castitatis præbeat magisterium? & abbas qui non verbis & exemplis mandata domini ostenderit, deponi potest, ca.si quis abbas.8.quæst.1. sed hodie si ille text. seruaretur, bene multi deponerentur, vnde prælati tot mortibus digni sunt, quot ad suos subditos perditionis exempla trãsmittunt.ca præcipuè.11.q.3.

¶ Item propter custodiam castitatis, quam difficilè seruat clericus cohabitando cum mulieribus.cap.hosptoilum. 32. distin.& Prouerb. 6.c.dicitur, Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestiméta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, vt non comburantur plãtæ eius? Item ob perfectionem virtutis, ad quam cum difficultate ascendit, qui consortio fœminarum delectatur, vt dicit beatus Hieronymus ad Oceanum.

¶ Præterea conuenit institutioni clericali non tenere mulierem, vt August. vbi supra dicit, Vt quid sibi adhibuit mulierem, qui

qui ducere contempsit vxorem? omnis qui non manducat carnem vt quid habitationem suam carnis apparatibus replet? & qui nō biberit vinum, vt quid vini oblectatione perfruitur? &c. ¶ Vnde scribit Cyprianus in lib. de singularitate clericorū sibi fuisse à domino reuelatum, ne sacerdotes cum fœminis commune haberent contubernium, per scripturarum testimonia etiam antea prohibitū fuisse asserit. & per hoc cōsuluit Bertr. consil. 55. multa sunt. col. 3. vol. 2. ex noua impressione. Plus dicens, quòd sacerdos non tenetur habitare in domo illius coniugati, qui titulum eidem assignauit, sed potest cōpellere eum, vt extra domū eidem alimenta præbeat. Si mulier in domo illi⁹ habitabat. ibidē vide. ¶ Insuper, propter excellētiam ministerij sacerdotalis. nam dicitur, Mundamini, qui fertis vasa domini. ca. necesse 1. q. 1. Et Hiero. ad Oceanum, Quid tibi clerice, cū fœminis, qui cum domino ad altare famularis? Præpos. in d. c. interdixit. Et ꝙ non liceat regularibus tam monachis q̄ canonicis habere concubinas, nec alias mulieres in domibus eorū, patet per totum titulū de cohabi. cler. & sic fuit conclusum Tholosæ, teste Aufrerio in decisio. Tholos. q. 448.

Sacerdos habēs titulum an teneatur morari in domo cū mulieribus.

Prelati quæstus à concubinariis recipere non debent, & si receperint duplum restituent, sed condemnationes ad pios vsus applicare debent.

¶ §. Quia ᵃvero in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictioné ecclesiasticam habentes, pecuniarios quæstus a concubinariis percipere non erubescūt, patientes eos in tali fœditate sordescere, sub pœna maledictionis æternæ, præcipimus, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alterius quęstus talia quouismodo tolerent, aut dissimulent. Alioquin vltra præmissam negligentiæ pœnā, duplū eius quod propter ea acceperint restituere, & ad pios vsus omnino conuertere teneantur & compellantur.

a ¶ §. *Quia verò*] Ex hoc text. patet ꝙ pro hoc delicto non potest episcopus, vel officialis imponere pœnam pecuniariam clerico, conuertendā in vsum episcopi, sed debet conuerti in vsus pios. l. 2. C. de episco. audiē. & ibi pulchrè Bal. Panor. & Fel. in c. irrefragabili. §. cæterum de officio ordina. vbi traditur regula

cum limitationibus, quòd episcopus potest imponere pœnam pecuniariam, si magis timeatur, & debet conuerti, vt hic. Henri. in c. presbyteri. in 2. distin. de pœnis. per cap. dilectus de officio ordina. Barba. in rub. de constitu. colum. penult. Auffrer. in repeti. clemen. 1. colum. 98. in paruo volumi. de offic. ordina. Et præsumitur facere causa quæstus, quando imponit pœnam pecuniariam, & in suum vsum conuertit. Henric. Boic. in d. cap. irrefragabili. Imò si episcopus vel officialis non exprimat, ad qué vsum conuertatur, pium videlicet ad dandum tali pauperi, vel ad reparandam talem ecclesiam, licet dicat ad vsus pios conuertendam pecuniam, tamen solet ab eis appellari ab abusu ad senatum. qui hunc abusum reformat. per hunc textum. etiam in aliis casibus. nam vult senatus vt exprimatur ad quem vsum piũ, ne fiat fraus huic constitutioni.

Episcopus an poßit pœnam pecuniariam imponere, & an valeat statutum.

¶ Idem si præcipiat sub pœna decem, vel alia pecuniaria, nam hoc vidi à senatu reformari, tanquam abusiuum, Anno 1533. die secunda Decembris, contra officialem Cabillonen. vnde dicit glos. in cap. cum multæ. 15. quæst. vltim. quòd ecclesia perdididit ius exigendi pœnam pecuniariam pro sacrilegio impositam, in cap. quisquis. 17. quæst. 4. Sequitur Benedict. in repetit. ca. Raynutius. in verbo mortuo. in 1. nume. 32. de testa. licet Panormi. & alij illam glos. reprobent in cap. cum sit generale. colum. 5. nume. 14. & sequen. de foro competen. Et intelligite eam, vt hic scribitur, quòd pœna pecuniaria imponi possit ad vsum certum, pium & expressum, non aliàs.

Præceptum sub pœna pecuniaria an poßit fieri ab ecclesiastico iudice.

Arrestum.

¶ Valeret tamen statutum episcopi imponens pœnã pecuniariam vltra pœnam iuris, si nó procedat à radice cupiditatis, dũmodo non imponeret pro quolibet crimine. Hostien. in summa, rub. de offic. ordin. §. quid pertinet. col. 2. vers. nó tamẽ Pan. in c. licet. col. 2. de pœnis. &. c. de causis. de offi. deleg. col. 3. sequitur Henri. Bote. in tract. de synodo episcopi. in 3. parte. art. 1. nu. 120. & seq. amplia. 8. quià tũc statutum secundum eos punit, non episcopus. ideo cessat suspitio cupiditatis. vide ibidem fusius, quia per breuitatem tẽporis nó possum alia scribere. Die 7. mẽsis Ianua. an. 1537. fuit causa posita in consilio contra episcopum Ambianen. qui recipiebat sextam partem beneficiorũ pro non residendo, & dando licentiam nó residendi, & fuit factum prçceptũ eidẽ, vt seruaret hæc sancta cócordata, quia episcopus nó debet recipere nisi cathedraticũ. c. conquerente. de offi. ordi. aliàs punitur in quadruplum. c. quoniam. 18. dist. c. constitutum. &. c.

Pecuniam pro non residendo, an episcopi accipere poßint.

Arrestum.

&.c.nulli.16.q.1.pro cathedratico tamen, vt vltra duos ſolidos ſoluatur, valet præſcriptio.cap.olim.de cenſib.

¶ Aliàs fuit prolatum arreſtum in curia parlamenti Pariſien. per quòd fuit factum preceptum epiſcopis, & archiepiſcopis, ac aliis collatoribus huius ſenatus, ne vltra aureum ſumere haberēt pro collatione vnius beneficij inter Guylegier, & Anthonium more, anno 1522. die 12. Martij, vel ſi bene recolo, anno 1523. die verò octaua Februarij. Et ne pro iucundo aduentu aliquid exigant, Anno 1521. die 4. Iunij contra epiſcopum Laodicen. nec etiam pro caritatiuo ſubſidio, vt fuit iudicatum contra epiſcopum Maleacenſem, eo. anno. die 14. Maij: & quando poſſit imponi, & ex quibus cauſis, ſcribit plenè D. Boer. in deciſ. Burdega. q. 133. iuxta pollicitationem, cum multis. q. ſeq. etiam anno 1538. contra officialem Ambianen. requirente regis procuratore, fuit dictum officialem non poſſe laicos condemnare in emendā pro crimine adulterij, fortè quia ferè omnes ſic poſſent condemnari, nempe adulteria ſunt in hoc regno frequentia, eo quòd non puniuntur. Notandum tamen eſt, quòd licet curati nil debeant recipere pro ſepultura. cap. abolendæ. de ſepulturis, nec pro exequiis mortuorum, benedictionibus nubentium, & aliis ſpiritualibus, tamen laudabilis cõſuetudo eſt obſeruanda. cap. ad apoſtolicam. de ſimo. & fuit permiſſum à ſenatu, vt laici compellerentur à iudicibus eccleſiaſticis contra aliquos laicos, qui appellauerant, tanquam ab abuſu, Anno 1528. die 4. Martij. Alioqui nō poſſent curati viuere, cum quidam nil habeant certi, nec decimas, nec alia bona, & poſtquā miniſtrant ſpiritualia, dignum eſt vt metant carnalia, ſecundum doctrinam diui Pauli ad Cor. 9. & c. cū ex officij. de præſcrip. maximè cōpelli debent hoc infœlici tempore, in quo omnis deuotio perit circa deum, & eius eccleſias, de quo ſcribit Roma. conſi. 344. in caſu.

Aureus tātū p collationib° beneficij ſolui debet collatorib°, et nihil p iucundo aduentu.

Arreſta.

Curati pro ſepulturis, & aliis quæ recipere poſſint.

Arreſtum.

Prælati concubinas à ſuis ſubditis, etiam per brachij ſecularis auxilium ſi opus ſit, arcere debent, & filios apud patres concubinarios cohabitare non permittant, hoc dicit.

¶ §. Ipſas [a] autē concubinas, aut ſuſpectas prælati omnibus mo-

a ¶ §. *Ipſas*] Et ſic concubinæ clericorum poſſunt puniri per prælatos eccleſiarum, quibus ſubditi ſunt clerici illis adhærētes, quia ſunt de foro eccleſiæ. gl. in c. eos. 32. diſt. & quia peccant in eccleſiam turpiter adhærendo clerico. Panor. in c. ſi concubinę. de ſenté. excó. Item quia laicus delinquēs cū clerico, efficitur de

Cautela nota. pro delinquente.

dis,& capitulis,& moneri omnes subditos in illis synodis,vt cõcubinas,si quas habent dimittant,aliàs sunt comminandæ pœnæ in eos,sed hodie cum episcopi tãtum curẽt pecuniam,& valorem episcopatus habere, non animarum curam, hoc ferè negligitur ob defectum superiorum.

Iurisdictionem impedientes ecclesiasticã sunt excõmunicati.

a ¶ §.*Iniungimus*] Principes vel alij quicunque sint, non debent impedire iurisdictionem ecclesiasticam, vt hic probatur,& in c.fin.de reb. eccle.non alienan. aliàs ipso facto sunt excommunicati.c.quoniam.de immuni.eccle.in 6. Sed hodie,proh dolor, non minuitur tantum,sed in totum tolli procuratur exquisitis subtilitatibus quibusdam.sed veh illis, nesciunt quid faciunt. dedit enim eos Deus in reprobum sensum.quáobrem plangit ecclesia, vt plenè licet videre in tracta.de planctu ecclesiæ, per Aluar. Plura hic non dico, sed in ordinationibus regiis multa scripsi de his, vbi quandoque videre licebit.& in bulla cœnæ domini. Vide Aegi. Bella mera,consil.40.factum est tale.

Iniungit secularibus, ne aliquod impedimentum prælatis procedentibus aduersus suos subditos pro concubinatu, & aliis casibus à iure permissis inferant.

¶ §. Iniungimus a præterea oĩbus secularibus viris,etiã si regali præfulgeant dignitate,ne vllũ qualecunq; inferãt impedimentum quocũque quæsito colore prælatis, qui ratione officij sui aduers[9] subditos suos pro huiusmodi cõcubinatu & aliis casib[9] sibi à iure permissis procedũt.

Monet omnes laicos, vt à concubinatu abstineant, & hi ad quos pertinet omni studio pro obseruatione huius præcepti laborare debent.

¶ §.Et cum a omne fornicatio-

Morte plectitur qui duas vno tẽpore habet vxores

a ¶ §. *Et cum omne*] Iure prohibitum est habere duas vxores,vt probatur in definitione matrimonij,ibi, viri & mulieris,non dicit mulierum,sed viri.nõ virorum & mulieris.& is qui duas habet,est infamis.l.eum qui duas.C.ad leg.Iuliam.de adulte.solebátque olim fustibus cædi dicit tamen Theoph. in §.affinitatis.de nupt.in instit.capitalem pœnam statutam esse contra accipientem duas vxores eodem tempore,& hodie solet ad mortem condemnari per senatum,tum ratione raptus , quia mulier con-

consensit in eum tanquam in maritum,& non aliàs, & sic contra suam rapitur voluntatem,& plus videtur peccare, qui velamine matrimonij peccat,& clàm facit.argu.l.1. C. de malefic.l. fina.ff.de ritu nup.facit.l.1.C.de delat.lib.10.Ias.in l.singularia. numero.18.ff.si certum peta.tum quia falsum committit, & sic pœna falsi(quæ in regno est mortis per legem regni) condemnatur,tum adulterium cõmittere dicitur,& sacrilegium,& stuprum. Alexand.consilio 165. visis in 7.volumi.per l.1. §.fina.ff. de extraordi. crimi.& l.quanuis. C. ad legem Iuliam.de adulter.Bal.consi. 429. super eod.in 5.volumi. Imò etiam contra illũ qui habet duas vxores, potest inquiri de hæresi,quia malè videtur sentire de sacramẽto matrimonij.Domini.& Perus. in cap. accusatus. de hæretic. in sexto.& videtur taliter contrahendo, committere contra vnum de sacramentis ecclesiæ,& sic est hæreticus.cap.ad abolendam.de hæret.d.c.accusatus.§.1.

nis crimen lege diuina prohibitum sit,& sub pœna peccati mortalis necessario euitandum, monemus omnes laicos tam vxoratos quàm solutos, vt similiter à concubinatu abstineant. Nimis enim reprehẽsibilis est, qui vxorem habet, & ad aliam vxorem, seu mulierem accedit. Qui verò solutus est,si continere nolit,iuxta Apostoli consiliũ,vxorem ducat.Pro huiusmodi autem diuini obseruantia præcepti, ij ad quos pertinet, tam salutaribus monitis,quàm aliis canonicis remediis omni studio laborent.

¶Qui hodie remissus ad iudicem secularem non solet puniri, nisi iudex secularis videat processum iudicis ecclesiastici,& sic seruatur opinio Bar.in l.diuus.2.ff.de custodia reor. Per text.in §.si verò crimen.in authenti. de sanctissi.episcop.colla.9.Idem Bar.& alij in l.magistratibus. in fine.ff. de iurisdictio.omnium iudic.vbi addidi. & ita fuit iudicatum in causa Berquin hæretici,& plurimorum aliorum, quod est contra. c. vt inquisitionis.de hæret.in 6. *Iudices seculares in causa hæresis solent processum videre ecclesiæ.*

¶Item est infamis,& à testimonio repelli debet, si quis habeat vxorem cum concubina,vel duas concubinas. Bald.in l.nemi-

nem.& ibi Barba.in addit. C. de inceſt.nupt. Panormi.in cap. 2.de ſponſa.duo.&.c.cum quidam.columna 2.de iureiur.vbi dicit de religioſo,qui accepit vxorem,an poſſit inquiſitor contra eum inquirere. Idem ſi habeat ſponſam, & alteram concubiná. §.ſi verò effuſa.in autenti. quib. mod.natu. effici.ſui. vel duas ſponſas.l.1.in fine.ff.de his qui not.infam. Et interdum vidi eos à teſtimonio reiectos, vt ſcribo,in tract.de reprobatio.& ſaluat. teſtium.

¶Si tamen quis primò illicitas contraxerit nuptias,& poſtea licitas ſine iudicio eccleſiæ,non eſt puniẽdus,ſecus ſi cótra: tum quia legitimè factum non meretur pœnam,tum quia magnæ ſapientiæ eſt reuocare quod malè egeris.c. magnæ. 22.q.4. Bald. cóſil.118.in 2.incipiente,verba matrimonij.in 1.vol. Tutius eſt, quod iudicio eccleſiæ fiant ſecundæ nuptiæ.

Concubinæ expellendæ & ſpoliandæ.

¶Notandum eſt,quòd ſubtili ingenio ſunt iſtæ concubinæ expellendæ à domibus iſtorum canonicorum,& aliorum clericorum.vt in ſimili dicit tex.in l.2.C.de cómerc.& merca. An poſſint expelli extra ciuitatem,dixi in l.maſſurius.ff. de verbo.ſignificatione,vbi etiam dixi,an & quomodo debeant ſpoliari,& an ſint reſtituendæ poſt ſpoliationem. Quod non,quia authoritate iuris vel iudicis ſpoliatus non reſtituitur. gloſ.in ſumma.3. quæſt.1.vbi limitat,quando non ſeruaretur ordo iuris.& gloſ. in cap.arguta.2.q.6.Idem quando à nó ſuo iudice eſſet ſpoliatus,vel extra iudicium,etiam à ſuo iudice. Hoſtien. in ſumma, de reſtitu.ſpolia.§.quando in prin.& Specula.in tit.de petitor. §.quoniam.vide in addi.ad Panorm.in c.dilectus.1. de reſcrip. Domini.conſil.136.dominus.colum.2. & Iaſ.conſil.9. facti ſeries.in 3.volu.

¶Item non reſtituitur quis,quando immineret ſcandalum.Iaſ. conſi.38.in cauſa.col.1.in 3.vol.glo.ſingu.1.in c.in primis.2.q.1. ſecundum Barb.in tract.de præſt.Card.in 1.quæſt.primę partis. numero 48.columna 12.eſt tamen altera in c. ad petitionem.in verbo reſtituendus.de accuſ.& 3.q.1.in ſumma. vide 50.limitationes ad regulam ſpoliatus,&c.per Corſet.in trac.de poteſt.regia.q.72.

Cautela pro vxore contra maritum concubinariũ.

¶Cautela ſingularis eſt pro vxore,quæ habet maritũ concubinariũ,vt vxor ſuadeat illi marito, quòd promittat mille aureos cuidam amico,vel vxori,ſi redierit ad concubinam: & ſi promiſerit,talis ſtipulatio valebit.tex. ſingu.in l.ex parte. §.mulier.ff. de verbo.obliga.quanuis ſtipulatio pœnalis ad contrahendum ma-

matrimonium non valeat.l.titia.ff.de verbo.obligat.c. gemma, de sponsa. Tamen propter bonos mores cõseruandos in matrimonio hæc valebit, vt ibidem Bar.& alij dicunt.& Bald. in l.vl. in fin. C.de sponsa. nam etsi matrimonium liberũ debet esse, tamẽ executio matrimonij debet esse honesta, nec quicquam debet alter committere, lædens pudorem matrimonij.& sic consului in Mõtepessulano. Imò fortius valet stipulatio pœnalis facta amico, quòd Titius si ludat, promittit cẽtum aureos, & per hoc extrahitur à ludo. & ita cõsului apud Bituriges ꝑ quodam mercatore, qui sic promiserat. & tenet Paulus Areti. & alij in d.§. mulier. *Promissio pœnæ ne quis ludat valet.*

¶Si tamen tutori, vel cõsanguineo pupillæ data fuerit pecunia, vt pupillam daret nuptui Titio, illa pecunia nõ poterit repeti.glos.singu.in l.qui sine.in verbo accepit.ff.de negotiis gestis.quam singu.notat Bart. in c. Raynutius. col.25.de testa.nec est simonia sic recipere pecuniam, vt cõtrahi matrimonium suadeatur. Bald.in rub. C. de sponsa. tamen si tutor dolo versatus fuerit, vt quia dedit pupillam indigno, tenetur ad interesse pupillæ.teste Angel.in d.l.qui sine. & nota quia sæpe corrumpuntur tutores propter pecuniam, & consanguinei in puellis nuptui tradendis.teste Cy.& Bald.in l.si pater, per illum tex. C.de sponsa.& anno 1538.die 7.Ianuarij, quidam emendam honorabilem fecit in palatio, qui suaserat & induxerat iuuenem ad contrahendum matrimonium cum sua consanguinea. In aliis licet videre glos.prag.quæ plenius tractant materiam. Et nouissimè insignis ecclesiæ Viuarien.canonicus D. Bermond.chouero.qui singula tex.verba prosequitur, ac materiam fusius explicat in suo tract.de public.concubina. *Tutor tradens puellã nuptui ob pecuniã an puniatur.* *Arrestum.*

¶Rubrica de excommunicatis non vitandis.

Nullus tenetur vitare excommunicatos, aut suspensos, nisi specialiter publicati & denunciati fuerint, aut notoriè constiterit, in sentẽtiam excommunicationis incidisse, per hoc tamen non releuãtur in aliquo excommunicati, sed vt timoratis conscientiis prouideatur, hoc statuitur.

a ¶Statuimus insuper quod ad vitandum scandala & multa pe

Rubrica de excommunicatis non vitandis.

a ¶*Statuimus*] Potest in tres diuidi partes. in prima ponitur ra-

tio constitutionis edédæ. in secunda ponitur constitutio, ibi, quod nemo deinceps. in tertia, ibi, per hoc declarat nolle per hanc constitutionem releuare excommunicatos, suspensos, vel interdictos.

Alias, prohibitionis.

Excommunicatio an liget absentem.

¶Notandum est dictú solemne in practica, quòd licet excommunicatio liget absentem & ignorãtem quo ad vinculum, non tamen quo ad pœnam ante scientiam, gloss. in c. quanto. 2. quæst. 5. & in c. apostolicæ. de exceptio. & capit. illud. de cleri. excommunic. mi. Roma. consil. 336. circa. facit quod notat Ias. in l. fin. columna 8. numero 46 & sequen. ff. de constitu. princ. & ideo si excómunicatus iustè ignorans excommunicationem celebrauerit, vel alios actus fecerit, nó est irregularis. Ancha. in c. 1. nota, sexto. de cócess. præbend. in 6. & ibi etiam dicunt doctor. nó posse ob hoc priuari beneficio.

Excommunicatus ignoranter celebrans an sit irregularis.

¶Quid si fuerit eidem factum præceptum, vt soluat intra mensem ratione instrumenti facti per notariú, post mensem celebrat, quid iuris?

ricula, subueniendúmque conscientiis timoratis, quod nemo deinceps à communicatione alicuius in sacramentorum administratione vel receptione, aut aliis quibuscunque diuinis, vel extra, prætextu cuiuscunque sententię aut censuræ ecclesiasticę, seu suspensionis, aut priuationis ab homine vel à iure, generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum ecclesiasticú obseruare: nisi sententia, prohibitio, suspensio vel censura huiusmodi fuerit, vel cótra personam, collegium, vniuersitatem ecclesiam, aut locú certum, aut certam, à iudice publicata, & denunciata specialiter & expresè, aut notoriè in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quòd nulla posit tergiuersione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, eú à cómunione illius ábstinere volumus, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquo releuare, neque eis quomodolibet suffragari.

iuris? quæst. pendet. consului ꝙ non est irregularis ante notificationem, quia potest probabiliter ignorare an pars requisierit, & episcopus concesserit excommunicationem, instar eorum, quæ notantur supra in glos. vacantia. §. volumus. de colla. & dixi in repe. l. vnicæ. nota. 1. numero. 54. C. de senten. quæ pro eo quod interest, vide Feli. in c. 2. numero. 7. columna 2. & sequen. de sponsa. & Ioan. Dayma. in verbo decætero, rub. de electio. regia. fol. 176.

¶ Vnde notandum est, quòd si quis velit impetrare, quòd ille regularis priuetur debet declarare papæ, quòd sciens se excommunicatum celebrauit, & quòd declaratus publicè nunciatus erat, aliàs non dabitur priuatio. Panor. per illum tex. in c. illud. de cleri. excō. mi. Staphil. in tract. de literis gratiæ. fol. 166. vers. sed aduertendū. Is tamen, qui est excommunicatus post appellationem, non tenetur desistere à diuinis, quia excommunicatio est nulla. c. dilecti. de appellatio. c. per tuas. de senten. excommuni. Nec efficitur irregularis, qui sic excommunicatus celebrat, & in quibus casibus excommunicatio est nulla. per glos. in c. præsenti. de senten. excommunic. in 6. Panor. & Decius per illum tex. in cap. ad præsentiam. de appellatio. Feli. in cap. Rodulphus. colum. penul. de rescrip. Tutius est tamē à diuinis cessare ante absolutionem.

Impetrans beneficium ob irregularitatem quid exprimere habeat.

Celebrans post excommunicationem, an sit irregularis

¶ Aduertendum est, quòd collatio beneficij facta excommunicato non tenet. c. postulastis. & ibi dixi. de cler. excom. mi. quia iura spiritualia in eum non cadunt. c. cum dilectis. de consuet. c. decernimus. & ibi Bald. per illum tex. de iudic. etiam si collatio fieret motu proprio. Card. in cle. 1. §. 1. q. 4. de religio. domi. siue sit excōmunicatus à iure, siue ab homine. Do. de Rota decisio. 363. nota ꝙ excommunicato. in antiquis. Imol. in c. cū dilectus. in gl. magna. de consuet. circa finem, etiā post absolutionē non valebit, quia ab initio nulla erat, ideo non cōualescit reg. nō firmatur. de reg. iur. in 6. c. dudū. 1. de elec. Archi. in c. nullus 63. dist. Ancha. in d. c. postulastis. nisi fieret eidē de nouo collatio post absolutionē, siue esset excōmunicatus ab episcopo, qui eidē contulit, siue ab alio, siue in eadē diœcesi, siue in alia: quia excommunicatus in vna ecclesia, est etiā vitādus in aliis. c. quisquis. & ibi glos. 4. q. 5. glos. in c. pastoralis. §. verum de appella. Cardi. in c. 1. col. 4. de proba. & cle. 1. versi. ipsius. de pœnis.

Collatio facta excommunicato non tenet.

¶ Item electio facta de excommunicato non tenet, & eligentes peccant. c. constitutis. 1. & ibi gl. de appella. c. cum inter. R. & c.

Excommunicatus an possit eligere, vel eligi, vel postulari.

illa.de electio.etiam si minori excommunicatione fuerit innodatus non debet eligi.c.si celebrat.de cleri. excom.mi. Card.in cle.1.q.5.de religio.domib.Feli. in c.dilecte.col. 2. & sequen.& Dec.in c.dilecti.col.1.de exceptio.

¶ Ad hęc non potest excommunicatus postulari ad dignitates. c.1.de postula.prælat.glo.in c.fi.de excessi. prælat. quia iura loquentia in electione,habent locum in postulatione. glo. in c.1. de postul.prælator.in glo.pen.& in c.fi.de elect.in 6.

Præsentari ad beneficia non potest excommunicatus

¶ Præterea excommunicatus non potest præsentari per patronum ad beneficia. Archid.per illũ text.in c.1.col.3. de exceptio. in 6. Lappus allega.8.præsentatus. Nam & iura loquẽtia in electione procedunt in præsentatione.glo.in c.sciant.&.c.fi.de electi.in 6.Barb.in addit.ad Bald.in l.1.C.de interdict.& pręsentatio largè dicitur electio.tex.& ibi not.doct.in c.2.de iure patro.

Absoluto cum reincidentia post mensem, si postea fiat collatio an valeat.

Si tamen quis fuerit absolutus cum reincidentia ad mẽsem, si post mensem fiat isti collatio valebit,si aliæ literæ reincidentiæ non fuerint concessæ,quia postquam est literatoriè absolutus,literatoriè debet reincidere.

¶ Nec ipso facto reincidit in excommunicationẽ, sed opus est quòd de nouo in illam reducatur.tex.solennis.in c.ad nostram 1.in fi.de iureiur.vbi plenè Feli.post alios.

¶ Contrariũ tamen consuluit Dec.consil.145. quæritur.&.c.apostolicæ.no.1.de excep.Vbi excõmunicatus à iure,quando nõ implet,quod promisit,ipso iure reincidit.c.eos. de senten.excõ. in 6.secus si fuerit aliquis excõmunicatus ab homine, & ab eo absolutus,quia tũc opus est, vt ab homine in excõmunicationẽ reducatur.per d.c.ad nostram.& de Rota decis.490. si excommunicatus.in no.& decis.524.nota ꝙ excommunicatus.in antiq.nec interim efficitur irregularis,si celebret,vt firmãt Domi. & Perus.in c.2.in fi.de senten.excõ.in 6.Feli. in c.veniens.2.de testib.Panor.& Dec.in c.quæstioni.de appellatio.nec istæ literæ absolutionis cũ reincidentia,debẽt operari effectum absolutionis & excõmunicationis,quia inducta ad vnum effectũ, non debent contrariũ effectum operari.l.legata inutiliter.ff.de lega. 1.nã licet quis nõ soluat in termino,ad quẽ se obligauit sub pœna excõmunicationis,tamẽ non est excõmunicatus nisi feratur sententia,quãuis pœna pecuniaria committeretur ipso iure.l.rescriptum.§.si pactum.ff.de pact.quia vincula cẽsuræ sunt à cæteris pœnis diuersæ naturæ. hæc sunt verba Bald.in c. P.& G. col.penul.de offi.deleg.vide Roma.consil.331.in casu.

¶ Neq

¶Nec valet etiam permutatio beneficiorum facta cum excommunicatis, vel si alter eorum sit excommunicatus, quia per permutationem de nouo acquiritur titulus beneficij, cuius est incapax excommunicatus. glo. in §. item insuper. in verbo disponere. de collatio. in prag. Cardi. in cle. 1. versi. ipsius. de pœnis. Nō poterit tamen redire ad suum beneficium is, qui scienter renunciauit, vt excōmunicato conferretur, si obtineat beneficiū excōmunicati. no. doc. per illū tex. in cle. vna. de renū permu. & in c. si beneficia. de præbend. in sexto. licet excommunicatus nō obtineat resignatum sibi collatū propter suam inhabilitatē, vt scripsi in praxi benefic. in rescripto permutationis.

Permutatio non valet cū excōmunicato facta.

¶Excōmunicatus etiam beneficiū impetrare nō potest, quod si fecerit, nō valebit. Cardi. in cle. 1. §. 1. q. 5. de religio. domib. ideo solet Roma. curia hac practica vti, vt absoluat impetrantē quo ad effectū impetrationis, vt dixi supra in forma mandati, in verbo absoluentes. Itē excōmunicatus ad dignitates, vel beneficia, nō potest nominari. Panor. in c. cū inter vniuersas. de elect. col. 2. not. in c. quod sicut. ibidem. & in c. cōstitutis. 1. de appellatio. Suspensus eligi prohibetur, ac eligere. glo. in c. cum dilectus. de consuetud. & d. c. apostolicæ. de exceptio. Feder. in consil. 147. quidā de ciuitate. Domi. in consi. 133. istud dubium. Bertachi. in tract. de episcopo. in 3. parte primi libri. q. 42. & q. 59. vbi dicit esse verū, quando est suspensus ab homine per sententiā, secus si à iure. vt in d. c. apostolicæ. & idem tenet in 1. parte. 2. lib. q. 5. Nec beneficia eisdē conferri possunt. gl. in c. cum bonæ. de ætate & qualita. & in c. fi. de excessi. præla. & in c. fin. 9. q. 1. Præpo. in c. præter. §. fi. 32. dist. Oldra. consil. 286. in electionis.

Eligi non potest excommunicatus nec eligere, nec aliter ei prouideri potest.

Excommunicatus beneficiū non impetrat.

¶Idem in alia prouisione, vt facta excommunicato nō valeat, quia nullum beneficium id temporis acquirere potest. d. c. fi. de excessib. prælato. Asten. in sua summa. tit. 9. q. 7. ideo optio non potest fieri per excommunicatum, iuxta c. fin. de consuetud. in 6. Do. de Rota decis. 195. acceptatio. in no. elucidaui in repet. c. postulastis. de cleric. excom. mi.

¶Collatio etiam facta per excommunicatum non excommunicato, non valet, cum sit exutus authoritate & potestate in spiritualibus. c. cū inter. & ibi docto. de elect. Archi. in c. nullus. 63. distinct. Bened. in repe. c. Raynutius. in verbo mortuo. 1. nume. 285. cum seq. de testa. Imò si conferat, efficitur irregularis, Areti. teste in c. cum nō ab homine. col. pen. de iudic. siue fuerit facta per episcopum, aut alium collatorē, vel per eorum vicarium

Excommunicatus an posit conferre per se vel vicariū

cum limitationibus, quòd episcopus potest imponere pœnam pecuniariam, si magis timeatur, & debet conuerti, vt hic. Henri. in c. presbyteri. in 2. distin. de pœnis. per cap. dilectus de officio ordina. Barba. in rub. de constitu. colum. penult. Auffrer. in repeti. clemen. 1. colum. 98. in paruo volumi. de offic. ordina. Et præsumitur facere causa quæstus, quando imponit pœnam pecuniariam, & in suum vsum conuertit. Henric. Boic. in d. cap. irrefragabili. Imò si episcopus vel officialis non exprimat, ad quē vsum conuertatur, pium videlicet ad dandum tali pauperi, vel ad reparandam talem ecclesiam, licet dicat ad vsus pios conuertendam pecuniam, tamen solet ab eis appellari ab abusu ad senatum. qui hunc abusum reformat. per hunc textum. etiam in aliis casibus. nam vult senatus vt exprimatur ad quem vsum piū, ne fiat fraus huic constitutioni.

Episcopus an possit pœnam pecuniariam imponere, & an valeat statutum.

¶ Idem si præcipiat sub pœna decem, vel alia pecuniaria, nam hoc vidi à senatu reformari, tanquam abusiuum, Anno 1533. die secunda Decembris, contra officialem Cabillonen. vnde dicit glos. in cap. cum multæ. 15. quæst. vltim. quòd ecclesia perdididit ius exigendi pœnam pecuniariam pro sacrilegio impositam, in cap. quisquis. 17. quæst. 4. Sequitur Benedict. in repetit. ca. Raynutius. in verbo mortuo. in 1. nume. 32. de testa. licet Panormi. & alij illam glos. reprobent in cap. cum sit generale. colum. 5. nume. 14. & sequen. de foro competen. Et intelligite eam, vt hic scribitur, quòd pœna pecuniaria imponi possit ad vsum certum, pium & expressum, non aliàs.

Præceptum sub pœna pecuniaria an possit fieri ab ecclesiastico iudice.

Arrestum.

¶ Valeret tamen statutum episcopi imponens pœnā pecuniariam vltra pœnam iuris, si nō procedat à radice cupiditatis, dūmodo non imponeret pro quolibet crimine. Hostien. in summa, rub. de offic. ordin. §. quid pertinet. col. 2. vers. nō tamē Pan. in c. licet. col. 2. de pœnis. &. c. de causis. de offi. deleg. col. 3. sequitur Henri. Bote. in tract. de synodo episcopi. in 3. parte. art. 1. nu. 120. & seq. amplia. 8. quia tūc statutum secundum eos punit, non episcopus. ideo cessat suspitio cupiditatis. vide ibidem fusius, quia per breuitatem tēporis nō possum alia scribere. Die 7. mēsis Ianua. an. 1537. fuit causa posita in consilio contra episcopum Ambianen. qui recipiebat sextam partem beneficiorū pro non residendo, & dando licentiam nō residendi, & fuit factum preceptū eidē, vt seruaret hæc sancta cōcordata, quia episcopus nō debet recipere nisi cathedraticū. c. conquerente. de offi. ordi. aliàs punitur in quadruplum. c. quoniam. 18. dist. c. constitutum. &. c.

Pecuniam pro non residendo, an episcopi accipere possint.

Arrestum.

&.c.nulli.16.q.1.pro cathedratico tamen, vt vltra duos solidos soluatur, valet præscriptio.cap.olim.de censib.

¶ Aliàs fuit prolatum arrestum in curia parlamenti Parisien. per quòd fuit factum preceptum episcopis, & archiepiscopis, ac aliis collatoribus huius senatus, ne vltra aureum sumere haberét pro collatione vnius beneficij inter Guylegier, & Anthonium more, anno 1522. die 12. Martij, vel si bene recolo, anno 1523. die verò octaua Februarij. Et ne pro iucundo aduentu aliquid exigant, Anno 1521. die 4. Iunij contra episcopum Laodicen. nec etiam pro caritatiuo subsidio, vt fuit iudicatum contra episcopum Malcacensem, eo. anno, die 14. Maij: & quando possit imponi, & ex quibus causis, scribit plenè D. Boer. in decis. Burdega. q. 133. iuxta pollicitationem, cum multis. q. seq. etiam anno 1538. contra officialem Ambianen. requirente regis procuratore, suit dictum officialem non posse laicos condemnare in emendá pro crimine adulterij, fortè quia ferè omnes sic possent condemnari, nempe adulteria sunt in hoc regno frequentia, eo quòd non puniuntur. Notandum tamen est, quòd licet curati nil debeant recipere pro sepultura. cap. abolendæ. de sepulturis, nec pro exequiis mortuorum, benedictionibus nubentium, & aliis spiritualibus, tamen laudabilis cósuetudo est obseruanda. cap. ad apostolicam. de simo. & fuit permissum à senatu, vt laici compellerentur à iudicibus ecclesiasticis contra aliquos laicos, qui appellauerant, tanquam ab abusu, Anno 1528. die 4. Martij. Alioqui nó possent curati viuere, cum quidam nil habeant certi, nec decimas, nec alia bona, & postquá ministrant spiritualia, dignum est vt metant carnalia, secundum doctrinam diui Pauli ad Cor. 9. &. c. cú ex officij. de præscrip. maximè cópelli debent hoc infœlici tempore, in quo omnis deuotio perit circa deum, & eius ecclesias, de quo scribit Roma. consi. 344. in casu.

Aureus tãtũ p collationib⁹ beneficij solui debet collatorib⁹, et nihil p iucundo aduentu.

Arresta.

Curati pro sepulturis, & aliis quã recipere possint.

Arrestum.

Prælati concubinas à suis subditis, etiam per brachij secularis auxilium si opus sit, arcere debent, & filios apud patres concubinarios cohabitare non permittant, hoc dicit.

¶ §. Ipsas [a]auté concubinas, aut suspectas prælati omnibus mo-

a ¶ §. *Ipsas*] Et sic concubinæ clericorum possunt puniri per prælatos ecclesiarum, quibus subditi sunt clerici illis adhærétes, quia sunt de foro ecclesiæ. gl. in c. eos. 32. dist. & quia peccant in ecclesiam turpiter adhærendo clerico. Panor. in c. si concubinę. de senté. excó. Item quia laicus delinqués cú clerico, efficitur de

Cautela nota. pro delinquente.

foro ecclesiæ.c.2.de coha.cleri.Et sic infertur, quòd si quinque committāt homicidium,inter quos vnus sit clericus,ratione cōnexitatis remitti omnes debent ad iudicem ecclesiasticum: tum ne causæ continentia diuidatur,l.nulli.C.de iud.tum ne sequātur diuersæ & fortè contrariæ sentētiæ,ad hæc vt priuilegio clerici gaudeat non priuilegiatus. vt in l. si commu-nem.ff.quemad. ser.amit. Istam cautelā tradit Thomas Fer.cautela.10. si cōtingat. quē sequitur Hippo.in sing.18.Ias.in l.si emācipati.col.3. versi.nota tu diligēter. C.de coll. vbi adducit sexdecim similia.hoc tamen non patiuntur regales obseruari,sed quilibet in suo punitur foro.vt vidi seruari in practica.vt alibi scripsi.

dis curēt à suis subditis per auxiliū,& brachij secularis inuocationē si opus fuerit, penitus arcere,q etiā filios ex tali cōcubinatu procreatos, apud patres suos cohabitare nō permittāt.

¶Quæro,an concubina clerici possit puniri per iudicem secularem? Videtur quòd non,quia cōcubinatus de iure ciuili est permissus,per totum tit.de concu. ff.& C.& supra dixi. & ita tenet Are.in l.ex parte.§.mulier.ff.de verb.oblig.

Iudices regii concubinas clericorum & ipsos puniūt.

¶Contrarium teneo,tum quia hic concubinatus prohibetur,& est lex regni facta à Papa & Rege,tum quia ad officium iudicis secularis pertinet compellere remediis secularibus, vt homines honestè viuant.l.iustitia.& ibi Alber.ff. de institu.& iur.§.iuris præcepta.instit.illo tit.ita tenet Paul. in d.§.mulier. Et hoc intelligi debet in concubina publica.secus in secreta. Ancha.cōsil. 196.magnifice.2.q.vbi dicit non valere statutum laicorum editum contra concubinas clericorum , quia ob hoc percutiuntur mala fama corda clericorum,& vituperatur ministerium ecclesiasticū,& in mentibus fidelium scandalum generatur,c.presbyter,2.q.5.& cap.si mala fama.ibidem . Ias.in l. cum quædam.in princ.col.vlt.ff.de iuris.om.iudi.Et plenè Feli.in c.ecclesia.nu. 102.q.16.de consti.Hic non dubitatur, cum lex sit facta à duobus magnis dominis,quin valeat, sed per hoc non posset iudex secularis ex officio inquirere cōtra cōcubinā clerici secretā,& eā punire,vt concludit Ancha.dict.consi.196.col.3.ibi vide susius. ¶Hodie non,tamē nō prohiberetur,& bonū esset quòd inquireret,postquam iudices ecclesiastici sunt negligentes, & iudices seculares in hoc regno solēt tales cōcubinas,& clericos illas haben-

ben-

bentes punire, maximè parlamenta Franciæ, vt vidi seruari sæpius in hoc parlamento, & debet vigilare maximè contra abbates, & episcopos concubinas habentes, vt senatus Burdegal. fecit. de quo refert Boer. in decis. suis. q. 72. quæstio fuit.

¶Quid si prælati sint negligentes, & non inuocent brachiũ seculare contra hosce furentes concubinarios, an iudices regij possint compellere ipsos concubinarios clericos, vt dimittant suas cõcubinas, & eas punire? Respon. sic, quia regales efficiuntur conseruatores istorum cõcordatorum per papam. in rub. de protectio. concorda. infra. & sic authoritate & apostolica & regia hoc faciunt, quia honestas viuendi est de præceptis iuris ciuilis, quæ pertinet ad præcepta iuris, vt honestè viuatur quorum iudex est executor. Paul. & Claud. de Seycello. in l. iustitia. ff. de iusti. & iure. per text. in l. consensu. §. 1. C. de repud. & ideo in hoc sacratissimo senatu, die vlti. Aprilis, anno 1538. fuit dictum contra sacerdotes Melden. quatuor vel quinque, de quibus constabat curiæ per informationes esse concubinarios, quòd caperentur, & omnes concubinæ expellerentur à domibus illorum, & præciperetur eisdem concubinis sub pœna fustigationis, ne ad domos dictorũ sacerdotum amplius accedere, vel commorari auderent, & quòd D. Melden. episcopus crearet vicarium qui istos concubinarios puniret. *Arrestum.*

Episcopi in suis synodis statuta ista publicare, & monere subditos debent, vt cõcubinas dimittant.

¶§. Iubemus ᵃ insuper quòd in prædictis synodis & capitulis præmissa publicentur, & vt quilibet suos subditos ad ipsarũ concubinarũ dimissionem moneant diligenter.

¶Audiui etiam iudicari abusiuè concessum, si officialis requisitus à iudice laico, moneat clericum sub pœna excommunicationis, vt soluat, si inserat clausulam, nisi coram nobis causam allegare voluerit, quia illa clausula nõ debet (vt regales dicunt) poni, aliàs semper haberet causæ cognitionem rei iudicatæ, & alterius cuiuslibet rei ad iudicem laicum pertinentis, quod nõ permittunt regales, vt fuit pronunciatum in senatu, anno 1542. die 25. Septemb. nisi assignaretur oppositio in parlamento, vel coram eo qui sententiam protulit. *Arrestum.*

a ¶§. *Iubemus*] Vult hanc constitutionem publicari in syno-

dis,& capitulis,& moneri omnes subditos in illis synodis,vt cõcubinas,si quas habent dimittant,aliàs sunt comminandæ pœnæ in eos,sed hodie cum episcopi tãtum curẽt pecuniam,& valorem episcopatus habere, non animarum curam, hoc ferè negligitur ob defectum superiorum.

Iurisdictionem impedientes ecclesiasticã sunt excõmunicati.

a ¶ §.*Iniungimus*] Principes vel alij quicunque sint, non debent impedire iurisdictionem ecclesiasticam, vt hic probatur,& in c.fin.de reb. eccle.non alienan. aliàs ipso facto sunt excommunicati.c.quoniam.de immuni.eccle.in 6. Sed hodie,proh dolor, non minuitur tantum,sed in totum tolli procuratur exquisitis subtilitatibus quibusdam.sed veh illis, nesciunt quid faciunt. dedit enim eos Deus in reprobum sensum.quãobrem plangit ecclesia, vt plenè licet videre in tracta.de planctu ecclesiæ, per Aluar. Plura hic non dico, sed in ordinationibus regiis multa scripsi de his, vbi quandoque videre licebit.& in bulla cœnæ domini. Vide Aegi. Bellamera,consil. 40.factum est tale.

Iniungit secularibus, ne aliquod impedimentum prælatis procedentibus aduersus suos subditos pro concubinatu, & aliis casibus à iure permissis inferant.

¶ §. Iniungimus a præterea oĩbus secularibus viris,etiã si regali præfulgeant dignitate,ne vllũ qualecunq; inferãt impedimentum quocũque quæsito colore prælatis, qui ratione officij sui aduers9 subditos suos pro huiusmodi cõcubinatu & aliis casib9 sibi à iure permissis procedũt.

Monet omnes laicos, vt à concubinatu abstineant,& hi ad quos pertinet omni studio pro obseruatione huius præcepti laborare debent.

¶ §.Et cum a omne fornicatio-

Morte plectitur qui duas vno tẽpore habet vxores

a ¶ §. *Et cum omne*] Iure prohibitum est habere duas vxores,vt probatur in definitione matrimonij,ibi, viri & mulieris,non dicit mulierum,sed viri.nõ virorum & mulieris.& is qui duas habet,est infamis.l.eum qui duas.C.ad leg.Iuliam.de adulte.solebãtque olim fustibus cædi dicit tamen Theoph. in §.affinitatis.de nupt.in instit.capitalem pœnam statutam esse contra accipientem duas vxores eodem tempore,& hodie solet ad mortem condemnari per senatum,tum ratione raptus , quia mulier

con-

consensit in eum tanquam in maritum,& non aliàs, & sic contra suam rapitur voluntatem,& plus videtur peccare, qui velamine matrimonij peccat,& clàm facit.argu.l.1. C. de malefic.l. fina.ff.de ritu nup.facit.l.1.C.de delat.lib.10.Ias.in l.singularia. numero.18.ff.si certum peta.tum quia falsum committit, & sic pœna falsi(quæ in regno est mortis per legem regni) condemnatur,tum adulterium cõmittere dicitur,& sacrilegium,& stuprum. Alexand.consilio 165. visis in 7.volumi.per l.1. §.fina.ff. de extraordi. crimi.& l.quanuis. C. ad legem Iuliam.de adulter.Bal.consi. 429. super eod.in 5.volumi. Imò etiam contra illũ qui habet duas vxores, potest inquiri de hæresi,quia malè videtur sentire de sacramẽto matrimonij.Domini.& Perus. in cap. accusatus. de hæretic. in sexto.& videtur taliter contrahendo, committere contra vnum de sacramentis ecclesiæ,& sic est hæreticus.cap.ad abolendam.de hæret.d.c.accusatus.§.1.

nis crimen lege diuina prohibitum sit,& sub pœna peccati mortalis necessario euitandum, monemus omnes laicos tam vxoratos quàm solutos, vt similiter à concubinatu abstineant. Nimis enim reprehẽsibilis est, qui vxorem habet, & ad aliam vxorem, seu mulierem accedit. Qui verò solutus est, si continere nolit, iuxta Apostoli consiliũ, vxorem ducat. Pro huiusmodi autem diuini obseruantia præcepti, ij ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quàm aliis canonicis remediis omni studio laborent.

¶Qui hodie remissus ad iudicem secularem non solet puniri, nisi iudex secularis videat processum iudicis ecclesiastici,& sic seruatur opinio Bar.in l.diuus.2.ff.de custodia reor.Per text.in §.si verò crimen.in authenti. de sanctissi.episcop.colla.9.Idem Bar.& alij in l.magistratibus. in fine.ff. de iurisdictio.omnium iudic.vbi addidi. & ita fuit iudicatum in causa Berquin hæretici,& plurimorum aliorum, quod est contra. c. vt inquisitionis.de hæret.in 6.

Iudices seculares in causa hæresis solent processum videre ecclesiæ.

¶Item est infamis,& à testimonio repelli debet, si quis habeat vxorem cum concubina,vel duas concubinas. Bald.in l.nemi-

nem.& ibi Barba.in addit. C. de inceſt.nupt. Panormi.in cap. 2.de ſponſa.duo.&.c.cum quidam.columna 2.de iureiur.vbi dicit de religioſo,qui accepit vxorem,an poſſit inquiſitor contra eum inquirere.Idem ſi habeat ſponſam., & alteram concubiná. §.ſi verò effuſa.in autenti. quib. mod.natu. effici.ſui. vel duas ſponſas.l.1.in fine.ff.de his qui not.infam.Et interdum vidi eos à teſtimonio reiectos, vt ſcribo,in tract.de reprobatio.& ſalua. teſtium.

¶Si tamen quis primò illicitas contraxerit nuptias,& poſtea licitas ſine iudicio eccleſiæ,non eſt puniẽdus,ſecus ſi cõtra: tum quia legitimè factum non meretur pœnam,tum quia magnæ ſapientiæ eſt reuocare quod malè egeris.c. magnæ. 22.q.4. Bald. cõſil.118.in 2.incipiente,verba matrimonij.in 1.vol. Tutius eſt, quod iudicio eccleſiæ fiant ſecundæ nuptiæ.

Concubinæ expellendæ & ſpoliandæ.

¶Notandum eſt,quòd ſubtili ingenio ſunt iſtæ concubinæ expellendæ à domibus iſtorum canonicorum,& aliorum clericorum.vt in ſimili dicit tex.in l.2.C.de cõmerc.& merca. An poſſint expelli extra ciuitatem,dixi in l.maſſurius.ff. de verbo.ſignificatione,vbi etiam dixi,an & quomodo debeant ſpoliari,& an ſint reſtituendæ poſt ſpoliationem.Quod non,quia authoritate iuris vel iudicis ſpoliatus non reſtituitur. gloſ.in ſumma.3. quæſt.1.vbi limitat,quando non ſeruaretur ordo iuris.& gloſ. in cap.arguta.2.q.6.Idem quando à nõ ſuo iudice eſſet ſpoliatus,vel extra iudicium,etiam à ſuo iudice. Hoſtien. in ſumma, de reſtitu.ſpolia.§.quando in prin.& Specula.in tit.de petitor. §.quoniam.vide in addi.ad Panorm.in c.dilectus.1. de reſcrip. Domini.conſil.136.dominus.colum.2. & Iaſ.conſil.9. facti ſeries.in 3.volu.

¶Item non reſtituitur quis,quando immineret ſcandalum.Iaſ. conſi.38.in cauſa.col.1.in 3.vol.glo.ſingu.1.in c.in primis.2.q.1. ſecundum Barb.in tract.de præſt.Card.in 1.quæſt.primę partis. numero 48.columna 12.eſt tamen altera in c. ad petitionem.in verbo reſtituendus.de accuſ.& 3.q.1.in ſumma. vide 50.limitationes ad regulam ſpoliatus,&c.per Corſet.in trac.de poteſt.regia.q.72.

Cautela pro vxore contra maritum concubinariũ.

¶Cautela ſingularis eſt pro vxore,quæ habet maritũ concubinariũ,vt vxor ſuadeat illi marito, quòd promittat mille aureos cuidam amico,vel vxori,ſi redierit ad concubinam: & ſi promiſerit,talis ſtipulatio valebit.tex. ſingu.in l.ex parte. §.mulier.ff. de verbo.obliga.quanuis ſtipulatio pœnalis ad contrahendum

matrimonium non valeat.l.titia.ff.de verbo.obligat.c. gemma, de sponsa. Tamen propter bonos mores cõseruandos in matrimonio hæc valebit, vt ibidem Bar.& alij dicunt.& Bald. in l.vl. in fin. C.de sponsa.nam etsi matrimonium liberũ debet esse, tamẽ executio matrimonij debet esse honesta, nec quicquam debet alter committere, lædens pudorem matrimonij.& sic consului in Mõtepessulano. Imò fortius valet stipulatio pœnalis facta amico, quòd Titius si ludat, promittit cẽtum aureos, & per hoc extrahitur à ludo. & ita cõsului apud Bituriges ꝓ quodam mercatore, qui sic promiserat. & tenet Paulus Areti. & alij in d.§. mulier. *Promissio pœnæ ne quis ludat valet.*

¶Si tamen tutori, vel cõsanguineo pupillæ data fuerit pecunia, vt pupillam daret nuptui Titio, illa pecunia nõ poterit repeti.glos.singu.in l.qui sine.in verbo accepit.ff.de negotiis gestis.quam singu.notat Bart. in c. Raynutius. col.25.de testa.nec est simonia sic recipere pecuniam, vt cõtrahi matrimonium suadeatur. Bald.in rub. C. de sponsa. tamen si tutor dolo versatus fuerit, vt quia dedit pupillam indigno, tenetur ad interesse pupillæ. teste Angel.in d.l.qui sine. & nota quia sæpe corrumpuntur tutores propter pecuniam, & consanguinei in puellis nuptui tradendis. teste Cy.& Bald.in l.si pater, per illum tex. C.de sponsa.& anno 1538.die 7.Ianuarij, quidam emendam honorabilem fecit in palatio, qui suaserat & induxerat iuuenem ad contrahendum matrimonium cum sua consanguinea. In aliis licet videre glos.prag.quæ plenius tractant materiam. Et nouissimè insignis ecclesiæ Viuarien.canonicus D. Bermond.chouero.qui singula tex.verba prosequitur, ac materiam fusius explicat in suo tract.de public.concubina. *Tutor tradens puellã nuptui ob pecuniã an puniatur.* *Arrestum.*

¶Rubrica de excommunicatis non vitandis.

Nullus tenetur vitare excommunicatos, aut suspensos, nisi specialiter publicati & denunciati fuerint, aut notoriè constiterit, in sentẽtiam excommunicationis incidisse, per hoc tamen non releuãtur in aliquo excommunicati, sed vt timoratæ conscientiæ prouideatur, hoc statuitur.

a ¶Statuimus insuper quod ad vitandum scandala & multa pe

Rubrica de excommunicatis non vitandis.

a ¶*Statuimus*] Potest in tres diuidi partes. in prima ponitur ra-

tio constitutionis edẽdæ. in secunda ponitur constitutio, ibi, quod nemo deinceps. in tertia, ibi, per hoc declarat nolle per hanc constitutionem releuare excommunicatos, suspensos, vel interdictos.

Alias, prohibitionis.

Excommunicatio an liget absentem.

¶ Notandum est dictũ solemne in practica, quòd licet excommunicatio liget absentem & ignorãtem quo ad vinculum, non tamen quo ad pœnam ante scientiam, glos. in c. quanto. 2. quæst. 5. & in c. apostolicæ. de exceptio. & capit. illud. de cleri. excommunic. mi. Roma. consil. 336. circa. facit quod notat Ias. in l. fin. columna 8. numero 46 & sequen. ff. de constitu. princ. & ideo si excõmunicatus iustè ignorans excommunicationem celebrauerit, vel alios actus fecerit, nõ est irregularis. Ancha. in c. 1. nota. sexto. de cõcess. præbend. in 6. & ibi etiam dicunt doctor. nõ posse ob hoc priuari beneficio.

Excommunicatus ignoranter celebrans an sit irregularis.

¶ Quid si fuerit eidem factum præceptum, vt soluat intra mensem ratione instrumenti facti per notariũ, post mensem celebrat, quid iuris?

ricula, subueniendúmque conscientiis timoratis, quod nemo deinceps à communicatione alicuius in sacramentorum administratione vel receptione, aut aliis quibuscunque diuinis, vel extra, prætextu cuiuscunque sententię aut censuræ ecclesiasticę, seu suspensionis, aut priuationis ab homine vel à iure, generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum ecclesiasticũ obseruare: nisi sententia, prohibitio, suspensio vel censura huiusmodi fuerit, vel cõtra personam, collegium, vniuersitatem ecclesiam, aut locũ certum, aut certam, à iudice publicata, & denunciata specialiter & expressè, aut notoriè in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quòd nulla possit tergiuersione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, eũ à cõmunione illius abstinere volumus, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquo releuare, neque eis quomodolibet suffragari.

iuris? quæst. pendet. consului ꝙ non est irregularis ante notificationem, quia potest probabiliter ignorare an pars requisierit, & episcopus concesserit excommunicationem, instar eorum, quæ notantur supra in glos. vacantia. §. volumus. de colla. & dixi in repe. l. vnicæ, nota. 1. numero. 54. C. de senten. quæ pro eo quod interest, vide Feli. in c. 2. numero. 7. columna 2. & sequen. de sponsa. & Ioan. Dayma. in verbo decætero, rub. de electio. regia. fol. 176.

Impetrans beneficium ob irregularitatem quid exprimere habeat.

¶ Vnde notandum est, quòd si quis velit impetrare, quòd ille regularis priuetur debet declarare papæ, quòd sciens se excommunicatum celebrauit, & quòd declaratus publicè nunciatus erat, aliàs non dabitur priuatio. Panor. per illum tex. in c. illud. de cleri. excó. mi. Staphil. in tract. de literis gratiæ. fol. 166. vers. sed aduertendũ. Is tamen, qui est excommunicatus post appellationem, non tenetur desistere à diuinis, quia excommunicatio est nulla. c. dilecti. de appellatio. c. per tuas. de senten. excommuni.

Celebrans post excommunicationem, an sit irregularis.

Nec efficitur irregularis, qui sic excommunicatus celebrat, & in quibus casibus excommunicatio est nulla. per glos. in c. præsenti. de senten. excommunic. in 6. Panor. & Decius per illum tex. in cap. ad præsentiam. de appellatio. Feli. in cap. Rodulphus. colum. penul. de rescrip. Tutius est tamẽ à diuinis cessare ante absolutionem.

Collatio facta excommunicato non tenet.

¶ Aduertendum est, quòd collatio beneficij facta excommunicato non tenet. c. postulastis. & ibi dixi. de cler. excom. mi. quia iura spiritualia in eum non cadunt. c. cum dilectis. de consuet. c. decernimus. & ibi Bald. per illum tex. de iudic. etiam si collatio fieret motu proprio. Card. in cle. 1. §. 1. q. 4. de religio. domi. siue sit excõmunicatus à iure, siue ab homine. Do. de Rota decisio. 363. nota ꝙ excommunicato. in antiquis. Imol. in c. cũ dilectus. in gl. magna. de consuet. circa finem, etiã post absolutionẽ non valebit, quia ab initio nulla erat, ideo non cõualescit reg. nõ firmatur. de reg. iur. in 6. c. dudũ. 1. de elec. Archi. in c. nullus 63. dist. Ancha. in d. c. postulastis. nisi fieret eidẽ de nouo collatio post absolutionẽ, siue esset excõmunicatus ab episcopo, qui eidẽ contulit, siue ab alio, siue in eadẽ diœcesi, siue in alia: quia excommunicatus in vna ecclesia, est etiã vitãdus in aliis. c. quisquis. & ibi glos. 4. q. 5. glos. in c. pastoralis. §. verum de appella. Cardi. in c. 1. col. 4. de proba. & cle. 1. versi. ipsius. de pœnis.

¶ Item electio facta de excommunicato non tenet, & eligentes peccant. c. constitutis. 1. & ibi gl. de appella. c. cum inter. R. & c.

Excommunicatus an possit eligere, vel eligi, vel postulari.

illa.de electio.etiam si minori excommunicatione fuerit innodatus non debet eligi.c.si celebrat.de cleri. excom.mi. Card.in cle.1.q.5.de religio.domib. Feli. in c.dilecte.col. 2. & sequen.& Dec.in c.dilecti.col.1.de exceptio.

¶ Ad hęc non potest excommunicatus postulari ad dignitates. c.1.de postula.prælat.glo.in c.fi.de excessi. prælat. quia iura loquentia in electione,habent locum in postulatione. glo. in c.1. de postul.prælator.in glo.pen.& in c.fi.de elect.in 6.

Præsentari ad beneficia non potest excommunicatus

¶ Præterea excommunicatus non potest præsentari per patronum ad beneficia. Archid.per illũ text.in c.1.col.3. de exceptio. in 6. Lappus allega.8.præsentatus. Nam & iura loquẽtia in electione procedunt in præsentatione.glo.in c.sciant.&.c.fi.de electi.in 6.Barb.in addit.ad Bald.in l.1.C.de interdict.& pręsentatio largè dicitur electio.tex.& ibi not.doct.in c.2.de iure patro. Si tamen quis fuerit absolutus cum reincidentia ad mẽsem, si post mensem fiat isti collatio valebit,si aliæ literæ reincidentiæ non fuerint concessæ,quia postquam est literatoriè absolutus,literatoriè debet reincidere.

Absoluto cum reincidentia post mensem, si postea fiat collatio an valeat.

¶ Nec ipso facto reincidit in excommunicationẽ , sed opus est quòd de nouo in illam reducatur.tex.solennis.in c.ad nostram 1.in fi.de iureiur.vbi plenè Feli.pòst alios.

¶ Contrariũ tamen consuluit Dec.consil.145. quæritur.&.c.apostolicæ.no.1.de excep. Vbi excõmunicatus à iure,quando nõ implet,quod promisit,ipso iure reincidit.c.eos. de senten.excõ. in 6.secus si fuerit aliquis excõmunicatus ab homine , & ab eo absolutus,quia tũc opus est, vt ab homine in excõmunicationẽ reducatur.per d.c.ad nostram.& de Rota decis.490. si excommunicatus.in no.& decis.524.nota ꝙ excommunicatus.in antiq.nec interim efficitur irregularis,si celebret,vt firmãt Domi. & Perus.in c.2.in fi.de senten.excõ.in 6.Feli. in c.veniens.2.de testib.Panor.& Dec.in c.quæstioni.de appellatio.nec istæ literæ absolutionis cũ reincidentia,debẽt operari effectum absolutionis & excõmunicationis,quia inducta ad vnum effectũ, non debent contrariũ effectum operari.l.legata inutiliter.ff.de lega. 1.nã licet quis nõ soluat in termino,ad quē se obligauit sub pœna excõmunicationis,tamẽ non est excõmunicatus nisi feratur sententia,quãuis pœna pecuniaria committeretur ipso iure.l.rescriptum.§.si pactum.ff.de pact.quia vincula cẽsuræ sunt à cæteris pœnis diuersæ naturæ. hæc sunt verba Bald.in c. P.& G. col.penul.de offi.deleg.vide Roma.consil.331.in casu.

¶ Nec

¶Nec valet etiam permutatio beneficiorum facta cum excommunicatis, vel si alter eorum sit excommunicatus, quia per permutationem de nouo acquiritur titulus beneficij, cuius est incapax excommunicatus. glo. in §. item insuper. in verbo disponere. de collatio. in prag. Cardi. in cle. 1. versi. ipsius. de pœnis. Nõ poterit tamen redire ad suum beneficium is, qui scienter renunciauit, vt excõmunicato conferretur, si obtineat beneficiũ excõmunicati. no. doc. per illũ tex. in cle. vna. de rerũ permu. & in c. si beneficia. de præbend. in sexto. licet excommunicatus nõ obtineat resignatum sibi collatũ propter suam inhabilitatẽ, vt scripsi in praxi benefic. in rescripto permutationis.

Permutatio non valet cũ excõmunicato facta.

Eligi non potest excommunicatus nec eligere, nec aliter ei prouideri potest.

¶Excõmunicatus etiam beneficiũ impetrare nõ potest, quod si fecerit, nõ valebit. Cardi. in cle. 1. §. 1. q. 5. de religio. domib. ideo solet Roma. curia hac practica vti, vt absoluat impetrantẽ quo ad effectũ impetrationis, vt dixi supra in forma mandati, in verbo absoluentes. Itẽ excõmunicatus ad dignitates, vel beneficia, nõ potest nominari. Panor. in c. cũ inter vniuersas. de elect. col. 2. not. in c. quod sicut. ibidem. & in c. cõstitutis. 1. de appellatio. Suspensus eligi prohibetur, ac eligere. glo. in c. cum dilectus. de consuetud. & d. c. apostolicæ. de exceptio. Feder. in consil. 147. quidã de ciuitate. Domi. in consi. 133. istud dubium. Bertachi. in tract. de episcopo. in 3. parte primi libri. q. 42. & q. 59. vbi dicit esse verũ, quando est suspensus ab homine per sententiã, secus si à iure. vt in d. c. apostolicæ. & idem tenet in 1. parte. 2. lib. q. 5. Nec beneficia eisdẽ conferri possunt. gl. in c. cum bonæ. de ætate & qualita. & in c. fi. de excessi. præla. & in c. fin. 9. q. 1. Præpo. in c. præter. §. fi. 32. dist. Oldra. consil. 286. in electionis.

Excommunicatus beneficiũ non impetrat.

¶Idem in alia prouisione, vt facta excommunicato nõ valeat, quia nullum beneficium id temporis acquirere potest. d. c. fi. de excessib. prælato. Asten. in sua summa. tit. 9. q. 7. ideo optio non potest fieri per excommunicatum, iuxta c. fin. de consuetud. in 6. Do. de Rota decis. 195. acceptatio. in no. elucidaui in repet. c. postulastis. de cleric. excom. mi.

¶Collatio etiam facta per excommunicatum non excommunicato, non valet, cum sit exutus authoritate & potestate in spiritualibus. c. cũ inter. & ibi docto. de elect. Archi. in c. nullus. 63. distinct. Bened. in repe. c. Raynutius. in verbo mortuo. 1. nume. 285. cum seq. de testa. Imò si conferat, efficitur irregularis, Areti. teste in c. cum nõ ab homine. col. pen. de iudic. siue fuerit facta per episcopum, aut alium collatorẽ, vel per eorum vicarium

Excommunicatus an poßit conferre per se vel vicariũ

etiam non excommunicatum, quia cum vicarij nomine episcopi excommunicati conferant, & vna eadémque persona videantur esse, arg. c. 2. de consuetu. in 6. ideo suspésus erit vicarius per excõmunicationé episcopi, sicut per morté esset reuocatus. glo. vlti. in cle. fin. de procurato. Panor. in c. quoniam. nu. 10. de offi. deleg. Perus. in c. 1. de offi. vica. in 6. etiam si collator ignoraret se excommunicatum. glos. in c. pen. de cleri. excom. mi. Panor. Imol. & alij in c. pastoralis. §. verum. de appell. licet glo. ibi contrarium teneat. vide Cardi. consil. 40. in facto. quia in his quæ geruntur ratione priuati officij, non est differentia inter occultum & publicum. secus in his quæ ratione publici officij geruntur. glo. & docto. in c. ad probandum. de re iudi. Feder. consilio 231. in antiq. in fi. de Bella mera. decisio. 66. secretum. & in cap. consulti. de procura.

¶Et in eo quòd iste tex. requirit denunciationé, est conueniens textui diui Paul. 1. ad Cor. 5. in fi. ibi, si is qui frater nominatur, inter vos est fornicator, aut auarus, cum huiusmodi. nolite cibũ sumere, ergo oportet quòd prius nominetur & denuncietur, vt hic à iudice publicata, & denunciata specialiter, &c.

Excõmunicatus non eligit.

¶Item excommunicatus non eligit. cap. vno. ne sede vacant. in 6. glo. in c. fina. de excess. præla. Florent. in 3. parte summæ. titu. 24. c. 76. rub. de causa fi. excõ. vers. 8. Domin. Boer. in addit. ad Mandagot. in 1. parte. c. 6. tracta. de elect. intellige in electione quæ confert ius in beneficiis. secus in electione declaratoria voluntatis, quæ potest per excommunicatum fieri. l. ex facto. §. si quis rogatus in 2. ff. ad Trebel. c. significasti. de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adulter.

¶Imò si inter omnes canonicos vnus tantum sit excõmunicatus, & alij vel maior pars hoc sciat, & possunt eum ab electione repellere, & non expellunt, sed cum eo eligunt, electio talis non valet. do. in c. fi. de procurato. Innocen. & alij in c. illa. de elect. glos. in c. fina. 9. q. 1. & in verbo censuræ. eodem titu. in pragm. Imol. in d. c. cum dilectus. nu. 28. de consuetu. vide Bertachi. in tracta. de episcopo. in 3. parte primi libri. q. 3. Fallit in casu. §. fi. clem. ne Romani. de elect. vbi videre licet.

Patronus excommunicatus nõ præsentat.

¶Excõmunicatus etiam patronus nõ potest pręsentare. Panor. in c. nobis. de iure patro. Paul. de Citad. in tracta. de iure patro. in 3. parte. 1. causæ acquirendi. q. 10. quod est verũ in clerico patrono, quia præsentatio per eum facta quandam vim electionis habet. glo. in c. sciant. de elect. in 6. c. cum autem de iure patro.

& per

& per eã acquiritur ius præsentato. secus in patrono laico, quia ex sua præsentatione nil iuris præsentato, vel parũ acquiritur; sed totum pendet ab instituente, cum ex gratia ei concedatur prçsentatio. ca. quoniam. de iure patro. Domi. de Rota, decisio. 161. not. quòd patronus. & decis. 527. in antiq. & decis. 2. de iure patr. Rochus in tracta. de cure patro. in verbo competens. quæst. 8.

¶ Primò, fallit quando excommunicatio esset nulla, & de hoc constaret tempore electionis, vel collationis, seu alterius dispositionis. c. veritate. 8. dist. Innoc. & Ioan. And. in cap. dilectis. in fi. de appel. Panor. in c. ita quorundam. in fi. de Iudæis. si dubiũ erat an valeret excõmunicatio, electio, vel collatio pendet à futuro euentu. argu. l. exitus. ff. de acquirend. possessione. Nam si nulla pronuntietur excommunicatio, valebit electio, & collatio. alioqui secus. Hen. Boic. in d. c. dilectis.

¶ Secundò, fallit quãdo non erat excommunicatus tẽpore collationis vel electionis. c. proposuit. de cleri. excõ. mini. Rota decisio. 238. no. gl. in antiqu. ideo testes debent deponere, quòd tempore collationis, vel electionis erat excõmunicatus. Archi. in d. c. nullus. 63. dist. cum hoc nõ probetur in recredentia, excommunicatus habens apparentiorem titulum, eam obtinebit, nisi literatoriè probaretur eum excommunicatum.

¶ Tertiò, fallit in acceptatione, quæ potest fieri per excommunicatum, cum non sit nisi declaratio voluntatis, quam excõmunicatus retinet, de Rota. decis. vlti. de senten. excõ. Cardi. cõsil. 103. casus super quo. col. 4. num. 20. secus si per eam acquireretur ius. c. referẽte. de præb. Rota in decis. 195. acceptatio, in no. & decis. 720. no. quòd excommunicatus. in antiq. & per istam acceptationem impeditur præuentio papæ, de qua supra dixi in rub. de mandat. aposto. in verbo præuentionis. Alia multa dixi in repetit. ca. postulastis, de cleric. excom. mini. vbi licet videre. Interim ista sunt valde notanda, quia vtilia & quotidiana.

Quæ acceptatio possit fieri per excommunicatum.

¶ Verum enimuero, quia vidi permultos iuuenes cõtra ecclesiæ censuras hoc infœlici tempore propensos, ideo volui pœnas aliquas hic cumulare, vt posthac quilibet excõmunicationẽ, aliasq; ecclesiæ cẽsuras, siue iustè indictæ sint, siue iniustè, timeat. c. sententia. 11. q. 3. vnde multas ex superioribus scrip. elicere poteritis.

Pœnæ contra excommunicatos.

¶ Prima est, quòd collatio facta excommunicato nõ valet. cap. postulatis, de cleric. excom. ministrante, vbi plenè scripsi, & supra etiam sequentia probantur.

¶ Secunda, collator excommunicatus etiam conferre non potest, vt probaui superius.

¶ Tertia, excommunicatus non potest eligi, vt supra.

¶ Quarta, excommunicatus eligere non potest. c. si celebrat. de cleric. excom. minist. etiam superius descripsi.

¶ Quinta, excommunicatus postulari nō potest. ca. 1. de postul. prælato.

¶ Sexta, non potest excommunicatus ad beneficia præsentari.

¶ Septima, patronus excōmunicatus iure pręsentare nō potest. c. 1. de exceptio. in 6. & supra dixi quomodo ista intelligantur.

¶ Octaua, nō potest excōmunicatus cū alio beneficiū pmutare, nec illi collatio fieri. cle. 1. vbi Car. de pœnis, & superi⁹ dictū est.

¶ Nona. beneficiū ĩpetrare à papa, legato, vel alio ꝓhibet. Car. in cle. 1. §. 1. q. 5. de religio. domi. vt superius expressum extitit.

¶ Decima, excommunicatus nominari non potest. c. cum inter. de electio.

¶ Vndecima, excommunicatus beneficium optare non potest; ista probaui superius, ob id non aliter nunc confirmo.

Excōmunicatus ordines non cōfert nec recipit.

¶ Duodecima, excommunicatus ordines conferre non potest, cum extra ecclesiam sit, ad ecclesiam aliquem adscribere, & adiungere non potest. nota in c. 1. de eo qui furtiuè ordines recepit. tex. in c. veniens. de præscript.

¶ Decimatertia, excōmunicatis ordines cōferri prohibētur, vt ibidē probatur. Imo sic suscipiēs est irregularis. teste Panor. in d. c. 1. & cum eo solus papa dispensat, vt in illis ordinibus tempore excommunicationis susceptis ministret. c. cum illorum de senten. excom. Panor. & alij in c. fi. de eo qui fur. ord. recepit. & pulchrè do. Bernard. de Luco in sua practic. criminal. ca. 13.

¶ Decimaquarta, cum excōmunicatis cōmunicare nō licet, sed quilibet eos vitare debet. 2. reg. c. 13. Eiice vniuersos à me, scilicet excōmunicatos. & gl. in c. cum desideres. de senten. excom.

Salutare, loqui, aut comedere cum excommunicato non licet.

¶ Decimaquinta, non licet eos salutare, nec aue dicere.

¶ Decimasexta, nec cum illis loqui.

¶ Decimaseptima, neque cum excommunicato orare decet.

¶ Decimaoctaua, neque vesci cum eis in cibo, vel potu. c. excommunicatos. vbi ista sex probantur. 11. q. 3. quòd sic habet excōmunicatos quoscunque à sacerdotibus nullus recipiat, ante vtriusque partis examinationem iustam, nec cū illis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec aue eis dicat, quia quicunque in his vel aliis prohibitis scienter excōmunicatis

tis communicauerunt, iuxta apostolorum institutionem, & ipsi simili excommunicationi subiacebunt. text. in d.c. excommunicatos. & c. seq. & c. cum excommunicato. & c. curæ ibidem plenius descripsi in d.c. postulastis.

¶ Decimanona, excommunicatus non potest testari, teste Calder. in q. incipien. excõmunicatus, licet contrariũ teneat Bar. in l. si quæramus. in fi. ff. de testa. quod procedit saltem in sex casibus, quos cõgerit Benedi. in c. Raynutius. in verbo mortuo. 1. nu. 290. cum seq. de testa. Scripsi in repetitio. d.c. postulastis. in 1. not. Soci. in trac. fallen. regula. 133. excommunicatus.

Testari an possit excõmunicatus.

¶ Vigesima, excommunicatus priuatur fructibus beneficij. glo. in c. præter. 32. distin. quia dei inimicus, & ecclesiæ non debet de patrimonio viuere Iesu Christi. Bal. in c. 1. col. 3. in 2. lectu. de iudic. arg. c. commissa. in fin. de elect. in 6. nec pensio eidem reseruari. Hiero. in tracta. pensio. q. 14.

Fructibus beneficij excommunicatus priuatur.

¶ Vigesimaprima, excommunicatus non est ad electionem vocandus, nec agit de contemptu. Henric. Boic. in c. illa, de elect. plenè in d.c. postulastis dixi.

¶ Vigesimasecunda, ab ecclesia durante diuino officio expellẽdus est. & dico tit. seq. quomodo hoc fiat. gl. in c. cleros. 21. dist. c. qui studet, in verb. dimisit. 1. q. 1. Imol. in c. 1. col. 2. de vita & ho. cleri. Imo si expelli non possit presbyter, missam dimittere debet si canon missæ Te igitur, &c. nõ sit inchoatus. glo. in verbo inexpleta. cle. grauis. de senten. excom. & in ca. sicut apostoli. 1. q. 3. Feli. in ca. 2. col. 2. de excep.

Ab officio diuino excommunicatus est repellendus.

¶ Vigesimatertia, si excommunicatus se diuinis ingerat, incurrit irregularitatem. c. is cui. de senten. excommunica. in 6. Et quomodo intelligatur dixi supra.

¶ Vigesimaquarta, secundum quosdam, excommunicatus ecclesiæ immunitate gaudere non debet, quia frustra ecclesiæ auxilium inuocat, qui committit in eam. c. quia frustra de vsur. & regula iuris ex eo. non debet quis reportare commodum, quod impugnare nixus est, in 6.

Excommunicatus an immunitate ecclesiæ gaudeat.

¶ Vigesimaquinta, agere in iudicio prohibetur. c. intelleximus. de iudic. etiam per procuratorem. vt ibi. & in c. cum inter. de exceptio. quia procuratoris personam ex persona constituentis metimus. cle. penul. de procurat. nec etiam nomine alieno agit. cap. post cessionem de probat. quia non potest ei sine animæ periculo communicari. c. exceptionem. de exceptio. & vt censura ecclesiæ magis timeatur. c. 1. de exceptio. in 6.

Agere prohibetur & accusare.

¶ Vigesimasexta, excommunicatus accusare non potest.c. 2. de exceptio.c.1.in 4.q.1.quia postquam in ciuilibus repellitur,& in criminalibus excludi debet.

¶ Vigesimaseptima, excõmunicatus suam, vel suorum iniuriam prosequi non potest.glo.in c.omnibus.4.q.vlt.Feder.cõsi. 116. mirandum. Anchar. in c.1.de rescrip.in 6.Panor.& Feli.in d.ca. 2.de exceptio.

¶ Vigesimaoctaua, non potest spoliatus restitutionem petere. tex.cum gloss.in verbo aliud.ca.ex insinuatione.de procurat.& in ca.1.23.dist.quia iura generaliter eum ab agendo repellunt. d.c.intelleximus. Alexan.in l.de pupillos.§.fin.col. 2.ff.de noui operis nuncia.Feder.d.consil.116.Et an possit excommunicatus ab vxore sua debitum petere,scribit gl.in verb.vxores.c.quando multos. 11. q.3. quod curiosis magis relinquo & coniugatis ardentibus.

Restitui spoliatus excommunicatus nõ potest.

¶ Vigesimanona, excõmunicatus non potest petere sẽtẽtiam pro se ferri,etiam si sit reus. vt Panor. concludit per illum text. in c.cũ inter.de exceptio. ver.porro.vnde petere nõ poterit libello oblato,vt actor processum prosequatur,vel reassumat.authen.qui semel.C.quomodo & quãdo iud.ne ex sua malitia cõmodũ reportet,vbi ibidem dicitur . Et quãuis iudices seculares hanc excommunicationis exceptioné non admittãt.vt testatur Ioan. Fabr.in §.fin.de curato.in instit.Ideo parũ viuunt, & subitanea morte pereunt,& fortè æterna,quia consuetudo in his, quæ animam tangit,parum releuat.c.denique.4.distinct.

Excommunicatus nõ petit vt quis resumat processum.

¶ Trigesima, non potest esse testis.c.decernimus.de senten. excom.in 6.fallit in casibus traditis per Feli.in c. veniens.2.de testib.vbi absolui debet ad cautelã, quando aliter veritas ab aliis haberi non potest.vnde concludit Chassa.in consuet.Burgũd. in rub *des iustices*.§.6.nu.16.quòd excõmunicati seruientes regij effici non possunt,cum officium eorum sit testificari, & executiones facere,quod excommunicatus facere non potest,siue sit curiæ ecclesiasticæ,siue secularis apparitor.

Excommunicati esse aparitores nõ possunt.

¶ Trigesimaprima, excõmunicatus iudex esse ꝓhibetur.c.ad ꝓbãdum.de re iudica. Dec.in.c.sciscitatus.de rescr.nec eius officiales excõmunicationis tempore iudicari poterũt. Roma. sing. 626.& excommunicatus. allegat tex. parum probantem in c.1. de officio ord.in 6. & si iudicauerit, sententia non valet, quia iurisdictione vti nõ potest excõmunicatus,nec quidem à partibus sentẽtia ratificari potest,vt firmat clarissmus vir D.Guillel. Mayner

Iudex fieri prohibetur excommunicatus.

Mayner in l.ea sola,nu.25.ff.de reg.iur.allegat Inno. in c. aduersus.de immunita.eccles.intellige vt valeat pro sententia, sed tanquam pactum sic vt docet glo.sing.vbi addidi in l.2.C.communia vtriusque iudicij.

¶ Trigesimasecunda, excommunicatus non potest executionem sententiæ petere.c.exceptionem. de exceptio.&.c.1.illo titu.in 6. Bal.in d.c.cum inter.& c.fi.ibidem.

Executionem senten tiæ non petit, nec rem ad boni viri arbitriū reduci.

¶ Trigesimatertia,excōmunicatus arbiter esse non potest, tam propter animæ periculum ratione communionis, quàm quia arbitria instar iudiciorum sunt redacta.l.1. ff.de arbitr. gloss. & ibi Bart.in.l. pedius.§.fi.ibid.

¶ Trigesimaquarta,non potest petere reduci rem ad arbitrium boni viri, licet læsus fuerit: quia impugnare non potest, sed se defendere tantum.d.c.cum inter in fin.& ibi Bal. & Alex. in l. de pupillo.§.fi.ff.de noui operis nuncia.

¶ Trigesimaquinta,postulare, & aduocati fungi officio prohibetur.c. decernimus.de senten.excom.c excommunicamus. §. credentes.de hæretic.propter communionis periculum. Panor. in rubr.de postuland.

¶ Trigesimasexta,excōmunicatus nō dicitur bonus vir,nec honestus,sed deo ecclesiæque infestus,ex quo nō tolleratur ab ecclesia. Anto. Butri.in c.cum dilectis.de purga.cano. Soci.con. 45.visa appellatione.col.2.volu.1.versi.quis autem dubitat.

Excommunicatus nō dicitur bonus vir, et donationē non insinuat.

¶ Trigesimaseptima,non potest donationem insinuare,nec bonorum possessionem cognoscere, quia iudex non debet ei assidere,sicut nec diffidato.vtor verbis Bald.in d.c. cum inter. in fi.de except.quòd not.ad intellectum ordina.regis. Francis. de publ. anno 1539. arti.132.rub. *que toutes donations seront insinuées*, vbi scripsi in 2.tomo.

¶ Trigesima octaua, excommunicatus est infamis.text. sing. in c.infames.6.quæst.1.secundum Roma.sing.675.an excommunicatus.intelligendum est,vt dixi in repetit.c.postulasti.2. not.de clerico excom.minist.

Infamis est, & doctor nō potest effici. nec reconuenire.

¶ Trigesimanona,excommunicatus non potest effici doctor. Bal.& Salice.in.1.constitu.C.versi.ideóque,quia infamis lauream sumere non potest doctoream,nec dignitatem,vt est doctoratus.c.quanto.de magistr.Petrus de lesnand.in opuscu.de doctor.in 1.parte,quæst.18.quanuis cōtrarium teneat Card.in c.perpendimus.q.4.de senten.excom.& Ioan.de Ana.in rubr. de mag.

¶Quadragesima excommunicatus non potest reconuenire.ca. cum inter.in fine.de exceptio. vbi assignatur ratio, ne quod ad defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur, nisi ex eadem causa reconueniret. Roma.sing.765. tex.in c.cum inter.allegat Innoc.in c.si vere.de senten. excom.

Procurator et tutor nõ erit excommunicatus.

¶Quadragesimaprima, excõmunicatus procuratoris officium exercere prohibetur.c.post cessionem.de procurator. qué text. sing.not. Alexan.in l.ex facto.§.si quis.2.nu.6.ff.ad trebel.

¶Quadragesimasecunda, excommunicatus tutor esse non potest propter communionis periculum. Bald. in d.ca.cum inter. in fi.& in l.1.C.de iuris & fac.ignor.refert Dec.in d.c.intelleximus.nume.10.de iudic.

Soluere debitor excõmunicato nõ tenetur.

¶Quadragesimatertia, qui iurauit soluere intra certum tempus, si creditor sit excommunicatus, non tenebitur eidem soluere, nec eidem communicare in animæ suæ periculum. text. in §.1. hic finitur lex.vbi vassalus non tenetur domino seruire excommunicato.glo.in c.nos sanctorum.15.q.6.Panor.in c.inter alia. in fin.de senten.excom.Dec.in d.c. intelleximus.in fi.

¶Quadragesimaquarta, tenutam, siue recredentiam, non potest petere reuocari, postquam executioni mandata est. Bart.& alij in l.de pupillo.§.fi.ff. de noui operis nunc.Dec.post Panor.in d.c.cum inter.nume.20.de exceptio.

Facta ab excõmunicatis valẽt in eorũ præiudicium.

¶Quadragesimaquinta, illa quæ fiunt ab excommunicatis in eorum præiudicium valent, sed quo ad commodum secus, vt superius plura enumeraui. vnde si receperint aliquem in canonicum receptione facti, valebit receptio in eorum damnum. glo. in verbo in canonicum.c.pro illorum.de præb.

Cõpelli potest ad psequendũ pcessum.

¶Quadragesimasexta, si inceperit agere & non fuerit repulsus, compelli poterit ad prosequendam causam, per authen.qui semel.C.quomodo & quando iudex.quia hoc casu necesse habet agere, & in odium ipsius contingit, potius quàm in fauorem. Bald.& Angel.in l.nulla.ff.de legib.

¶Quadragesimaseptima, potest excõmunicatio opponi etiam à tertio, cuius non interest, quia de interesse publico agitur, ca. cum parati.in fi.de appellatio.docto.in d.c.exceptionem.

Iudex etiã parte nõ opponẽte excõmunicatũ repellit.

¶Quadragesimaoctaua, iudici conceditur facultas repellendi excommunicatum, etiam parte non opponente, ob publicam vtilitatem.d.ca. exceptionem.&.ca.1.§. fin.de except.in 6.imo etiam parte inuita & contradicente, Dec. in d. cap. intelleximus. de iudic. & in hos deberent opponere procuratores regij.

gij, quia publice intereſt.

¶Quadrageſimanona, punitur celebrans coram excommunicato, nec licet coram eo celebrare. c. epiſcoporũ. de priuil. in 6.

¶Quinquageſima, communicans cum excommunicato peccat mortaliter, & ideo contrahit ſibi excommunicationem minorem. c. 2. de exceptio. vbi Feli. & alij doct. in ca. ſacris. quod metus cauſ. niſi in caſibus à iure expreſſis, & in cap. ſtatuimus. de ſenten. excommu. in 6.

¶Quinquageſimaprima, excommunicatus in cymiterio ſepeliri, vel in eccleſia non poteſt. Et ſi fuerit ibi ſepultus, oſſa eius, ſi dignoſcantur, remoueri debent. c. ſacris. de ſepult. quibus enim viuentibus non communicamus, mortuis communicare nõ debemus. ca. 1. 24. q. 2. & d. c. ſacris. *Sepeliri in loco ſacro non debet excommunicatus.*

¶Quinquageſimaſecunda, excommunicatus officium iudicis implorare non poteſt, vt declaratur ſibi exceptionem competere per l. ſi contendat. ff. de fideiuſſo. quia agere eſt, & impugnare, quod excommunicato prohibetur. d. c. cum inter.

¶Quinquageſimatertia, non poteſt excommunicatus petere in integrum reſtitutionem, ſi læſus fuerit ob excommunicationẽ. Panor. & alij in c. ſignificauerunt. col. vltim. de exceptio. & hoc ſi erat in culpa non petẽdo abſolutionem. Albe. in l. in eadem. ff. ex quib. cauſ. maior. ſuperius etiam dixi, quòd excommunicatus ſpoliatus reſtitutionem non petit. *In integrũ reſtitutionẽ non petit.*

¶Quinquageſimaquarta, effectus excommunicationis non ſuſpenditur per appellationem, ſed ea non obſtante erit excommunicatus, qui ante appellationem erat. cap. is qui. in fi. de ſentent. excommuni. in 6. cap. paſtoralis. §. 1. de appella. vbi Panor. aſſignat duodecim rationes.

¶Quinquageſimaquinta, bona remanentis in excommunicatione per annum confiſcari debent, teſte Areti. in ca. qualiter. 2. §. ad corrigendos. col. 3. de accuſa. & docui practicam contra excommunicatos, qua vti debent officiales regij ad compellendum excommunicatos, vt faciant ſe abſolui per bonorum diſtractionem. in repet. c. poſtulaſtis. in 4. not. de cleri. excommu. miniſt. circa fi. vbi etiam dixi an poſt annum ſit priuatus beneficiis, declarando ea quæ docto. notant in c. 1. de iudic. *Bona remanẽtis in excommunicatione per annum ſunt confiſcanda.*

¶Quinquageſimaſexta, feudum excommunicato dari non debet. Bal. in c. veritatis. de dolo. §. 1. hic finitur lex.

¶Quinquageſimaſeptima, vaſſallus nõ tenetur adiuuare dominum excommunicatum, vel hæreticum. d. §. 1. hic finitur lex. ca. *Vaſſallus non iuuat dominum excõmunicatum, vel hæreticum.*

alius.15.1.glo.in c.vno.quo tempore miles, quod est notand.

¶ Quinquagesimaoctaua, omnibus sacramentis (excepto matrimonij) est priuatus, quia in suum magnum damnum potest cadere.c.illud.95.dist.ca.ad eius verò.5.dist.&.c. significasti.die eo qui duxit in matr. Feli.in rubri.de sponsal. nume.8.in 12.priuileg.matrimo,& adhuc bonus vir non auderet sic sumere istud sacramentum ne esset perpetua discordia inter coniuges, quæ ex hoc maximè prouenit, quando cum statu gratiæ sacramenta non sumuntur, quia vix bono peraguntur exitu, quæ mala sunt inchoata principio.cap.cum Paulus.1.quæst.1. ob id in hac patria nullus matrimonium contrahit, nisi sit eo vel præcedente die confessus.

Discordiæ cur in matrimoniis interueniunt.

¶ Quinquagesimanona, excommunicatus pro mortuo habetur.docto.in ca.grauem.de senten. excommuni. ideo papa non salutat eos, nec vocat fratres, vel filios, vt scripsi supra in verb. dilectis. in forma manda.

Papa non salutat excommunicatos.

¶ Sexagesima, notarius excommunicatus non potest instrumenta recipere propter communionis periculum.glo.& docto. in cap .decernimus.de senten.excommu.in 6.Specula.in titu.de instru.editio.§. restat, versi. quid si instrumentum confectum. Panorm.in cap.veritatis.de dolo.Dom.in cap. nullus.3.quæst. 4.Felin.in cap.fraternitatis.de hæretic. Et si receperit, non erit tamen nullum, quia iure cautum non est.

Notarius excommunicatus nõ conficit instrumentũ.

¶ Sexagesimaprima est, quòd excommunicatus non potest impetrare rescriptum, quòd si impetrauerit, est ipso iure nullum.cap.1.de rescript.in 6.scripsi in interpre.cap.postulastis. de cleri. excommuni. mi. vbi. 20. conscripsi limitationes & ampliationes.

¶ Vltima, prælato excommunicato obedientia denegari potest.Panorm.& alij in ca.cum non liceat.in 1.glos.de præscript. allegat.cap.pastoralis. de appella. alias pœnas impresentiarum omitto, sed has quilibet Christianus timere debet.

¶ Rubrica de interdictis non leuiter ponendis.

a ¶ *Et quoniam*] Quia olim in hoc regno indiscretè sententia interdicti ferri solebat, fortè ob pensionem non solutam, vel aliam causam interdicebatur ecclesia. cap. quæsiuit. de his quę fiunt à maiori parte capitu. Et aliquando prouincia. cap. non est vobis. de sponsal. cap. ex rescripto. in fine. de iureiuran. nota in cap. si canonici. de offic. ordin. Et Bonifa. papa statuit, quòd locus nullus pro pecuniario debito interdiceretur sub data. 2. Calend. Iunij, pontificatus sui anno 8. ideo iudices reprehenduntur nimis prompti ad proferendas easdem sententias, quia tempore interdicti diuina organa suspendūtur, & laudes, nec ecclesiastica sacramenta ministrantur vt solent, tollūtur mortuis, seu minuūtur suffragia, præsertim per oblationē frequentem hostiæ salutaris, adolescentes & paruuli participantes rarius sacramenta minus inflammantur & solidantur in fide, fidelium tepescit deuotio, hæreses pullulant, & multiplicātur pericula animarum, euenireque solent multa ex hoc scandala: ideo statuit hic non leuiter proferendas interdicti sententias. cui conuenit text. in extra. prouide. de sen-

Interdictū non profertur pro pecuniario debito.

Mala quæ ex interdictis proueniunt.

¶ Rubrica de interdictis non leuiter ponendis.

Interdici non potest ciuitas, villa, seu locus, nisi ex culpa ipsorum locorum, aut domini, seu rectoris, vel officialium, sed propter culpam priuatæ personæ non interdicetur locus, nisi illa persona prius fuerit excommunicata, & officiales requisiti, vt istā personam eiiciant, & si ipsi intra biennium non eiecerint, aut ad satis faciendum compulerint, quòd si post biennium hoc etiam fecerint, mox resumi possunt diuina.

ET quoniam [a] ex indiscreta īterdictorū promulgatione, multa cōsueuerunt scandala euenire, statuimus quòd nulla ciuitas, oppidū, castrum, villa, aut locus, ecclesiastico supponi possit interdicto, nisi ex causa, seu culpa ipsorum locorum, aut domini, seu rectoris, vel officialium. Propter culpam autem seu causam alterius, cuiuscunque priuatæ personæ huiusmodi loca interdici nequaquam possint authoritate quacunque ordi-

ten. excommun. in communi. & in pragma. vbi in reliquis glo. sufficiunt, ad eas recurrito.

¶ Aduertendum est tamen quòd per hunc text. fuit dictum in Parisien. senatu die 7. Ianuarij, an. 1537. contra episcopum Ambiané. quod abusiuè processerat cessando à diuinis propter excómunicatos in vesperis vigiliæ Natiuitatis, cum prius requiri debeant rectores locorũ, vt deiicere habeant excómunicatum, vel excommunicatos, & si rector vel iudex nõ deiiciat excommunicatum vel excommunicatos, tunc cessandum erit: & sic practicãdus erit iste titulus non obstante c. certum. 11. q. 3. & aliis iuribus. vnde dicit Archid. in cap. episcoporum, de priuileg. in 6. quem sequitur gl. prag. sanctio. in verbo inde. quòd excommunicati debent ab ecclesia expelli, dum diuina celebrantur, & si non exeant, potest sacerdos eos impune eiicere ab ecclesia, dummodo sine effusione sanguinis hoc facere possit, alioqui recurrere debet ad brachium seculare, vt scripsi supra arg. ca. postulasti. de homi. & debet dimittere officium, si non exeant, nisi canonem missæ incepisset. c. illud. & ca. nihil. 7. q. 1. quod intellige, vt superius dixi post requisitionem & denegationem iudicis secularis.

Praxis huius rub.
Arrestum.

naria, vel delegata, nisi persona prius fuerit excommunicata, aut denunciata, seu in ecclesia publicata, aut domini, seu rectores vel officiales ipsorum locorum, authoritate iudicis requisiti huiusmodi personam excommunicatam infra biduum inde cũ effectu non eiecerint, aut ad satisfaciẽdum compulerint. qua etiam post biduũ eiecta, recedente vel satisfaciente, mox diuina resumi possint, quod etiam in pendentibus locũ habere decernimus.

¶ Imò anno 1543. die 22. Ianuarij, fuit in magna camera litigatum & declaratum, c. si canonici, de offi. ordin. in 6. in ecclesiis locum habere tantum, quæ hoc ex consuetudine habent, vt cessare possint à diuinis, vt ecclesia Lugdunen. ibi glo. exprimit, & tunc agebatur de vna ecclesia Lugdunensi collegiata, quod canonici nõ possunt cessare pro priuatis, sed pro negotiis publicis sic, & antea requiri debet culpabilis, & postea si nolit quicquam facere, debent canonici simul illam cessationem concludere, & causam

Intellectus ad c. si canonici.
Arrestum.

causam ob quam, tertio debent instrumento publico eam causam & cessationem notificare illi, cuius causa cessare volunt, qui si purgare velit causam, non cessabunt canonici, alioqui secus, & illa habentur in d.c.si canonici.&.c. quanuis. ibidem. quod est notandum.

¶ Non habet tamen locum iste tex. quando ipso iure interdicitur ciuitas, vt in c.vbi periculum.§.præterea.de elect.in 6.c.fœlicis.de pœnis, eodem lib.cle.1.illo ti.nam hic prohibet ferri authoritate ordinaria vel delegata, non authoritate iuris. quia ius semper loquitur, & est in viridi obseruātia.l.arriani.C.de hęret. Etiam ex hoc tex.patet ex culpa dominorum ciuitatis, vel domini, posse ciuitatem supponi interdicto, nam propter delictum domini, vel iudicis, puniuntur omnes ciues. per tex. in l.iudices. C.de nauicula.lib.11.quem ponderat Corse.in sing.incipien.iudex.in 5. vbi plus post Bart.dicit propter negatam iustitiam à iudice, vel rectore loci, conceduntur pignorationes, & repræsaliæ, cōtra omnes illius ciuitatis incolas, quod videri potest per Bar.in suo trac.de repræsal.quas gallicè *marque* vocant, quando alias facilè prouideri non potest.

¶ Notanda sunt sequentia in hoc titulo requisita.

Requisita in hoc titulo.

¶ Primò quòd ciuitas, locus, vel dominus deliquerit, seu culpā, aut causam commiserit, ibi nisi ex causa, seu culpa, quia sine causa puniri quis non debet. per reg.iuris.in 6.c.sine culpa.

¶ Secundò, quòd ista causa, seu culpa, tangat iudicem ecclesiasticum, aut personam ecclesiasticam, aut rem diuinam, alioqui si concerneret negotium seculare imponeretur mulcta, vel alia pœna pro modo delicti, vt per totum titulum de pœnis.

¶ Tertiò, quòd hæc culpa proueniat à domino illius loci, seu à rectore, vel officialibus, vel ab habitantibus in illo loco, vnde Tholosæ, cum cordigeri obseruantes requisiuissent senatū Tholosanum, vt eiicerent alios religiosos non reformatos, & senatus non obtemperaret, fuit ciuitas interdicto supposita me ibi profitente iura, quod durauit per duos vel tres menses.

Persona publica et priuata quæ dicatur.

¶ Quartò, quòd si culpa priuatæ personæ prouenerit, oportet quod prius illa excommunicetur, & publicè nuncietur à iudice ecclesiastico, ibi, nisi persona, &c. Et dicitur persona publica, quæ habet iurisdictionem in ciuitate, priuata verò, quæ nullam habet. vt scripsi per illum text.in l.pupillus.§.munus publicum. ff.de verb.sig.

¶ Quintò, quòd domini locorum requirātur à iudice ecclesia-

ſtico,vt illam perſonam excómunicatam intra biduum eiiciant, vel ſatisfacere compellant,nam poſtquam fuit excommunicata perſona,& publicata,non habet eccleſia quid vltra faciat? ideo requirit ſecularem,vt habetur.in c.cũ non ab homine,de iudic.

¶ Sextò,quòd.d.ſeculares requiſiti non eiiciant intra biduum, nec ſatisfacere compellant,nam ſi hũc excommunicatum cũ effectu eiecerint,vel ſatiſfacere compulerint,videlicet in carceres detrudendo, vel bona illius vendendo,nõ ſupponetur locus interdicto, quia ſine culpa ſũt ſeculares, qui faciunt quod poſſunt.l.in iure.ff.de reg.iur.

¶ Septimò,quòd ſi perſona expulſa ſatisfecerit, ſtatim ſine alia abſolutione & rehabilitate aſſumi diuina poterũt,ibi,mox diuina reſumi poſſint,quia ceſſante cauſa ceſſabit effectus.l.quod dictũ.ff.de pact.c.cum ceſsante.de appell.

¶ Octauò,licet vniuerſitas nõ poſsit excõmunicari,& oẽs habitãtes alicuius loci,quia ibi ſunt pupilli,& furioſi,qui delinquere nõ poſſunt.c.Romana.§.in vniuerſitatẽ.de ſentẽ.excom. in 6.

Ciuitas qñ interdicto ſupponi poſsit.

¶ Tamẽ bene poteſt vniuerſitas & ciuitas ſupponi interdicto. c.ſi ciuitas.de ſenten. excommuni.in 6.requiritur tamen quòd ciuitas deliquerit ex cõſilij deliberetione,& concluſione.l.ſemper. §.ſi in ſepulchro.ibi, communi conſilio plurium.ff. quod vi aut clam.alibi de hoc ſcripſi, his nunc contentus.

¶ Rubrica de ſublatione clementinæ literis.

Non ſtatur verbis narratiuis papæ etiam ſi ſuper illis ſit fundata intentio ſua ſuper reſignatione beneficij, aut depoſitione, vel in præiudicium tertij, niſi per publica inſtrumenta,vel authentica, de hoc conſtet.

NEcnon[a] conſtitutionem de eorũdem fratrũm noſtrorũ cõſilio editã,qua cũ irritanti decreto ſtatuimus, decernimus, &

¶ Rub.de ſublatione clemen.literis.

In proœm.ſupra eſt de antiquatione conſtitutio.clementi.quàm literis vocant, ſed in idem reincidit,vnde nihil immutare volui.

Verba narratiua non probant.

a ¶ *Necnon.*] Licet de iure ex narratione in iure poſita, vel in ordinatione non poſſit ſumi argumentum à contrario pro deciſione aliquarum cauſarum,nec etiam directo, vt allegatur gl. ſingul.in.l.vna.C.quando non petentium partes.Eſt tamen ſimilis in.c.auditis.in verbo ex poſt facto.de elect.& in.c.fin.in verbo

verbo non teneris.de dolo. in 6.& in cap.vno.in verbo collationem.de rerum permu.eod. lib.& in cap.abbate.in verbo iudicio,de re iudic.ibidem facit cap.si papa. de priuileg.in 6. per Barba.in cap.filius,colum.6.nume.10.de testa. & in cap. Raynutius.colum.6.& ibi Benedic.in verbo testamentum in 1. nu. 67.& Barb.in.c.Raynaldus. col. 21. de testa.ac consil.60.col.5. ĩ.1.vol. & cõsi.38.col. 10. 2. vol.Ioã. Fráciſ. Bal.in repet.l. Celsus. 3.no.col.5.ff.de vsuca. Ideo si in instruméto dicat,Titius procurator talis, vt cõstat instruméto sumpto per talé,nõ per hoc ꝓbatur Titiũ esse ꝓcuratoré, nisi instrumétum ad quod fit relatio ꝓducatur.tex. in auth.si quis ĩ aliquo.C. de edéd.& ibi expresse Bal.& alij. Alexád.cõsi.181.lecto. col.4.ĩ.3. vol. & verba narratiua facientia mentionem de vnione, non probant eam. Deci.consil.522.in causa.col.2.

ordinamus, quod extunc decætero perpetuis futuris temporibus de cessione regiminis, & administrationis ecclesiarũ & monasteriorum facta per eos, qui ecclesiis & monasteriis ipsis præeſſẽt, seu illam administrationem, seu commendam, aut vt aliis

¶ Tamen ex narratis per papá (vbi sua fundatur intétio) de iure probatio oritur.cle.literis de proba. imò si narretur aliquid in literis principis, quod sit de facto alieno, si motu proprio ita narrat, dũmodo literæ fundétur super dicta narratione, probát. sic cõsuluit Alex. consil.112. visa copia.col.1.in 7.vol. & Soci. consil.266.in causa.col.11.versi.præterea in.2.volu.doct. in dicta cle.Panor.& alij in.c.ad audientiam.per illum text.de præscript.quod hodie etiam est correctum hic.& in prag. sanctio. vbi glo.plenæ & fertiles ponuntur, ad quas recurrito.

¶ Ité non creditur Regi, vel principi, imò nec papæ, si dicat in suis literis, ꝙ talis rebellis fuit, vel ꝓditor, & ob id amisit feudũ, quod ab ipso tenebat: qa testificatur in causa propria, in qua nullus est idoneus testis.l.nullus.ff.de testi. Deci.cõsi.445.ĩ casu col.11.& cõsi.528.pro resolutione. & cõsi.344. serenissimus. & cõsil. 576.in fi.& cõsil.606.serenissimus.aliàs esset in potestate principis priuare aliqué iure suo sine causa ex sola assertione, quod absurdũ reputat Feli.in.c.quæ in ecclesiarũ.col.5. de cõst. & in.c.ad audientiá.col.3.& seq. de præsc.dixi in trac. de repro.

No. quãd nõ creduntur principi.

& saluatio, testium, quaudo testis in propria causa recipiatur. Et si vis scire quando verba enunciatiua seu narratiua probét, vide per Bart.& alios in l.ex hac scriptura. ff. de donatio. & in c.si papa.de priuileg.in 6. Et quando proferútur in iudiciis, vel in contractibus, seu in vltimis volútatibus, aut in rescriptis, seu priuilegiis, vel in actibus liberatoriis, seu in actibus, in quibus agitur de oblatione contrahenda, an probent. vide plenissimè per Vitalem de cambanis, in trac.clausu. in clausula dedit & donauit Titio, &c.& quæ addidi ad dict.l.ex hac scriptura.

Narratiua verba vel enunciatiua, quæ sint.

¶Notare debemus sequentia in hoc requiri titulo.

¶Primò quòd verba sint narratiua, seu enunciatiua, quæ dicuntur ea, quæ narrant, vel enunciant aliquid præter substantiam actus gesti.doct.in ca.si papa.de priuileg. in 6.inferius declarabitur.

¶Secundò, quòd illa verba sint narratiua resignationis beneficii, vel cómendæ, aut administrationis, ibi, de cessione regiminis. vnde si papa dicat conferimus tibi beneficiú sancti Seuerini, quod olim fuit coram nobis resignatum, nisi probetur resignatio, nó valebit prouisio, oportebit ergo per publica instrumēta, aut per authentica, probare dictá resignationé, nec poterit probari per ista verba, quod fuit resignatum coram nobis, quia sunt verba narratiua & enunciatiua, quę non probant.l.ex hac.ff.de dona.

Resignatio vel vnio nó probatur per verba narratiua.

¶Idem si papa diceret in suis literis, tale beneficium, quia aliàs fuit tali ecclesiæ vnitum, ad illam pertineat, nisi appareat de vnione, hæc verba non probabunt vnionem, ideo opus erit illam probare, vt doc.no.in cap.sicut vnire.de excessib. præla. & Perus.in tracta.de vnione beneficio.

¶Idem si dicat prouidemus de beneficio sancti Pauli Parisien. vacans per priuationem, aut depositionem talis curati vltimi possessoris, illa verba non probát priuationem, nec despositionem, si non probetur per acta, vel instrumenta publica, seu authentica, vt hic.& cap.2.de fide instrumen. vel procurator talis insinuauit literas nominationis, &c. non probatur eum esse procuratorem, vt dicit Bald. in rubric. de fide instrument.col. 6. quem refert Feli.in cap.nonnulli.§.fi.colum 5. versic.1.per id de rescript.

¶Idem dixi in aliis actibus, cum sit eadem ratio, vnde cum papa contulisset beneficium in laici præsentatione consistens, sub his verbis, prouidemus de tali beneficio, cuius collatio & prouisio ad nos deuoluta extitit, non credetur illis literis de deuolutione,

lutione, nisi probetur. vt scripsi in praxi beneficiali, in rescripto deuolutionis.

¶ Tertiò, quòd ille actus resignationis, vel alius non probetur aliàs quàm per narrationem, alioqui crederetur alteri instrumento publico de hoc facto. & in pragma. & literis apostolicis, vel aliis quibuscũque, ergo vult habere locum in quibuscunque literis ibidem.

vnita aliàs obtinebant, seu resignatione a aliorũ quoruncunque

¶ Quartò, requiritur quòd illa narratio præiudicet tertio, ibi, præiudicium tertij, alioqui si tantum afferret præiudicium narranti crederetur illis verbis. per argu. à contrario istius text. doc. in l. beneficium. ff. de consti. princip.

¶ Quintò, requiritur quòd is, in cuius vtilitatem factæ sunt literæ, probet, si pars neget, contenta in literis esse vera, videlicet quòd sit resignatum, vel alia narrata esse vera. vt in c. 2. de rescript. dixi in praxi bene.

¶ Sextò, probatio debet fieri per publica instrumenta, vel documenta authentica. per istum tex. & sic non poterit fieri probatio per testes, licet per prag. posset probatio fieri per testes, vt in illo tex. patet, quia parem vim habent testes & instrumenta. l. in exercendis. C. de fide instru. Tamen hic omisit de industria testes, volens non posse per testes probari, & hoc dicit iste text. ibi, altero ex præmissis modis doceretur, ergo aliis modis non recipietur probatio, quia de duabus ponit, & sic de aliis negat. c. nonne, de præsumptio. l. cum prætor. ff. de iudic. scripsi in. §. fi. supra de nominatio. regia.

¶ Vltimò his verbis narratiuis non credetur etiam quo ad semiplenam probationem, quia hic totum negat. & hoc firmat glo. prag. sanctio. in verb. non præiudicent, nec in iudicio nec extra. vt in hoc tex. & ideo si conferatur alicui titio clerico beneficium, non per hoc probatur clericus, per istum tex. quanuis cõtrarium teneat Feli. in c. nonnulli. §. fi. amplia. 4. de rescript. quia hoc est in hoc tex. statutum, quod si vidisset Feli. hoc non dixisset. alia videri possunt in glos. pragma. *Verba narratiua an semiplene probent.*

a ¶ [*Resignatione*] Et si videtur hic fieri differentia inter resignationem, & cessionem: vt resignatio dicatur de beneficio, cessio verò de iure, quod habet quis in eo, ista tamen differentia sæpius confunditur. vt superius scripsi in glo. cessionem. §. monasteriis de nomina. regia.

Resignatio et cōstitutio procurato-ris ad resignādū differunt.

¶ Notandum est tamen differentiam latam esse inter resignationem, & constitutionem procuratoris ad resignandum, illa enim facta reuocari non potest.c.3. de renuncia.&.c.quam periculosum.7.q.1. Nam remittentibus actiones suas amplius nō est dandus regressus.l.quæritur.§.si venditur.ff. de edilic.edict. hæc verò sic antequā procuratores resignauerint,aliam differētiam posui in glo.vlti.in fi.§.volumus. supra de colla. Verum, quia hæc materia reuocationis procuratoris est vtilis, & in curiis frequentissima,ob id aliqua hic duxi breui adnotanda,quæ quotidie in forensi iudicio exercentur.

Reuocatio procurato-ris ad resignādū, cui intimari debeat.

¶ Imprimis figenda est nobis regula in beneficialibus, quòd procuratori constituto ad resignandum debet notificari reuocatio,antequam resignauerit, vel collatori conferre valenti, aliàs cessio valebit, etiam post reuocationem non notificatam. tex.in clem.vnica.de renuncia.ratio ibi ponitur, quia illusio & variatio sunt prohibitæ maximè clericis,vt abūdè scripsi in repetitio.l.quod iussit.in ratio.dubitandi.ff.de re iudic.

¶ Amplia siue sit vnus ꝓcurator,siue plures,vt omnibus notificari debeat: aliàs resignatio ab eo, q nesciuit se reuocatū facta, valet.qa in isto actu sufficit iuris fictio,q̄ fingit mādatum durare,antequā notificetur reuocatio.teste Bal.in.c.audita.col.2.de restit.spolia.& licet.d.cle. singulariter scripta sit, tamē si plures interuenerint,locū habere debet,vt scribit iuriscōs.in.l.1.§.item hoc edictū.ff.quod falso.tuto.autho.gest.esse dicetur.in glo.nominationis.in.§.præfatíque graduati.de colla.supra scripsi.

Resignatio facta per vnū si plures sint cō-stituti, an valeat.

¶ Si tamen quis constituerit plures procuratores ad resignandum sine clausula insolidum,valebit resignatio facta per vnum, quia in spiritualibus non habet locum.c.si duo.procu.in 6. vt ibidem dicitur in.§.fi. sed collator idoneiorem procuratorem eligit,ideo si papa vnius resignationem admittat, valebit, nec obstat.c.si quis iusto.de electio.in 6. vbi non debet admitti vnus,quando duo sunt constituti.respō.loqui in actu electionis, quia possent in plura vota plures dirigere.quod secus est in resignatione,in qua non est nisi declaratio solius voluntatis,& facti,quod potest per vnū fieri,& non potest constituens prætendere interesse,siue sit resignatum per vnum,vel duos,cum vnus ita bene declarare voluntatem possit,sicut duo, sed in iudicialibus potest partis interesse, vt vnus sine alio nō procedat,quia fortè agitur de dictādo articulos,vel respondendo,vbi pars capi potest,& ideo eligit vnum industrium, & alterum nō æquè,

& voluit

& voluit quod vterque actum expediret, vt ipse constituens nô deciperetur, & sic electa est industria personæ in his iudicialibus, sicut dicitur in l. si in tres. ff. de arbitr. quod non est in mera resignatione, si procurator resignauerit, vt pars voluit in fauorem talis, prout fuerat constitutus, alioqui illuderetur papæ, & collatoribus. contra cap. bonæ. 2. de postula. prælat. quod secus esset dicendum, si constituam Titium simpliciter ad resignandum, & Seius resignauerit, tunc resignatio non valebit, quia in omni actu debet interuenire voluntas & potestas, quæ potestas non interuenit, cum non esset procurator. ergo gestum ab eo nullum est. per cap. extirpandæ. & cap. super. ibi, velit & possit. de præbend. scripsi supra in §. 1. in verbo subire voluerit. de colla.

¶ Secundò, siue constitutus fuerit procurator clericus, siue laicus, nempe laicus procurator constitui potest ad presentádum mandatum, & insinuandum nominationes, vt scripsi in tractatu nomina. quæst. 14. numer. 95. & ad acceptandum, & resignandum. docto. in cap. accedens, de præben. glo. & Cardinal. in dicta clemen. vnica. de renunciatio. & quia in his personis quo ad hoc non est ratio diuersitatis. ideo ius idem constituitur. l. illud. ff. ad legem Aquil.

¶ Tertiò, post concessam licentiam cedendi & obtentam cogitur quis cedere. cap. quidam. de renunciatio. nec potest procuratorem, vel plures constitutos reuocare. glos. & doctor. in verbo cedendum. in dicta clementina. quod in praxi vix seruaretur.

¶ Quartò, etiam si sub conditione essent constituti procuratores, vel in dié his etiá notificatio reuocationis fieri debet, quia conditione euenta pro pure constitutis habentur. glos. in dicta cle. in verbo liberè. scripsi de hoc verbo in §. præfatíque ordinarij, in glo. liberè. de colla. in concorda.

Procuratori constituto sub conditione notificari debet reuocatio.

¶ Quintò, reuocatio debet peruenire ad notitiam constituti procuratoris, vel collatoris, siue fuerit expressa reuocatio, siue tacita, quia illusio & variatio isti etiam inest, & ideo si quis constituat procuratores ad resignandum coram papa, non poterit postea coram ordinario resignare, nisi collatori, aut procuratori constituto notificauerit, quia tacitum non debet plus operari quàm expressum l. cum quid. vbi plenè Ias. ff. si certum petatur. & statutum in expresso habet locum in tacito. glos. in l. item quia. in verbo malè agitur. ff. de pact. & in

Tacita reuocatio etiam notificari debet.

l.2.in fine.si certum petat.& quia dicta clemen.loquitur generaliter, quomodolibet duxerit reuocandum, ergo de qualibet intelligitur reuocatione.l.1.§.1.ff.de legat.præstan. Tum etiam quia illuderetur papæ,& collatio illius ex arbitrio partium pendere videretur,contra.cap.bonæ.in 2.de postula. prælato.& sic consuluit Barba.consi. 48.in 4.volu. & bis iudicatum fuit in senatu Burdegalensi pro ista sētētia, vt asserit Boer. in decisio. 207. ad secūdam,& sic debet fieri ista intimatio procuratori,siue collatori,alioqui ante notificationem procurator resignare iure poterit, & collator conferre. argu.l.si fortè. ff.de offi. præsiden. vbi addidi. & Ias.in l.more.col. 3. de iurisdict. omnium iudicum.

¶Idem si quis constituerit secundum procuratorem, nam tacitè censetur primum reuocare. cap. non iniustè. de procurato. l. si quis cum.§.vlti.ff. illo titu. Sed tamen non nocebit ista constitutio secundi procuratoris,nisi reuocatio fuerit notificata ꝓcuratori, vel collatori. & ideo licet secūdus procurator resignaret ante primum, non valebit, nisi notificata fuerit reuocatio.

beneficiorum ecclesiasticorum, seu cessione iuris in eis, vel ad ea quomodolibet competentis, aut priuationis vel depositionis, aut censurarum fulminatione, etiam in literis Apostolicis à nobis & sede Apostolica etiam motu proprio pro tempore emanatis,quæ in manibus Romani pontificis factæ dicuntur, contentis, etiam si super illis narrantis fundaretur intentio, constare & apparere deberet per publica instrumenta vel documenta authentica. alioquin tam in iudicio quàm extra illud narratiuis, & assertionibus huiusmodi in præiudicium tertij minimè stari,nec ex illis alicui præiudiciū afferri deberet, nisi de huiusmodi narratiua & assertione, etiam in literis apostolicis facta altero ex præmissis modis doceretur,innouamus,illámque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari mandamus.

Quòd

Quòd facit contra eos, qui postquam constituerint vnú, vel plures procuratores ad resignandum in fauorem vnius, & non possint alios cóstituere, nisi reuocatis primis, & notificatione facta ad hoc, vt constitutio secunda valeat.

¶ Nisi quis in vno instrumēto constituerit procuratores ad resignandum corá papa, aut ordinario, tunc poterit procurator cóstitutus resignare coram ordinario, licet pars miserit ad papam: nēpe in alternatiuis est electio debitoris. l. 3. ff. de eo quod cert. loco. & tunc non est variatio, nec illusio, & sic cessat ratio. Imò facta resignatione coram papa si non sit par resignatarius oneri ferendo habita signatura, poterit consentire, vt ordinarius sibi conferat, & tunc videtur collationi papæ renunciare quatenus sibi repugnaret, & ordinarij collationem amplecti: nam potest quis renunciare id quod est in fauorem suum introductum, vt est notum, & plures obtinere titulos. cap. post electionem. de concess. præbend. & hoc sæpius fieri solet.

Habita signatura ab ordinario etiã recipi solet collatio.

¶ Primò, fallit quádo procurator esset constitutus per metum, vel vim, tunc reuocatio etiam non intimata valebit per text. in verbo sponte à contrario in d. cle. vnica. vbi gl. ponderat tex. dicenté secus esse, si per metú. quá ad hoc singularé clamat Ioan. de Selua. in tract. de beneficio. in 3. parte. q. 16. Ideo tex. ibi dicit liberè, vt superius dixi, quia constituens in libertate esse debet.

Casus in quibus intimatio fieri non debeat.

¶ Secundò, fallit si reuocatio fieret per mortem constituentis, tunc etiam non intimata valebit, quia non est in hoc casu, qui possit notificare reuocationem, nec aliquis illudit papæ, nec est illusio vel variatio. teste Feli. in c. ex parte decani. col. 10. versic. fallit. 8. de rescrip. nam mors omnia soluit. §. deinceps. in auth. de nupt. colla. 4. ergo non est necessarium factú hominis. l. eius. vbi doct. ff. si cert. peta. Et mandatum morte mandátis ipso iure finitur l. mandatum. vbi plenè scribit Bald. C. manda.

Reuocatio per mortē non exigit notificationem.

¶ Tertiò, fallit quádo procuratorium esset factú causa permutationis, tunc sufficeret intimare parti re integra, quia túc pars altera, in dolo esset, si postea eam expediret. docto. in c. fi. in fi. de procura. in 6. probat Feli. in d. c. ex parte decani. col. 8. versi. d. cle. 1. Et quanuis pars postea resignaret suum beneficium, altera tamen pars, quæ illi intimauit, non tenetur resignare suum post notificationem. Et ita fuit in hoc senatu iudicatum, vt refert D. Probus in rubr. de renunciatio. in 6. in addit. ad Ioan. Monach. quia permutatio nó potest compleri, nisi vtraque pars resignet suum beneficiú, si re integra pars alteri parti notificet nolle re-

Parti notificatio reuocationis fieri debet in causa permutationis.

ſignare,permutatio autem quæ initium capit ex re,euaneſcit.l.1. ff.de rerum permuta.&.l.iuriſgentium.in princip. vbi gl. & do. ĉto.de pact.ergo parti ſufficit intimare, facit.l.cum quis. §.1.ff. de ſolu.

Parti intimatio reuocationis fieri poteſt, quãdo procurator eſt conſtitutus in fauorẽ.

¶Quartò,perdit officium regula iſta in procuratore conſtituto in fauorem,pro cuius reuocatione ſufficit etiam parti, in cuius fauorem factum eſt procuratorium notificare, tum quòd eadẽ ratio videatur ſicut in permutatione, tum quia quædam videtur conuentio,& contractus inter conſtituẽtem procuratorem & acceptantem. Igitur illa reuocatio notificari debet ei,cum quo conuenit.l.ſi mandaſſem.ff.manda.& iſta ſententia eſt valde æqua,quam tenet gloſ. in verbo facienda.in d.clemen. vnica. & Ioann.de Selua in tracta.de beneficio. in 3.parte. q.16.& D.Probus in additio.ad Ioan.Monach.in rub.de renunciatio. in 6.in fi.& iſta ſeruatur in iudiciis, & maximè procedit quando pars acceptauit notificationem reuocationis,dicens ſe contentam,& quòd illo procuratorio ad reſignandum vti nolebat, imò ei renunciabat, tum quia fauori ſuo renunciare poteſt.ca. ſi diligenti.de foro competen.ſi poſtea faciat expedire,non valebit expeditio tanquam facta ſine conſenſu reſignantis. Tamẽ is qui reuocat tenetur ad omnes impenſas, quas pars cui datum erat procuratorium fecit tam pro curſore mẽſulario, quàm pro aliis.per.l.quidam.vbi Bar.ff. de dolo.& expreſſius Bald.in dicta.l.ſi mandaſſem.in repet.ff.manda.& in l.mandatum. C.illo titul.facit l.fina.ff.de eo, per quem factum erit. Barba. conſilio 15.præclare.columna 3.in 2.volumine.Roma. ſingul.284. procurator.

Reuocans ad expenſas tenetur

Alioqui dolus & fraus parti intimatæ prodeſſet. contra cap. ex tenore. de reſcripti. & poſtquam certa eſt perſona,cui fieri debet intimatio,illi intimatio fieri poteſt,ſicut dixi in permutatione,nec minor ratio videtur in hac reſignatione in fauorem, ſed quia olim non fiebat.ca.epiſcopo.& ſequen. ac per totum. 8.quæſt. 1. Ideo fuit introductum, vt collatori vel procuratori fieret, quia certi ſunt, ſed cum pars in reſignatione in fauorem,& cauſa permutationis certa ſit,intimatio illi parti fieri poteſt,nec refragatur quod cle. loquatur generaliter, verum eſt, ſed ex aliis iuribus reſtringitur,ſicut de permutatione, & in aliis caſibus,& in iſto in fauorem,& ſic fuit nouiſſimè iudicatum in ſenatu.

¶Quintò,notificatio facta ſecretè à parte negata,quæ probari non

non poteſt, perinde erit, acſi facta non eſſet, nam paria ſunt nõ eſſe, & non apparere. l. duo ſunt titij. ff. de teſta. tutel. glo. in verbo deducta. in d. cle. non negarem tamen intimationem fieri poſſe verbo coram teſtibus, dum notificata ſit ei cui debet fieri, cum in d. cle. non dicatur ſcripturam neceſſariam. Et actus tantum valet ſine ſcriptura, quantum cum ſcriptura l. pactum quod bona fide. C. de pact. & parem vim habent teſtes & inſtrumenta l. in exercendis. C. de fide inſtrumen. Nec iſte caſus eſt de requirentibus ſcripturam, quos ſcribit gloſ. in c. 1. de cenſib. in 6. alioqui, ſi non inueniretur notarius reuocatio conquieſceret, quod non videtur verum.

Reuocatio ſine ſcriptis an valeat.

¶ Sextò, non ſufficit ſi notificaretur curſori, quia non eſt ſatiſfactum dictæ cle. voléti. notificari debere procuratori, vel collatori. hoc docet Fel. in d. c. ex parte. col. 8. nec refragatur, ſi dicatur curſorem eſſe in dolo, quia verum tacuit. Reſpon. non eſſe in dolo, quia tacens verum non peccat, niſi ſit in teſtem productus. Innoc. in cap. 1. de crimi. falſi. Iaſ. in l. 1. C. ſi contra ius. Nec tenebatur credere hic curſor alteri, cum ſepius vnus alium decipiat, etiam cõductus erat à domino. Ideo domino ſuo prodeſſe debebat. & dicta clemen. dicit reuocationem debere venire in notitiam collatoris, vel procuratoris, & curſor non eſt talis, &c.

Curſori intimata reuocatio nõ valet.

¶ Septimò, vbi agitur de præiudicio ſolius reuocantis, valet reuocatio, etiam non intimata, & geſta per procuratorem poſtea ſunt nulla. Card. in d. cle. vnica. vnde procurator conſtitutus ad acceptandum, ſi fuerit reuocatus expreſsè, vel tacitè, non poterit acceptare, etiamſi reuocatio non fuerit notificata. Docto. in cap. fina. per illum tex. de procura. libro ſexto. Bald. in repet. dict. l. ſi mandaſſem. ff. manda. l. ſed & ſocius. §. ſi abſenti. pro ſocio.

Reuocatio in præiudicium reuocantis valet.

¶ Octauò, fallit in nuncio, per gloſſ. in d. cle. vna. & in cap. tibi domino. 63. diſt. quia verba in perſonam domini cõcipit, & eſt pica, & organum ipſius domini. gl. in l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. Bald. in c. audita. col. 2. de reſtit. ſpolia. tamen putarem renuntiationem beneficij valere, ſi reuocatio nõ perueniret ad notitiam ipſius nuncij, quia ratio habet etiam locum in eo, ſcilicet illuſio & variatio, ergo & diſpoſitio, & ita docto. ibi. & Feli. in d. c. ex parte. colum. 10. aſſerunt.

¶ Nonò, limitatur quando reuocatio eſſet intimata poſt reſignationem, antequam tamen procurator conſenſerit, quia tunc

Reuocatio poſt expeditionem

et ante cõsẽsum an fieri poßit. notificatio valet nec poterit postea procurator cõsentire, quia à consensu dependet omnis actus, nec sine illo valet aliquid. l. si per errorem.ff.de iurisdict.omnium iudic.l.in negotiis de reg. iur.sed postquam procurator inuenitur reuocatus, non potest consentire. quia non est procurator, ergo postea gestum non valet.c.mandato. de procurato. Nec refragatur, quòd omnia nõ erant integra, quia respon.quo ad resignationem, in qua interuenire debet cõsensus resignantis, adhuc omnia esse integra, quia à suo consensu pendebat cesio beneficij ergo post reuocationem consensus præstari non debet, si reuocatio perueniat ad eius notitiam. Imo dicit glo.singul.in cap.quanuis de procura.in 6. Quòd si de mandato non fuit facta fides procuratori, tunc tenet reuocatio etiam non notificata, quod etiam approbat Ioan.de Ana.con.25.vtrum præsentatio, & hoc est vtile, nam cum in curia Rom. sub spe procuratorij mittẽdi interdum beneficium resignet procurator, antequam tamen recipiat mandatum, valebit reuocatio, etiam non intimata procuratori, si non constet de alio mandato. sic docet Alex.consil. 83. in causa.col.2.& 3.in 7.volu. Ideo cauti non mittunt procuratoria, nisi quando opus est.

Reuocatio non intimata valet, quãdo fides nõ est facta procuratorij.

¶ Decimò, non valet reuocatio procuratoris intimata vni collatori, sed omnibus oportet notificare, qui conferre possunt, si quilibet in solidum hoc poterat.glo. in verbo faciẽda. in d.cle. vnica.scripsi in tractatu nominationum, quæstione 14. nu. 80. Et ideo si reuocatio sit facta & intimata in cancellaria, & expeditio sit facta postea in camera, valebit dicta expeditio. vt plenè scripsi pro domino Guillelmo Fab. & obtinuit in magno regis consilio, vnde intimatio vtrique cameræ fieri debet, affigendo ibidem saltem pro foribus dictam reuocationem, & vt vtrique collatori notificatio fiat, prout notat Ioan. Monach.in c.cupientes.nume.22.de electio.in 6.notificatio tamen facta episcopo sufficit ad hoc vt vicarius eius iure postea non conferre possit, vt scripsi in d.quæst.14. Nam postquam reuocatus est episcopus, & eius vicarius reuocatus censetur, à quo dependet potestas, vt in praxi benefic.scripsi.

Non sufficit vni collatori notificare.

¶ Vndecimò, non procedit in eo, qui constituit procuratorem ad consentiendum recredentiæ, seu sententiæ manutenentiæ, habendæ coram tali iudice, quia tũc sufficit reuocationem parti intimari.per c.ex parte decani.de rescript. vbi in iudicialibus sufficit reuocationem parti intimari, quod ibi Feli.limitat, qui videri

Notificari parti quãdo sufficiat ad reuocationẽ.

videri poteſt.& docto.in cap.2.de procurat.in 6.Bald.in l.1.C. de ſatiſdando. Nec refragatur quòd agatur de beneficio, & ferè de renunciatione beneficij : ergo debet ſeruari diſpoſitio illius cle.Reſpon.coram laicis fieri non poteſt iure reſignatio,& ſi iure fiat,illis oportet intimare,quia collatores ſunt, aut procuratori,ſed iudex non poterat conferre, licet ſententiam proferre poſſet, ergo illi nó eſt intimáda reuocatio,ſed ſufficit parti factam eſſe,& ita fertur in magno conſilio iudicatum.

In generali procuratorio parti notificatio facta valet

¶Duodecimò,ſufficit reuocationis intimatio parti, quádo eſt procuratorium generale, non nominato procuratore, vel factum ad reſignandum coram quolibet poteſtatem habéte, quia per partem ſtare quodámodo,videtur quòd reuocatio non poſſit peruenire ad collatorem, vel procuratorem, & tunc ſufficit intimatio etiá parti facta.de cle. vna. & ibi doct.Sic firmat D. Probus in d.rub. de renunciatio. in fi.quanuis procuratorium non valeat,ſi aliquis non fuerit procurator nominatus,quia eſt de ſubſtantia,vt ſaltem vnus procurator nominatus ſit.l.2.ff.de procura.& tunc poterũt poſtea addi alij, vt dicit ſeruari Boer. vt ſcripſi in glo.etiam ceſsionem.§.1.de nomina.regia.in addi. & ſicut conſtitutus procurator debet eſſe certus & ſpecialis, ita & reuocatio procuratoris ad reſignandum debet eſſe ſpecialis. tex.in l.actione. §. actione. ibi, niſi prohibuerit eum dominus ſpecialiter renunciare.ff.pro ſocio.Plus dicit D.Probus,vbi ſupra,cautellam tunc eſſe,quando procuratorium eſt generale, vt expediatur prouiſio in fauorem alterius,quàm illius cui fuit notificatio reuocationis facta, ſed ſi iſta cautela haberet locũ, ſequeretur, quòd ſi procurator eſſet conſtitutus ad reſignandum in meum fauorem, ſi mihi notificaretur, quod ego poſſem expedire in fauorem alterius,quod non eſt dicendum, quia ſolet apponi clauſula,non aliter,nec aliàs,nec alio modo, de qua aliàs ſcripſi,ergo non poterit fieri prouiſio in alterius fauoré, & notificatio iure vni facta afficit alios.vt in d.cle.vnica. & ſuperius dixi.

Reuocatio ſpecialis eſſe debet.

¶Dcimotertiò, quando ſtaret per partem quominus intimaret procuratori,aut collatori,tunc valebit reuocatio.text. in d. cle.1.in fin.vt ſi conſtituerim procuratorem ad reſignandum in fauorem cuiuſdam nobilis,poſtea cum vellem reuocare, & intimare procuratori,vel collatori,detruſit me in carceres, vel dolo fecit, vt ſe abſentaret collator, & procurator, tunc valebit hoc probato reuocatio,etiam ſecretè facta, vel parti intimata.

timata. Bonif. in. d. clemen. facit. l. quod te. vbi plenè docto. ff. si cer. peta.

Procurator constitutus ad præsẽtãdũ non potest præsentare post reuocationem etiam non notificatã.

¶Decimoquartò, fallit in procuratore cõstituto ad præsentãdum, vt valeat reuocatio etiam non intimata, quia cle. loquitur de procuratore ad cedendum, ergo in alio locum nõ habebit, vt consuluit Paul. consi. 361. venerabilis. vlt. dubio. volu. 1. ex nouiter impressis, quem sequitur Aymo crauette in consi. 76. proponitur. & Cęsar Lãbert in tracta. magno iuris patro. in 14. arti. 4. q. principa. primæ partis. 2. lib. sed ego nunc non discutio, alibi, dum operæpretium fuerit, scripturus.

¶Et contrarium tenui in praxi beneficia in titul. de reuocatio. procura. in fi. cum non inueniatur ratio diuersa inter constitutum ad conferendum, vel ad præsentandum, & tamẽ valet collatio facta antequam fuerit reuocatio intimata vicario. per. l. si forte. ff. de offic. præsid. Ludo. Roma. sing. 57. fuit quæstio. alia plenius ibi tractaui.

¶Vltimò, sufficeret intimatio facta notario, antequam procuratorium esset expeditum, quia tũc non est quòd parti intimare debeam, cum nihil habeat, sicut de contractu, qui nondum est perfectus. dicit Paulus in l. contractus. C. de fide instru. & si notarius post reuocationem illi intimatam expediret, procuratorium non valeret, & puniri deberet tanquam falsarius, quia procuratorium reuocatum habetur, ac si nõ esset. arg. l. duo sunt titij. ff. de testa. tutel. si ipse expediret contractum, qui nunquã fuit factus, falsi puniretur sic. & hic facit. c. ex parte decani. de rescrip. & c. in nostra. de procura. & ibi doct.

Notarius non potest expedire instrumentum post partis phibitionem.

¶Quomodo debeat ista intimatio fieri? ex his quæ scripsi in trac. nom. q. 14. decidere poteritis, Ista præcor boni consulite, quia vtilissima, & non bene hactenus elucidata.

¶Rubrica de firma & irreuocabili concordatorum stabilitate.

a ¶[*Et quia*] Quatuor dicta ponit, ideo quatuor habet partes. secunda, ibi, volumus. tertia, ibi, & cum omnium. quarta, ibi, & nihilominus.

¶In 1. parte propter syncerã Franciæ regis deuotionem ad sedem apostolicam, quia venire dignatus est Bononian personaliter, ad præstandam reuerentiam papæ, concedit idem vt concordatum inuiolabiliter obseruetur, id est sine violatione & corruptione. exponit glo. in §. item sacramenta de pace tenenda & iuramento firman. adeò vt hoc verbum inuiolabiliter tollat dispensationem in contrarium, videlicet vt papa non posit dispensare, nec rex. gloss. & docto. in authen. sacramenta. C. si aduersus védi. alioqui inuiolabiliter non obseruarentur.

De verbo inuiolabiliter.

¶Secũdò, in vers. illam vero vult istam concordiam habere vim contractus, & obligationis videlicet, vt vtraque pars etiã obligetur, videlicet papa & rex ad obseruandum contenta in dictis concordatis, & sedes apostolica & regnum Franciæ, & quando constitutiones transeunt in contractũ, reuocati non possunt. teste Bartolus in l. hi qui. C. de excusatio. mu-

¶Rub. de firma & irreuocabili Concordatorum stabilitate.

Hæc conuenta Bononiæ facta vult inuiolabiliter obseruari vim contractus, & obligationis inter conuenientes habere, & non posse in aliquo etiam per papam his derogari, & in contrarium facta irrita decernit.

ET quia ad supradictam concordiam cum præfato Francisco rege ob illius syncerã deuotionem, quã erga nos & sedem prædictam dũ ad præstandam nobis reuerẽtiã, & filialem obedientiã, ad ciuitatem nostrã Bononiæ personaliter venire dignatus est, consentimus, illámque inuiolabiliter obseruari desideramus. Illam veri contractus & obligationis inter nos & sedem apostolicam prædictam ex vna, & præfatum Regem & regnũ suum ex altera partibus, legitimè inniti, vim & robur obtinere, ac illi & præsentibus in aliqua sui parte, per quascunque literas, & gratias per nos

lib.10.Roma.con.352.quæritur.col.3.dixi plenè in præf.ad rubricá de collatio.supra. Et sic fecit deus, vt patet Exodi 24.c.videlicet promissiones suas subiacere contractui, vt sic certiores redderet homines, quòd ipse promissa adimpleret, & vt ipsi arctius se obligatos ad exequendum præcepta eius agnoscerent.

¶Tertiò, cõcordia ista facta est ibi inter papá & sedem apostolicam ex vna, & præfatũ regẽ & regnum Franciæ ex altera, ergo vna pars sine alia non potest contra hác cõcordiá venire, sicut facta vẽditione inter quatuor, vnus, sine tribus, nec quidem duo vel tres sine communi concordia à venditione resilire possunt. l.1.& sequent.C. quando liceat ab empt. disced.& ex hoc tex. sumpsi initium concordatorum.

Non potest his derogari cõcordatis.

¶Quartò, vim ac robur præstitit papa his cõcordatis, vt legislator solet suis legibus. §.pe. in procem.instit.ibi, & plenissimum nostrarũ constitutionum robur eis accommodauimus & constitutiones de rebus ecclesiæ factæ, quáuis vtiles, nullam obtinent roboris firmitatẽ, nisi à papa, vel à sede fuerint approbatæ. ca. 1.dist.19. c. ecclesia, de constitu. ideo hic papa

& successores nostros desuper cõcedẽdas derogari, clausulámque, cum earũdem derogatione præsentium latissimè extendenda ad quod eædem præsentes literæ & earum tenor, pro expressis habeantur, in quibusuis supplicationibus pro tẽpore signatis appositã, nihil penit⁹ operari, & illius vigore in literis apostolicis super ipsis supplicationibus conficiendis, quicquá per quod præsentibus, aut alicui particulæ de contentis in eis derogaretur, seu derogari videretur, narrari non possit. Et sic per quoscunque iudices & commissarios etiam causarum dicti palatij apostolici auditores, & præfatæ Romanæ ecclesiæ cardinales, in quibusuis causis super præmissis, vel eorum aliquo pro tẽpore motis iudicari, definiri, & sententiari debere, sublata eis aliter sententiandi & definiẽdi omnimoda difficultate & authoritate. Nécnon irritum & inane quic-

his con-

his conuentis robur præstitit.

¶Quintò, statuit, vt illis non possit derogari, etiã in aliqua sui parte, & sic nec in toto, nec in minimo quidem, hoc significat verbum aliqua. per glo. in cle. vna. de foro compet. vt plenè scri psi in interpretatio. authentic. habita. C. ne filius pro patre, post scholastico. priuilegia.

quid secus superbis, vel eorum aliquo à quoquam quauis autho ritate etiam per nos & successo- res nostros præfatos, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

nec expressè, nec tacitè, nec per quascunque literas, siue gratiæ, siue iustitiæ, & sic nec per indulta. & si concedátur, non debent verificari, seu vt dicunt practici interinari, quia non valent. Nec per eas potest derogari his concordatis, siue vt nominati excludantur, siue vt alij imperantes præferantur ipsis, nisi sint mandatarij, qui in rub. de manda. supra excepti sunt, & ideo vides anullari omnes literas contra hic statuta impetratas, & impetrandas, vt hic dicitur. & ideo literæ, quæ dantur vt causæ aliquorum in magno consilio decidantur, & non alibi, periclitantur per istum text. quia contra hæc concordata, & maximè contra rub. de caus. imò fuit quædam ordinatio publicata in parlamẽto. 1389. die. 15. Augusti. per quam rex prohibebat aduocatis, & procuratoribus, & aliis, ne literas impetrarent règias in præiudicium ordinationum regiarũ, & si impetrarẽt, voluit, quòd curia illis literis nõ obtemperaret, saltem à partibus impetratis, & clausis. vt refert Ioan. Gallus in quæstio. per arresta, quæstio. 115. versicul. itẽ fuit publicata, & in stilo parlamen. arresto. 4.

Literæ impetratæ cõtra ordinationes & concordata nõ valent.

¶Sextò, hic text. clausulam derogationis annullat, & nihil penitus operari voluit, vt habeantur pro expressis ista, quæ in his concordata requiruntur, & ideo istis conuentis non potest derogari, per ea quæ tradit Bart. in l. si quis, in principio. ff. de leg. 3. & sic indulta & nominationes contra ista impetrata nõ videntur valere.

¶Septimò, vult non posse quicquam narrari, per quod his cõcordatis derogatum velit, seu alicui particulę, & sic tollit facultatem partibus, & ideo narratum in contrarium nil operabitur. nec valebit. l. non dubium. C. de legib. vbi doctor.

¶ Octauò, vult iudices quoscunque auditores etiam Rotæ & cõmissarios, & præfatæ Romanæ curiæ cardinales in quibuscũque causis iudicare, & definire secundum hæc concordata, sublata facultate eis aliter definiẽdi, & iudicandi, & sic patet quàm graui pœna afficiendi sunt iudices, qui contra conuenta hic iudicant, tanquam enim priuati sunt, nullam habẽtes iurisdictionem, cum sit eis remota facultas, & ideo tanquam falsarij sunt puniendi, puniuntur etiam aliis pœnis descriptis in cap. 1. & per doct. de re iud. in 6. & in l. si filiusfa. ff. de iudic. & in rub. C. de pœna iudicis qui malè iudic.

De clausula decreti irritantis, quid operetur. ¶ Vltimò, notãda est clausula decreti derogatoria, ibi, nécnon irritum & inane, vbi omnia contra hæc concordata attentata, & facta à quoquam vult irrita esse, siue scienter, siue ignoranter fuerit attentatum. Et ideo hæc clausula in omnibus articulis concordatorum censetur repetita. quare non bene dicunt quidam dicentes valere aliqua in contrarium gesta, cum hæc clausula decreti respiciat omnia, & singula, vt patet ibi super his, vel eorum aliquo. versicu. nécnon. & quando clausula decreti in cõstitutione, vel actu apponitur, si contrarium fiat, pro infecto habetur cap. ad petitionem, de accusat. glos. in cle. 1. de immuni. ecclesi. facit. l. 1. ibi, nullius momenti. ff. de feriis. text. in §. vltim. in fin. 4. distinct. quia hæc clausula etiam ligat manus papæ. Domi. per illum tex. in cap. quodam. in fin. de præbend. in 6. Et si superior confirmat statuta, vel consuetudines inferioris, apponendo clausulam decreti. quod inferior postea nõn potest illa declarare, dicit Bald. in c. ea quæ, de re iudi. Imol. in l. ex facto. ff. de vulga. vide plenè Barba. in cle. 1. columna 8. de elect. dixi multa in cap. dilecto. de præbend. per illum text. vbi etiam doct. tractant de hac clausula decreti, quando est posita in commodum partium, an partes possint eam tollere. Feli. in cap. cum accessissent. numero septimo de constitutio. Angel. in §. tripli. columna tertia institutio. de actioni. Ias. in l. non dubium columna quarta de legib. C. Plus dicit Barba. in cle. 1. columna 9. de elect. quod si papa concesserit, quòd abbas non possit conferre beneficium regulare clericis secularibus, & apposuit decretum, si postea abbas conferat secularibus tempore longissimo, non orietur consuetudo, nec præscriptio propter appositionem decreti, licet aliàs oriretur, vt est casus singu. in c. cum de beneficio. de præbend. in 6. vbi Archi. quot not. ad limitationem illius tex.

Nota quando consuetudo non oritur nec præscriptio.

a ¶ §. *Volumus*] Notandum est quòd lex, constitutio, siue edictum debet legi, recitari & publicari, acceptari & registrari in senatu, alioqui non ligat, vt hic. & l. cum hi. in prin. ibi, in senatu recitata. ff. de transactio. facit. l. lecta in auditorio. si cer. peta. dixi plenè in interpr. l. vnicæ. nota. vlt. C. de senté. quæ pro eo quod interest proferuntur. & in l. in rebus. in fi. C. de iure dotium, scribitur quòd septies fuit recitata in nouo consistorio palatij Iustinia. etiam cõstitutio debet in scholis publicè legi. §. hęc auté, in proœmio. fforum. Ideo his commotus, has constitutiones publicè in scholis Parisien. decretorum magnis interpretari hoc anno 1535. cœpi, & volanti calamo hæc scripsi, quæ si longa digestione decocta fuissent, forsan vtiliora forent. at cum nostris auditoribus nihil negare possem, nec vellem, ista (etsi abortiua) illis euulgare non erubui, in posterum subtiliora, & (vt spero) meliora quotidie mihi occurrentia, iis addenda decreui. Interim tam voluntatem synceram, quàm operam grataanter oblatam æquo animo sucipite, & hos voluntarios labores ex tempore editos excusatos facite.

Quo tempore fuerunt concordata Parisiis interpretata.

Statuit vt si rex ista concordata nõ approbauerit intra sex menses, & à prælatis curiisque parlamentorum acceptari, legi, et publicari nõ fecerit, acceptationẽ publicationémque ad papã non transmiserit, ac legi, & obseruari inuiolabiliter in regno non fecerit, cassa & irrita fieri.

a ¶ Volumus autẽ quod si præfatus rex pręsentes literas, ac omnia & singula in eis contenta, quæ ĩ prima futura sessione pręsentis cõcilij Lateranen. approbari & confirmari facere promittimus, infra sex mẽses à die approbationis & confirmationis huiusmodi computãdos nõ approbauerit, & ratificauerit, & ea perpetuis futuris temporib⁹ in regno suo, & omnib⁹ aliis locis & dominiis dicti regni per omnes prælatos, & alias etiã ecclesiasticas personas, ac curias Parlamẽti, acceptari, legi, publicari, iurari, & registrari, ad istar

¶ Si voluissem materias dilatare, in immensum creuisset opus nostrum, ob id coartare illud cum his volui. quæso vos bo-

ni æquíque consulite, & in eo in quo ista cócordata intra sex menses debét ratificari derogatur, in rub. seq. videte ibi.

a ¶ §. *Et cum omnium*] Not. non valere cósuetudines seu ordinationes, vel statuta libertati ecclesiasticæ & authoritati sedis apostolicæ quomodolibet præiudicantia. authen. cassa. C. de sacrosanct. eccle. & infra dicam. nec papa intendit illa approbare expressè, nec tacitè, licet quandoque patientia habeat vim approbationis. c. literas de supplē. neglig. præla. Tamé ad tollendum istud dubium, papa hic protestatur, quod non intédit approbare: imò etiam si hoc non protestaretur papa, tamen adhuc confirmando omnia statuta, nó videtur confirmare ea, quę sunt contra libertatem ecclesiæ. Bal. & Ias. in l. omnes. col. 8. nu. 36. ff. de iust. & iure. posset tamen si vellet ea confirmare, secundum Ias. ibi, allegádo Innoc. in ca. 1. de transact. Bald. in l. ius ciuile. in fin. ff.

aliarum constitutionum regiarum, & de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento & registratione prædictis, infra prædictum tempus per omnium & singulorum supradictorum patētes literas aut authenticas scripturas nobis non transmiserit, aut nuncio nostro apud ipsum regem existenti per eum ad nos mittendas non consignauerit, & deinde singulis anneis etiam legi (prout alia ipsius Francisci regis constitutiones & ordinationes quæ in viridi sunt obseruantia, obseruari debent) inuiolabiliter obseruari cū effectu nō fecerit, præsentes literæ, & inde secuta quæcunque sint cassa nulla, nulliúsque roboris vel momenti.

Statuta, & consuetudines regni Franciæ contra ecclesiasticam libertatem, vel sedis apostolicæ authoritatem papa non approbat, cū illorum notitiam non habeat.

a ¶ Et quum ommnium quæ in regno, Delphinatu, & comitatu prædictis aguntur, notitiam non habeamus, consuetudines, statuta, seu vsus, libertati ecclesiasticæ & authoritati sedis apostolicæ, quomodolibet præiudicantia, si qua in regno, Delphinatu, & Co

mitatu prædictis aliàs quàm in præmissis existant, non intendimus nobis & eiusdem sedi in aliquo præiudicare, seu illa tacitè vel expressè quomodolibet approbare.

mandat regi Francorum, vt hac concordata per se, vel alios publicari, & inuiolabiliter obseruari faciat, contradictores compescendo, non obstan. quibuscunque in contrarium adductis.

¶Et nihilominus præfato Francisco, & pro tempore existenti Francorum Regi, in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus per se vel alium, seu alios in dignitate ecclesiastica constitutos, præsentes literas, ac omnia & singula in eis contenta quando & quotiens opus fuerit, publicari & ea inuiolabiliter obseruari faciat. Contradictores cuiuscunque dignitatis & præeminentiæ fuerint, per cẽsuras ecclesiasticas, & pecuniaris pœnas, aliáque iuris & facti quæuis opportuna remedia (appellatione qualibet omnino postposita) compescendo. Non obstantibus omnibus supradictis, aut si aliquibus comuniter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint: per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

de iusti. & iure. Alex. cõsil. 209. statutis col. 2. vol. 2. quod non firmo per multa quæ alibi scripsi.

¶Quero quæ sint statuta præiudicantia libertati ecclesiasticæ, seu cõsuetudines, vel vsus? Respon. illa quæ sunt contra priuilegia concessa ecclesiis, vel ecclesiasticis personis, à quocunque fuerint cõcessa, siue tollãt ea, siue diminuant, siue timidiores clericos reddant. nota. in c. ecclesia. de constit. authen. cassa. & ibi doct. C. de sacrosan. eccle. Inno. & alij in c. nouerit. & c. graué. de senten. excommu. Bart. in l. cunctos. col. 8. & seq. C. de sũma tri. plenè Barb. in repeti. rub. de rebus ecclesi. non alienand. col. 39. versi. 3. hæsitatio, nu. 167. cum seq.

Quæ sunt statuta præiudicantia libertati ecclesiæ.

Volens auferre priuilegium Romanæ ecclesiæ in hæresim labitur.

plenè ꝓsequitur Roch. Curt. in repet. c. fi. col. 74. cum sequen. versic. 5. sit conclusio. de consuetu. Et qui Romanæ ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæresim labitur. text. in c. omnes. 22. distin. multa tradit Ioánes Lupus in tractatu de libertate ecclesiastica, in 2. parte, quæst. 10. Ego ipse addidi plura ad authenti cassa, & alibi plena manu scripsi, quæ refer uo alio, & tempore & loco euulganda.

a ¶*Nulli*] De materia huius. §. dicetur. infra de protectione concordatorum.

¶Rubrica de conclusione Lateranẽ. concilij.

a ¶*Nos igitur*] Notandum est quòd sicut in corpore physico vnum corpus habet plura mébra, sic & in corpore mystico. l. rerum mystura. ff. de vsucap. Et bonum est argumentũ de hoc corpore ad phy

¶Nulli [a] ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, suspẽsionis, astrictionis, declarationis, præcepti iniunctionis, monitionis, innouationis, consensus, decreti, volũtatis, permissionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotétis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno incarna. dominicæ. 1516. 15. Calend. Septem. pótifi. nostro anno quarto.

¶Rubrica de conclusione Lateranen. concilij.

Concordata edita fuerunt, vt in sancta ecclesia perpetua charitas, & pax inuiolata perdurent, & si qua membra dissentiant, reuniantur corpori. ob id illa papa cum matura concilij Lateranen. deliberatione approbat ea tamen lege, vt intra sex menses approbentur à prælatis regni, in eo quæ publicentur legantur, acceptentur, & obseruetur, aliàs irrita ea decernit.

NOs igitur [a], vt literæ ipsæ, quæ ob id præcipuè editæ

ficum.c.quoniam. de offi.ordi. Nam hoc imitatur phyficum.l. adoptio.1.ff.de adoptio. quæ membra capiti fubfunt tanquam nobiliori.l.cum in diuerfis.ff.de relig.& fu:np.funer. & non licet membris à capite difcedere. cap. cum non liceat,de præfcri. quod fabulofe loquens oftendit Liuius de po.Ro.cui Agrippa propofuit fabulam de membris à capite difcedentibus. vt videre licet lib.2.ab vrbe condit.Ita in corpore myftico vnum eft corpus, cuius caput eft Chriftus,& Chrifti vicarius Petrus, Petríque fucceffores. extrauagan. vnam fanctam.de maiorita. & obedien. in communibus. quicunque ergo non fubeft Roman.pontifici,non eft de ifto corpore myftico, nec de ouibus Chrifti, dicente eo vnum effe ouile, & vnum paftorem. & alibi dici idem Chriftus, non poteft palmes facere fructum,nifi manferit in vite.Qui in me manet, multum fructum affert. & fi quis in me non manferit, mittetur foras, ficut palmes, & arefcet, & colligent eum, & mittent in ignem. cap.fi Petrus. 24. quæftione.1. multa hic poffem addere, quæ licet videre in dict. extrauagan. vnam fanctam. & per theologos, ac per Ioan. de terra rubea in tractatu contra rebelles regum. articulo tertio.tracta. tertij.

Duplex corpus myfticum & phyficum.

fuerunt, vt in corpore myftico, fancta videlicet ecclefia, perpetua charitas & pax inuiolata perdurent,& fi qua membra diffentiant ea commode fuo reinferantur corpori, eo magis obferuentur quo clarius conftiterit ipfas literas,ea matura & falubri deliberatione,à nobis (dicto facro Lateranen.approbante confilio)approbatas,& innouatas, qua ftatutæ & ordinatæ fuerunt,licet ad earundem literarũ fubfiftentiam & validitatẽ, alia approbatione non indigerent.Ad abundantiorem tamẽ cautelã, vt eò tenacius obferuentur,& difficilius tollantur,quo tãtorum patrum fuerint maiore approbatione munitæ, literas prædictas cum omnibus & fingulis ftatutis ordinationibus.

¶Colligere tamen ex hoc text. possumus, quare edita hæc sint concordata, & respondet tex. vt in sancta ecclesia perpetua charitas, & pax inuiolata perdurent, & si qua membra dissentiant reuniantur corpori, & ideo hæc dicit, quia regnicolæ seruabant ea, quæ erant statuta in consil. Basilien. & conscripta in pragm. quod valde pontificibus summis displicebat, vt scripsi supra in præfa. ad rub. de colla. ob id vt reunirentur, & pax duraret ista cōuēta facta sunt, & gallis hominibus tradita.

¶ Decretis [a] diffinitionibus, pactis, conuentionibus, promissione, voluntate ac pœnis, inhibitione, aliísque omnibus, & singulis clausulis in eo contentis, illa præsertim qua voluimus, ꝙ si præfatus Franciscus rex supra dictas literas, ac omnia & singula in eis contenta, intra sex menses à data præsentium computandos non approbaret, & ratificaret, & ea perpetuis futuris temporibus in

a ¶*Decretū*] Quæro quot modis accipiatur. Secūdò, in quibus casibus interponatur. ¶ Tertiò, quomodo annulletur.

Decretum quot modis accipiatur. ¶ Primò, quædam sunt Dei decreta, quæ si non custodiantur, fames, siccitates, & alia mala nos circunueniunt. 3. Reg. ca. 18. Sit quoque cor nostrum perfectum cum domino Deo nostro, vt ambulemus in decretis eius. Item decreta patrum, ca. quanto. de transla. episc. Alia legatorum. cap. præsenti. de offic. lega. lib. 6. ca. 1. de loca. Quædam sunt sedis Apostolicæ decreta. ca. nulli. &. c. omnia. 25. q. 1. Decreta sunt episcoporum. ca. si quis. de maio. & obedien. Súntque decreta Cæsaris. cap. 17. actor. Apostolo. ibi, hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt. Alia sunt Regum, Daniel. 3. cap. post princip. Tu Rex posuisti decretum, &c. & 1. Esdræ. ca. 6. A me ergo positum est decretum. & paulopost, Ego Darius statui decretum. Alia decreta decurionum. ff. de decret. ab ordine facien. Item sunt decreta iudicum. 1. Regum. 17. ca. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio; qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. c. absit. 11. q. 3. alia sunt decreta prætorum. l. si prætor. in princi. ff. de iud. Aliquando accipitur generaliter pro quacunque ordinatione, seu statuto superoris. l. item eorum. §. sed si ita. ff. quod cuiusque vni nomi. Quandoque pro sententia seu authorita-

te,

te,qua iudex contractum iustum fore decernit, authoritatem suam interponendo,vt in rub.ff. de reb.eorum. & de præd.minor.sine decreto non alie.vel pro decreto iudicis aduersus contumaces, vt quando interponit authoritatem mittẽdo aliquem in possesionem ex primo,vel ex secundo decreto. l.si finita.§. si plures. & ibi glo. & §. Iulianus.& §.si fortè.ff. de damno infect. glo.in c.1.de reb.ecclesiæ non alienand. li. 6. Et est propriè institutum papæ, à decernendo animi interiora dictum. *Quid sit decretum.* Præceptum verò regum à præcipiendo, teste Luca de Penna in rub.C.de præd. curial. sine decret.non alienã. lib. 10. Vel strictè capiendo,est deliberata iudicis commisio,ab eo facta cum causæ cognitione citra condemnationem vel absolutionem. Aliísque multis modis sumitur,vt per Specu. in tit.de primo & secundo decreto.Et Rebuff.in rub.C.de decret.decurio. lib.10.& Guido papæ in suo tracta.de primo & secundo decreto.in princip. Bald.& Ias.& alios in dicta.l.ne quicquam,§.vbi decretum.Vide differentias inter decretum & sententiam per Alexan. in l.iustæ.col.3.& seq.ff.de acquirend. posses.

regno suo, & aliis locis & dominiis dicti regni, per omnes prælatos, & alias ecclesiasticas personas, ac curias parlamentorũ acceptari,legi,publicari,iurari & registrari, ad instar aliarum constitutionum regiarum, & de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento, & registratione prædictis intra prædictum tempus

¶ Verumenimuero quia hæc materia decreti est tam frequens, vt quælibet alia totius iuris, ideo hic paucisima verba instar imperatoris,in l.antiquitas.C.de vsufruct.putaui inserenda,videlicet in quibus casibus interponatur decretum,item quomodo annulletur.

In quibus casibus decretum interponatur.

¶ Primò, interponitur secundum quosdam decretum in alienatione rerum ecclesiæ authenti.hoc ius porrectum. C. de sacrosanct.ecclesi.Tamen communis opinio flectit alio vt authoritas episcopi, siue consensus requiratur loco illius decreti.cap. 1.de rebus ecclesi.non alienand.Ad euitandas opiniones solent notarij in instrumentis alienationum rerum ecclesiæ apponere hæc verba,talis episcopus dedit licentiam, authoritatem, consensum ac decretũ suum interposuit super alienatione talis rei,

Specula.in titu.de emptio.§.nunc dicendum.versicu.cæterum. dixi in compendio alienationum rerum ecclesiæ, in verbo ne quis episcopus.pagin.25.

¶Secundò, in venditione rerum ciuitatis decretum interponi solet.l.fi.C.de venditio.rerum ciuita.lib.11.vbi,Rebuff.

¶Tertiò,in venditione prædiorum decurionum,& curialium.l.1.& per totum. C. de præd.curial.sine decreto non alienand. li.10.

¶Quartò, in alienatione bonorũ immobilium minoris. l. lex quæ tutores. C. de administratio.tuto.l.1. & per totum . de præd. minor. sine decre. non alie.

per omnium & singulorum supradictorum patẽtes literas, aut authenticas scripturas, nobis nõ transmitteret aut nuncio nostro apud ipsum regem existenti, per eum ad nos destinendas nõ consignaret, & deinde singulis annis etiam legi (prout aliæ ipsius Francisci regis constitutiones & ordinationes, quæ in viridi sunt

¶Quintò, decernuntur pupillo alimenta pro modo facultatũ. l.1.2.& 3.ff. vbi pupillus educari debeat.

¶Sextò, in tutore vel curatore dando pupillis illustrium persõnarum.l.vna.versicu.& si ibi per prætorem interponatur decretum.C,de tutor,& curat. illustrium persona.Idem in aliis personis tenet Barto.in l.legitimos.ff.de legit. tutor. idem in actore dando tutoribus impeditis.§.fi,institu.de cura,

¶Septimò,in reuocando tutore vel curatore, quia eadem solennitas requiritur in dissoluendo, sicut in faciendo. authen.ea contra.C,de repud.l.si vt proponis.in 2.de nup.l.nihil tam naturale.ff.de regu.iur.ideo vbi in contractu requiritur decretum, & in distractu, & sic in transactione. Bald.in l.præses.quæst. 1. C.de transact.

¶Octauò,in manumissione seruorum per minores ex causa facienda.l.etiam.ff.de manu.vindict.§. cadem.& sequen. quibus ex causis,ma,licet in instit.

¶Nonò,in diuisione bonorum minoris.glos.& ibi Barto.in l. inter pupillos.ff.de autho. præstan.

¶Decimò,in inuentario tutoris.Bald.expressè in l. si tutor.C. in quibus causis in integrum restitu.non est necessaria. allegat. l.fina.C.de arbi.tute.

¶Vndeci-

¶ Vndecimò, propter famen consanguineorum pupilli, potest tutor cum decreto alimenta ei ex bonis pupilli dare. l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tutel. & ratio. distrahant.

¶ Duodecimò, idem in procuratore dando furioso. l. de creationibus. C. de episco. audien.

obseruantia, obseruari debent) inuiolabiliter obseruari cum ef fectu non fecerit, literæ ipsæ & inde secuta quæcunque essent

¶ Decimotertiò, super transactionibus alimentorum solet decretum siue authoritas prætoris interponi. l. cum hi. & l. de alimentis. ff. & C. de transact.

¶ Decimoquartò, olim in bonorum possessione decernenda, & vocabatur bonorum possessio decretalis. l. 1. §. decretalis. ff. de succe. edict. hodie tene quod traditur in l. fi. C. qui admitti ad bono. posses. possunt.

¶ Decimoquintò, in venditione facta per subhastationem. l. 1. C. de fide instrument. lib. 10. & l. si quos, de rescinden. vend.

¶ Decimosextò, interponitur decretum in remittenda parte debiti facta per maiorem partem dissentiente minore parte. l. & suum hæredem. §. fi. ff. de pact.

¶ Decimoseptimò, in cõtractu filiifamilias, cuius pater est furiosus, vel mente captus. Bal. in l. si furiosi. per illum tex. C. de nupt.

¶ Decimoactauò, in dominij adiudicatione facienda contra contumacem, & vocatur secundum decretum, de quo in l. si finita. §. Iulianus. & §. si plures. & ibi multa dicunt docto. ff. de damno infect. Specu. in tit. de primo & secũdo decreto. & Guido papæ in tract. de primo & secundo decreto.

¶ Decimononò, vbi iudicis officium imploratur. l. nec quicquã §. vbi decretum. ff. de offic. proconsul.

¶ Vltimò, in omni cõtractu debet interponi decretum iudicis, seu peti, vt contractus confirmetur. text. & ibi Bar. in l. si quos. C. de decur. lib. 10. Anto. de Burgos in c. cum causa. col. 9. cum seq. de empti. Pantha. Calderi. in repet. l. 2. col. 26. C. de rescin. vend. Lucas de penna in l. fi. C. de decre. decurio. lib. 10.

¶ Tamen aliquando is non interponit decretum, cuius authoritate bona licitantur: vtpote si ex commissione cameræ computorum bona venũdantur, ipsi de oppositionibus cognoscẽt: sed decretũ interponetur ab illo iudice, qui iurisdictioné & imperiũ habet in illo loco, vbi bona sita sunt. vt vidi seruari in so- *Decretum à quo interponatur.*

rensi iudicio,

Decretũ ex quibus causis annulletur.

¶ Tertiò, queritur quomodo annulletur decretum. Respon. primò quádo ex falsa causa est interpositum, vtpote allegatum est æs alienum pupilli, quod non erat, & vendita est ob eam causam res, tunc decretum est nullum. l. magis puto. §. si æs alienum ff. de reb. eorum. l. seiæ. de tutori. & curatori. datis ab his. l. iusta. & ibi Benedict. plumb. de manu. vindic. & l. cum verò. §. subuentum. de fideicommissa. libert. l. & si præses. C. de prędi. minor. Iacob. in l. hoc edicto. in 1. lectu. ff. quod quisque iuris. Corne. consi. 132. fundata. col. vlti. in 2. volu. & consil. 132. licet in præsenti. col. 2. in 4. vol. & consi. 185. super duobus, colum. 3. ibidem. Alex. consi. 69. in causa. col. 1. in 3. volu. & consil. 147. viso. thomate. col. 1. in 7. vol. Ias. in l. si is ad quem. col. 4. ff. de acquir. hæred.

cassa & nulla, nulliúsque roboris vel momenti (sacro Lateranensi concilio approbante) apostolica authoritate, & potestatis ple

¶ Amplia, siue causa esset falsa ipso iure, siue per exceptionem. ideo decretum interpositum propter debitum quod potest excludi per exceptionem, non valet. Roma. consi. 454. in re præsenti, col. 2. Innoc. in c. præterea. col. vlt. de dilatio.

¶ Secundò, etiam procedit, siue causa falsa sit expressa in decreto, siue nó, dummodo ex actis constet. gl. in l. 2. C. quando prouoca. non est necesse. Bart. & alij in l. seiæ. ff. de tutor. & curato. datis ab his. Alexan. consi. 207. Domine Alexáder. circa finem. in 7. volu. Cuma consil. 114. Antonius Benedicto. colum. 4.

¶ Tertiò, extende etiam si causa sit pro parte falsa, quia tunc in totum vitiatur decretum. Bart. & alij in l. si non sortem. §. si cétum. ff. de cődict. indebit. Bald. in marga. in verbo decretum. q. 2. Rom. consi. 454. in re præsenti. col. 2. Dec. cősi. 403. quáuis in casu. col. 5. nu. 20. Capiti. in decis. Neapol. q. 51. quia sentétia indiuidua est vnius capituli l. in hoc iudicio. ff. famil. hercis. & in diuiduis inutile vitiat vtile l. 1. §. ité quæro. &. §. item trebatius. ff. de aqua quotid. & æsti. l. græce. §. illud. de fideiussor. Et sic adiudicatio rei pro maiori debito, quam sit, nó tenet in aliquo, quando fit à iudice. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. Bald. in l. certi condictio. §. quoniam, colum. 9. si cert. peta. secus si à parte. d. §. si centum. Alexand. in l. iustè. ff. de acquir. possess. Bald. consil. 223. proponitur. col. 1. in 2. volu. & sic fuit iudicatum Neapoli, vt

vt refert. Mathe. de afflict. in decision. Neapollita. 218. petita. quod etiam non procedit quando res esset mihi adiudicata, tam ratione mei debiti quàm debiti fratris, cuius mandatum nõ habeo, quia tunc pro parte mea tenebit. Bal. in l. ordo. col. fi. C. de execu. rei iud.

nitudine approbamus, & innouamus: eásque inuiolabiliter & irrefragabiliter obseruari & custodiri mandamus: robur quæ perpetuæ firmatis in euentum dictarũ approbationis, & ratificationis, & non

¶ Quartò, amplia vt per Paul. castren. cõsi. 201. visis. col. 1. vol. 1.

Casus in quibus decretum ex falsa causa interpositum valet.

¶ Primò, fallit quãdo ius & iustitia deficerẽt ex parte cõuenti, seu ratione rei in quã facta est missio, vtpote si verè sim creditor Titij, & missus sim in possessionem rei Caij, tanquam esset Titij, tunc si facta sit missio ex primo decreto, poterit Caius comparere, & ostendere summatim de iure suo, & reuocari facere missionem. l. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iudica. Si verò compareat post secundum decretum, non poterit summariè petere reuocationem missionis, sed ordinariè sic, offerendo libellum, & alia faciendo necessaria. d. l. à diuo Pio. §. si post addictum. & Bart. in l. si is ad quem. ff. de acqui. hæred.

¶ Item si fuerit facta missio rei, in qua tertius habet ius, quia intra annum summatim discutietur, postea verò ordinariè. Bar. & alij in d. l. iustè. ff. de acquirend. possess. Secus si deficeret ius ex parte agentis, vt si peto centum, quæ falso dico mihi esse debita, & quia non compares, sum missus in possessionem tuorum bonorum, tunc non valet decretum interpositum, quia deficit ius ex parte agentis, cum nil mihi debeatur. l. 1. ff. ne vis fiat ei. §. hæc verba.

¶ Secundò, fallit quando inter consentientes esset interpositum. l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius vocan. vbi si libertus tanquam ingenuus fuerit adoptatus, & decretum adoptionis interpositum, illud decretum tenet secundum Bald. ibidem. & Iaco. in l. cum hi. §. si prætor. in secunda lectura. ff. de transactio.

Decretum motu proprio interpositum ex falsa causa valet.

¶ Tertiò, fallit quando motu proprio iudicis esset interpositũ, vt si motu proprio decernat quem ex falsa causa tutorem, valebit: secus si ad partis postulationem. not. in l. si vt proponis. C. de confirmand. tutor. Bart. in l. tutor. col. 1. ff. de tutor. & cura.

datis ab his. Et sic est differentia quando ad petitionem vel motu proprio, quia tunc non est nullum ipso iure, licet per sententiam fortè possit annullari. sed quãdo ad postulationem est interpositum, est ipso iure nullum, quia dolo partis videtur concessum. Dixi supra in forma mandati apostolici, in gloss. motu proprio. & hodie solent impetrari literæ regiæ ad annullandum illud decretum ex causis allegatis in literis.

Praxis annullãdi decretum.

¶Quartò, limita quando veritas vel falsitas causæ ex iudicis declaratione pendebat, vt si iudex interdixit administrationem alicui tanquam prodigo, qui non est, valet tamen decretum, vel si decreuit eidem tutorem. l. is cui. & ibi Bar. & alij, ff. de verbo. obliga. secus si dederit tutorem vel curatorẽ ei qui non est minor, quia cum ætatis declaratio fiat à natura, prodigalitatis à iudice, non valebit prima, secus in secunda, quia suæ declarationi stari debet. Barto. & alij in l. sciẽ. per illum tex. ff. de tuto. & curato. datis ab his. tex. in l. tutor si petitus, ibidem.

aliter nec alio modo obtinere, omnésque in dictis literis comprehensos ad ipsarum literarum, ac omnium & singulorum in eis expressorũ obseruationem, sub censuris & pœnis ac aliis in eis contentis, iuxta

¶Quintò, modera quando decretum interponeretur ex causa erronea, vt si iudex ignorans interposuerit decretum super contractu, dolo, vel metu initio, tunc decretum non est nullum, sed poterit peti restitutio. 2. l. & ibi Bald. & Iacob. C. de fideiuss. minor. & oportet impetrare literas à rege, vel à cancellaria super istius contractus rescissione non obstante decreto. quòd si decretum esset nullum, non indigeret rescissione. l. in causæ. in secund. in princi. ff. de minor. Alexand. in l. iustè. columna 7. ff. de acquirend. possessio. nos etiam in vtroque casu impetrare solemus literas regis in hoc regno. vt plenè scripsi in trac. de rescissio. contract. & intra quot tempus peti debeat. in constitu. reg. in 2. tomo.

Litera regia ad rescindẽdum contractũ cum decreto impetrantur.

¶Vltimò, limita quando fuisset cognitum de veritate aut falsitate causæ ante decreti interpositionem: glo. vlt. ibi Bald. in l. si putas. C. de peti. hęred. argu. l. fi. de edicto. diui Adria. tol. Bald. in l. 2. col. 2. C. quando prouoc. non est necesse, etiam si summariè fuerit cognitum, quia in decreto non requiritur plena causæ co-

cognitio.gloss.in l.cum proponas, in verbo constat.C.de bonis aucto.iudic.possi.c.fi.§.vlt.in ver.summatim. vt lite non contest.doc.in d.l.iuste.& in d.§.si prætor : aliàs tradunt limitationes. ibi vide.

¶ Secundò annullatur decretum, si iudex interponendo illud, non sedeat.l. naturali, in fin.ff. de confirmand.tutor. Specul.in titu.de feriis. §. sequitur.versic. final. Lucas de penna.in l.vlt.C.de decre. decurio. lib.10. Corne.consil. 98. Videtur prima, colum.1. cum seq.volu.1.

earundem literarum tenorem & formam teneri, & obligatos esse decernimus, & declaramus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis quę in dictis literis voluimus non obstare, cęterísque contrariis quibuscunque.

¶ Tertiò, annullatur quando fuit interpositum sine causæ cognitione.l.magis puto.§.ne passim.ff.de reb. eorum.l.fina.de curato.furio. facit.l. cum hi. §. si prætor. ff.de transactio.Bart.in l.prolatam.C.de senten. & interlo.omnium iudi.& ibi declarat quando dicatur fieri sine causę cognitione, quia quando iudex sine causæ cognitione procedit, cẽsetur tãquam priuatus procedere, ideo ei non est obediendum c.conquerente, de restit.spolia. Cardi. in cle.1.in fin. de celebra. missa.Fel.in c.ecclesia.col.7.& seq.de constitu. & quia ius noluit iudici committere rem negligendam. Paul.in d.l. cum hi. §.si prætor.

Decretum interpositum sine causæ cognitione, est nullum.

¶ Ex quo infertur singulariter non valere decretum interpositum super alienatione bonorum minoris, vel alio actu eidem necessario, quando fuit interpositum eo momento temporis, quo fuit petitum, quia ex breuitate temporis præsumitur causæ cognitionem nõ interuenisse.l.si finita.§. si fortè.ff.de dam. infect.c.1.de reb.eccle.non alie.lib.6.Ancha.cons.36. visa.quadam,col.1.& cons.83.visis diligenter.arg.tex.in c.tum ex literis. de restitu.in integ.Alex.consil.217.visis verbis.col.vlt.in 2.vol. & cõsi.163.aliàs consultus.in fi.in 5.vol. Cuma.consi.180.videtur.Barb.consi.1.colum.35.in 1.vol.& consi.40.præclare.col.4. ibidem.& consi.6. illud in medium.col.3. in 4.volu.& consil. 41.immortalem.colum.3.ibidem.Ias.in l.2.col.4. C.de edend.l. sed si hac.§.prætor.ff.de in ius vocand.l. sciendum.colum.3.de

verbo.obliga.Hippoly.in l.statuliber. nu.15. ff. de quæstio.&.l. qui cædem.nu.18.ad leg.Cornel.de sica.& consil.48. non confundentur.nu.31.Dec.consil.403.quanuis.col.5. Nec missus in possessionem, ex secundo decreto sine causæ cognitione, facit fructus suos.Innoc.in c.consultationibus.de iure patrona.Bal. in l.2. col. penul. C.de seruit. & aqua. Hippo. in sua practi.nu.35.

¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, mandati, decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotētis Dei,

Fructus percepti in vim decreti, an computētur in sortem.

¶ Imò fructus percepti virtute inutilis decreti, debent in sortem computari.per.l.1.& vlti.C. de pigno.actio.nota.in l.si dominiū. de pigno. & ita expressè dicit decisio. Neapol. 218.petita.in fin. Fallit quando esset talis causæ cognitio, quæ incontinēti posset adhiberi, quia tunc valeret decretum. Alexan. consil.80. visis.col.2.& sequ.in 5.volu.sequitur Purpur.in rub. de offic.accesso. q.4.nu.134. Et hodie solent iudices condemnare ad fructuum restitutionem à tempore litis contestatæ, non ante habita consideratione decreti, vt alibi scripsi.

¶ Secundò, fallit quando iudex vel alius habuisset plenā cognitionem illius causæ ante decretum, quia tunc cessat ratio, ergo & iuris decisio.l.illud.ff.ad leg. Aquil. Hippoly. in rub.ff.de fideiusso.q.5.nu.86. dicens esse suam nouam inuentionem. non tamen crederetur iudici dicenti se habuisse causæ cognitionem. per not.in authē.hoc ius porrectum.C.de sacrosanct. ecclesi.& proximè dico in seq.nisi de illa appareat.

Notario an credatur quod causæ cognitio interuenit.

¶ Secundò, infertur quòd nō valet decretum etiam si notarius attestaretur in instrumēto causæ cognitionem interuenisse, nec ei credatur, quia interuallum temporis requirebatur ad causæ cognitionem, & inuestigatio diligens, quæ non potuit fieri ita summatim tempore instrumenti confecti, ideo notarius tāquam suspectus non potuit de ea testari, cum de hoc non esset rogatus. Paul.de castro, consil.38.super eodem.vol.1. Hippoly. corrupte tamen in l.qui cædem.num.19.cum seq.ff.ad legem Cornel.de sica.refert. Idem tenet Dec.consil.556.viso. colū.2. Item nec tutori vel curatori dicenti ob æs alienum vendidisse creditur.

tur. Specu. in titu. de emptio. §. nunc videndum. versic. hoc quoque. Innocen. & alij in cap. 1. de rebus ecclesiæ non alienand. lib. 6. Lucas de penna in l. fin. C. de decre. decurio. lib. 10. Bald. & Saly. in l. 1. C. si aduers. dona. Corneus, cons. 71. quod non valeat. in princ. in 3. volum.

ac beatorum Petri & Pauli apostolorũ eius se nouerit incursurum. Datum Romæ in publica sessione, in Lateranen. sacrosancta Basilica solenniter celebrata. Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sextodecimo, quartodecimo Calendas Ianuarij. pontificatus nostri anno quarto. Sic signatum, Visa. Ie. Saluius Bembus. Ioannes de Madrigal. Et in dorso registrata Apud me Bembum.

¶ Tertiò infertur, quod etiam si essent verba iudicis, adhuc non probaret instrumentũ decreti causæ cognitionem interuenisse. argu. nota. per Barto. in l. si fortè. ff. de castren. pecul. Pau. in d. consil. 38. sup eo. volum. 2. Hippo. in singu. 399. multi sunt.

¶ Quartò infertur, quod debet fieri scriptura separata, de causæ cognitione. & altera decreto. Specu. in titu. de procurato. §. 1. versicu. quid si solum per libellum. Alexand. consi. 163. alias, in fine. in 5. volum. Deci. consil. 351. in casu proposito. columna vltim. Ferrat. caute. vltim. vbi multipliciter ampliat. vide si libet. & Ias. in l. nec quicquam. § vbi. columna penult. ff. de officio proconsul. Paul. in l. cum hi. §. prætor. ff. de transact. vbi dicit sufficere si dicatur causa cognita interpositum fuisse, licet aliàs speciatim nõ nominet, nec ad particularia descẽdat. Bald. in l. 1. C. de fide instru. & iur. hastæ fisca. lib. 10. Alexand. consil. 80. viso themate. colum. 1. & sequen. in 5. volum. Bolog. consil. 33. vt ea quæ iusta. colum. 2. Deci. consil. 341. viso puncto. column. 5. num. 12. Ferra. d. caute. vlt. Nec obstant nota. in l. 1. C. de fide instrumen. libro 10. vbi omnia debent præsumi solenniter acta, quia debent intelligi, quando decretum non est perfunctoriè interpositum. Bald. in l. quæcunque. C. de bonis quæ liber. Vel procedit in illis, quæ tempore actus potuerunt interuenire. Sed causæ cognitio verisimiliter non potuit interuenire illo instanti, quo decretum fuit petitum. ergo. &c. Corne, consil. 98. videtur. colum. 2.

Duplex scriptura fit de causæ cognitione, & decreto.

Omnia in decreto, quando solenniter acta præsumantur.

in 1.volum.Deci.consi.351.in casu.column.vlt.Alciat.in tracta. præsumptio.regula 3.tertiæ partis.præsumptione 10.fol.373.cũ sequen.

Actus in criminalibus factus à minore cum curatore, an valeat.

¶Quintò infertur, quòd si minor in criminalibus facit aliquem actum cum curatore eo instanti quo datus est, non valebit tanquam sine causæ cognitione factus per supra adducta. Nam si in ciuilibus non valet actus sine causæ cognitione, à fortiori in criminalibus, vbi est maius periculum, & sic cautius agẽdum est. c.vbi de electio.lib.6.Hippoly.in pract.criminali. §.nũc videndum.numero 43.cum sequen.& consil.130.conditoris viso.nume.46.cum sequen.

¶Sextò infertur, quòd si factum sit compromissum in aliquem, & is immediatè post compromissum pronũciet, non valet. quod facit contra rusticos, qui statim pronunciant, secundum Ias.in l. iudices.col.1.C.de iudic. Fulgo.consi.11. quidã Petrus.& Cardin.consil.104.factum tale est. Bald.in c.1.in fin.de inuestitu.in ma.facta.& in l.prolatam.column.vltim. C.de senten.Panor.in c.quintauallis.column.pen.de iureiur.Deci.in c.cum venerabilis.colum.5.in.glo.2.de except.Vnde adagio vulgari dici solet, *De fol iuge briefue sentence*.quod abhorrent iudices Franciæ, qui lites immortales faciunt.

¶Fallit quando illa causa longo tempore ante compromissum esset ruminata coram eo, qui postea est arbiter electus, & quando factum est ab honestis & prouidis viris.c.nisi. de præbend. Soci.consi.121.in causa.col.4.in 3.volu. Hippoly. in rub.de fideiusso.quæst.5.nume.81.

Tempore feriato decretum nõ interponitur.

¶Quartò, annullatur decreti interpositio, quando fit tempore feriato in honorem Dei.not.in l.actus.& l.fina. C.de fer. Ancha.consil.116.secundum ordinem.colum.vlt.Iacob.in l.diuus. ff.de fer.

¶Quintò, quando per errorem est interpositum. Bart.in l.pen. ff.de iusti.& iur.Bolog.consi.33.vt ea quæ iusta.col.1.& seq.nil enim tam consensui est contrarium, quàm error, qui imperitiam detegit.l.si per errorem.ff.de iuris.om.iud.

¶Sextò, quãdo interuenit dolus partis.l.& si præses.C.de prædiis.minor.Bar.in d.l.penul.col.2. Bald.& Iacobi.in l.vna. col. 2.C.de fideiuss.minor. dolus nemini debet patrocinari.c.sedes. &.c.ex tenore.de rescrip.

Citatio in decreto facienda.

¶Septimò, quando non interuenit citatio perẽptoria, annullatur etiam primum decretum, si ante fuerit interpositum.l.præsen-

ſenti. C. de his qui ad eccle. cõfugi. & l. 2. vbi in rẽ actio. gloſ. & docto. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dãno infect. Bart. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. Cor. conſi. 52. in hac conſultatione. col. 1. in 4. vol. & conſil. 132. licet in præſenti. col. 2. ibidem. & quando poſſit dici obreptitiũ, tradit Paul. Caſtren. conſil. 382. dubitatio. in fi. volu. 1. ſcripſi in conſtitu. reg. tracta. de præco. & ſubhaſta. in 2. tomo. commenta.

¶ Quæro ſi res magni valoris ſit diſtracta iuſto precio pro modica ſumma debita, an valeat alienatio? Breui reſpõd. quod ſic, argu. text. in l. fina. C. de iure dominij impetrand. vbi concedit alienare, quando non eſſent aliæ res. Ergo ſi aliæ res minoris valoris eſſent, non permitteretur. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & hanc opinionem ſequitur Alexand. Aquen. & alij in l. iuſte. ff. de acquir. poſſeſ.

¶ Octauò, iudex ex ſuo officio poteſt annullare decretum interpoſitum, in quo fuit pars decepta, quia partes vnum fingebant, aliud faciebant. Ioan. And. in c. conſultationibus. de offic. delegat. Bald. in l. vna. col. 3. verſi. ſequitur quartum membrum. C. de confeſſis. & in c. 1. col. 5. de milite vaſal. ſequitur Hippo. ſingulari. 320. ſæpe contingit. Sed in practica ſine literis regiis non obtineretur in hac patria.

¶ Nonò, purè interponendum eſt, ideo fuit dictum in ſenatu, quòd redditus venditi ſub decreto, in quo facultas reemẽdi dabatur, iterum licitarentur, vt purè darentur, ſi fieri poſſet, Anno 1515. die verò 18. Maij, contra ſcribam Pictauien. vocatum Marat, & aliud decretum fuit annullatum factum, *à la charge des diſcuſſions.* fuítque factum præceptum præpoſito Pariſien. ne hoc amplius in decreto ſcribat, Anno 1533. die 26. Iunij. & eodem anno die 12. Decembris, fuit etiam aliud decretum annullatum factum cum onere expenſarum, & expoſitorũ, quæ vocant practici, *fraiz & miſes*, Anno 1538. die 7. Ianuarij. vt dico in tracta. de præco. in ordi. reg.

Purè interponendum eſt decretũ

Arreſtum.

¶ Notandũ eſt, quòd decretum ſuperioris interpoſitum præſumitur ritè factum. glo in l. 1. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſca. lib. 10. & quæ ibi addidi. & ſupra ſcripſi, & præſumitur factum pro vtilitate eccleſiæ. Bald. in c. 1. colum. 2. qui feudum dare poſſunt. Refert Iaſ. conſi. 119. in præſenti. colum. 2. volum. 1. & iſta decreui ſcribenda in hac tam quotidiana materia & quotidie in palatiis agitata.

a ¶[*Quocirca*] Cum leges vel constitutiones ex alia causa nos non teneant,quá quòd iudicio populi receptæ sint, verba sunt iurisconsulti in l.de quibus.ff. de legib . & vide quæ dixi supra de collatio. in §.præfatíq; ordinarij. in gl. acceptationem. & sicut lex non acceptata non ligat , ita confessio non nocet confitẽti,nisi per partem fuerit acceptata . sed potest per partem tanquam erronea reuocari,post non,quia transit in contractum, qui per alteram partẽ reuocari non potest.l.1. & 2.C. quando liceat ab emptio. disced. & dixi supra eodem. in præfat.ad rub. de colla. Cy.in l. vna quæst. 6.C.de confessis.Sali. in l.generaliter. qu.6. de non numer.pec.& in l.vna. opposi.15. de confess.l. iubemus. de liber.caus.plenè Bart. in c.fin.col.7.nu. 4.de succes.ab intesta.Hippo. in repet.l. de vno. num.155.cum seq.ff.de re iud.et ĩ rub.de proba.fol.16.versicu.item scias. Fel.in ca. si cautio.col.5. versi.fortius dixit. de fid. instru.argu.l.sicut.C.de actio.

Confeßio non acceptata an prosit.

¶ Rubrica de regia acceptatione, & publicatione concordatorum.

Rex mandat parlamentis , vt omnia in his cõcordatis, & singula contenta teneãt, custodiant,& conseruent, & in quibuscunque causis secundum ea iudicent , ac ea inuiolabiliter obseruari faciant , contradictores puniendo.

a Quocirca dilectis & fidelibus consiliariis nostris ad præsens tenentibus,& qui in futurum nostra tenebunt parlamenta, omnibúsque iustitiariis regni nostri,& Delphinatus,ac comitatus nostrorum, cæterísque officiariis & subditis nostris, & eorum cuilibet(prout ad eum pertinuerit)mãdamus,districtius iniungentes, quatenus omnia præmissa & singula teneant,custodiant,& conseruent in sui roboris plenaria firmitate, & in causis quibuscunque occasione præmissorũ de cætero orituris & emersuris,secũdum deliberationes & conclusiones præscriptas iudi-

cent

cent, pronuncient, & sententient, atque ab omnibus subditis & incolis nostrorum regni Delphinatus, ac comitatus inuiolabiliter faciant in omnibus & per omnia obseruari, prędictas personas ecclesiasticas & seculares, ac earum quamlibet in omnibus & singulis superius expresśis, ab omni turbatione, violentia, impresśione, molestatione, vexatione, damno, & impedimento tueantur, protegant, pariter & defendant. Omnes & quascunque personas, cuiusuis conditionis ac status fuerint, contra facientes aut venientes, taliter puniendo, quod in posterũ cęteris cedat in exemplum. Quoniam sic fieri volumus & iubemus per pręsentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus literis duximus apponendum. Datum Parisius die 13. mensis Maij, Anno domini 1517. & regni nostri 3. Sic signatum supra plicam, per Regem, Dominis ducibus, Alenconij, Borbonij, & Vindocen. vobis Dominis Dorual, de la Trimoille, de Boysi: Maguo magistro Bastardo Sabaudiæ, de la Palice, & de Chastillon, Mareschallibus Franciæ, & alijs præsentibus. Robertet.

ni. & oblig. Alexan. cõsi. 90. ferè omnis vis. col. 4. volu. 1. quia confesśio simultatem locutionis notat ex etymologia verbi, teste Alex. consi. 20. in causa. col. 1. in 4. volu. & consil. 174. in causa. colum. 2. in 6. volumi. Barba. cõsil. 36. difficile. colum. 5. in 3. volu.

¶ Et sic soliti sunt practici dicere, accepto in quantum facit pro me aliàs non. vt notat Barba. consi. 82. illud. in fi. volum. 3. & consi. 44. clemẽtisśimum. col. 2. in 4. volum. quę acceptatio in genere nõ valet, nisi fiat in specie, secũdum Bald. in l. cum precum. C. de libera. cau. facit in simili glo. in l. 1. §. editiones. ff. de edendo. quæ vult non prodesse ei, qui producit instrumentum, si dicat quatenus facit pro se. refert Ioã. Lupus in repeti. c. per vestras. in 4. not. in fi. de do. inter vir. & vxor. licet prima opinio seruetur in practica, teste Cepo. cautel. 69. confesśio. imò

Acceptatio in genere non valet.

Quando liceat cõtra propriam confeßionẽ venire.

contra propriam confessionem licitum est venire, quando non fuit acceptata, si cõtra eum fortè fuit pronunciatum. Bal. in authenti. nouo iure. in fine. C. de pœna iudicis, qui malè iudicauit. Innocen. in cap. mulieri. de iureiur.

¶ Vnde si quis sponte confessus fuerit delictum, tamẽ iudex de facto eundem absoluit, illa confessio nullum operabitur effectum. Bald. in l. si quis in hoc genus. colum. vlti. C. de episco. & cleric. Ioan. Crotus in re petit. cap. primi. in 2. nota. de constit. in 6. Et nota perpetuò, quia milies faciet tibi honorem, si toties de hoc recorderis, quia quilibet diceret contrariũ, tum quia non est licitũ variare. tum etiam quia non potest venire contra id quod propria voce asseruit. l. generaliter. C. de non nume. pecu. cap. per tuas. de probatio. hoc tenet Vincen. Hercu. in l. in ratione. 1. §. si filio. col. vlt. ff. ad leg. Falcid.

¶ Lecta, publicata, & registrata, ex ordinatione, & de præcepto domini nostri regis, reiteratis vicibus facto, in præsentia domini de Trimollia, primi cambellani dicti domini nostri regis, ad hoc per eum specialiter missi, Parisius in Parlamẽto. xxii. die Martii, anno domini millesimo quingentesimo decimoseptimo. Sic signatum, Pichon.

Renũciatio vel alius actus non acceptatus, nõ prodest.

¶ Item renunciatio non nocet renũcianti, si nõ fuerit per partem accepta. Bald. in cap. cum venissent. col. 3. de eo qui mitti. in possessio. & qui non acceptat verba aduersarij, nõ potest se illis iuuare. Bald. in l. 3. C. de repudian. hæredita. idem si dissimulat. Francisqui. Curtius, consil. 78. super articu. colum. 1. Imò renunciatio facta in præsentia iudicis absente parte, non nocet confitenti, si non fuerit acceptata per iudicem nomine absentis. Bartol. in l. postquam liti. colum. penul. C. de pact. & Ias. ibi, & in l. error. col. 2. de iuris & fact. ignoran. Iacobi. in l. de ætate. §. Celsus. ff. de interrogat. actio. sed iudex hoc non solet facere.

¶ Insuper comparens coram iudice à quo appellauit, & faciens aliquem actum coram eo, non videtur per hoc renunciare appellationi, ex quo ille actus nõ fuerit per iudicẽ acceptatus, sed impugnatus. glo. in dicto cap. cum venissent. & ibi Bald. & alij, & Panormi. in cap. gratum. colum. 2. de offi. delegat. Rom. singul.

gul.150, appellans.& singul.770.regula est. Ias.in l.qui Romę. §.Seia. in 1.not.ff.de verb.oblig. Moder. in dicto cap. per vestras. Feli.in dicto cap.capitulum.colum.11.versic. confirmatur. de rescript.& cap.cum venissent.colum.2.de testib.

¶Item non sufficit, quòd testes dicant confeßioné esse factam parte præsente, nisi deponant quòd pars acceptauerit. Ias.in dicta. l.error.C.de iur.& fac.ignoren.refert Hippoly. in dicta. l. vna.nume.156.ff.de re iudic.per text.in l.fina.& ibi Iacob.in 2. not.ff. de interrog.actio. Adhæc testes examinati non possunt corrigere eorum depositionem, si per partem fuerit acceptata, nisi probato errore. Bald. in l. Gallus. §.1. ff.de liber. & posthum. Roman. in l.1. §.si quis simpliciter.nume.13.de verborum obliga.& con. 435. quo ad primum. Alexand.& Ias.in l.quicquid.ff. de verbo. obliga. vbi referunt dictum esse famosum in palatiis.sequitur Hippoly.sing.315.acceptatio. *Testes quãdo eorũ dictum corrigere possunt.*

¶Præterea si clericus turbatus propter exactiones decimarum, quæ in dies fiunt, renunciet coram superiore, & resignatio à superiore non fuerit recepta, nec acceptata, non nocebit illi clerico. Ita expressè tenet Domin.in cap.fina.colum. 2.versic. quid si clericus turbatus, de renuncia.in 6.plus cósuluit. Barba.quòd legatum vel donatio causa mortis acceptata, per eum cui fuit facta non potest reuocari, plenè in consil.54. clementißimi. in 2.volumi.quod non firmo. & an confessio facta in vltima voluntate, vide textum in cap. fina. de succeßio. ab intesta. & ibi plenè Panor. *Resignatio beneficii quando nõ noceat resignanti.*

¶Notãdum est, quòd ista acceptatio debet fieri tempore quo fit confeßio, vel renunciatio, vel alius actus: non autem valeret ex interuallo. glos.in l.consensu.ff.de actio. & obliga. & l.1. de contrahend.emptio. Panormi.in cap.dilectus.de sponsal. sequitur Hippoly. Marsi.in practi.sua crimina.§.postquam.num. 29.& sequen. Breuitas temporis, & impressorum importunitas ad sequentia me reuocant. *Acceptatio quando fieri debeat.*

¶De prorogatione dilationis ad recipiendum & approbandum concordata, tam à prælatis regni, quàm ab aliis personis.

Prorogatio & renouatio differunt.

a ¶[*Franciscus*] Prorogatio dicitur propriè quando tempus non erat finitum, vt hic, nam tempus non est finitum. vt patet in literis sequentibus. Leo, &c. ibi infra dictum semestre, infra quod adhuc existis, &c. & pro hoc est textus. & ibi Bart. & Alex. in l. dies. ff. de damno infect. per illum textum.

¶Renouari verò dicitur, quando tempus est finitum. l. sed si manente. ff. de precar. & ibi Alberi. & ideo dicebãt quidam finito tempore non valere prorogationem, etiam tãquam renouationem, tũ quia illud quod nõ est prorogari non potest. arg. cap. ad dissoluendum. de despon. impub. ita tenet Specula. in titul. de dilatio. in §. nunc videamus. versi. & sunt hæc. Anton. in ca. 2. in fine. de dilatio. tum etiam quia quod noluit, potuit: & quod voluit, implere nequiuit. l. multum. C. si quis alteri, vel sibi. hoc etiam tenet gl. in l. 3. in prin. ff. de acquirend. possess. vbi dicit quòd trãsferens possessioné animo continuandi, non acquirit de nouo, si eã non habeat, licet contrarium teneat Baldus in l. 1. colum. 2. C. de tempo. appella. per l. Titio centum. ff. de legat. 2. vbi dicitur fieri prorogationem, etiam si nullus sit dies. & ita tenet

¶De prorogatione dilationis ad approbandum concordata, tam à prælatis regni quàm ab aliis personis.

Rex petit annum post lapsum sex mensium sibi dari, vt concordata publicare recipere & obseruare faciat, annum etiam postulat ad exprimendum verum valorem si quis in prima impetratione non expresserit.

FRanciscus a Dei gratia Francorũ rex, Mediolani Dux, & Genuæ dominus, vniuersis præsentes literas inspecturis salutem. ¶Cum vrgenti necessitate, euidentíque commodo & vtilitate Reipublicæ regni nostri ducti, ad euitãda maiora pericula, quæ ex reuocatione pragmaticæ in futurum euentura cernebamus, siue illi reuocationi obediretur, siue non obediretur, quæ vnicuique rectè sentienti latissimè cõstare possunt, certa iniuerimus cum sancta sede Apostolica concordata, in quibus inter cætera cautum est, quod infra sex men

ita tenet Imol. ibi, quia subest materia, quæ prorogari potest, licet dilatio quo ad temporalem sui formam sit sopita. & verba quandoque sunt improprianda, vt actus valeat. l. & puto. & ibi glos. ff. famil. hercifcund. l. sed & si possessori. §. 1. de iurciur.

¶ Item apparet voluisse hanc materiam prorogari, licet dilatio esset finita: & sic est satis respósum ad rationes supra adductas, & illam glos. in dicta l. 3. reprehendunt communiter Doctor. ibi, post Bartol. & istam opinionem tenent Imol. & Alexand. in dicta l. dies. & Roman. consil. 443. quo ad primum. in fine, & plenè Soci. consi. 99. serenissimus. in 3. vol. & ista est communis opinio docto. quam probat Decius in cap. de causis. col. 6. de offi. deleg.

¶ Et sic infertur quòd compromissum prorogatum idé est cum primo, & vnum & idem censetur. l. non ex omnibus. §. fina. & l. non distinguemus. §. dies, cum l. sequen. ff. de arbitr. Item iurisdictio proconsulis subrogati videtur eadem cum prima. l. meminisse. ff. de offic. proconsul. cap. cum olim. 1. de offic. deleg. Præterea prorogatum precarium idem est cum primo. l. sed si manente. ff. de preca. l. item quæritur. §. qui impletò. loca. facit c. præceptis. 12. dist. Deci. consil. 497. accurate. col. 1. *Prorogatũ idem est cũ re proroga-ta.*

¶ Secundò, infertur quòd prorogatio termini censetur esse fa- *Prorogatio*

sium spatium, illa publicari & registrari, necnon iurari in curiis nostris parlamentorũ efficeremus, ecclesiámque Gallicanam illis consentire, aliàs nullius essent mométi, quæ nullatenus ob breuitatem temporis, aliis etiam vrgentibus negociis occupati perficere valuimus. Idcirco ne in rete (quod verebamur) incideremus: & ne commodo & vtilitate dictorum concordatorum frustraremur à sede Apostolica, post lapsum dicti spacii sex mensium vnius anni prorogationem obtinuimus. Cæterum cum in dictis concordatis inter cætera etiam caueretur, quòd verus valor beneficiorum in illorum impetrationibus exprimendus sit: timendum erat ne ambitiosi sub prætextu veri valoris nõ expressi, iam dicta impetrarent benefi-

cum omnibus qualitatibus cẽsetur facta.

cta cum omnibus suis qualitatibus.text.in l. lecta. & ibi docto. ff.si certum peta.gl.in cap. hi qui.de præb.in 6.Siue fuerit facta prorogatiõ incõtinenti,siue ex interuallo.l. legem. & ibi Bald. C.de loca.Ideo doctor cõductus pro certo salario ad annum,si postea recedat, & post tres vel quatuor annos relocetur, nulla habita mẽtione salarij, cẽsetur recõductus sub eodẽ salario. allegatur Bald.in l.etiã in fin.C. de iure dotiũ. qui hoc nõ dicit. Sed facit.l.itẽ §.qui impleto.ff.loca. & l.pen. §. vxor. solu. matri.Soci.cõ. 196.circa.in 2.vol. & cõsi. 37. capio.in 3.vol.& Alex. in l.1.col. 2. ff.de dãno infect.Feli. in cap.1. de iureiur.&. c.2. nu. 34. de sponsali. Idem in famulis,& domibus & pensionibus domorum dicit Ias.in d.l.lecta.col. 2. Idem in pignoribus & aliis accessoriis , quæ dependent à potestate partium, secus si illa accessoria essent extraneorum,vt fideiussores,vel res alienæ, vt concludit Aufre.in decis. Thol.q.181.Item,&c.si aliquis. Barba.plenè.consil.31.sapiẽter. colum.vlti.in 1.volu.

cia . Igitur vt prædictis malitiis via præcluderetur, à sanctissimo domino nostro papa Leone decimo rescriptũ obtinuimus , quo ĩpetrationes prætextu veri valoris nõ expressi obtẽtæ infra annũ illius rescripti(in quoverus valor non fuisse expressus asseritur)nullius valoris ac momẽti esse declarẽtur.Quarũ bullarũ,seu rescriptorũ tenor sequitur, & est talis.

Excõmunicatus an quis sit post terminum prorogatũ.

¶Ideo si pręcipiat alicui sub pœna excõmunicationis,vt intra. 20.dies soluat, aliàs sit excõicatus lapso termino,si pars ꝓroget eidem terminum,lapsis 20.diebus,nõ erit excõmunicatus , tum quia pœna cõuentionalis euitatur facta ꝓrogatione.l.cũ stipulatus sim mihi à Proculo.ff.de verb.oblig. & ibi doct.tũ quia si creditor remitteret debitũ,lapso termino debitor nõ esset excõicatus.sic si fiat ꝓrogatio, q̃a videt̃ ꝑticularis remissio, cũ tẽpus & dies dicãtur pars summę.l.1. §.diẽ.ff.de edẽ. Card.ĩ cle.vna. §.nos itaq; de iureiur.in 6.q.vbi plenè Barb.col.1.Itẽ quia agitur tãtũ de pręiudicio ꝓrogãtis,ideo poterit sibi pręiudicare.c. si diligẽti.de fo.cõp.l. pe.C.de pact. Si tñ debitor cui fuit ꝓrogata dilatio,nõ soluerit ĩtra terminũ ꝓrogatũ,ĩcidit in excõicationẽ.c.ꝑterea.in 2.& ibi Pan.& cõiter doc.de appel.quia iudex in vtilitatẽ partis excõicat,si pars vult differre terminũ,& iudex velle

Papa ad regis postulationem prorogat sex menses datos ad approbandum concordata ad annum, à data præsentium computandum.

LEo episcopus, seruus seruorum dei, Charissimo in Christo filio Fracisco Francorum regi christianissimo, saluté & apostolicam benedictionem.

¶ Dudú siquidem inter alia cum irritantis appositione decreti, statuimus & ordinamus, quòd ex tunc de cætero occurrentibus cathedraliú & metropolitanarú ecclesiarum ac monasteriorum in regno Fráciæ, & Delphinatu, & comitatu Dien. & Valentinen. consisten. vacationibus, dilecti filii ecclesiarum capitula, & monasteriorum conuentus, ad electiones seu postulationes futurorum archiepiscoporum, episcoporum, ac abbatum, ecclesiarú & monasteriorum vacantium pro tempore huiusmodi procedere non valerent, sed maiestas tua ad ecclesias & monasteria huiusmodi sic vacantia, infra certum tunc expressi temporis spatium, nobis & pro tépore existenti Romano pótifici, personas idoneas certo túc expresso modo quali-

velle videtur. cum illud agat, vt partes ad cócordiam reducat. l. 1. §. & post operis. ff. de operis noui núcia. c. 1. de mutuis petitio. facit c. 1. de loca. vbi excómunicatio lata in fauoré partis cessat accedente consensu illi⁹. c. fi. de transactio.

¶ Idé dicem⁹ í iuramé to, vt pars possit prorogare debitori, qui iurauit soluere intra decé dies, & alios decé dies, vel aliud tépus dare, ꝙ si debitor nó soluerit in termino prorogato, ícidit in periurium, quia licet deus recipiat obligationé ex iuramé to. c. debitores. de iure iuråd. tamé pars potest illud iuramétú remittere. c. 1. de iureiuråd. c. 2. de spósa. qa de⁹ recipit í fauoré ptis remittéte parte remittit & deus, sicut dixi supra de iudice excómunicáte. Ita Bal. in c. venerabilem. col. penul. de elec. & quilibet in cuius fauoré est præstitum iuramétum habet vim apostolici priuilegij in remittédo illud. d. c. 1. de iureiur. l. fi. ff. q & à quib. Ias. in l. labeo. ff. de iureiuråd.

Iuramento actus factus an prorogari possit.

vbi dicit procedere etiam si prorogatio fieret ignoráte debitore. Barto. & Alber. in l. finali. ff. de offic. procurat. Cæsar. licet contrarium teneat. Bald. cons. 436. quæritur. in 1. volu. cui respondet Francisqui. in d. l. lecta. not. 5. ff. si cert. peta.

Prorogatio post terminũ non fit.

¶ Primò, fallit quando pars vellet prorogare post terminũ elapsum, nam non poterit, quia iam est pars excommunicata, vel periura, à quibus non poterit altera pars absoluere. Bald. in authenti. quod eis. in fine. C. de nupt. Aufre. in decisio. Tholosa. q. 73. Item &c. si bánum. Barto. & Ias. in l. labeo. ff. de iureiurand. Plenè Feli. in ca. 2. nu. 34. col. antepenul. de sponsa.

Fideiussor quando sit liberatus facta prorogatione.

¶ Secundò, fallit quando ageretur de præiudicio tertij, qui non consentit prorogationi, tunc est liberatus post tempus. ideo fideiussor qui obligauit se soluturum ad annum, facta prorogatione temporis, non tenetur, secus si obligauerit se purè ad soluendum debitum, quia per proro-

ficatas, ad eandẽ nominationem per nos & Romanũ pontificem, huiusmodi ecclesiis & monasteriis eisdem præficiẽdas nominare valeret: prout in nostris inde confectis literis (in quibus voluimus quòd si maiestas tua, omnia in illis statuta, ordinata & cõtenta, infra sex menses post tũc proximam futuram sessionem Lateranen. consilij tunc vigentis, non approbaret & confirmaret, & à prælatis ac aliis regni tui personis tunc expressis approbari nõ faceret, literæ ipsæ nullius essent roboris vel momẽti) plenius cõtinetur. Quum autẽ sicut exhibita nobis pro parte tua petitio cõtinebat, maiestas tua propter varias occupationes, quibus ad præsens implicitus existis, ac ex certis aliis rationabilibus causis, infra dictũ semestre infra quod adhuc existis, in dictis literis cõtenta, per prælatos & personas regni tui huiusmodi approbari facere posse cõmodè non confidat: Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, semestre prædictũ (infra quod adhuc existis) ad annum à data præsentium computãdũ, auctoritate

te apostolica tenore præsentium prorogamus, pariter & extendimus, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis: nec non omnibus illis quæ voluimus in dictis literis nõ obstare, cæterísque contrariis quibuscunque.

¶Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prorogationis & extensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datũ Romæ apud sanctũ Petrum, Anno incarnationis dominicæ Millesimo quingẽtesimo decimo septimo. Calendis Iulij. Pontificatus nostri anno quinto.

Altera prorogatio petitur ad annum à fine alterius computandum, eo quòd propter varias occupationes non fuit concordatum approbatum, & receptum à regnicolis.

FRanciscus dei gratia Francorũ rex, Mediolani dux, & Genuæ dominus, Vniuersis præsentes literas inspecturis, notum sit & manifestũ, quòd cum iamdudũ à sancta sede apostolica cer-

gationem non liberaretur. l. fi. C. de vsur. rei iudi. Panor. & alij in c. constitutus. in fin. de fideiusso. Idem si fideiussor promisit soluere tales libros, si postea partes conueniant de dando precium vel aliam rem, fideiussor ad illam non tenebitur, quam non promisit: secus si promiserit simpliciter se satisfacturum, vel soluturum, quia tunc teneretur, sicut in proximo casu dixi. nam quãdo mutatur res, vel precium, videtur nouus contractus. l. pacta. ff. de contra. emptio. & nouatione liberatus fideiussor. l. nouatione. C. de fideiuss. l. si cum hermes, de loca. Bart. in l. Valerianus. ff. de præto. stipul. Bart. & Angel. in l. quòd dicitur. §. miles. ff. de testa. militis. Alexand. in l. vbicunque. de fideius. multa cumulat Hippoly. in rub. de fideius. q. 6. vbi licet videre. Ias. & doct. in d. l. lecta. & in authenti. Sacramenta puberum. colum. penulti. C. si aduer. vend. Barto. d. consil. 31. in 1. volu. Iacob. in l. 1. num. 16. C. de

fuit commissa consiliariis supplicationum seu requæstarum, vt cognoscerent inter Titium & me, & ille Titius nominat suum auctorem, an domini consiliarij possint contra illum cognoscere? quod sic, fuit decisum Neapol. decisio.227. quidam nobilis, quia hoc videtur cõmissum in consequentiam. Paul.in l. venditor.ff.de iudi.nota.in l. quotiens.C.illo.tit. Ná prorogatio termini impedit pœnam committi. l. cum stipulatus sim mihi à proculo. ff. de verb.obliga.vbi prorogatio diei impedit moram,ergo & pœnam.d. l.lecta.ff.si certum peta. Ias. in l. quominus. q. 30.ff.de flumi.

No.pro cõsiliariis requestarũ.

a ¶ Nó dicit à quo,sed audiui vniuersitaté Parisi.appellationem emisisse ad futurum consilium vniuersale,& illam appellationem, seu illius formam, vidi conscriptam.

approbari non faceret. literæ ipsæ nullius essent roboris vel momenti. Et deinde pro parte tua nobis exposito, quòd maiestas tua propter varias occupationes quibus tunc implicitus eras, ac ex certis aliis rationalibus causis infra dictum semestre infra quod tunc adhuc existebas in dictis literis contenta per prælatos & personas regni tui huiusmodi approbari facere commodè non confidebat: Nos per alias nostras literas semestre prædictum infra quod tunc adhuc existebas ad annum à data posteriorum literarum huiusmodi computandum prorogauimus, pariter & extendimus, prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio cõtinebat maiestas tua literas priores prædictas, iuxta voluntatem nostrã prædictam approbauit, & confirmauit,& publicari fecit,& approbari facere intẽdebat, fecissétque,nisi à literarum priorũ editione,ac tuis approbatione & confirmatione,ac earundem priorũ literarũ publicatione huiusmodi temerè appellatũ fuisset.a Et propterea nobis humiliter supplicari fecisti,vt an-

num

num prædictum infra quem adhuc existis, ad alium annum prorogare de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, annum prædictũ infra quem adhuc maiestas tua existit, ad alium annum à fine primi anni huiusmodi computandum, authoritate apostolica tenore præsentium prorogamus pariter & extendimus, non obstantibus præmissis, ac cõstitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quæ in prioribus & posterioribus literis prædictis voluimus non obstare, cæterísque contrariis quibuscũque. Datum Romæ apud sanctũ Petrum, Anno incarnationis dominicæ 1518. 6. Calendas Iulij, pontificatus nostri an. 6.

a ¶ [*Exiberent*] Et sic extractum ex registris fidem facit, vt infra de registra. concor. Vnde dixi cuidá pauperi, vt sumptũ ex registro suæ collationis à papa factę haberet: quia fidem faceret, & ista testátur do. de Rota, decis. 621. nota sumptũ. in antiq. idem in sumpto signaturæ, vt interdum vidi etiam fieri, & quando incidenter, ego allego titulum habitum à sede apostolica, tunc sufficit, vt ostendatur per signaturá, vel per sumptum, secus si allegem pro vero titulo, tunc bulla solet obtineri.

Sumptum ex registris an fidẽ faciat & quando.

Sumptum signaturæ quãdo sufficiat.

¶ Quocirca dilectis & fidelibus cõsiliariis nostris curias nostras parlamenti tenentibus, necnon seneschalis, bailliuis, præpositis, aliísque iustitiariis & officiariis nostris harum seriè mandamus & iniungimus, quatinus has præsentes suis in registris registrent, vt si pro rebus & negotiis indies occurrentibus, illis quis agere habuerit, ex dictis registris illas extrahere posit, & valeat. Cui extracto debito modo facto, talem fidẽ haberi volumus, ac si dictarum bullarum originale exhiberẽt[a]. Nam sic nobis placet, & quatenus opus est, ex nostra certa scientia, & potestatis plenitudine, ita fore ordinamus. In cuius rei testimonium, sigillũ nostrum

¶ Rub de annatis.

a ¶ *Leo episcopus*] Constitutio ista tanquam bursalis, nõ est à regni colis recepta, vt dixi in §. fi. de máda. apostο. supra. & in hoc regno nó admitteretur quis, si impetraret beneficiũ illius, qui non expressit verum valorem, siue ante annũ, siue post: ideo cum nõ sit recepta constitutio, alia non scribo, sed me refero in aliis ad glos. prag. sanct. hoc titul. vbi plenius scribitur.

præsentibus literis duximus apponendum. Datum Baugiaci, die 25. mensis Octob. Anno domini 1518. & regni nostri 5. Per Regem. Gedoyn.

¶ Rubrica de annatis.

Verum valorem beneficiorum propter annatam soluendam impetrantes exprimere tenentur, quam si non expresserint intra annum hoc facere poterunt.

LEo[a] Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriã. ¶ Romanus pontifex (cui tot tantáq; in spiritualibus & temporalibus prouidenda incũbũt) rerum & temporum qualitate pensata, nonnulla prout ad cũctorum clericorum beneficia ecclesiastica, à sede apostolica pro tempore impetrantiũ cõmoda & vtilitates, ac litibus & fraudibus obuiandum oportere cõspicit, salubriter ordinat & disponit. Nuper siquidem inter constitutiones ad laudem Dei, & Christi fideliũ pacem & quietem, de fratrũ nostrorũ consilio, cum charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum rege Christianissimo matura deliberatione concordatas, statuimus, quòd in prouisionibus quas personis quibusuis regni Franciæ ac Delphinatus & comitatus Dien. & Valentinen. de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis, per nos & successores nostros & sedem prædictam, etiam motu proprio, etiã promotis ad ecclesias cathedrales & metropolitanas & monasteria (vt obtẽta per eos beneficia retinere possent) fieri contingeret, illorũ verus an-

¶ Duo tamen hic notanda censeo, primum, quòd si dubitas de vero valore, potest addi clausula cum facultate verum expriméndi valorem, & hoc in fine signaturæ, vt plenius scribo in forma signaturæ in praxi beneficiali.

¶ Secundò habes hic, quòd papa probat, vt ex signatura quis possessionem capiat, ibi super supplicationibus expeditione augendi obtinere ad effectum possessionem beneficiorum huiusmodi assequendi, vbi dicit quosdam impetrare signaturam ad effectum assequendi possessionem beneficiorum, in quibus non exprimunt verum valorem, quod non reprobat hic, nisi tantummodo si non exprimatur verus valor, ergo quis ex permisione papæ potest cum signatura adipisci possessionem, tam in patria iuris scripti, quàm in consuetudinaria, & nouissimè Henricus declarauit papæ Paulo tertio per modum cuiusdam conuentionis, quòd in prouincia prouinciæ, & Britannia non accipietur possesio in vim signaturæ, & sic in aliis locis, quæ reguntur concordatis, potest adipisci possesio cum signatura, & hanc declarationem fecit Rex, Anno M.D.XLIX. die decimaquarta Iu-

nuus per florenos, aut ducatos auri de camera, aut libras Turonen. seu alterius monetæ valor secundũ communem æstimationem exprimi deberet, alioquin gratiæ ipsæ essent ipso iure nullæ. Cũ autem (sicut accepimus) sæpe cõtingeret personas regni & Delphinatus ac Comitatus huiusmodi vacatione beneficiorũ in locis remotis regni ac Delphinatus, & comitatus eorundem, per obitum pro tempore vacantia intellecta, eorum veri valoris notitiam haberi non posse, & veri valoris huiusmodi notitia non habita ad illa à Romano pontifice impetrandũ celerem nuncium ad sedem prædictam destinare, & signaturam supplicationis super illorum, impetratione, cum facultate verũ annuum valorem beneficiorum huiusmodi in literarum super huiusmodi supplicationibus expeditione augendi obtinere ad

Declaratio regis henrici pro patria prouinciæ & britania.

nij, vnde si aliter iudicaretur iudices contra ista iura iudicarent, & opus esset euocatione ad magnum consilium, in quo fuit istius declarationis facta publicatio, & registrum.

Possessionis materia frequentissima

a ¶ *Possessionem*] Frequentissima enim est hæc possessionis materia, dicit iurisconsultus in l. Fulcinius. §. cum hoc. ff. quib. ex causis in pos. eatur. ideo hic de ea aliqua intendo scribere, maximè in materia beneficiali, cum iudices regij nó alij etiam seculares dominorum in hoc regno cognoscát de possessoriis beneficiorum ex priuilegio Martini papę, vt licet videre per Guid. papæ in decisio. Delphina. quæst. 1. & quia hoc est omnibus obuium, ideo non amplius probabo.

effectum possessionem a beneficiorú huiusmodi assequendi, literas super huiusmodi impetrationibus, cum minus vera valoris beneficiorum eorundem expressione expedire, & absque eorú culpa, diligentia, & expensis pro impetratione huiusmodi obtinéda factis, & gratia eis à nobis cócessa, & illius effectu frustari, ac per posteriores (qui nulla habita diligentia cum expressione veri valoris eadé beneficia à sedę prædicta impetrârút) excludi ac desuper propterea molestari.

¶ Notádum est quòd quanuis iudex cognoscens super possessorio, debeat admittere exceptionem suppressi valoris: quia ex illa suppressione titulus redditur incoloratus. docto. in capitulo ad aures. de rescrip. sic expressè consuluit de Ripa. consilio vltimo, libro 2. respond. tamen de consuetudine in hoc regno longo iam tempore seruata non exprimitur verus valor, vt etiam supra dixi. ideo iudices regij qui de possessoriis beneficiorum cognoscunt, hanc exceptionem suppressi valoris non admittút, nam quo ad hoc concordata non fuerunt recepta. & in hac materia possessoria beneficiorum notandæ sunt aliquot regulæ vtiles, & quotidianæ, in palatiísque vsu venientes.

Iudices regij exceptionem taciti valoris non admittunt.

Possessio nó acquiritur in beneficiis, nec

¶ Prima regula est, quòd in beneficiis non potest acquiri sine titulo possessio, nec acquisita retineri. c. in literis. de resti. spo. c. 1. & per totú. de eo qui mitt. in pos. caus. rei seruandę. c. 1. de reg. iuris in 6. & si acquiratur quædam detentatio, non prodest quo ad

¶ Nos qui subditorum nostrorum cómoda libenter procuramus, ac eos à litibus & expensis, quãtum cum domino possumus releuamus, motu proprio, ac ex certa nostra sciẽtia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, statuimus & ordinamus, quod decætero perpetuis futuris temporibus impetrãtes beneficia ecclesiastica in regno, Delphinatu, & comitatu prædictis per obitum duntaxat vacantia, si verum annuum valorem beneficiorum in literis apostolicis, quæ super dictis beneficiis expeditæ fuerint nõ expresserint, infra annũ à die datæ literarum earũdem computãdum, valorem ipsum malè expressum corrigi per officiales, ad quos expeditio literarum huiusmodi pertinet, & correctiones literarũ earundẽ fieri consueuerũt petere: ipsique officiales ipsarũ literarum expeditioni præsidentes, ad eorundem impetrantium simplicem petitionem, valorem ipsorum ad verum annuum valorem, iuxta petentium volũtatem in eisdem literis reducere & corrigere, ipsique impetrantes pro augmento valoris expressi dun-

ad effectus iuris. nota in regula sine possessione. de regulis iuris in 6. *retinetur sine titulo.*

¶ Sicut in feudis non acquiritur sine inuestitura. not. in c. vno, per quos fiat inuestitur. Ideo in hoc regno solemus computare tempus retractus à die saisinæ, quo fuit receptus à domino directo. vt alibi dico.

¶ Notandum est tamẽ quo ad acquirendum quasi possessionem in his incorporalibus, sex requiruntur.

¶ Primò, requiritur realis præsentatio, vel electio: nec sufficeret coadunatio patronorum vel eligentium, vel mãdatum factum ad præsentandum, teste Geminia. consil. 127. pro clariori. in fi.

¶ Secundò, sciẽtia eorum, quibus præiudicatur. Dec. consil. 126. in fine. per l. 2. C. de seruit. & aqua. & omnium patientia, aliàs vnius contradictio faceret, vt quasi possessionem nõ acquireret. Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de his quæ fiunt à maio. parte. ca. nisi quis al- *In incorporalib⁹ quasi possessio qualiter acquiratur et requisita.*

legaret præscriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non sit in contrarium, tunc enim nõ tenetur scientiam probare. vt asserit Feli. in c. de quarta. in fi. de præscrip. & istam communem esse dicit de Ripa. in d. c. cum ecclesia. numē. 67.

¶ Tertiò, requiritur q̃ præsentãtes, vel eligentes credant vti iure suo. Calde. consi. vl. rub. de causa posses. per l. fina. ff. quemadmod. seruitu. amit.

¶ Quartò, quòd electio vel præsentatio bona fide facta fuerit, alioqui cassari debebit, quando de mala fide constabit. Panor. in ca. cum ecclesia. vbi etiam de Ripa, de causa posses. & in c. consultationibus. de iure patro.

taxat, annatam cameræ Apostolicę soluere debeant & teneãtur, decernentes quascũque impetrationes posteriores de dictis beneficiis, ratione non expressionis veri valoris huiusmodi, infra dictum annum factas nullius roboris vel momenti esse, & pro infectis haberi debere. Nulli er-

¶ Quintò, quòd electio vel præsentatio habuerit effectum. Innoc. in ca. 2. de in integ. resti. vbi dicit probandũ institutionem, vel confirmationem. glo. in cap. dilectus. de præb. Feder. consil. 234. Oldra. consi. 312. thema quæstionis.

¶ Sextò, quòd electus & institutus adepti fuerint possessionẽ, & gauisi fuerint fructibus beneficij, ratione illius tituli. Calder. consi. 12. rub. de iure patro. Dec. consi. 117. & 124. quæ sunt notanda, quia frequenter accidunt. Quam materiam abundè prosequitur Ioan. Francis. in tract. de præscript. in 1. parte quintæ partis, q. 8. col. 21. & sequen.

¶ Secunda regula est, quòd in causis prophanis principaliter agitur de possessione in beneficiis de iure. cap. licet causam. de proba. glo. sing. in cle. vna. de causa poss. in glo. vlti. Ioan. And. & alij in cap. ecclesia vestra. de electio.

¶ Ideo vidi aliquando clandestinum possessorem in prophanis manuteneri, quia per annum & vltra domino sciente possederat & patiente.

¶ Tertia, in beneficiis & in omni possessorio retinendæ. si intra annum agatur, fit sequestratio rei vel beneficij. de cuius agitur possessione, tũ ne partes via facti procedãt, & ad arma veniant, l. æquissimũ. cũ §. præcedenti. ff. de vsufruct. tum etiã, vt sententia promptam habeat executionem. l. post rem. ff. de rę iudi. ita

Cur fiat sequestratio.

ex-

expreſsè tenet Maſſue.in pract.ſua.rub.de poſſeſſo. verſ.item in omni poſſeſſorio, & ſi facta ſequeſtratione altera pars occupet fructus beneficij eſt excõmunicata,cadítq; à iure ſuo.cle.vna.de ſequeſt.poſſeſ.& fruct.& hæc ſequeſtratio nõ priuat poſſeſsione,quando fit à iudice competente. Ancha. conſi.248. ad prædicta.Barto.in l.intereſſe.ff.de acquiren.poſſeſ. quod intellige in ſequeſtro neceſſario.docto.in ca.examinata.de iudi.tamen poſt poſſeſsionem triennalé non fit ſequeſtratio.cle.vna.de ſequeſtra.poſſeſſ.dixi in tract. de pacifi.poſſeſ.amplia.5.Multa ſcripſi de hac ſequeſtratione in l.ſequeſter.ff.de verb.ſigni.& in trac.ſequeſtra.in 3.tomo.commenta.in conſti.reg.

go omnino hominũ liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti,ordinationis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indi-

A manu regia nõ appellatur.

¶ Quarta regula,habita cõtentione beneficij res ponitur ad manum regiam à qua non licet appellare,vt fuit deciſum per arreſtum,vt refert Ioan. Gallus.in quæſt.per arreſta.q.28. Item nota quia non grauat, cum nõ auferat poſſeſsioné ab eo qui eam habebat.Cyn.in l.vna.col.2.C.de prohib.ſequeſt.pecuniæ.Domi.Boer.in §.4.de iuriſdict.omniũ iud.in cõſue.Bituricen.vide quę dixi de ea ſupra de nominatio.reg.in §.1.in gl.in manibus.

Recredentia cui adiudicari debeat.

¶ Quinta,tá ex lege regni,quàm ex iuris diſpoſitione ſententia recredentiæ adiudicatur habenti primo aſpectu magis apparentem titulum,& magis clarum.per l.fin.C.de edict. diui Adriani tollen.ideo aliquibus probationibus nõ receptis fit iſta adiudicatio recredentiæ:etiam ſi pars vellet probare titulum alterius falſum,nõ admittitur,vt obuietur malitiis partium volẽtium recredentias quotidie impedire.facit lex quanuis.C.de edicto diui Adriani tollendo,niſi ex literis productis poſſet illa falſitas ſaltem præſumptiuè conſtare, vtpote quia in eis apparebat raſura,vel euidens cõtrarietas.Io. Maſſuer.vbi ſupra,rub. de poſſeſſorio. verſic.item ſi altera.dico plenè in tract. de ſententiis executoriis.art.1.& in praxi beneficia.

Aduerſarius in beneficiorum poſſeſſoriis poteſt per non ius expelli.

¶ Sexta regula,licet interdictum retinendæ in beneficiis habeat cauſam proprietatis annexam.l.2.§.quædam.ff. de interdictis. tamé in eis ſufficit excludere aduerſarium per non ius, etiam ſi tuam non canonizaret poſſeſsionem.de Rota deciſio.261. licet

vbi dicit procedere etiam si prorogatio fieret ignorãte debitore. Barto. & Alber. in l.finali. ff. de offic. procurat.Cæsar.licet.contrarium teneat.Bald.cons. 436.quæritur. in 1.volu. cui respondet Francisqui.in d.l. lecta. not. 5.ff.si cert.peta.

Prorogatio post terminũ non fit.

¶Primò, fallit quando pars vellet prorogare post terminũ elapsum, nam non poterit, quia iam est pars excommunicata, vel periura, à quibus non poterit altera pars absoluere.Bald. in authenti.quod eis.in fine. C.de nupt. Aufre. in decisio. Tholosa. q. 73.Item &c. si bãnum. Barto.& Ias.in l.labeo. ff.de iureiurand. Plenè Feli.in ca.2.nu. 34.col. antepenul.de sponsa.

Fideiussor quando sit liberatus facta prorogatione.

¶Secundò,fallit quando ageretur de præiudicio tertij, qui non consentit prorogationi, tunc est liberatus post tempus. ideo fideiussor qui obligauit se soluturum ad annum, facta prorogatione temporis, non tenetur. secus si obligauerit se purè ad soluendum debitum, quia per proro-

ficatas,ad eandẽ nominationem per nos & Romanũ pontificem, huiusmodi ecclesiis & monasteriis eisdem præficiẽdas nominare valeret: prout in nostris inde confectis literis(in quibus voluimus quòd si maiestas tua,omnia in illis statuta, ordinata & cõtenta, infra sex menses post tũc proximam futuram sessionem Lateranen.consilij tunc vigentis,non approbaret & confirmaret, & à prælatis ac aliis regni tui personis tunc expressis approbari nõ faceret, literæ ipsæ nullius essent roboris vel momẽti)plenius cõtinetur. Quum autẽ sicut exhibita nobis pro parte tua petitio cõtinebat, maiestas tua propter varias occupationes, quibus ad præsens implicitus existis, ac ex certis aliis rationabilibus causis, infra dictũ semestre infra quod adhuc existis,in dictis literis cõtenta, per prælatos & personas regni tui huiusmodi approbari facere posse cõmodè non confidat:Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati,semestre prædictũ (infra quod adhuc existis)ad annum à data præsentium computãdũ,auctoritate

te apostolica tenore præsentium prorogamus, pariter & extendimus, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis: nec non omnibus illis quæ voluimus in dictis literis nõ obstare, cæterísque contrariis quibuscunque.

¶Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prorogationis & extensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datũ Romæ apud sanctũ Petrum, Anno incarnationis dominicæ Millesimo quingẽtesimo decimo septimo. Calendis Iulij. Pontificatus nostri anno quinto.

Altera prorogatio petitur ad annum à fine alterius computandum, eo quòd propter varias occupationes non fuit concordatum approbatum, & receptum à regnicolis.

FRanciscus dei gratia Francorũ rex, Mediolani dux, & Genuæ dominus, Vniuersis præsentes literas inspecturis, notum sit & manifestũ, quòd cum iamdudũ à sancta sede apostolica cer-

gationem non liberaretur. l. fi. C. de vsur. rei iudi. Panor. & alij in c. constitutus. in fin. de fideiusso. Idem si fideiussor promisit soluere tales libros, si postea partes conueniant de dando precium vel aliam rem, fideiussor ad illam non tenebitur, quam non promisit: secus si promiserit simpliciter se satisfacturum, vel soluturum, quia tunc teneretur, sicut in proximo casu dixi. nam quãdo mutatur res, vel precium, videtur nouus contractus, l. pacta. ff. de contra. emptio. & nouatione liberatus fideiussor. l. nouatione. C. de fideiuss. l. si cum hermes, de loca. Bart. in l. Valerianus. ff. de præto. stipul. Bart. & Angel. in l. quòd dicitur. §. miles. ff. de testa. militis. Alexand. in l. vbicunque. de fideiuss. multa cumulat Hippoly. in rub. de fideiuss. q. 6. vbi licet videre. Ias. & doct. in d. l. lecta. & in authenti. Sacramenta puberum. colum. penulti. C. si aduer. vend. Barto. d. consil. 31. in 1. volu. Iacob. in l. 1. num. 16. C. de

Quādo pos sit quis reincidere in excōmunicationem.

iudi. ¶ Tertiò, non procedit quando excō municatus, fuit semel absolutus, fuit cōuentum inter partes, quod si nō soluerit intra mensem, quòd sit excommunicatus. nam si talis cōditio non fuerit apposita in sententia absolutionis consentiente iudice, non reincidet pars in excommunicationē, etiam si non soluat intra mensem, per text. in l. tale pactū. §. qui prouocauit. ff. de pact. quia excommunicatio non potest nasci ex pacto partium, vel ex contractu, sed ex sententia iudicis. & istud pactū nō est sentētia. arg. l. si vnꝰ. §. pactus. versi. sed si pactum. ff. de pact. Ita expressè tenuit Perusi. in c. præterea. in 2. colum. 2. de appellat. & etiam cōsentiente iudice adhuc requirentur aliæ literæ excommunicatoriæ, vt alibi dico.

Pœna non progatur.

¶ Quartò, limitatur procedere in pœna, vt si fiat prorogatio compromissi, non intelligetur prorogata pœna, nisi expressè dicatur, per. l. seruus ea. ff. de seruis exportan. Bald. in l. pe-

tæ literæ apostolicæ per nos obtentæ fuissent quibus semestre infra quod nos & ecclesia Gallicana approbare debebamus cō cordata inter sanctam sedem apostolicam & nos inita, per annum prorogatum extiterat: verum quia durante dicto anno, aliis occupati negotiis dictam approbationem & confirmationem à prælatis & aliis personis ibidem expresśis approbari, seu confirmari minime fecerimus, idcirco alias literas apostolicas ab eadem sede obtinuimus, quibus annum iam dictum ad alium à fine illius computandum denuò prorogare fecimus, prout in dictis literis (quarum tenor sequitur) plenius continetur.

Conceditur secundus annus à fine primi computandus ad hoc, vt concordata recipiantur, & obseruentur à regnicolis.

LEo episcopus, seruus seruorum dei, charissimo in Christo filio Francisco, Francorum regi Christiānissimo, Salutem & apostolicam benedictionem. Dudum siquidem inter alia, cum irritantis appositione decreti, statuimus, & ordinauimus, quòd

quòd extunc de cætero occurẽtibus ecclesiarum cathedralium & metropolitanarum, ac monasteriorum in regno Franciæ & Delphinatu, ac comitatu Dien. & Valentin. consistentium vacationibus, dilecti filii ecclesiarũ, capitula & monasteriorũ conuẽtus, ad electiones seu postulationes futurorum archiepiscoporũ, episcoporum, ac abbatum ecclesiarum & monasteriorum vacãtium pro tempore huiusmodi procedere non valerent. Sed maiestas tua ad ecclesias & monasteria huiusmodi sic vacantia infra certum tunc expreßi temporis spatium nobis & pro tempore existenti Rom. pontifici personas idoneas certo tunc expresso modo qualificatas, ad eandem nominationem, per nos & Romanũ põtificem huiusmodi ecclesiis & monasteriis eisdẽ præficiẽdas nominare valeret: ac volumus quòd si maiestas tua omnia in illis statuta, ordinata, conuenta, infra sex menses post tunc proximã futurã sesionẽ Lateranẽ. cõcilij tunc vigẽtis nõ approbaret, & cõfirmaret, & prælatis, & aliis tunc expreßis regni tui

nulli. §. vxor. sol. matrim. quia odia non debent ampliari, minúsque prorogari. l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. & sic prorogatio censetur facta cum suis qualitatibus in fauorabilibus. secus in odiosis. Bal. in l. fin. à te. C. de pact. inter empt. & vẽdi. Hyppoly. sing. 300. prorogatio. Alias limitatiões tradit. Dec. in c. de causis. col. 3. cũ seq. de offic. deleg.

¶ Possem hic tradere materiã prorogationis iurisdictionis, quã tradũt docto. in c. P. & G. de offi. deleg. gl. & doc. in l. 2. §. sed si iudex. ff. de iud. & in pract. Pet. Iacobi. rubri. de prorogatio. iurisdi. sed quia parum vsu venit in hoc regno Franciæ: ideo eã missam facio.

¶ Quia in hoc regno iurisdictiões sũt diuisæ quo ad proprietatem & vtilitatem: ideo non fit prorogatio sine domini cõsensu, teste Io. Fa. in l. si q ex cõsensu. col. 2. C. de epis. aud. & bel la mera, cõs. 33. q si. col. 9. ver. ego verò diuido dixi supra rub. de caus. in princ. Et qd si causa

fuit commissa consiliariis supplicationum seu requæstarum, vt cognoscerent inter Titium & me, & ille Titius nominat suum auctorem, an domini consiliarij possint contra illum cognoscere? quod sic, fuit decisum Neapol. decisio.227. quidam nobilis, quia hoc videtur cō missum in consequentiam. Paul.in l. venditor.ff.de iudi.nota.in l. quotiens.C.illo.tit. Ná prorogatio termini impedit pœnam committi. l. cum stipulatus sim mihi à proculo. ff. de verb.obliga.vbi prorogatio diei impedit moram,ergo & pœnam.d. l.lecta.ff.si certum peta. Ias. in l. quominus. q. 30.ff.de flumi.

No.pro cōsiliariis requestarū.

a ¶ Nó dicit à quo,sed audiui vniuersitaté Parisi.appellationem emisisse ad futurum consilium vniuersale,& illam appellationem, seu illius formam, vidi conscriptam.

approbari non faceret. literæ ipsæ nullius essent roboris vel momenti. Et deinde pro parte tua nobis exposito, quòd maiestas tua propter varias occupationes quibus tunc implicitus eras, ac ex certis aliis rationalibus causis infra dictum semestre infra quod tunc adhuc existebas in dictis literis contenta per prælatos & personas regni tui huiusmodi approbari facere commodè non confidebat: Nos per alias nostras literas semestre prædictum infra quod tunc adhuc existebas ad annum à data posteriorum literarum huiusmodi computandum prorogauimus, pariter & extendimus, prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio cōtinebat maiestas tua literas priores prædictas, iuxta voluntatem nostrá prædictam approbauit, & confirmauit,& publicari fecit,& approbari facere intēdebat, fecissétque,nisi à literarum priorū editione,ac tuis approbatione & confirmatione,ac earundem priorū literarū publicatione huiusmodi temerè appellatū fuisset.ᵃ Et propterea nobis humiliter supplicari fecisti,vt an-

num

num prædictum infra quem adhuc existis, ad alium annum prorogare de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, annum prædictũ infra quem adhuc maiestas tua existit, ad alium annum à fine primi anni huiusmodi computandum, authoritate apostolica tenore præsentium prorogamus pariter & extendimus, non obstantibus præmissis, ac cõstitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quæ in prioribus & posterioribus literis prædictis voluimus non obstare, cæterísque contrariis quibuscũque. Datum Romæ apud sanctũ Petrum, Anno incarnationis dominicæ 1518. 6. Calendas Iulij, pontificatus nostri an. 6.

a ¶ [Exiberent] Et sic extractum ex registris fidem facit, vt infra de registra. concor. Vnde dixi cuidã pauperi, vt sumptũ ex registro suæ collationis à papa factę haberet: quia fidem faceret, & ista testãtur do. de Rota, decis. 621. nota sumptũ. in antiq. idem in sumpto signaturæ, vt interdum vidi etiam fieri, & quando incidenter, ego allego titulum habitum à sede apostolica, tunc sufficit, vt ostendatur per signaturã, vel per sumptum, secus si allegem pro vero titulo, tunc bulla solet obtineri.

Sumptum ex registris an fidẽ faciat & quando.

Sumptum signaturæ quãdo sufficiat.

¶ Quocirca dilectis & fidelibus cõsiliariis nostris curias nostras parlamenti tenentibus, necnon seneschalis, bailliuis, præpositis, aliísque iustitiariis & officiariis nostris harum seriè mandamus & iniungimus, quatinus has præsentes suis in registris registrent, vt si pro rebus & negotiis indies occurrentibus, illis quis agere habuerit, ex dictis registris illas extrahere possit, & valeat. Cui extracto debito modo facto, talem fidẽ haberi volumus, ac si dictarum bullarum originale exhiberẽt[a]. Nam sic nobis placet, & quatenus opus est, ex nostra certa scientia, & potestatis plenitudine, ita fore ordinamus. In cuius rei testimonium, sigillũ nostrum

¶ Rub de annatis.

a ¶[*Leo episcopus*] Constitutio ista tanquam bursalis, nō est à regnicolis recepta, vt dixi in §. fi. de māda. aposto. supra. & in hoc regno nō admitteretur quis, si impetraret beneficiū illius, qui non expressit verum valorem, siue ante annū, siue post: ideo cum nō sit recepta constitutio, alia non scribo, sed me refero in aliis ad glos. prag. sanct. hoc titul. vbi plenius scribitur.

præsentibus literis duximus apponendum. Datum Baugiaci, die 25. mensis Octob. Anno domini 1518. & regni nostri 5. Per Regem. Gedoyn.

¶ Rubrica de annatis.

Verum valorem beneficiorum propter annatam soluendam impetrantes exprimere tenentur, quam si non expresserint intra annum hoc facere poterunt.

LEO[a] Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriā. ¶ Romanus pontifex (cui tot tantáq; in spiritualibus & temporalibus prouidenda incūbūt) rerum & temporum qualitate pensata, nonnulla prout ad cūctorum clericorum beneficia ecclesiastica, à sede apostolica pro tempore impetrantiū cōmoda & vtilitates, ac litibus & fraudibus obuiandum oportere cōspicit, salubriter ordinat & disponit. Nuper siquidem inter constitutiones ad laudem Dei, & Christi fideliū pacem & quietem, de fratrū nostrorū consilio, cum charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum rege Christianissimo matura deliberatione concordatas, statuimus, quòd in prouisionibus quas personis quibusuis regni Franciæ ac Delphinatus & comitatus Dien. & Valentinen. de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis, per nos & successores nostros & sedem prædictam, etiam motu proprio, etiā promotis ad ecclesias cathedrales & metropolitanas & monasteria (vt obtēta per eos beneficia retinere possent) fieri contingeret, illorū verus annuus

¶ Duo tamen hic notanda censeo, primum, quòd si dubitas de vero valore, potest addi clausula cum facultate verum exprimẽdi valorem, & hoc in fine signaturæ, vt plenius scribo in forma signaturæ in praxi beneficiali.

¶ Secundò habes hic, quòd papa probat, vt ex signatura quis possessionem capiat, ibi super supplicationibus expeditione augendi obtinere ad effectum possessionem benefi-ciorum huiusmodi assequendi, vbi dicit quosdam impetrare signaturam ad effectum assequendi possessionem beneficiorum, in quibus non exprimunt verum valorem, quod non reprobat hic, nisi tantummodo si non exprimatur verus valor, ergo quis ex permisione papæ potest cum signatura adipisci possessionem, tam in patria iuris scripti, quàm in consuetudinaria, & nouissimè Henricus declarauit papæ Paulo tertio per modum cuiusdam conuentionis, quòd in prouincia prouinciæ, & Britannia non accipitur possesio in vim signaturæ, & sic in aliis locis, quæ reguntur concordatis, potest adipisci possesio cum signatura. & hanc declarationem fecit Rex, Anno M.D.XLIX. die decimaquarta Iu-

Declaratio regis henrici pro patria prouinciæ & britania.

nuus per florenos, aut ducatos auri de camera, aut libras Turonen. seu alterius monetæ valor secundũ communem æstimationem exprimi deberet, alioquin gratiæ ipsæ essent ipso iure nullæ. Cũ autem (sicut accepimus) sæpe cõtingeret personas regni & Delphinatus ac Comitatus huiusmodi vacatione beneficiorũ in locis remotis regni ac Delphinatus, & comitatus eorundem, per obitum pro tempore vacantia intellecta, eorum veri valoris notitiam haberi non posse, & veri valoris huiusmodi notitia non habita ad illa à Romano pontifice impetrandũ celerem nuncium ad sedem prædictam destinare, & signaturam supplicationis super illorum, impetratione, cum facultate verũ annuum valorem beneficiorum huiusmodi in literarum super huiusmodi supplicationibus expeditione augendi obtinere ad

nij, vnde si aliter iudicaretur iudices contra ista iura iudicarent, & opus esset euocatione ad magnum consilium, in quo fuit istius declarationis facta publicatio, & registrum.

Possessionis materia frequentissima

a ¶ *Possessionem*] Frequentissima enim est hæc possessionis materia, dicit iurisconsultus in l. Fulcinius. §. cum hoc. ff. quib. ex causis in pos. eatur. ideo hic de ea aliqua intendo scribere, maximè in materia beneficiali, cum iudices regij nó alij etiam seculares dominorum in hoc regno cognoscát de possessoriis beneficiorum ex priuilegio Martini papę, vt licet videre per Guid. papæ in decisio. Delphina. quæst. 1. & quia hoc est omnibus obuium, ideo non amplius probabo.

effectum possessionem a beneficiorú huiusmodi assequendi, literas super huiusmodi impetrationibus, cum minus vera valoris beneficiorum eorundem expressione expedire, & absque eorú culpa, diligentia, & expensis pro impetratione huiusmodi obtinéda factis, & gratia eis à nobis cócessa, & illius effectu frustari, ac per posteriores (qui nulla habita diligentia cum expressione veri valoris eadé beneficia à sedę prædicta impetrârút) excludi ac desuper propterea molestari.

¶ Notádum est quòd quanuis iudex cognoscens super possessorio, debeat admittere exceptionem suppressi valoris: quia ex illa suppressione titulus redditur incoloratus. docto. in capitulo ad aures. de rescrip. sic expressè consuluit de Ripa. consilio vltimo, libro 2. respond. tamen de consuetudine in hoc regno longo iam tempore seruata non exprimitur verus valor, vt etiam supra dixi. ideo iudices regij qui de possessoriis beneficiorum cognoscunt, hanc exceptionem suppressi valoris non admittút, nam quo ad hoc concordata non fuerunt recepta. & in hac materia possessoria beneficiorum notandæ sunt aliquot regulæ vtiles, & quotidianæ, in palatiisque vsu venientes.

Iudices regij exceptionem taciti valoris non admittunt.

¶ Prima regula est, quòd in beneficiis non potest acquiri sine titulo possessio, nec acquisita retineri. c. in literis. de resti. spo. c. 1. & per totú. de eo qui mitt. in pos. caus. rei seruandę. c. 1. de reg. iuris in 6. & si acquiratur quædam detentatio, non prodest quo ad

Possessio nó acquiritur in beneficiis, nec

¶ Nos qui subditorum nostrorum cómoda libenter procuramus, ac eos à litibus & expensis, quãtum cum domino possumus releuamus, motu proprio, ac ex certa nostra sciẽtia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, statuimus & ordinamus, quod decætero perpetuis futuris temporibus impetrãtes beneficia ecclesiastica in regno, Delphinatu, & comitatu prædictis per obitum duntaxat vacantia, si verum annuum valorem beneficiorum in literis apostolicis, quæ super dictis beneficiis expeditæ fuerint nõ expresserint, infra annũ à die datæ literarum earũdem computãdum, valorem ipsum malè expressum corrigi per officiales, ad quos expeditio literarum huiusmodi pertinet, & correctiones literarũ earundẽ fieri consueuerũt petere: ipsique officiales ipsarũ literarum expeditioni præsidentes, ad eorundem impetrantium simplicem petitionem, valorem ipsorum ad verum annuum valorem, iuxta petentium volũtatem in eisdem literis reducere & corrigere, ipsique impetrantes pro augmento valoris expressi dun-

ad effectus iuris. nota in regula sine possessione. de regulis iuris in 6.

retinetur sine titulo.

¶ Sicut in feudis non acquiritur sine inuestitura. not. in c. vno, per quos fiat inuestitur. Ideo in hoc regno solemus computare tempus retractus à die saisinæ, quo fuit receptus à domino directo. vt alibi dico.

¶ Notandum est tamẽ quo ad acquirendum quasi possessionem in his incorporalibus, sex requiruntur.

¶ Primò, requiritur realis præsentatio, vel electio: nec sufficeret coadunatio patronorum vel eligentium, vel mãdatum factum ad præsentandum, teste Geminia. consil. 127. pro clariori. in fi.

¶ Secundò, sciẽtia eorum, quibus præiudicatur. Dec. consil. 126. in fine. per l. 2. C. de seruit. & aqua. & omnium patientia, aliàs vnius contradictio faceret, vt quasi possessionem nõ acquireret. Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de his quæ fiunt à maio. parte. ca. nisi quis al-

In incorporalib⁹ quasi possessio qualiter acquiratur et requisita.

legaret præscriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non sit in contrarium, tunc enim nó tenetur scientiam probare. vt asserit Feli. in c. de quarta. in fi. de præscrip. & istam communem esse dicit de Ripa. in d. c. cum ecclesia. nume. 67.

¶ Tertiò, requiritur q̀ præsentátes, vel eligentes credant vti iure suo, Calde. consi. vi. rub. de causa posses. per l. fina. ff. quemadmod. seruitu. amit.

¶ Quartò, quòd electio vel præsentatio bona fide facta fuerit, alioqui cassari debebit, quando de mala fide constabit. Panor. in ca. cum ecclesia. vbi etiam de Ripa, de causa posses. & in c. consultationibus. de iure patro.

taxat, annatam cameræ Apostolicę soluere debeant & teneãtur, decernentes quascũque impetrationes posteriores de dictis beneficiis, ratione non expressionis veri valoris huiusmodi, infra dictum annum factas nullius roboris vel momenti esse, & pro infectis haberi debere. Nulli er-

¶ Quintò, quòd electio vel præsentatio habuerit effectum. Innoc. in ca. 2. de in integ. resti. vbi dicit probandũ institutionem, vel confirmationem. glo. in cap. dilectus. de præb. Feder. consil. 234. Oldra. consi. 312. thema quæstionis.

¶ Sextò, quòd electus & institutus adepti fuerint possessioné, & gauisi fuerint fructibus beneficij, ratione illius tituli. Calder. consi. 12. rub. de iure patro. Dec. consi. 117. & 124. quæ sunt notanda, quia frequenter accidunt. Quam materiam abundè prosequitur Ioan. Francis. in tract. de præscript. in 1. parte quintæ partis, q. 8. col. 21. & sequen.

¶ Secunda regula est, quòd in causis prophanis principaliter agitur de possessione in beneficiis de iure. cap. licet causam. de proba. glo. sing. in cle. vna. de causa poss. in glo. vlti. Ioan. And. & alij in cap. ecclesia vestra. de electio.

¶ Ideo vidi aliquando clandestinum possessorem in prophanis manuteneri, quia per annum & vltra domino sciente possederat & patiente.

¶ Tertia, in beneficiis & in omni possessorio retinendæ. si intra annum agatur, fit sequestratio rei vel beneficij. de cuius agitur possessione, tũ ne partes via facti procedát, & ad arma veniant, l. æquissimũ. cũ §. præcedenti. ff. de vsufruct. tum etiã, vt sententia promptam habeat executionem. l. post rem. ff. de rę iudi, ita

Cur fiat sequestratio.

ex-

expreſsè tenet Maſſue.in pract.ſua.rub.de poſſeſſo. verſ.item in omni poſſeſſorio, & ſi facta ſequeſtratione altera pars occupet fructus beneficij eſt excõmunicata,cadítq; à iure ſuo.cle.vna.de ſequeſt.poſſeſ.& fruct.& hæc ſequeſtratio nõ priuat poſſeſsione,quando fit à iudice competente. Ancha. conſi.248. ad prædicta.Barto.in l.intereſſe.ff.de acquiren.poſſeſ. quod intellige in ſequeſtro neceſſario.docto.in ca.examinata.de iudi.tamen poſt poſſeſsionem triennalẽ non fit ſequeſtratio.cle.vna.de ſequeſtra.poſſeſſ.dixi in tract.

go omnino hominũ liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti,ordinationis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indi-

de pacifi.poſſeſ.amplia.5.Multa ſcripſi de hac ſequeſtratione in l.ſequeſter.ff.de verb.ſigni.& in trac.ſequeſtra.in 3.tomo.commenta.in conſti.reg.

¶ Quarta regula,habita cõtentione beneficij res ponitur ad manum regiam à qua non licet appellare,vt fuit deciſum per arreſtum,vt refert Ioan. Gallus.in quæſt.per arreſta.q.28. Item nota quia non grauat, cum nõ auferat poſſeſsionẽ ab eo qui eam habebat.Cyn.in l.vna.col.2.C.de prohib.ſequeſt.pecuniç.Domi.Boer.in §.4.de iuriſdict.omniũ iud.in cõſue.Bituricen.vide quę dixi de ea ſupra de nominatio.reg.in §.1.in gl.in manibus. *A manu regia nõ appellatur.*

¶ Quinta,tã ex lege regni,quàm ex iuris diſpoſitione ſententia recredentiæ adiudicatur habenti primo aſpectu magis apparentem titulum,& magis clarum.per l.fin.C.de edict. diui Adriani tollen.ideo aliquibus probationibus nõ receptis fit iſta adiudicatio recredentiæ:etiam ſi pars vellet probare titulum alterius falſum,nõ admittitur,vt obuietur malitiis partium volẽtium recredentias quotidie impedire.facit lex quanuis.C.de edicto diui Adriani tollendo,niſi ex literis productis poſſet illa falſitas ſaltem præſumptiuè conſtare, vtpote quia in eis apparebat raſura,vel euidens cõtrarietas.Io. Maſſuer.vbi ſupra,rub. de poſſeſſorio.verſic.item ſi altera.dico plenè in tract. de ſententiis executoriis.art.1.& in praxi beneficia. *Recredentia cui adiudicari debeat.*

¶ Sexta regula,licet interdictum retinendæ in beneficiis habeat cauſam proprietatis annexam.l.2.§.quædam.ff. de interdictis. tamẽ in eis ſufficit excludere aduerſarium per non ius, etiam ſi tuam non canonizaret poſſeſsionem.de Rota deciſio.261. licet *Aduerſarius in beneficiorum poſſeſſoriis poteſt per non ius expelli.*

actor.in nouis. Feli.in c.olim.col.vlt.de rescri. Domi.consi,31 præmitto.& seq.sequitur de Ripa in lib.2.Respon.c.36.in hoc iudicio.vbi etiam dicit sufficere, quòd quis ostendat alios non habere ius in prioratu:nam actore nō probante, reus debet absolui,etiā in beneficiis,l.qui accusare.& ibi docto.C.de edend. nam in interdicto retinendæ obstat exceptio inualidi tituli,tex. in ca. audita. & ibi Panor. in 1.nota.de restitu.spolia.

gnationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurū. Datum Romę apud sanctum Petrum, Anno incarnatio-

In beneficialibus possessio ex titulo iustificanda est.

¶Septima regula,agens in prophanis possessorio recuperandæ, ante omnia est restituēdus,etiam si non doceat de titulo.l. si quis ad se fundum. C.ad leg.Iuliam.de vi public.cum similibus. nisi in quinquaginta casibus traditis per Corset.in tracta. de potesta. regia.quæst.72.tamen in beneficialibus oportet colorare possessionem ex titulo.c.ad decimas.de resti. spoliat.libro 6.plenè Pręposit.in summa.3.q.1.ne vitiosus ad eam detur ingressus.ca. 1.de eo qui mittit.in posses.lib.6.& ibi Perus.in 2.notat. plenè Specula.in tit.de teste.§.nunc videndum. versic. sed pone ago. glos.in d.clem.vna.de causa posses.quam allegat Panor.in cap. in literis.col.4.& sequen.de restit.spoliat. & hæc opinio seruatur,tam in parlamētis,quàm in aliis,nisi quis fuerit lite pendente spoliatus,quia tunc sufficit probare se fuisse in possessione tēpore motæ litis,& spoliatum fuisse,teste Auffre.in decisio. Tholo.quæstio.15.

Coloratio tituli tribus fit modis.

Et ista coloratio tribus modis potest fieri.Primò ostendendo titulum habitum ab illo,qui habet potestatem conferendi. Secundò,ostendēdo quòd authoritate illius fuit missus in possessionem.Innocen.in cap.in literis.de restitu. spolia.nec est disputandum de vitiis intrinsecis,vt in simili habetur in l.fina.C.de edict.diui Adriani,tollen.vbi sufficit quòd hęres ostendat instrumentum non rasum,non cancellatū,ad adipiscendam bonorum possessionem.& non est disputandum de vitiis intrinsecis,vt ibidem dicitur. Tertiò,coloratur possessio quando sciente & patiente illo qui habet potestatem prouidendi de beneficio,exercuit aliquos actus spectantes ad rectorem, & quia vt canonicus interfuit in capitulo,stallum habuit in choro, & tanquam canonicus illa fecit, probata sciētia illorum qui poterant prouidere de beneficio dicitur colorata possessio.Inno.in c.bo

næ. in 2.de postul.præl.

¶ Vltima regula, adiudicata alicui recredentia, partes super pleno possessorio hincinde probant, & tunc iudex ad pluralitatem testium debet se inclinare, & is vincere debet qui plures habet testes. l.3.§.2.ff. de testib. c. in nostra, illo titu. Bald. consi. 489. in causa. col. vlt. in 3. vol. l. ob carmen. §. fi. ff. de testib. Barba. consil. 25. clementissimum. col. 2. in 4. volu. Praxim docui in d. arti. 1. tracta. de senten. executor. in constitu. reg. in 1. tomo. *Quis debeat in pleno possessorio vincere*

nis dominicę millesimo quingétesimo 16. Caléd. Octobris, pontificatus nostri anno quarto.

¶ Verū enimuero quia in hoc regno testes infiniti producebantur, ideo fuerunt taxati per legem regni, vt vltra decē testes non admittantur, vt patet in ordina. regiis, rub. *des tesmoings.* arti. 1. & ibi dixi rationes & iura, ex qua elicita fuit illa ordinatio. Notandum est igitur quòd data paritate numeri testium, iudex debet qualitatem testium considerare, & plus credere nobilibus & honestis viris, quàm vilibus, & infamibus, dicto cap. in nostra. & d. §. fi. & ibi Bald. & Iacobi. *Quando testes sunt pares quis debeat prævalere.*

¶ Secundò, debet inclinare ad testes dicentes aptiora & verisimiliora. per c. licet causam. & ibi Bald. & alij de probatio. ideo testes quorum dictis consonat ius commune, præferuntur testibus, quorum dictis consonat ius speciale, quia dicunt aptiora & verisimiliora. Inno. in c. auditis. de præscri. Barb. consi. 29. illud afferam. col. 2. in 1. volu. ideo si duo laici deposuerunt me non deliquisse hodie, duo clerici dicunt contrarium, statur laicis. gl. sing. in c. clerici. 81. dist. quia deponunt super eo quòd est conforme naturæ, quæ præsumit hominem non delinquere. l. merito. ff. pro socio. *Testes verisimiliora dicentes præferuntur.*

¶ Tertiò, testes deponentes affirmatiuè præferuntur aliis negatiuè deponentibus, per glo. sing. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de recep. arbit. Bald. in l. actor. per illū tex. C. de probat. quod nō procedit, quando testes simul deponerēt de affirmatiua, dicētes Titiū nō possedisse, sed Seium. Bal. in §. si quis. per triginta. col. 2. si de feudo cōtentio fuerit inter do. & agna. vasal. Panor. in c. cum ecclesia. de caus. posses. refert decisio. Neapoli. 324. agitabatur causa. Si tamē testes deponerēt quòd Caius possedit decem annos tantum, nil valeret: quia viderētur excludere omne aliud tēpus, & omnem aliam personā, excepto Caio. & quia *Affirmatiuè deponētes, an præferantur, & quādo.*

negatiua non est coarctata,nó probat Iacobi. in l.vna.in prin. ff.si quis ius dicen.non obtépe.not.in c.bonæ.1.de elect.& cap. quoniam.de probat.

Rationem testes assignãtes præferũtur nõ assignantibus.

¶ Quartò,quando testes sunt hincinde pares præferuntur, qui causam scientiæ assignant.Bal.in l.presbyteri.in fi. C.de episc. & cleri.Deci.consi.302.& pro tenui.col.5. vbi dicit eos præferendos,qui assignant meliorem rationem,vel si sint vicini, qui presumuntur melius scire veritatem,quibus maximè creditur in probanda possessione.l.1.§.1.ff.de flu.l.dominus horreorũ. loca.Bal.in disputa.incipi.accusatus.col.vlti.

Quis obtinere debeat quando vterque ostendit titulum.

¶ Quintò,debet vincere cæteris paribus,is qui ostédit titulum. d.c.licet causam.Bal.consi.420.verba.col. vlti.in 1. vol.& consil.489.in 3.vol.Ancha.consi.361.visa plena.in fi.Bal.in l.ordinarij.C.de rei vend.Dec.consi.302.& pro tenui.col.3.vers.con currit etiam.& si vterque ostendat titulum,is vincere debet,qui probat prioritatem tituli.Bal.consil.58. quidam est.col.vlt.in 5. vol.Ias.consi.148.viso processu.volu.4. nisi in iudicio finiũ regundorum.Bal.consil. 445.qualiter probentur.in 5.vol.Quod intellige quando ab vno habuerunt,secus si à diuersis, quia inspicitur,qui possideat de præsenti.Alex.cósil.130. visa facti.col. 2.in 5.vol.Et quando vtraque pars habet titulum,illa est preferenda quæ habet potioré & antiquiorem.Bal. consi.251.senten tia.col.2.in 5.vol.Doct.in d.c.licet causam.Iacob.in l.1.in prin. C.de edicto diui Adriani tollen.& ideo si vna ostédat titulum iuri communi cóformem, altera alterum contra ius commune, præferri debet illa,quæ producit titulũ iuri conformé. arg.c.ad decimas.de resti.spoli.& quia duo vincula, &c.c. vno,de treug.

Antiquior possessio, an sit melior.

¶ Sextò,vincit is qui probat antiquiorem possesioné.quia alia præsumitur clándestina.c.licet.de proba. Bar.in l.si duo.in prin. colũ.2.ff.vti posid.Ancha.consil.274. ad declarationem.col.1. Soci.consil.59.visis actis.col.vlti. in 4.vol.& consil.98.iustissimè.col.3.in eod.vol.quia quanto antiquior tanto iustior.Bal. consil.420.verba principis. colum.3. in 1.volum.& consi.445. volu.5.& possesio recens præsumitur clándestina.c.licet.de proba.quia duo insolidum eodé iure posidere non possunt.l.3.§. ex contrario.ff.de acquir.possess.Alexá. consil.88. quoniam.col. 2.in 5.vol.Corne.consi.130.viso.1.volu.& consi.312. in hac col. 2.ibidem.& in decisio.Neapoli.324.agitur.Ias.consil. 148.viso processu.columna.1.volumi.4.Bertrand.consi.310.in interdicto. volu.1.secundum primam editionem.ac Ias.cósi.148.viso processu,

cessu.in 4.volum.

¶ Notádum est,quòd ille qui probat antiquiorem possessioné debet obtinere,etiam absque titulo,licet aduersarius habeat iuniorem possessionem cum titulo, dũmodo actor alleget in actis quòd aduersarius posside clá respectu possessionis ipsius actoris,secus,se simpliciter allegaret clam posidere, & non diceret respectu possessionis,quia non obtineret.sing.not.Bar.in l.si de eo.§.fi.ff.de acquir.poss. Cæpola cautel.201. in causa.per l.si ré aliquam.illo tit. Alex.d.consil.88.quoniam.col.3.vol.5.plus dicés quòd ille qui docet de antiquiori possessione sine titulo,debet obtinere,etiam si aduersarius doceat de possessione recenti cum titulo.dummodo ille titulus fuerit acquisitus post illam antiquioré possessioné.arg.l.si fundú.ff.de fundo.dota. quia alias quis de facili supponeret aliqué, à quo emeret,& fingeret se titulo posidere. Bal.in dispu.incip.accusatus.col. pen. Alexan. cons.89.excellentissimi.col.3.in 5.vol.ex antiquitate enim tituli præsumetur possessio antiquior. Bal.in d.c.licet causam. Refert Barb.consi.25.clementissimum.col.3.in.4. vol.Soci.d.con. 98.in 4.volu.col.penu. Dec.cons.302.& pro tenui.col.2.& seq.

Cautela vt átiquiorem possessionem habens præferatur.

¶ Intellige in pleno possessorio,in primo verò capite, & quo ad recredentiam,sufficit probare recentem possessionem, quia possessio antiqua non sufficeret ad obtinendum in primo capite. Guido papæ in decisi. Delphi.quæst.552. in materia.Berbe.in pract.legum regia.versic.in primo verò,&c.per tex.in l.1. ff.vti posid.Item intellige nisi is qui habet antiquiorem possessionem, eam iure familiaritatis præsumatur habuisse, vtpote à matre.l.qui iure.ff.de acqui.poss.hoc tenuit Ias. consil.6.spectatissimè.col.1.vol.1.vbi vidi eum. & sic in hoc interdicto qui vult vincere,debet probare se possedisse, & de præsenti posidere.tex.in ca.conquestus. ibi,in cuius quasi possessione fuisse, ac esse dignoscitur, vbi Ancha.nota. 2. de foro competen. Ias. consil.91.visis,in 3.vol.

¶ Septimò vincere debet is,qui probat in specie.Innoc.in c.auditis.de præscri.vbi dicit,quòd si episcopus probat per testes se habere iurisdictioné in aliquo loco in specie, & Abbas per tot testes probat se habere iurisdictionem in genere in dicto loco, quòd præfertur probatio specifica probationi generali. & ibidem dicit Imol.quod si probo me posidere boues, vt meos,& pro meis,& tu probas per tot testes quòd ego teneo illos, vt conductos,& quòd dicti testes interfuerunt conductioni,cum

Probatio in specie præualet probationi in genere.

in specie deponant, præferri debent aliis. sequitur Barba. consil. 25. clementissimum. col. 2. in 4. vol. Dec. d. consil. 302. col. 5. item debeo vincere si probem me possidere bona fide, te verò mala, vt quia etiam alium expulisti. Bald. in dict. disput. colum. vltim. quia iustior est possessio mea. Idem si ego probem, quòd à tali tempore hactenus possedi, aduersarius probauit se possedisse 10. vel 20. annos, quia potest esse quòd vnus testis deponit de decem proximè præteritis, alij de aliis, & sic possunt esse singulares, & non probant. latè Corne. consil. 130. viso libello. col. 2. volu. 1. vbi limitat. vide eum.

Fauorabilior possessio præfertur et probatio.

¶ Octauò, si vna possessio respicit causam piam, altera nõ præualet fauorabilior, per text. sing. in l. lege Iulia. ff. de manumiss. secundum Corset. sing. incipien. pia causa. Alex. in l. de die. col. 2. in prin. ff. qui satis. cogant. Ias. in l. sed & si possessori. §. fin. ff. de iureiur. Barb. consi. 8. sapienter. col. 10. in 2. vol. & consi. 40. à Ioue. col. 17. in 3. vol.

¶ Nonò, quando pares sunt probationes super possessione, tũc sententia super petitorio faceret agẽtẽ succumbere super possessorio. c. licet cauf. de proba. Pan. in c. pasto. nu. 27. de caus. poss.

¶ Decimò, si vna probatio sit fauorabilis, altera odiosa, præfertur fauorabilis, & si vtraque sit fauorabilis. & vna magis, huic stabitur. l. lege Iulia. ff. de manu. sequitur Barb. con. 29. illud referam. colum. 2. vol. 1.

Quando æquales sunt probationes, quomodo sit iudicandum.

¶ Vndecimò, in prophanis si æquales sint omnino probationes, tunc iudex manutenebit alteram partem in media possessione rei contentiosæ, & alteram in reliqua. teste Barto. in l. si duo. colum. penul. princi. ff. vti possidetis. hoc sequitur Soci. in l. si quis cum totum. not. 2. de except. rei iudica. sic consuluit Ancha. consi. 210. inter contraria, vbi etiam consuluit in proprietate, quod si rationes & iura hincinde dubium reddunt iudicem, nec inclinatur magis ad vnam partẽ quàm ad alteram, tunc cuilibet potest assignare partem. argu. c. afferte. de præsumptio. l. sed si lege. §. adeo. in fi. ff. de peti. hæred. l. & hoc Tyberius. de hære. insti. refert Decius consil. 445. in casu. col. 1. abundè Boer. in decis. Burdeg. q. 239. & in prædicta dicens ita fuisse iudicatum in processu D. de Stissaco.

Arrestum.

Quibus testibus iudex credere debeat.

¶ Vel quando testes sunt hincinde pares, tũc iudex potest credere quibus vult, dummodo in actis faciat inserere causam cur magis istis adhæret, quàm aliis. not. in l. duo iudices dati. ff. de re iudi. Bal. in l. cum magistratus. in fin, C. quando prouoc. non

est

est necess.facit quod dicit Bar.in l.Lucius ff.de his qui no.infa. vbi si iudex non vult adhibere fidem vni testi deponenti, & assignanti causam,non tenetur,dummodo in actis hoc exprimat, qua ratione motus eidem non credidit. quod est summè notandum secundum Iaco.in l.ob crimen.§.fi. col.1.& seq.ff.de testi: nã tunc iudex appellationis habebit illam causam notam.dixi alia in ordina.regiis, in rub.*Des causes possess.beneficiales*, quæ hic non transibo.

¶Vltimò,sufficiũt semiplenæ probationes in causa possessorij, quando aliter non melius probat. Bart. in l.2.C.quorum bono.& sic admittitur prōbatio per famam, vel per vnum testem,vt ibi. & no. Mathesila.not.2. Decius consi.663.in causa. *Semiplena probatio quando sufficiat.*

¶De concordia & prælatione testium scripsi plenè in tracta. de reproba.& saluatio.testium,in verbo concordia.

¶Rub.de registratione concordatorum in curiis facienda.

Mandat curiis parlamenti, & aliis iudicibus,vt hæc concordata conscribant,& in registris ponãt,vt si quis indiguerit eis,ex illis extrahere poßit,& probabit, ac si originale produceretur.

QVocirca a dilectis & fidelibus consiliariis, curias nostras parlamenti tenentibus, nec non seneschalis,bailliuis,ꝑpositis, aliisque iustitiariis & officiariis

¶Rub.de registratione concordatorum in curiis facienda.

a ¶*Quocirca*] Videmus cõstitutiones regias in curiis parlamentorum recitari,& publicari,ac describi & registrari: & solet senatus apponere lecta,publicata,& registrata audito ꝓcuratorẽ regis,anno tali.die &c.vt vidi fieri.de hoc no.in authen. vt factæ nouæ constit.colla.5.Et in l.sed & milites.§.penul.ibi,hoc autem & in curiis est promulgatum ff.de excusatio.tuto. *Literæ in parlamentis legi, recitari,describique solent.*

¶Ratio est,vt senatus secundum eas ordinationes iudicet,& alios iudicare sic faciat, & etiam quando quis indigebit ordinatione à senatu sic registrata, possit eam habere, & faciet fidem, vt hic.& not.in authenti.si quis in aliquo.C.de edend. & ca.1.

Seruiēs mādatū suum insinuare debet.

de proba. In priuatis etiam negotiis non debet seruiens in alia prouincia seneschalia vel iurisdictione exequi, nisi prius insinuauerit commissionem præsidi, seneschalo vel alteri domino illius iur sdictionis. §. eos, in authen. de collato. colla. 9. l. prohibitum. & l. defensionis facultas. C. de iur. fisci. libro 10. vbi dicit priuatos alias posse resistere. Et hæc plenè scripsi in tracta. de literis requisitoriis in 2. tomo. constitutio. regia. & quòd debeat constitutio in senatu recitari, est text. in l. cum hi. in prin. ibi, in senatu recitata. ff. de transact. Sic & sententia per iudicem debet recitari, vt in rubri. C. de senten. ex libel. recitā. l. fi. §. 1. ff. de appellat. dixi idem in testamento, & dictis testium. in repetitio. l. vnicæ. no. vlti. in fine. C. de senten. quę pro eo quod interest. Ista fuerunt à rege dicta supra in rubri. de proroga. di-

nostris, harum serie mandamus & iniungimus, quatinus præsentium tenorem suis in registris registrent, vt si pro rebus & negotiis indies occurrentibus illis quis agere habuerit: ex dictis registris illas extrahere possit, & valeat: cui extracto debito modo facto, talem fidem haberi volumus, acsi prædictarum bullarum originale exhiberent. nam sic fieri volumus, & quatinus opus esset, ex nostra certa scientia & potestatis plenitudine ita fore ordinamus. Datum Ambasiæ, die duodecima mensis Aprilis, Anno domini millesimo quingentesimo decimooctauo: & regni nostri quarto. *Sur le reply est escript* per Regem, *ainsi signé Robertet, & seellé à double queue, & cire iaulne.*

la. in fi. vbi annotaui de signatura, & de sumpto illius, quando sufficiat. & abundantius in praxi benefi. in forma signa.

¶ Rubrica de Regia facultate primum mensem graduatis debitum nominandi.

¶ Rubrica de Regia facultate primum mensem graduatis debitum nominandi.

Rex habita facultate à papa nominandi primum mensem illũ declarat, habendo rationem ad publicationẽ factam in parlamẽto Paris. ideo vult vt Aprilis sit graduatis dicatus & October, nominatis vero Ianuarius & Iulius, & decernit vt publicetur hæc declaratio, & secundum eam iudicetur.

FRanciscus dei gratia Francorum rex, Mediolani dux, Genuæ dominus. ¶ Cum superioribus diebus certa iniuerimus concordata cũ sanctissimo domino nostro papa Leone decimo, quibus inter cætera ordinatur quatinus beneficia vacãtia primo mense post publicationem illorũ, afficiãtur graduatis simplicib⁹. Verũ cũ ex diuersitate tẽporũ quib⁹ iã dicta cõcordata publicata in parlamẽtis nostris fuere, dictorũ mẽsiũ diuersitas, confusionem litiũ educatricẽ generare verisimiliter potuisset. Nos igitur, vt dictæ cõfusioni obicẽ apponeremus, à iã dicto domino sanctissimo, domino nostro papa literas apostolicas obtinuimus. quarũ tenor de verbo ad verbum inferius describitur, quibus permissum & concessum est illum primum men-

¶ *Franciscus*] Hæc declaratio fuit necessaria quia cõcordata fuerũt in mẽse Martio in senatu Parisiẽsi publicata, Tholosæ, Burdegalæ, & in aliis parlamẽtis regni Frãciæ & Delphinatus alio tẽpore, ideo dubitabãt q̃s esset primus mẽsis post publicationẽ cũ diuersæ fuerĩt publicatiões. & hic declarat publicationẽ supremi senatus Paris. tãquã præcipuã esse sequẽdã. Nã sicut publicatio facta in curia debet attẽdi. Car. in pœmio cle. & dixi ĩ vl. nota. repet. l. vnicę. C. de sent. quæ ꝓ eo ꝙ inter est. ita si nõ fiat publicatio in curia, sed in aliis plamẽtis, illa publicatio inspicietur, quæ fit ĩ prĩcipali plamẽto. arg. l. si q̃s nec causam. ff. si certũ pet. l. quæritur. de sta. homi. §. sed ius quidẽ. insti. de iur. nat. gẽt. & ciui. vt hic. Possem multa dicere de preeminẽtia omniũ parlamentorũ, sed contentus sum remittere ad ea quæ dicit Ioãnes Montaigne cum additio. Domi. Boerij in tracta. de autho. & ꝑeminẽ. sacri magni

Quæ publicatio quãdo⁹ in pluribus parlamẽtis est facta attẽdatur.

Mẽses olim diis dedicati, sicut nũc qualificatis.

concilij, vbi licet videre de nominatione quo modo hic accipiatur, & alibi in iuredixi in trac. nominatio. q. 5. Et sicut menses sunt dicati hic qualificatis, ita olim singulis numinibus, Ianuarius enim Iunoni olim erat sacer, Neptuno Februarius, Martius Mineruæ, Aprilis Veneri. Maius Apolini, Iunius Mercurio, Ioui Iulius, Augustus Cereri, Vulcano Septẽber, Marti October, Nouember Dianæ, December Vestæ, teste Alexád. lib. 3. genial. c. 24. fol. 85.

a ¶ [*Sic fieri*] Quod prin

sem exprimere nobis ac nominare licere. Eapropter facultatem nobis à sede apostolica prędicta concessam insequentes, considerantésque dicta cõcordata in curia nostra parlamenti Parisius in mẽse Martij vltimè præteriti fuisse publicata, mẽsem præteritum Aprilis dictá publicationem immediaté sequenté, pro proximo mense eligimus & nominamus, Ex cuius initio ordo & computatio sequentium mensiũ, vt qui mẽses graduatis simplicib⁹, necnon graduatis nominatis, ac ordinariis collatoribus spectant, sciant: & iuxta illorum ordinem beneficiis in illis vacantibus prouideatur, tenorem dictorũ cõcordatorum insequendo, nullo habito respectu ad tempus publicationis eorũdem cõcordatorũ in aliis curiis nostris parlamenti factæ. Quocirca dilectis & fidelibus consiliariis nostris parlamenta nostra Parisi⁹, Tholosæ, Burdegalæ, Rothomagi, Diuione, Grationopoli tenẽtibus: necnon cæteris nostris iustitiariis & officiariis mandamus & iniungimus quatinus has præsentes literas nostras publicare habeant: necnon in suis registris registrare, vt nemo ignorátiæ causam prætẽdere posit, aut valeat: & iuxta tenorem iam dictæ facultatis nobis concessæ, & declarationis per nos factæ, processus iudicare habeant, quia sic fieri [a] volumus, & ita nobis placet, non obstátibus quibuscunque in contrarium facientibus.

¶ Sequitur tenor dictarum literarum apostolicarum.

Papa concedit regi facultatem primum mēsem nominandi, vt tollatur dubium ex varia concordatorum publicatione ortum.

LEo episcopus seruus seruorũ Dei, Charissimo in Christo filio Francisco, Francorum regi Christianissimo, salutem, & apostolicam benedictionem. Dudum siquidem inter alia cum irritantis appositione decreti statuimus & ordinauimus, quòd extunc de cætero occurrentibus ecclesiarũ cathedralium etiam metropolitanarum ac monasteriorum in regno Franciæ, & Delphinatu, ac comitatu Dien. & Valentinien. consistentium vacationibus: dilecti filij ecclesiarum capitula, & monasteriorum conuentus ad electiones seu postulationes futurorum archiepiscoporum, episcoporum, ac abbatum ecclesiarum & monasteriorum vacantium pro tempore huiusmodi procedere non valerent, sed maiestas tua ad ecclesias & monasteria huiusmodi sic vacantia infra certum tunc expressi temporis spacium, & nobis & pro tempore existenti Romano pontifici personas idoneas

cet, legis habet vigorem. l. 1. ff. de cõstitu. princi. §. sed & quod principi. de iure natura. insti. vbi doct. dicunt esse verum, quando animo cõdendi legẽ hoc facit, alioqui contra. vel quãdo voluntas redacta est in corpus iuris, vel cõstitutionũ, seu ordinationũ. Barba. in rub. de cõst. col. 11. nu. 76. sed secũdũ eos sequeretur, quòd voluntas principis alia quã lex, non esset seruanda.

Principis voluntas pro lege habetur quomodo intelligatur.

¶ Ideo ego puto principis placitũ legis habere vigorẽ, & obseruãdũ pro lege, & sicut lex omnes tenet. l. de quibus. ff. de legib. & ab omnibus obseruari debet. l. leges sacratissimę. C. de legi. Ita & principis volũtas iusta, cum habeat vigorem, & effectum legis, nõ est tamẽ lex, sed obseruari à subditis debet vt lex vnde si princeps ferias indicat propter partã victoriã, ille feriæ obseruãdæ sunt sicut inditæ à lege. l. à nullo. C. de fer. gl. in cle. sępe. in verb. ob necess-

ſitates. de verbo.ſigni. ſic dicit lex de volũtate teſtantis, prout quiſq; ſuæ rei legaſsit, ita ius eſto. l.1.ff.ad legẽ fal.l. verbis legis. de verbo. ſigni.& diſponat teſtator & erit lex.§. diſponat.in authen. de nup. coll.4. poſtquã à teſtatore diſpoſitum & eius placitum pro lege ſeruari debet,ita & principis,ſi iuſtum fuerit, ſecus ſi iniuſtũ.c.ſi dominus.&. c. ſeq.11.q.3.& quia nil eſt quod magis ſtrictim debeat ſeruari q̃ lex, ideo dicit legis habet vigorẽ,quod eſt notãdum ad elucidationem illorum iuriũ.alia vide quæ ſcripſi in procem.cõſtiti regia.in 1.gl. primi tomi.

certo tũc expreſſo modo qualificatas ad eandem nominationem per nos & Romanum pontificem huiuſmodi eccleſiis,& monaſteriis eiſdem præficiendis nominare valeret: prout in noſtris inde confectis literis (in quibus inter alia,quòd primo mẽſe poſt earundem literarum acceptationem & publicationem ordinarij collatores,dignitates, perſonat⁹, adminiſtrationes & officia ad eorum collationẽ, prouiſionem nominationem,præſentationem ſeu quanuis aliam diſpoſitionem ſpectantia:graduatis ſimplicibus ſub certis modo & forma tunc expreſsis conferre,& de illis etiã prouidere deberent, cauetur) plenius continetur. Quũ autem ſicut accepimus propter diuerſa tribunalia plurium parlamentorum in regno Delphinatu & comitatu predictis conſiſtentia,in quibus literas in eis conſtitutas & expreſſas, cõſtitutiones publicari & acceptari diuerſis temporibus propter locorum diſtantiam, oportet ſuper primo menſe (qui ordinariis collatoribus ad conferendum graduatis conceditur) quis ſit plures lites & diſpendia partium ſuper hoc exoriri cõtingere poſsit,nos litibus & diſpendiis huiuſmodi pro noſtri paſtoralis officij debito obuiare volentes,& ne quis mẽſis ſit,deinceps huiuſmodi dubitari aut hęſitari contingat maieſtati tuæ,vt

poſt

post publicationem & acceptationem literarum con cordatorum huiusmodi primum mensem huiusmodi quis sit exprimere & nominare possit & valeat, motu proprio,& ex nostra certa scientia, authoritate apostolica, tenore præsentium licétiam & facultatem concedimus,pariterque indulgemus, nonobstátibus omnibus quæ in eisdem literis voluimus nonobstare, cæterísque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrũ, Anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo decimooctauo, decimoseptimo Calendas Iulij, pontificatus nostri anno sexto. Sic signatum supra plicam. Ia. Questemberg. In testimonium quorum his præsentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Baugiaci die vigesimaquinta mensis Octobris, Anno domini millesimo quingẽtesimo decimooctauo, & regni nostri quarto. Per regem. Gedoin. Lecta, publicata, & registrata Tholosæ in parlamento vigesimasecunda Nouembris, Anno domini millesimo quingentesimo decimooctauo. Michaelis.

¶ Rubrica de pœna temerè venientium contra huiusmodi concordata.

¶ Rub. de pœna temerè venientium contra huiusmodi concordata.

Postquam rex per papam fuit factus horum protector concordatorum, mandat parlamentis, & aliis suis iudicibus, vt infractores legitimis pœnis afficiant, attentatáque reuocent, ac ista publicent, & in registris ea describere faciant.

FRanciscus [a] Dei gratia Francorũ rex, Mediolani Dux, & Genuæ dominus, vniuersis præsentes literas inspecturis salutẽ. ¶ Cũ pro corroboratione néc-non obseruatione decretorũ cõcordati per nos cum sanctißimo domino nostro papa Leone decimo initi, necessariũ ac vtile foret, vt à sancta sede apostolica illius concordati protectores constitueremur, vt vtroque mucrone institutis concordatorum nõ parentes ferirentur. Literas apostolicas à iam dicta sede apostolica obtinuimus, quarum tenor inferius describitur. Quibus illorum cõcordatorũ protectio nobis cõcessa est. Quocirca dilectis & fidelibus cõsiliariis nostris parlamenta nostra Parisius, Tholosæ, Burdegalæ, Rothomagi, Diuione, & Gratianopoli tenenti-

a ¶ *Franciscus Dei gratia, &c.*] Cõsiderare enim debet quis in his concordatis tria quæ scribit Bald. in c. solitæ. in fine. de maio. & obedien.

Tria in actibus hominũ sunt consideranda.

¶ Primò, quis loquatur l. 1. ff. ad leg. Iuliam. de adul. sic dicens: hæc lex lata est à diuo Augusto: ideo summè extollenda est, sed constitutiones istę à papa & rege conditæ sunt, ideo ratione magnæ præeminentiæ conditorum sunt valde excellentes.

¶ Secundò, considerãdum est cui loquatur. hoc si consideres, intelliges loqui nobiliori populo totius mundi, & meliori, Gallis videlicet hominibus: quod facilè est scire, si quis historias perlegat.

Galli omni populo sunt nobiliores ac meliores.

¶ Tertiò, de quo loquatur. commendatur titulus de vulgari, quia continet materiam vtilem, & vulga siue bulga dignam, ideóq; bulgarem. quandoque tenui rectè vocari p Vascones. Alij etiã ob frequentiam tituli seu materiæ commendãtur. l. [...]aui. ff. de libera. le. l. 1. de in integr. re-

ſtitu. Si ad materiam cócordatorum conferas, maioribus & laudibus, & encomiis has conſtitutiones attolles, tum quòd regimen eccleſiarum regni Franciæ, tum materiam eccleſiaſticam, beneficialé honore, auro, vtilitate, dignitate, frequentia, & ſubtilitate percelebrem contineant. Adhæc cauſarum facilem & breuem in hoc regno deciſionem, priuilegiáque, & libertates regni breui perſtringentem. Igitur his ineſcatus, manu non tremulenta vel tarda, ſed veloci, hæc pauca præcocia his addere curaui, multò maiora ſcripturus, niſi me tá breuitas temporis, quàm lectiones ordinariæ & extraordinariæ, vtpote titu. de verb. ſignifi. quem, ſaltem partem hoc anno interpretatus aperto pectore fui, multáque ſuper eo notatu digna ſcripſi, auditoribúſque noſtris nota feci, impediuiſſent, ac alia quotidie negocia mihi occurréntia, ſed ab eo tempore multa addidi, manúmque extremam appoſui, vt aliis meis ſcriptis etiam colophoné addere poſsim, quod deus permittere dignetur. Non proſequor hic pœnas ordinariorum venientium contra hæc ſancta concordata, quia eas plenè ſcripſi in tracta. nomin. quæſt. 19.

Cōcordat. ratiōe materiæ laudanda.

bus, nécnon cæteris noſtris iuſtitiariis & officiariis mandamus & iniungimus quatenus iuxta facultatem nobis conceſſam eorú concordatorum infractores pœnis legitimis afficiant. Et ea quæ in cótrarium dictorum concordatorú attentauerint reuocent, & in priſtinum ſtatum reducant ſeu reduci faciant, compeſcendo compeſcendos, omnibus viis rationabilibus & debitis. Et vt nemo iam dictæ noſtræ protectionis ignorantiam prætendere valeat, eas præſentes publicare, & in regiſtris ſuis regiſtrare faciant indilatè: quoniam nobis ſic placet, & ita fieri volumus, nonobſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus.

¶ Rubrica de protectione concordatorum Franciæ regibus conceſſa.

a ¶[*Leo episcopus*] Hic constituitur rex protector concordatorum, & defensor per papam, contra quoscunque etiam clericos, qui contra hæc sacra cócordata venerint, vel aliquid ausu temerario moliti fuerint, vt etiam per iudices regios puniri possint. ¶Et pro hoc facit tex. in l. 1. C. ne liceat potentio. ibi, huius sanctionis rectores prouinciarum custodes, & contemptæ huius rei vindices fecerit, & quòd papa possit subiicere clericos vnius terræ, ciuitatis, vel diœcesis iurisdictioni laicorum in vno casu est tex. in c. vbi periculum in §. præterea, de elect. in 6. Card. in repet. c. perpendimus. col. 7. versi. oppono ad eandem lecturá. de senten. excomm. Fel. sequitur in c. 2. colum. 1. & c. fi. in fin. de maior. & obedien.

Papa vnius prouinciæ clericos iurisdictioni laicorũ subiicere potest.

¶Potest etiam delegare causas aliquorũ clericorum laicis. c. preter. 32. distinct. vbi commisit causam clericorum simoniacorũ duobus ducibus dando eisdé potestaté deponédi eos. ca. mennam. 2. q. 5. vbi in subscriptione apparet commisisse clericorum causam reginæ Franciæ. facit c. solitæ. de maior. & obed. c. verum. de foro compet. Fel. & alij in c. ecclesia. de constit. sed totum clerum non posset subiicere iudici laico, cum priuilegium fori illorum sit de iure diuino introductum. gloss. in ca. si imperator. 96. dist. & Num. c. 3. Ego tuli Leuitas à filiis Israel, erúntque Leuitæ mei, meum est enim primogenitum. & c. 18. Et Iosue. cap. 17. in fine, Tribui Leui nó dedi possessionem, quoniam Deus Israel ipse est possessio eius. & alibi, Nolite tangere Christos meos. gloss. in verbo degenerari. in authenti. de non alię. reb. eccles. coll. 2. & beatus Gregorius in c. sacerdotibus

Priuilegiũ fori clericorum à iure diuino est inuentum.

¶Rub. de protectione cócordatorũ Franciæ regibus concessa.

Papa constituit regem Frãciæ horum protectorem & defensorem concordatorum aduersus omnes cuiusque ordinis & status impugnatores.

LEo episcopus, seruus seruorũ dei, charissimo in Christo filio Francisco, Francorum regi Christianissimo, salutem, & apostolicam benedictionem. Dudũ siquidem inter alia cum irritantis appositione decreti, statuimus & ordinauimus, quòd extunc de cætero occurrentibus ecclesiarũ cathedralium etiam metropolitanarum, ac monasteriorũ in re-

bus.11.q.1.dicit, imperatorem Constantinum retulisse, cum episcoporum accusatio eidem proposita fuisset, Ite, & inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est, vt nos iudicemus deos, id est clericos.

¶ Imò dicit baptista Fulgo. lib.1. de religionis cultu, Constantinum in consilio Calchedonensi, cum vltimus inter sacerdotes sederet, accusationes clericorum ad se ex scripto delatas combussisse, dicentem sacerdotes seu numina ad hominem regendum constituta esse, & propterea intactum se deo eorum iudicium reseruare velle, quod non faciunt quidam seculares iudices, in suarum animarum perniciem. & hi clerici aliquando in sacra scriptura dij vocantur. Exodi, capitu. 22. Diis non detrahes. cap. cum ex iniuncto. de hæreti. & aliquando Angeli. Malachiæ 2. cap. quia angelus domini exercituum est. Item alibi is Constantinus in sancta synodo Nicena præsidens, cum querelam quorundam clericorum ad se deferendam conspiceret, ait, Vos à nemine diiudicari potestis, quia ad dei solius iudicium reseruamini. c. satis. 96. dist. & c. continua. 11. q. 1. facit text. in cap. 1. de immunita. eccle si. libro 6. & ca. penul. de censib. eod. libro. & l. proximè. ibi, vos habetis iudices vestros. ff. de his qui in testa. delen. Rom. singu. 414. sed an potest, &c.

Clerici dij vocantur.

gno Franciæ & Delphinatu ac comitatu Diensi, & Valentinẽsi consistentium vacationibus: dilecti filij ecclesiarũ capitula, & monasteriorum conuentus ad electiones seu postulationes futurorum, archiepiscoporum, episcoporum ac abbatum, ecclesiarum & monasteriorum vacantium pro tempore huiusmodi procedere non valerent, sed maiestas tua ad ecclesias & monasteria huiusmodi sic vacantia infra certum tunc expresi temporis spatium, & nobis & pro tempore existenti Romano pontifici personas idoneas certo tunc expresso modo quali-

¶ Item licet Pharao suapte natura malus omnem subiecisset Aegypti terram, & cunctos populos, tamen sacerdotes, & terrá

illorum reliquit liberam, vt patet Gene.47.cap.

Contra rationem naturalem est clericum à laico iudicari.

¶Imò etiam clericum iudicari à laico, videtur contra rationem naturalem, quæ est quòd inferior nõ iudicat superiorem. c.cum inferior.&.c.solite.vbi.Feli.de maior.& obedien.& naturaliter inferior exhibet honorem superiori.l.1.§.sicut.& ibi glos.ff. de aqua plu.arcen.glo.in summa.93. dist.l. 2.ff. de alie.iudici. mutan. causa fact. & clerici sunt maiores laicis, etiam principibus.ca.1. in fin.17.dist.&.c.quis dubitet.96.dist.c.duo sunt. 12.q.1. nec valet cõsuetudo, vt inferior habeat iurisdictionem in superiorem. text.in c.inferior. & ibi Præposi.21.distin. item & inimicis se committere, est contra rationem naturalem. sed laici sunt communiter clericorum inimici,& infesti.cap.laicos. 2.q. 7.cap.clericos. de immunita.eccles.in 6.ergo papa non poterit committere totum clerum laicis, quia peruerteretur vniuersalis status ecclesiæ, quod non potest papa facere.glos.& doc.in cap. proposuit. de conces.præb.Bened.in repet.c.Raynutius.in verbo & vxorem. nume.427.& sequent. & in verbo si absque. in 2. nume. 47.de substi.fideicommiss.de testa.

ficatas, ad eãdem nominationem per nos & Romanum põtificem huiusmodi ecclesiis & monasteriis eisdem præficiendis nominare valeret: prout in nostris inde confectis literis (in quibus maiestati tuæ,& pro tempore existen. Francorum regi in virtute sanctæ obedientiæ, ꝙ per te vel aliũ, seu alios in dignitate ecclesiastica cõstitutos easdem literas, ac omnia & singula in eisdem contenta, quando & quotiens, opus foret publicari & inuiolabiliter obseruari faceret mãdauimus) plenius cõtinetur. Cũ autem sicut accepi

Arrestum. Cadauer ad iudicem ecclesiasticum remissum.

¶Imò anno 1431.die 5. April.ante Pascha fuit arresto huius senatus remissum cadauer Gofridij Clouet presbyteri, qui se suspenderat Parisiis, in vico sancti Germani Altissiodoren. Ex quo patet quòd iudex ecclesiasticus cognoscit contra clericos viuos & mortuos, quia caracter est impressus animæ & ossibus, ideo non euellitur, vt scribunt docto.in cap.degradatio.de pœnis.in 6. Auffre.in stilo parlamenti, arresto.109.Item nota.

Reproba-

¶Nec obstat falsa & dãnata opinio Petri de Ferra.in sua practica,

ctica, in forma libel. action. confesso. in verbo plenam. vbi dicit sic, Naturaliter & à principio mundi omnes clerici nedum laici erant sub potestate, & iurisdictione imperij, sed ipsorum imperatorum dulcedine & benignitate fuerunt clerici dimissi sub potestate papæ, & beneficium hoc tanquam ingrati sciunt malè cognoscere, vt no. per Innocē. in c. 2. de maiori. & obedien. Bene ergo & sanctè (vt dicit) faceret ipse papa, si totam temporalem iurisdictionem in manibus imperatoris remitteret: nec aliter vnquam respublica, & maximè Italia quiescet, & ex hoc status vniuersus clericorum magis redderet Deo, ac populo deuotus, & ipse papa cum cardinalibus viueret quietus ac deuotus, & Deo & populo magis acceptus & gratus. ¶ Hæc ille protulit bigamus Pet. Ferra. cum ecclesia noluisset eum tueri, quia extra clericorum priuilegia erat, ideo indignatus illa protulit verba mendosa. *tur opinio de Ferra.*

mus, nōnulli regni, Delphinatus & comitatus prædictorū à quorum cordibus Dei timor abest, literas huiusmodi & per eos editas constitutiones, & in eis contenta plenè acceptare recusent, & illis non sine spiritu blasphemiæ, & censurarum in eis contentarū in cursu, verbo, & operè si possent contrauenire contendant. Nos ea quæ tanta maturitate, cōsilio, & sacri tūc vigētis Lateranen. concilij approbatione discussa, statuta, ordinata, facta, & concessa sunt, vt inuiolabiliter & inconcusse, prout par

¶ Et primò sciendum est, quòd nullo tēpore clerici fuerunt sub imperio, vt dicit fuisse, nec de iurisdictione secularium. nā postquam Deus commisit curā mundi ab exordio ministris & primo Noe post diluuium, licet non esset sacerdos, tamē officium sacerdotis exercuit, & omnem iurisdictionem tam ecclesiasticā, quàm secularem; & in hac vicaria successerunt iudices, patriarchæ, reges, sacerdotes, & alij qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudæorum, & sic durauit vsque ad Christum, qui fuit verus rex & filius Dei, & ipse Christus constituit vicarium suum Petrum, & successores suos. vt est in Euangelio. & Bald. in ca. 2. de maior. & obed. Anto. in c. licet. col. 3. de for. compet. *Clerici nullo tempore sub imperio fuerūt.*

& sic clericorum iurisdictio penes sacerdotes fuit, etiam ex lege veteri dicente propheta Zacha. 2. cap. Qui vos tetigerit, pupillam oculi mei tanget. cap. accusatio. 1. 2. q. 7. Sic summus sacerdos dominus Iesus in sacerdotes per se iurisdictionem exercuit. nam ementes & vendentes sacerdotes de templo eiecit, & mẽsas nummulariorum euertit. Marc. 11. cap. & cap. eiiciens. 88. dist. Posito, & non concesso, quòd prius fuerit iurisdictio temporalis, quàm spiritualis, non tamen ob hoc sequitur, quòd spiritualis subsit temporali. quod sic probatur, prius fuerunt animalia creata, quàm homo. Genes. 1. cap. & 2. & tamen homo dominatur illis, vt dicit Paul. 1. ad Corinth. 15. cap. & Dauid, Psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Habetur in somnio Viridarij. lib. 2. cap. 103. imò licet iurisdictiones

est obseruentur, pro nostri pastoralis officij debito prouidere volentes, quanquam aliis literis nostris temerariis ausibus contrauenire nitentibus occurrerimus, eorúmque ora obstruxerimus, motu proprio, & ex nostra certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, cum deceat secularem potestatem, præsertim magnam ecclesiasticam iuuare potestatem, in his præsertim quæ animarum salutem concernunt, maiestatem tuam, & pro tẽpore existentem Frãcorum regem, literarũ præ-

essent de iure digestorũ distinctæ. l. hæreditas. ibi, principali vel pontificali. ff. de peti. hære. tamen sacerdotium eo iure non erat sub temporali potestate. l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arb. l. penul. de vaca. mun. & sic pessimè dicit ille Ferra. & sine l. loquitur. ideo ei non est credendum.

Reiicitur opinio dãnata Petri Ferrarien.

¶ Erubescere debebat verbis minus honestis clamare cótra clericos, sed hoc solitus erat ille adulator imperatoris facere, vt patet in forma libel. resp. rei conuenti. in verbo tanquam. col. 2. & in verbo præscriptionis. col. penul. ibidem. & ob hoc dubitandũ est de anima illius. scire debebat omnes causas olim tam clericorum quàm laicorum deferri ad ecclesiam. cap. per venerabilem, qui filij sint legi. c. si quis presbyter. 2. q. 5. cap. relatum. 11. quæst. 1. & Deuterono. 18. cap. sic non fit iniuria principi seculari, si ad suam redeat primæuam naturam. l. si vnus. §. pactus. ff. de

Oẽs causæ etiã laicorũ deferebãtur ad ecclesiam.

de pact.cap.ab exordio.35.distinct.& quòd clerici solum conueniantur coram ecclesiasticis, dicitur, 1. ad Corinth. 2. cap. in fine. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.

¶ Præterea etiam si de iure diuino clerici non essent exempti, tamen per papam potuerunt eximi, etiam sine consensu imperatorum, cum sint res spirituales, & deputati in seruitium Dei. dicto. ca. cleros. 21. distin. ita tenet Innocen. & alij in dicto ca. 2. de maio. & obedien. Aluar. in tracta. de plãctu eccle-si. lib. 1. articu. 44. circa finem.

¶ Item potest ex causa totam auferre iurisdictioné imperatori, eũ priuando imperio. ca. ad apostolicæ. de re iudi. lib. 6. cap. alius. 15. quæst. 6. ergo & parté. videlicet eximédo clericos ab eo. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend. ca. pastoralis. §. Item cum totum, de offi. deleg. Sic expressè tenet Auffrer. in repetit. clementi. 1. de offic. ordina. Non obstat ꝙ iurisdictiones sunt distinctæ, & sic non potest priuari imperator sua iurisdictione per episcopos ordinantes laicos, quia respon. quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege. Paul. ad Galat. cap. 5. in fine. & sic laicus inuito superiore potest effici religiosus vel clericus. cap. licet. de regul. & ibi Panormit. cap. inquisitioni. de senten. excommunica. quia spiritu Dei ducitur: ideo non est sub lege imperatoris, sed sub lege Dei, & eius vicarij. Nec obstat quòd omnes possent ordinari, quia hoc nunquam eueniet, & ideo de his quæ nunquam vel rarò eueniunt, non est constituenda lex. l. nam ad ea. & l. ex his. ff. de legi.

Papa priuat & aufert iurisdictioně imperatori.

dictarum, ac per eas editarũ constitutionum, & omnium ac singulorum in eis contentorum, legitimos protectores, defensores, & conseruatores: necnon quorũuis aduersus illas & in eis contẽta venire tentantium, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, vel nobilitatis existẽ. ac quacunque mundana dignitate fulgentium, inuictissimos oppugnatores authoritate Apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus. Non obstan. omnibus quæ in dictis literis voluimus non obstare. Cæterísque contrariis quibuscunque.

Papa an priuilegium canonis tollere posit. ¶ Ex quo infertur, quòd priuilegium canonis potest papa auferre etiam sine causa, cum ex causa & sine posit tollere ius positiuum. c. proposuit. de conces. præb. dummodo non tollat quo ad omnes clericos, quia cum hoc sit arduum, & vniuersalem statum ecclesiæ respiciat, non posset. glo. sing. in c. si papa. 40. dist. quam singu. dicit Panor. in cap. significasti. nu. 4. de elect. & in ca. cum venissent. col. 3. de iudi. & in c. proposuit columna 3. de conces. præb. Barb. in clemen. 2. colũ. 53. de elec. Bru. in c. licet. fol. 22. de elect. Dec. consilio 151. Iac. Bonaud. in additio. ad Io. de terra rubea, in tracta. contra rebelles regum, arti. 5. tertij tract. circa fin. docto. in c. nulli. de sententia excom. hoc tenet Feli. & alij in c. ecclesia. col. 2. & seq. de constitu. & in d. c. 2. de maior.

Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo decimooctauo, decimoseptimo Calend. Iulij. Pontificatus nostri Anno sexto. Sic signatum sub plicà. Ioan. Sadoletus. & supra plicam. Ia. Questemberg.

Priuilegium fori tolli nõ potest. ¶ Secundò, infertur quòd priuilegium fori non potest papa tollere, cum sit de iure diuino, non cerimoniali, sed morali, quod papa non tollit, quia inferior legem superioris non potest tollere. cle. ne Romani. de elect. glo. & doct. in c. quæ in ecclesiarũ, de consti. Quod intellige quando in totum vellet fori priuilegium tollere, secus si in certis casibus, vt hic, & in priuilegiatis, alibi dixi, & idem credo in consuetudine. Maleret. in tract. de elect. in 4. limita. fol. 29. versicu. respectu verò inferiorum. Barba. consi. 45. mandato. colum. 1. volu. 2. Sic potest papa aliquos in totum à decimarum solutione eximere, non tamen omnes. glo. & doct. in c. à nobis. & c. in aliquibus. de deci. sic consuluit Soci. consi. 297. viso priuilegio. col. 2. in 2. vol.

Consuetudo, vt clerici coram iudicibus secularibus conueniantur an valeat. ¶ Tertiò, infertur quòd consuetudo. etiam vetustissima centũ annorum, vel alterius etiam antiquioris temporis non valet, disponens, vt clerici coram iudicibus secularibus conueniantur, cùm sit contra ius, nullo tẽpore firmatur. c. fi. de consuetu. & ibi hoc tenet Curtius. col. 83. & sic ex nulla consuetudine potuit rex Angliæ acquirere iurisdictionem in clericos in actionibus ciuilibus etiam personalibus merè vel criminalibus, vbi agitur etiam ciuiliter. secundum Inno. in c. postulasti. de foro compet.

Ar-

Archi.in c. Roma.in 2.glos.illo tit.in 6. Domi. de Rota plenè decisio.840.vtrum valeat.in antiq.& decis.2. rub. de consuetu. & Aufre.decis.126.Panor.& alij in cap.ecclesia. in princip. de constit.&.c.solitæ.in 6.notab.de maio.& obedien.

In testimonium quorum his præsentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Baugiaci die vicesimaquinta mensis Octobris. Anno domini millesimo quingentesimo decimooctauo, & regni nostri quarto. Per Regem. Gedoyn.

¶ Et ideo fuit clericus coniugatus, qui ab officiali cum citante ratione delicti appellauerat, tanquam ab abusu, à senatu remissus ad officialé, Anno 1537. die 3. Decembris, quia clerici coniugati duo retinent priuilegia. c. vnic.de cleric.coniuga. in 6. sed etiã si clericus consentiret, quod laicus cognosceret, & etiã episcopus. Alex. consil. 8.videtur.col.2.vol.1. D.Boer.in §.21.de iurisdi.om.iudic.in cõsue. Bitur. *Arrestum.*

¶ Et ideo ad suum iudicem remitti debet.in c. si diligenti.& d. c.significasti.de foro compet.tamen iudices regij nolunt in criminalibus illos remittere, donec eos audiuerint. & ita seruatur quádo clericus accusatur super crimine priuilegiato, vt fuit decisum in senatu, Anno 1534.die 19. seu circa, Februarij, pro iudice capituli sancti Marcelli Parisié.per tex.in l.3.ff.de re milita

Iudices seculares an possint audire clericum petentem se remitti ad suum indicem antequã illum remittant. *Arrestum.*

¶ Istas igitur qualescunque bone lector his concordatis addendas putauimus interpretationes, vt nostris præsertim scholasticis, qui eas benignis auribus in scholis Parisi. publicis receperant ob oculos poneremus, notásque eis magis faceremus. In quibus si quædam vtilia dixerimus, gratias immortales Deo agimus, qui calamum nostrum currentem ita direxit, & ad finem vsque perduxit.

Primi Tomi finis.

Spes mea Christus.

AD CLARISSIMVM IVrium doctorem, D. Petrum Rebuffum, Concordatorum summi pontificis, Christianissimique Gallorum principis commentatorem doctissimum, Antonij Paparini Forensis.

EPIGRAMMA.

Gallica pontifici referens iunctissima summo
Lilia, charta fuit parua, breuisque liber.
Sensáque continuit non magnum summa volumen:
Augusto capiens plurima iura loco.
Auxit opus tua subtilitas, auxere labores,
Et doctæ nodos explicuere manus.
Pagina rémque altam complectitur aucta, decénsque:
Nec sensus olim qui latuere, latent.
Omnia perfecit vigilantia, quæ tibi nomen
Aeternum, famam perpetuámque dabit.

¶ Eiusdem Antonij ad eundem.

Iuris Bartholus explicator arcti
Diuinus, peperit solutione
Legum quale decus sibi corusca
Lux doctissime iurium Rebuffe,
Acquiris tibi, nulla quod vetustas,
Nullum diluet, auferetve tempus.

¶ Eiusdem ad eundem.

Pallas non debet Ciceroni plura diserto,
Pluráque Virgilio Calliopæa suo,
Rhetorice Fabio nec plus debere fatetur,
Ingenio quàm ius debet vtrunque tuo.



Cum priuilegio Regis.

TRACTATVS NOMINATIONVM; ET de Pacificis possesso. valde vtiles, & in forensi iudicio frequentes, eiusdem Do. Petri Rebuffi, Iurium doct. & comitis: qui nuper ab eodem sunt recogniti, & amplificati adeo vt deinceps alia vberior editio desideranda non sit.

Index tamen priori & huic tomo communis est.

Tomus secundus.

Parisiis apud Galeotum à Prato, ad primam Regij palatij columnam.

1555.

Cum priuilegio Regio vt in primo Tomo.

QVAESTIONVM PRINCIPALIVM IN HOC TRACTATV CONTENTARVM INDEX.

Sacratissimo patri, ATQVE SINGVLARI VIRtutis excellentia prædito, Do. Martino à sancto Andræa, Carcassonen. episcopo, Petrus Rebuffus, S.

MErcurius Trimegistus Rex maximus in Aegypto, philosophúsque doctissimus, & sacerdotali honore insignitus fuit, vigilãtissime præsul: ob quas animi dotes, post mortẽ Aegyptij eũ inter numina retulerũt, religiosissiméq; coluerũt, primũq; anni mẽsem ei sacrârũt, ac vrbẽ in Aegypto clarissimã ab eius nomine Hermopolim (hoc est, vrbẽ Mercurij) nuncupârũt, Trimegistúmq; (latinis ter maximum) vocauerũt, quod Alexãdro Põpeióq;, & aliis multis postea seculis diuo Carolo Francorũ Regi attributũ fuisse, memoriæ ꝓditũ est. Hæc ad amußim perpẽdẽs, tibi illũ Trimegistũ alioqui magnificũ virũ cõparare, cùm multis nominibus eũ superes, nõ audeo. Ille enim rex maximus in Aegypto, tu verò regnũ in deo obtines, te & alios melioribus atq; adeo institutis Christianis regis. Ille philosophus, tu et philosophus, et omnibus aliarũ disciplinarũ numeris absolutißimus, addã & humanus: & vt omittã incredibilẽ sacrarũ literarũ eruditionẽ, vtriusq; iuris etiam (vt ex interpretationibus tuis Tholosatibus declarasti) egregiè peritus es. Præteribo philoxeniã, quã præcipuam, vt ambabus manibus, ac obuiis vlnis egenis porrigas, hactenus excoluisti. Ille insuper sacer-

dotali honore decoratus fuit, tu verò honori sacerdotali (qui per se bene magnus est) dignitatis culmẽ adiũxisti, in eáque ita te gessisti, vt populum tibi cõmissum, & religionum amatorem, & pauperum tutorem feceris, nusquam ab ouilis tui conspectu (ne vnguem quidem latum) discedere voluisti. Cùm apud aulicos inter primos agere posses, auiũ & canũ oblectamenta aspernatus es. Adhæc dictum Cyri maioris Persarum regis semper præ te tulisti, inquientis, neminem debere suscipere principatum, nisi melior esset his quibus imperaturus esset. Cẽsebat enim hoc esse principis vnicũ munus, aliis prospicere, & publicis cõsulere cõmodis. Hoc autẽ præstare nemo potest, nisi qui sapiẽtia, vigilãtia, animique integritate cæteris antecellit: Id verò non præstat natiuitas (licet eam à nobili Tholosano præside, Bochoris instar semper iudicante, probatissimæ fidei, Catonéque sapientiore, inter eruditos optimo, & inter optimos eruditissimo, genuina probitate prædito, atque vt paucis absoluam, omni virtutum genere instructissimo, traxeris) sed institutio optima, & rerum vsus, quibus à teneris dotatus fuisti. Quæ cùm ita sint, talem patronum (si non graueris) mihi deligere, honori & commodo fore arbitrabar. Non tamen vt Atheniensium in Cherilum Samium poetam munificentiã expectem, quia Pasetis semiobolo contentus essem. Igitur hunc pusillum mei ingenij laborem, Tractatum nominationum tibi dedico, quem si (vt pro tua humanitate soles omnia) benignè susceperis, in lucẽ fœlix tutúsque ab omni liuidorum calumnia prodibit, commodum (vt reor) publicæ vtilitati allaturus. Vale pater patriæ, & nos in ære tuo adscribe. Lutetiæ, decimo Cal. Iunij, Anno trigesimo sexto post sesquimillesimum.

Index eorum

QVAE TAM IN glossis Concordatorū quàm in tractat. Nominationum, & de Pacificis Possess. continentur: ac etiam in nouis additionibus huius sextæ editionis, & vtriusque tomi.

Camera

Casu

Con-

D

Dolo

F

G

Gra-

H

Ha-

I

Interdi-

L

Literæ

Mandata

N

ste-

R

Renun

iungi

dare

FINIS INDICIS.

TRACTATVS NOMInationum.

PRIMA QVAESTIO.

MATERIAM nominationū in forēſi iudicio indies vſu venire mēte mea reuoluens, à noſtríſq; doctoribus neglectá vel parū tractatá, quęſtiones aliquas à me frequētius petitas, in vnū cōgerere conatus ſum. Imprimis ſciendum eſt, quæ fuerit cauſa efficiens, formalis & finalis, in his nominationibus. Reſpon. vniuerſitates cauſam eſſe efficientem forte non male quis dicere poteſt. Nempe ab illis fiunt, & conceduntur nominationes. & cauſa materialis eſt ſtudium quinque annorum, vel trium in nobilibus, ac gradus acceptus. §. præterea. de collat. in concorda. Formalis eſt data forma. in d. §. præterea. & §. ſtatuimus. 1. & §. teneantur. de collat. in concorda. Finalis cauſa eſt beneficiorum prouiſio, quæ illis nominatis fit ob ſuos gradus & nominationes, vel fieri debet: & rationes inferius ſubiicio. q. 3. his iactis materiam aperiamus olim ignotam, nunc verò facilem, & omnibus obuiam.

¶ Nunc videamus, Quot modis accipiatur nominatio. Reſpō. multis. Primò dicitur nominatio, quando exprimitur nomē & cognomen alicuius, vel aliud æquipollens. l. 1. & ſeq. ff. de liber. & poſthu. & l. certum. ff. ſi cert. pet. & ſic accipitur in concord. in rub. de regia facultate primum menſem graduatis debitum nominandi, & text. in c. multi. §. ſi quis autē. & §. ſeq. 2. quæſt. 1. & regula cancel. Iulij ſecundi. in 4. parte. & in l. 1. §. 1. ff. de magiſtra. conueniend. l. 1. §. cum quis. de quęſt. l. libertus. §. in quæſtionibus. & §. nominati. ad municipal. authen. hoc amplius. C. de fideicomm. & teſtator hæredem ſibi nominare debet. l. iubemus. C. de teſta. *Nominatio quot modis accipiatur.*

¶ Aliquando quis nominat extraneum filium ſuum, & illa nominatio non probat illum eſſe filium nominantis. l. non nudis. & l. non epiſtolis. C. de prob. gl. in c. Michael. de filiis presby. & c. per tuas. de proba. c. illud. de præſumpt. not. in c. tranſmiſſæ. *2) Filiatio per nominationem probetur.*

&.c.per tuas.qui filij sint legit.Iaſ.in l.neq; profeſſio. C.de teſta.quia illa verba cenſentur prolata propter aliud,ideo nó probant.l.ex his.C.de teſt.mili. plenè Iacob. de ſancto Geor.in l.quidam.ff.de probatio.Ideo ſi presbyter vel alius nominet aliquam ſuam commatrem,non propterea probat hoc eſſe.ca per tuas,de probatio.quia hoc ſæpius faciunt in coniugibus,vt peccatum eorú cooperiatur.Innocen. verbis vtor Panor.& aliorū in c.ex parte.in fi.de reſtit.ſpolia.Dec.conſi.462.viſa.col.2.

3 ¶ Nec talis nominatio quo ad prẹiudicium tertij inducit etiam præſumptionem.Iaſ.conſil.81.factum ſic ſe habet.col.1.in 1.vol. & conſil.102.ſer.benedictus.column.1.in 3.volu. ideo dicitur 1. Ioan.3.c. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur,&c.

Nominatio præſumptionē inducit.

4 ¶ Primò fallit,quando ex antiquo ſic nominatus eſſet.c.cú cauſam.& ibi gl.& doc.de probat.Barba.con.6.ſapienter.in 2.vol. & Dec.cóſi.35.ad iuſtificationem.Hipp.in rub.C.de proba.fol.24.col.3.cum ſeq. quia non præſumitur quòd tandiu fuiſſet ſiç nominatus,niſi filius eſſet nominantis.

5 ¶ Secundò,fallit quo ad legitimationem.authen.ſi quis liberos C.de naturalibus liberis.Albe.in l.nó idcirco. C.de iur.& fact.igno.Alexan.conſ.150.in cauſa.in 5.volum.Benedict.in repe.c. Raynutius,in verbo & vxoré.nu.204.de teſt. vbi intelligit per nominationé naturalem patris tantum legitimum hæredem nominantis fieri,quando mulier, quæ pepererat filium erat digna tali viro,de quo filium ſuſcepit:alioqui contra,vt ſi mulier eſſet meretrix,& vilis códitionis,pater erat diues & nobilis. Ang.in §.ſed & aliud.per illum tex.in authé.quib.mod.natu. effici.legit.col.6.Alium caſum tradit Bart.in l.1.§.idem per contrariū.ff.de liber.agnoſcend.Hoc tamen non ſeruaretur in forenſi iudicio,ſi aliter non probaretur matrimonium, vt ſcripſi in praxi beneficiali in reſcripto legitima.

6 ¶ Tertiò,limita fauore libertatis,vtpote ſi dominus ſeruū ſuum ſcienter nominauerit filium ſuum,túc efficietur liber. §.fina.inſtitu.de adopt.& in aliis caſibus traditis per Fel. & Dec.in cap.per tuas.vbi nominatio probat in caſibus ibidé traditis.de probatio.

7 ¶ Item ex iſta nominatione naſcitur præſumptio, quæ tráſfert onus probandi in aduerſarium.glo.in c.Michael. de filiis preſbyterorum.Calca.conſi.36.viſis.nu.21.

8 ¶ Idem ſi papa aut epiſcopus nominaret aliqué archidiaconū, de-

decanum, vel alio beneficij nomine propter hoc non probare- *De nominatione papa, vel episcoporum, an ius tribuat.*
tur talis dignitatis aut tituli collatio, nec per talem nominatio-
nem censetur dignitas, aut beneficium illi sic nominato acqui-
ri, nec aliquid iuris eidem tribuitur. tex. solennis in clem. vlti. de
senten. excom. Roma. con. 18. admittimus. col. 1. Lappus allegat.
7. disceptat. quia in beneficiis requiritur canonica institutio.
c. 1. de regu. iur. in 6. quæ per hanc nominationẽ non fit, nec col
latio, nec alia prouisio, vt patet, ergo, &c. quia illa nominatio est
prolata propter aliud, tum quia super hoc narrato non funda-
tur intentio disponentis, tum etiam quia tales collationes sunt
faciendæ idoneis, qui ob hác nominationem nó censentur, nec
voluntas papæ per hoc discernitur. Bonifac. in d. clem. vlti. nisi
exprimeret se velle conferre, vt ibidem dicitur. Fel. in c. nonnul
li. col. 17. & seq. de rescri. & c. si aliquando. de senten. excõ. Iaco
bi. in l. quidam. col. 2. ff. de probatio.

¶ Fallit quando collitigans nominaret eum, cũ quo litigat sub 9
nomine dignitatis, vel beneficij super quo litigat, vel ad illum *Quando quis iuri suo videtur renunciare nominãdo.*
sic scriberet, vt archidiacono tali, vel canonico, tunc illi sic no-
minato videtur ius suum renunciare. text. solennis in c. ex ore.
de his quæ fiunt à maior. parte cap. & ibi Panorm. in 4. nota. &
in cap. cum ad nostram. de elect. in 1. not. D. Boer. in additio. ad
Dy. in regul. 1. de regula iur. in 6. circa finem. Ideo solet in pro
cessu apponi contra talem asserentem se decanum, vel vt asseri-
tur. & ista est notab. practica, qua vtuntur cauti aduocati, vt in-
dies video.

¶ Et ideo dicit Speculator in titulo de libello concept. §. fi. ver 10
sicu. item cautus sit actor. vt se nominet rectorem talis curæ, vel *No. practicam.*
dominum talis rei, & tunc reus potest petere vt detrahatur illa
qualitas, & ponatur rector, vt asserit, vel potest petere, quòd illa
nominatio non afferat sibi præiudicium, quod iudex facilè sibi
concedere potest. quod bene nota in forensi iudicio.

¶ Intellige verum, quando sponte nominaret, & eidem reueren 11
tiam tanquam decano, vel tali N. exhiberet. secus si coactè hoc
faceret. quæ enim metus causa gesta sunt, rata nó habet prętor,
per totum titu. ff. quod met. caus. & illo tit. in decreta. sic tenet
Domi. consil. 15. reuerendæ. 2. dubio.

¶ Secundò, intellige quòd per talem nominationem nó acqui- 12
ratur ius nominato sine alia canonica institutione, d. regula. 1. & *Sine canonica institutione.*
per Ioan. de Selua. in tracta. de benefi. in 3. parte. q. 10. per. c. di-
lecto. de præbend. nam quandocunque quis priuatur beneficio,

non quæritur ius parti per alterius nominationem.

tamen collitiganti non acquiritur, nisi per collationem aut aliá canonicam institutionem. c. olim. in fin. de rescrip. Domi. consi. 38. pro clariori. col. 2. dixi plenius in praxi beneficiali.

(13) ¶ Item nec ex confessione aduersarij acquiritur ius mihi. quia non dependet à parte dare titulum in beneficio. glos. in rub. de pacific. possess. in verbo triennio. tamé dubia probatio facta super titulo, potest suppleri & coadiuuari, per confessioné aduersarij. glos. sing. in c. pen. verbo si non appareat, de rescript. in 6. quam sing. notat Barb. in 6. tuæ. col. 10. vt lite non contesta. & consi. 45. col. 4. in 1. vol. nu. 9. & consi. 62. col. 9. ibidem. & consil. 8. col. 11. in 2. vol. & cons. 70. col. 2. ibidem. ac consi. 10. col. 2. in 3. vol. ac con. 40. col. 13. & col. 17. in eodem volu. & cons. 26. col. 7. in 4. vol. & Feli. in c. olim, col. pen. & seq. de rescrip. plenè tradit Aufrer. in decisio. capell. Tholosa. q. 473. vtrum in causa, &c. vbi dat aliam limitationem.

Confeßio aduersarij iuuat titulum, sed nõ viso titulo poßeßio adiudicari non debet.

¶ Præterea si quis deposuerit contra decanum, instante procuratore fiscali, non ob hoc videtur renunciare iuri, quia hoc tendit ad fidem faciendam, non ad renunciandum. per tex. in argumentum in l. Gaius. ff. de pig. actio. & cõfessio illius qui dicit se renunciasse, nó prodest alteri parti. Et sic malè iudicatum fuisse per iudicé, qui non viso titulo vnius partis possessioné adiudicauerat alteri parti, dicenti se nó habere ius in beneficio, asserit Boer. in questio. 89. moto & pendente in decisio. Burdegalen.

14 ¶ Secundò, accipitur nominatio pro quadam publicatione, vt quando excommunicatus nominatur in ecclesia per presbyterú parochialem, & tunc illa nominatio etiam in Palo ecclesiæ facta non probat, si de graui ageretur præiudicio, vtpote si ageretur de amittendo beneficiú. gl. in c. 1. in verb. nomen. de excep. in 6. glo. in c. licet. in fine. de senten. excom. eod. lib. glos. in verbo denunciata, de excom. non vitand. in prag. dictum est in interpre. c. postulastis. nu. 76. in 2. notab. de cler. excom. ministran. hic non repeto.

Nominatio an probet excommunicationem.

15 ¶ Tertiò, accipitur nominatio quando quis cõuenitur actione reali, & is nominauerit auctoré suú, à quo ré habuit, vt causam defenderet, & vt practici dicunt, garentiret. l. 2. C. vbi in rem actio. l. authore, de euict. Bar. in l. officiú. ff. de rei vend. Soci. plenè. in c. fi. §. quòd si super, vt lit. nó contest. de qua scripsi in tra. de dilatio. artic. 2. glo. 1. in 3. tomo cómẽta. in consti. reg. gallic.

16 ¶ Item qui possidet rem furtiuam, vt furti suspicionem vitet, nominare eum à quo rem habuit, tenetur. l. ciuile, & l. inciuilé. C. de

Poßidens

de furt. Bart. in l. fi. col. 2. ff. de quæstio. & qui falsa instrumenta habet apud se, præsumitur falsarius, nisi nominet à quo habuerit. l. maioré. C. ad leg. Cornel. de fals. Alex. consi. 205. ponderatis in 6. vol. Hippo. consi. 52. misericordia. num. 33. cum sequen. Idem si libri Lutheri, vel alij libri hæreticorum reperiátur apud aliqué. nam ille præsumitur hæreticus. Archi. in c. fi. 24. q. 2. per illum tex. Roma. singu. 322. eo ipso, vbi corrupte allegat. vide.

rem furti uam illum à quo habuit nominare debet.

¶ Alia est nominatio quæ fit in officiis secularibus, vtpote quádo agitur de eligendo consules in Montepessulano vel capitularios Tholosanos, seu iuratos Burdegalæ, de quibus in c. fi. de procurat. Idem quando ageretur de eligendis scabinis in Francia, de quibus in c. 1. de immunita. eccle. in 6. Aut si agatur de eligendo ad aliud officium, tunc si extraneus fuerit ad cósilium, & nominauerit aliquem valde idoneum, ac consulibus suaserit, vt illum nominatum per eum eligant, túc illa nominatio nil iuris tribuit, & sic non grauat quenquam. l. 1. §. solent. & ibi Bart. ff. quando appella. sit. ideo non est necesse ab ea appellare. l. nominationes. C. de appella. c. nominationes. 2. q. 6.

Hæreticus præsumitur (17) is apud quem libri hæreticorum reperiuntur.

Nominatio in officiis secularibus (18) an ius tribuat.

¶ Quædam est alia nominatio, quæ fit post deliberationem, vt in rectore eligendo, vel in scabinis, seu aliis, & tunc tribuit ius, licet non perfectum, si à superiore debeat cófirmari, vt in rectore Montispessulani, & Valentiæ: & dicitur quædam electio. §. postea, in authen. vt iudices sine quoquo suffrag. col. 2. l. nominationum. C. de decur. lib. 10. & rub. de pericul. nomina. eo. lib. l. 1. C. de tuto. vel cura. illustrium. Et ab ista nominatione poterit appellari, si iure nó fiat: vt si nominatus rector sit de facultate artium, & debeat esse de facultate canonica, vel theologiæ, l. vna, & ibi Bar. & Rebuff. C. de potio. ad munera nomi. lib. 10. vel si fiat ab inimico. l. vna. C. si propter inimicitias facta sit creatio. lib. 10. & sic nominatus vel alius tenetur intra decé dies appellare. l. si ad scribatum. C. de appell. & l. hi qui ad ciuilia. ibidem. vel si aliquis scabinus, aut consul, sine cófirmatione gubernatoris, aut locum tenentis, & procuratoris regij administrauerit. nam electio gétibus regiis præsentibus, Bailliuis, aut aliis magistratibus solet præsentari, quá solet confirmare. tex. in authé. de defenso. ciui. in princ. colla. 3. & ibi no.

Quãdo in rectore eligendo possit appellari.

¶ Nominatio alia est, quæ tribuit ius perfectum sine confirmatione, vt in rectoris nominatione, quæ in hac Parisiensi vniuersitate fit, & alibi in Francia, vbi non eget confirmatione, tunc nominatio facta à facultate, facit electionem & cófirmationé, 19

ſicut in decreto decurionum. Bar. in l.1. §. ſolent. ff. quando appellan. ſit. Feli. in c. eam te. col. 3. verſi. 4. extende. de reſcript.

De nominatione facienda per ſenatores.

20 ¶ Eſt & alia nominatio, quando vacat officiũ cõſiliarij, aut præſidentis, tunc conſiliarij ad vnum congregati, nominare vnum regi idoneum ad illud officium vacans debent, vt habetur in ordina. Reg. rub. *des elections & nominations.* arti. 3. & ſeq. Et ſic fui nominatus per egregiũ hunc Pariſi. ſenatum, & Rhothomagen. anno 1536. die 23. Nouemb. etiam per metuendiſſimũ ſenatum Tholoſa. anno 1541. die 27. Auguſti. quibus quantum debeam, exprimere non poſſum, ſed chartis commendare intendo, beneficium mihi per eos factum, & gratias immenſas verbis, ſi facto nõ potero agere: cum me tantorũ cõſortio dignũ iudicauerint.

No. conſuetudinẽ parlamentorũ quo ad præſides.

21 ¶ Et ex conſuetudine parlamentorum quando vacat officium ſecundi præſidentis, tertius nominatur, & aſcendit ad officium ſecundi, & quartus ad officiũ tertij. primus verò præſes & quartus liberè per regem creantur. in aliis tamen etiam poteſt rex diſpenſare, ſed non inuenitur in Pariſi. ſenatu diſpenſatum. Idem ſi vacet officiũ locum tenentis, iudicis, aduocati regij, aut procuratoris. nam ſolet à curiis ſic nominari, vt ordina. regiis cautum eſt, artic. 3. in rub. *des offices de iudicature.* licet multoties pecunia nominet virum, cõtra tex. in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. colla. 2. & etiam contra ordinationes regias.

Iurare eligentes debẽt & nominantes.

22 ¶ Et in nominatione requiritur ꝙ nominãtes iurẽt, vt in dictis ordinationibus dicitur, & etiam de iure vbicunque relinquitur conſcientiæ alicuius, tunc oportet ꝙ is iuret, ꝙ conſcientia ſua ita dictat, vel quòd iuſtè & rectè aget. argu. tex. in l. hac edictali. §. is illud. C. de ſecund. nup. Lucas de Penna. in l. 1. C. de nauic. lib. 11. Alexã. & Iaſ. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. noui. nuncia. Præpoſi. in rub. de appella. col. 15. Alexand. conſi. 118. viſis verbis. in 2. volu. & conſi. 45. in 6. volu. Bolog. conſi. 47. nobiles. col. 2. Iaſ. in l. admonendi. in lectura, num. 11. ff. de iureiur. & in §. ſed iſte. nu. 121. inſtitu. de actio. & in l. apertiſſimi. in fin. C. de iudic. Hippoly. in l. 1. §. præterea. nu. 111. ff. de quæſt. Sic iurare debent volentes eligere prælatum, quòd vtiliorem eligent, vt habetur in Pragma. ſanct. in c. 1. de electio. idem in doctoribus regentibus, vt debeant iurare quãdo eligere volunt aliquẽ in locũ demortui. ſic fuit pronunciatũ in hoc venerabili ſenatu arreſtum. Vnde electio non ſpectat ad theologos, quando aliquis eligitur ad officium regentiæ iuris ciuilis, vel canonici, nec ad doctores facultatis decretorum ſpectat electio theologorũ,

Arreſtum.

Doctores iurare debent, & quilibet in

vel

vel medicorum, quia cum iurare habeant, quòd eligent magis idoneum, & doctum, ac auditoribus & scholasticis magis vtilem, non possent doctores medici iurare, quòd vnus est magis idoneus, doctus, & vtilis in alia facultate, & sic vera electio est, vt illi de facultate tantum eligant. quod hodie etiam Tholosæ seruatur dictante senatusconsulto, quia multi fiebant abusus per alias facultates in his electionibus. *suo ordine eligere.*

¶ Alia est nominatio ad beneficia, & quædam respicit beneficia vacantia, altera vacatura. prima potest dici consultoria, seu tractatoria, vt quando canonici inuicem consulunt, & nominât aliquos ante scrutinium, & tractant an talem N. bonum sit eligere, & postea proponunt in collegio. ex illa nominatione nullum ius nominato acquiritur. c. quod sicut. in prin. de elect. gl. in §. volens. in verbo nominationes. de colla. in pragm. quia exprimitur consensus de futuro. & sicut per hæc verba, denomino te in mulierem, non contrahitur matrimonium, sic nec per hanc nominationem in beneficiis sic factam. glo. in c. quanto. 63. distinc. & in c. constitutis, in 2. de appellat. Bald. in cap. illud. per illum tex. de præsump. 23 *Nominatio ad beneficia vacãtia, an tribuat ius.*

¶ Aliquando quis nominatur in scrutinio, & exprimitur cõsensus de præsenti, & postea publicatur. talis nominatio tunc à maiori parte capituli facta valet, & ex ea acquiritur ius nominato, & dicitur electio. text. in cap. cum olim. de re iudica. glos. in dicto cap. quanto. & in cap. contra 16. quæst. 7. Bald. in rub. de postul. prela. in fi. Panor. Imol. & alij in d. c. sicut. Et hoc intellige, quando publicato scrutinio potest sequi electio, alioqui non. glo. & docto. in c. publicato. de elect. c. perpetuo. illo titu. in 6. & c. pen. ibidem. Innó. in c. bonæ. in 1. de postul. præla. 24

¶ Item fit nominatio papæ de pluribus inhabilibus, vel habilibus, vt vnum eligat, seu assumat, de qua est text. in c. 1. distin. 85. Archid. in c. nulla. de electio. in 6. & c. quanto. col. 2. 63. distin. vbi dicit, quando sunt duo vel tres excellentiores in ecclesia, nominantur omnes papæ, vt vni prouideat. d. c. 1. & ex tali nominatione ius acquiritur. 16. q. vlti. c. contra. videlicet vt ea pendente non procedatur ad electionem. 25

¶ Et differt à postulatione, in qua vnus tãtum postulatur, & plures nominantur. & potest fieri nominatio alternatiuè, licet postulatio non. Ioan. And. & Imol. in dicto cap. bonæ. in fi. de postulat. prælat. Domi. & Perus. in c. 2. de elect. in 6. Et in his primò nominatus censetur dignior. ca. quorundam. de elect. lib. 6. 26 *Nõĩatio postulatio & electio differunt.*

Feli.in.c. cũ dilecta.nu.5. de rescri.& maior.l.1.ff. de albo scriben. ac magis dilectus. Bald. in rub.C.si quis omissa cau. testa. col.vlti. Dec.in c. Nicolao.de appella.

27 ¶Et ex hac sola nominatione si non fuerit perfecta, nõ priuãtur nominãtes potestate nominandi,etiá si nominauerint indignum, quod secus est in eligentibus.c.cum in cunctis.§.fin. de elect.c.perpetuo.illo titu.in 6.& dixi in repeti.c. postulastis. in 4.notab.de cleri.excommu.ministran. Aequiparatur tamen postulationi,quia ante præsentationem poterit variare,post non. cap.bonæ.in 2.de elect.Calder.in consi.5.an nominantes. rub. de elect. Barto.in l.absenti.ff.de donat. Ioan.de Selua in tract. de benefic.in.3.parte.quæst.1.

28 ¶Hodie quædam nominatio fit à rege Franciæ in prælaturis. nã vacãtibus archiepiscopatibus vel abbatiis, & prioratibus,in quibus seruatur forma.c.quia propter.de elect. tunc enim Rex nominare debet papæ vnum grauem magistrum, seu licentiatũ in theologia, aut iurium doctorem,seu in altero, vel licẽtiatum in famosa vniuersitate creatum,& in 27.suæ ætatis anno ad minus constitutũ,intra sex menses à die vacationis ecclesiarum cõputandos. Quòd si minus idoneum nominauerit, adhuc intra tres menses à die recusationis computãdos,poterit alterum nominare.vt habetur in concord.in titul.de regia ad prælatur.nomina.faciend.§.1.& seq.vbi scripsi quomodo intelligatur, facit tex.in c.cum longè.&.c. Adrianus.63.dist.

29 ¶Et ꝙ doctor ad episcopatum nominari debeat.& eligi, probatur in summa.80.dist. vbi sic dicitur, Doctorem autem episcopum oportet esse,ne inferiorum culpæ in eum refundantur, qui docẽdi officium accepit, quod exequi nescit. De Rota decis.881.papa.in antiq.Ioan Lupus in repeti.c.per vestras. consi. 4.& seq.de dona.inter virũ & vxor. Hodie multi sunt doctores in adulatione,luxu,& venatione.

Doctores ad episcopatus debent nominari.

30 ¶Erat & alia nominatio quæ cõcessa fuit regi Franciæ ab Inno.6.vt posset nominare ad præbendas in triginta,tam metropolitanis, quàm cathedralibus & collegiatis ecclesiis sui regni, vt citat glo.in §.placuit.in verbo facultates.de colla.in pragm. quæ non est sortita effectum.

¶Alia est nominatio, quam rex facit pro iucundo aduentu in ecclesiis,quas reges fundauerunt,& hic nominatus est aliis præferendus,interdũ rex nominat veteranum quendam,quẽ vocãt oblatum,& hæc etiã in monasteriis suæ fundationis,vt fuit litigatum

gatum

gatum in parlamento, anno 1539. die 12. Aug. & in vigil. nostræ Dominæ. & hoc declaro in praxi benefi. inter rescripta mixta. titulo de oblati.

¶ De alia nominatione idem per Stepha. Maleret in tract. de elec. limita. 8. fo. 36. interdum fit nominatio ad beneficia vacatura à papa, & per viam mandati de prouidendo, & de ea loquitur. c. mandatum. de rescrip. &. c. mandatum. de præbend. in 6. dico supra de mand. apostol. & in forma mandat.

¶ Aliæ sunt nominationes quæ cōceduntur ab vniuersitatibus regni graduatis, & debito modo qualificatis, vt eisdem prouideatur. & de his erit sermo noster. & loquitur tit. de coll. in concorda. Et super his affixi conclusionem, regē Franciæ nō posse nominationes cōcedere: verum est, intellige nō posse cōcedere nominationes, quæ ab vniuersitatibus conceduntur graduatis tantum, quia tantū data est potestas vniuersitatibus, vt patet in concor. in rub. de coll. §. præterea. ibi, per vniuersitates nominatis. & §. volumus autē ꝙ nominati literas nominationis ab vniuersitatibus in quibus studuerint, obtinētes, &c. & §. monemus. ibidem postea posui. Imò regem posse nominare eo iure vtimur, videlicet ad episcopatus, archiepiscopatus, & alias dignitates, de quibus supra dictum extitit, & hoc etiam fuerat cōcessum Carolo regi Franciæ, vt patet in c. Adrianus. &. c. seq. 63. distin. & etiam fuerat eidem data potestas eligendi pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem, vt ibi dicitur. Sed isti priuilegio olim renunciàrunt, vt patet in c. sacrorum. 63. distin, sex tempora scripsi supra. de electio. deroga. in princip. *Conclusio Regem Franciæ nō posse nominationes concedere.*

¶ Quædam sunt aliæ nominationes, per quas rex suos nominat cōsiliarios Parisi. ad primū beneficium, quas dicūt quidam vtiles & bonas, si per eas nemini fieret præjudicium, & rex suis conferret beneficia, quæ iure regali confert, & ouem vnicā nominatis addictam per vniuersitates non auferret. de his ego fusius scribam in praxi beneficia. nunc huic primæ quæstioni finem imponens.

¶ Secunda quæstio.

SEcundò principaliter quæritur, quo tēpore fuerūt istæ vniuersitatum nominationes inuentæ? Respon. ꝙ anno 1438. regnantibus Eugenio 4. pontifice maximo, & Carolo 7. rege Franciæ, vt licet videre in procœmio Prag. sanct. Pluribus tamē placet nominationes ligasse à Pascha anni 1439. quia vsque ad illud tempus fuerunt toleratæ gratiæ expectatiuæ. glo. in. §. in- 1 *Quo tempore nominationes fuerint introductæ.*

super.in verbo vacatura.& tex.in §.illi verò.versi.datum, &c. de colla.in pragma.nam procurante Eugenio concilium generale Basileæ fuit congregatum, quod permulta & animæ & corpori salubria statuta fecit, quæ Eugenius ad Carolũ, tum Franciæ regem per oratores misit, rogauítque regem prædictum vt eadem reciperet, & perpetuò in suo obseruari regno non grauaretur. quibus auditis oratoribus, rex concilium apud Bituriges in sacro Sacello congregauit, statutáque per cócilium Basiliens. ecclesia Gallicana cum aliquibus modificationibus approbauit, quas licet videre in pragma.& per Gagui.lib.10. fol. 226. & seq. in vita Caroli septimi. versi. apud Basileam. Et sic nominationes ab ecclesia Gallicana fuerunt inuentæ in hoc regno, mediante tamen concilio Basilien.

2 ¶Demũ pontifex summus Leo decimus cum Christianissimo Francisco rege Franciæ Bononiæ, anno 1516. Calend. Ianuarij Pragmaticam sanctionẽ aboleuit, concordatáque fecit, in quibus nominationes vniuersitatibus regni Fráciæ Delphinatus, & Comitatus Dien. ac Valentinen. reseruauit. vt licet videre in concordat.& scripsi in præfatione ad rubri.de colla.in eisdem.

Concordata quando fuerunt facta.

¶Fuerunt tamen alia concordata inter Sixtum tertium olim pontificem maximum, & Ludouicum 11. Franciæ tum regem, quæ non fuere sortita effectum, vt est tex.in extrauagan. 1. de maiorita.& obedien.incõmunibus.& citat Gagui. in vita Ludouici vndecimi.lib.10. versicu. fama ante hos dies ferebatur, &c.glos.in §.non volumus.in verbo quatuor.de colla.in pragma. Sequitur Benedict.in repeti.cap.Raynutius.in verbo si absque in 2.de fideicommis. substi.nu.44.de testa.& patet in concord.rub.de constitu.§.vnde.

¶Tertia quæstio.

Tertia principalis quæstio quare nominationes inuentæ sint.

TErtiò, principaliter quæritur quare nominationes inuẽtæ sint, & in hoc regno introductæ? Respon. Primò, vt prouideatur ecclesiis Fráciæ de viris literatis, quibus & aliæ quàm maximè indigent.cap.cum ex eo.de elect. in 6. vbi dicit Ioan. And. in nouel. in prin. quòd ecclesia indiget viris literatis, & non porcis, vel asinis deferratis: quod fuit originale dictum Ioan. Monac.ibi, & in c.sicut num.10.de verb.sign.eo.lib, & vtrobique latius D.Probus apud eundem Io.Monach. Secundò, vt post studium perfectum (quod est post quinquenium, vt habetur

betur in procemio.ff.)studentes aliquo munere donentur,in cõpensationem tam laboris quàm bonorum in studio expensorum.no.in authen.habita per illũ tex.C.ne filius pro patre. vbi plenè scripsi.Tertiò,vt pauperibus scholaribus,qui nullum aut minus sufficiẽs beneficium habent,prouideatur.§. quod si quis. de colla.in prag. Quartò,vt vniuersitates regni tueantur,& foueantur.§.item placuit.de colla. ibidem. Quintò, ne prætextu beneficiorum habendorum galli homines cogantur deserere studium,& circa alia inuigilare,vt in proœmio concord.ibi,simul ad ea accedebat deformitas, vt literarum studiosi & disciplinis liberalibus incumbentes, aut sacerdotia adipisci nequirent,aut qui adipisci cuperent, literarum studium abiicere, aut certè deponere cogerẽtur,passímque per vrbes errabundi vagari,vt id periculum imminere videretur, ne literarum tãdẽ amor & scientia per incuriam exolescerent. & ibi traduntur aliæ rationes.vide ibi,& in c.pe.de magistris. & quæ scripsi in præfationibus ad rub.de colla in concor.

¶Quarta quæstio.

QVartò, principaliter quæritur quid sit nominatio? Respon. quantum attinet ad materiam præsentem est ius quoddam nominato legitimè qualificato beneficia certo tempore eidem præstituto vacantia petendi & acceptandi cõpetẽs. 1 *Quid sit nominatio.*
¶Primò,dico ius,quod est nomen generale,teste Christo.Porco in §.1.institu.de vsufructu, vt comprehendat omnes nominatos legitimè qualificatos,habentes ius petendi,& acceptandi beneficia certo tempore vacantia, vt infra declarabitur, licet gl.in §.volens,in verbo nominationes,in fin. & in §.q̃ si quis cuiuscunque,in verbo irritum,de colla.in prag.tenuerit per nominationes, non acquiri ius in re, nec ad rem instar gratiarum expectatiuarum, sed consequitur tantum quoddam ius præparatorium ad beneficium cadens in turno obtinendo,sicut præsentatus.& illam gloss. sequitur Ioan. de Selua. in tract.de benefic.3.parte.quæst.56. 2 *Reprehendit gl.pragmatica.*
¶Ego verò teneo ius nominato acquiri per nominationes,& illarũ insinuationẽ.Quod sic probatur,primò per c.vlt.de con cess. præb.lib. 6. vbi ex reseruationibus & aliis gratiis acquiritur ius ad rẽ impetrãti illas. ¶Sic ex istis nominationibus quę sunt gratiæ, vt etiam vult glossa in §.item quod ad dictas, in 3 *Nominationes gratiæ pbant.* 4

verbo nominare,de colla.in prag.& in verbo poterũt.ibidem.
5 ¶Secundò, sic suadetur facta iure insinuatione per nominatũ, beneficium vacans tempore eis stato est illis affectum per illam clausulam decreti appositam in §.si quis verò. de colla.in concord.nam clausula decreti afficit.c.tibi qui.de rescri.in 6.c.1.de concess.præb.eo.lib.&.c.si soli.ibidem. glo.in §.& similiter. in verbo censeatur.de colla. in prag . & quando afficitur beneficium, dicitur ius quæri ad rem.c.si postquam.de præb.in 6. ergo per nominationes ius quæretur.
6 ¶Tertiò, per præsentationem etiam à laico factam patrono quæritur ius ad rẽ.c.dilectus.de off.leg.vbi Bald.dicit quæri potius ius ad factum.c.cũ autem.&.c.pastoralis.de iure patr.glo.& docto.in cle.auditor.de rescrip.adeo ꝙ pręsentatus à patrono, si non fuerit variatum, potest petere cõfirmationem & institutioné:& si episcopus eum idoneum non admittat,potest ad interesse agere.gl.& doct.in d.c.dilectus.Panor. & alij in c. cum Bertholdus.per illum tex.de re iudi.de Ripa,in rub.de iud. nu. 70.cum seq.Bald.in marg.in verb.patronatus.q.2.Roch.Curtius in trac.de iure patro.in verb.ius.q.4.Idem fortè erit in nominato,vt possit beneficium certo tẽpore vacans petere sibi cõferri,alioqui non posset, nisi haberet ius aliquod ad petendum.
¶Hoc verum esse,Ioan.de Selua. declarat in tract.de benefi. in 3.parte.quæst.11.in 25.qualitate, quando præsentatio fuisset superiori facta, aliàs non, quod sequitur Gomes.in regul.de non tollendo ius quæsitum.quęst.1.vbi ponit decem modos,quibus ius ad rem quæritur.

Gratiæ appellatione quid veniat.

7 ¶Quartò,probatur ex literis gratiæ datur ius ad rẽ.c.quàuis 1, & ibi gl.de rescrip.li.6.c.in nostra,illo ti.in decreta. Sed appellatione gratiæ venit gratia siue per Roma . pontificem cõcessa, siue per alium.gl.in cle.gratiæ,de rescrip. nec quo ad hoc video differentiam inter mãdata & nominationes. ergo idẽ ius erit.l, illud.ff.ad legẽ.Aquil.Et expressè in mãdato de prouidẽdo tradit Bonifa.in cle.1.in princ.de elect.& pro hoc est tex.formalis in extra.vna.vers.nos.ibi,ius ad rem expectãtibus.de off.deleg. in cõmunibus,vbi expressè papa dicit expectantes habere ius ad rẽ,cuius dicto est stãdũ,nisi quis vellet insanire.& ibi est etiã gl. Et Imola in c.literis.in 1.glo.de rescrip.dicit quòd non semper quæritur ius ad rem affectiuũ beneficij,licet interdũ tale ius acquiratur,vt quãdo in literis est apposita clausula decreti,vel interuenit,aliud simile,habẽs afficere beneficium,sed per concor-
data

data sunt affecta beneficia nominatis, ergo per nominationes ius ad rem acquiritur.

¶Quintò, ex contractu etiam conditionali acquiritur nobis ius, quod ad hæredem etiam transmittitur. §. ex conditionali. instit. de verb. oblig. Ioan. de Ana. consil. 19. visis instrumentis. facit tex. in l. interdum. ff. de verb. obl. fortius in nominationibus ius acquiretur. Licet quidam dicant nominationes esse gratiam conditionalem, quod non est verum, vt probatur in cle. vnic. & ibi per glo. & doc. de offic. delega. & in c. fin. vbi Feli. de præsumptio. & alibi declaraui. 8

¶Sextò, bonũ est argumentũ à sufficienti partium enumeratione. §. omnium. insti. de actio. sed per nominationes nõ acquiritur ius in re, ergo ad rem, alioqui nullũ. & si nullũ ius ex illis acquireretur, nõ possent nominati vigore illarũ beneficia petere, & cõsequi, licet cõtrariũ dicatur in cõcorda. in rub. de colla. vide Bal. in l. sciendũ. in prin. ff. qui satisda. cogãt. pónẽtẽ ius rei, in re, & ad rem. Ius rei dicit directum dominiũ, vtile, & quasi dominium, quod ventilatur in publiciana. Ius in re vocat ius hypothecæ, iura seruitutum: vnde vsusfructus formalis, cum sit seruitus, dicitur ius in re, non rei. Ius ad rem traditur in dicta. l. sciendũ. §. diuersa. hæc ille. De iure in re, & ad rem vide gl. in c. eum qui. de præb. in 6. & gl. in c. si de cõcess. præb. eo. lib. & Decium consi. 147. col. 2. Card. consi. 62. casus vbi non dicitur ius quæsitum in re, per quẽcunque actum citra collationem, electionem vel aliam prouisionem, cum effectu factam, nec sufficeret acceptatio cum requisitione, secũdum eos, vide ibidem, & sic patet nominatum, vel mãdatarium habere ius petendi beneficia eisdem debita. per clem. auditor, de rescript. & sic ius quoddam ad rem petendam, id est ab beneficium eisdem debitum petendum, & consequendum: non tamen dico illos habere ius spirituale, vt quidam falso asserunt me dixisse. Quia nullum ius spirituale ex literis ad beneficia quæritur. vt vult gl. in verb. renunciantes. c. ad audientiã. 2. de rescript. vbi Panor. & Feli. alij autem asserunt nominationes non tribuere ius ad rem, sed ius implorandi, cum vacat beneficium, officium superioris. sed vellem ab illis scire, vnde prouenit illud ius, nisi à nominationibus, & in quo differt à iure petendi beneficia, de quo superius scripsi, & quis superior debet implorari, debebat dicere saltem ius implorandi collatoris officium & superioris. per §. si quis verò de colla. in cõcorda. sed cum ista sit in verbis disputatio, eam missam facio. tamen 9

Ius rei, in re, & ad rem.

vide Felinum.in ca.cum Bertholdus.col.1.de re iudica.

10 ¶ Vltimò, facit tex.in c.dudum, in versi.nos igitur. de præb. in 6.vbi priuilegio generali de conferendis beneficiis derogatur per specialem gratiam alteri factam, quia in primo priuilegio agebatur de iure ad rē, cui facillimè derogatur. Panor. & alij in c.1.de rescrip.ca.veniens, & ibi nota.de præscrip. Decius dicto consi.147.& pro tenui.col.2.& postquam ex priuilegio acquiritur ius ad rem, ergo & per nominationes. sicut ex aliis gratiis, post insinuationem & acceptationem ius ad rem acquiretur.cogita & concorda opiniones ex his quæ Cardi . tradit. & alij in c.mandatum.de rescrip.& in cle.vlt.illo titu. Imol.in cap. dilectus.in 2.de præb. & nominatio alio modo diffinitur in aliis materiis, prout subiecta materia patitur, sed non prosequor nisi nominationes vniuersitatum. Et reliqua definitionis verba satis per se facilia sunt, & in sequentibus declarabuntur. ea igitur non hic prosequar amplius.

¶ Quinta quæstio.

Quinta, principalis quæstio quibus cōcedātur nominationes

1 QVintò, principaliter quæritur, quibus concedi possint nominationes? Respond. graduatis, & debitè qualificatis, qui per tempus competens in vniuersitate famosa studuerint. §. præterea. de colla.in concorda. viris & non mulieribus. §. præfatíque ordinarij. vbi scripsi. illo. titu. dum lex loquitur de viro, non comprehendit mulieres.l.1.& ibi no.ff.de legib.l.scripturas. C. qui potiores in pigno.habeant. Decius in l.2. ff. de reg. iur.scripsi in l.1.ff.de verb.signi.

Tēpus competēs quādo dicatur.

2 ¶ Primò, quæro quod dicatur tempus competens? Respon.decennium in magistris, seu licentiatis, vel baccalaureis formatis in theologia. Septennium verò in doctoribus seu licentiatis in iure canonico, vel ciuili, aut medicina. Quinquennium in magistris seu licentiatis in artibus cum rigore examinis à logicalibus inclusiuè, aut in altiori facultate. Sexennium in baccalaureis simplicibus in theologia . In iure verò ciuili aut canonico, seu medicina, quinquennium, quo tempore censetur peritus.§.duabus.in proœmio.ff.ex quo est publica lætitia, patruus meus Rebuff.in l.vna.C. publicæ lætitiæ.lib.12.

An debeat in vtroque iure stu-

3 ¶ Secundò quæro: quispiam studuit tres annos in iure ciuili, & duos in iure canonico, postea promotus est in altero, quæro an valeat? videtur quòd non, quia tempus quinquénij requiritur in altero, vt supra dictum est, ergo nō sufficiet quinquennium, sed

re-

requireretur decénium in vtroque. Cõtrarium arbitror verius: quia in vtroque studendo, satis in altero iure videtur studuisse, quia vtrunque faciens bene alterum censetur facere. l. si quis ita stipulatus fuerit decem. ff. de verb. oblig. Bart. & Soci. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. de rebus dub. & laudandum est eius propositum, dicit in simili text. in l. 1. C. de repud. Item hoc probatur per tex. formalem in §. videlicet. de colla, in pragm. ibi, vel in vtroque vel in altero iurium baccalaureis, qui per triennium, si nobiles ex vtroque parente, & ex antiquo genere: aliàs autem per quinquennium consimiliter in aliqua vniuersitate priuilegiata ad minus suum studium fecerint. Postquam ergo ibidem est statutum, & non inuenitur correctum per concordatum, ergo illi text. cur stari prohibebitur? vt dicit text. in l. præcipimus. C. de appella. hoc etiam probatur in concordat. §. tempus autem competens. ibi, à logicalibus inclusiuè, aut in altiori facultate, vbi magistro artium computatur tempus quo studuit in altiori facultate, vtpote in medicina, vel in iure canonico, seu in theologia. sic ergo coniungetur tempus, quo quis studuit in iure ciuili, & canonico, quæ iura adeo fraternizant, vt dicam infra, vt in vno non possit quis esse perfectus sine altero. *duisse vel in altero tantum.*

¶ Et sic affixi conclusionem hanc, videlicet, theologi etiam ante sex annos nominationes obtinere iure valent, quod est intelligendum quando studuerunt in theologia, & iure canonico, postea perfecto quinquennio sumpserunt gradum baccalaureatus in iure pontificio, poterunt vigore illius gradus in quinquénio nominationes impetrare. nam tempus quo studuerit theologiam, computabitur sibi, & coniungetur cum tempore quo studuit in iure pontificio, & sic iure obtinebit nominationes ante sex annos. & ista est notabilis cautela pro theologis, vt celerius assumant nominationes, quòd studeant ius canonicum, & in eo sumant gradum, tamen non præferentur aliis in theologia graduatis, vt dico infra. Nec refragatur text. concordati, vbi sexennium requiritur etiam in baccalaureo simplici in theologia, quia hoc intelligendum est quando in theologia vellet sumere gradum, secus si in iure pontificio, vt dixi. 4 *Conclusio. Theologi ante sex annos nominationes iure obtinere possunt.*

¶ Sustinui etiam aliam conclusionem, videlicet baccalaurei nõ nobiles, etiam antequam quinquennium in iure canonico studuerint nominationes rectè impetrant. quod est intelligendum vt prædixi, quando studuerat antea in iure ciuili, quòd potest sumere nominationes etiam, antequá studeat per quinquénium 5 *Conclusio. Baccalaureis ante quinquennium nominationes iure dantur.*

in iure canonico,quia illud tempus computabitur, quo studuit ius ciuile,& vtrunq; coniũgetur ad faciendum quinquennium.

6 ¶ Nec obstat quòd postquam cœpit in vno iure studere, non potest variare,quia illusio,& variatio est prohibita. cle. vna.de renunc. & vix longissima vita hominis sufficit ad vnam scientiam acquirendam. Bald.consi.412.verba testamenti,vol.2.quia vita breuis,ars verò longa.vt habetur in prin. Aphorismorum. Respon. ꝙ non posset variare in præiudiciũ alterius,sed quando nullus haberet præiudicium principaliter, posset, vt in casu in quo consuluit Bal.consilio 412.vol.1.vbi concluditur,quòd si testator reliquerit libros legales alicui,si fuerit idoneus ad leges, si in medicina libros medicinæ, si primo elegerit studium medicinæ,& illius adeptis libris velit variare,& accedere ad studium legale,non poterit petere libros legales,quia hæres grauaretur duplici onere,& testator in dubio videtur grauare hæredem minus quàm possit.l.vnum ex familia.§. si rem tuam.ff.de legat.2. Electione etiam per legatarium facta non licet variare. l.serui.electione. ff.de leg.1. Sed quando nullus haberet præiudicium,posset. & ita intelligo conclusionem.

Studens in vno,an possit variare.

7 ¶ Item etiam dictum Bald. intelligitur quando ad diuersa volebat accedere , vt de medicina ad leges,quæ nihil , aut parum commune habent inter se,licet bonus iurisconsultus communicet cum omnibus scientiis, & cum omnibus participet, & leges & canones inuicem communicant sibi actiones & passiones,sicut vir & vxor,vt infra fusius dicam.Et sic etiam nõ obstat, qui ad vtrunque festinat,neutrum bene peragit.l.fi. C.de assess. hoc verum quando sunt diuersa,secus si omnino fraternisent. vt ius canonicum & ciuile,& ius canoninum cum theologia.quia ius canonicum est practica theologiæ & dirigit animas deo , sicut theologia.glo. in c.cum contingat.de iureiurand.

Medicina parũ cõmune habet cũ iuriscõsulto,licet iuriscõsultus cum oĩbus participet.

8 ¶ Tertiò,quæro postquã tẽpus coniũgitur quo studuit in vtroque iure,vellẽ scire in quo iure,vel in qua facultate possit promoueri?Respõ. esse in electione vniuersatis admittere illũ in facultate,vel in iure,in quo est magis idoneus, & benemeritus, quia in alternatiuis est electio debitoris.l.3. ff.de eo ꝙ cert. loco.ca. plerũque.de iur.dot.& vniuersitas debet cõferre gradũ benemerẽtibus.cle.2.de magist. Alexã.in addi.ad Bar.in l.1.C.de dign. li.12.& scholaris debet se presentare in iure illo,vel facultate,in qua plus præstat.arg.l.quæritur.ff.de statu ho.Si in neutro præstat,tũc qualitas personæ est inspiciẽda,iuxta l.plenũ.§. equitij, ff.de

Qui ĩ vtroque studuit in vtro debeat promoueri.

ff.de vsu & habit.nam si habeat beneficia, vel vult sacerdos fieri,sumat gradum in iure canonico conueniente sacerdotibus.si verò vult ducere vxorem,tunc sumat in iure Cæsareo,in his tamen libera facultas datur presentato ob pecunias quas offert,vt sumat gradũ in quo iure vult.& nobilior est facultas canonica, q̃ ciuilis: promoueatur ergo in nobiliori,si bonũ sibi videatur.

¶Quartò,quæro quid si studuit in altero tantum per quinquénium,& promotus est in vtroq;,& sic sumpsit nominationes,an valeat vterque gradus,an neuter? Resp. ille gradus in quo studuit,valebit,alter non,per nota.per Barb.& alios in c.clerici.de iud.& per Ancha.in ca. 1.col.2.de paroch.vbi dicunt ꝙ ille qui satis mediocriter studuit in vna facultate,& sumpsit gradũ in altera sibi incognita,vt hodie fit causa honoris, vt sunt legistæ,q doctorãtur in canonibꝰ,licet prorsus ignorẽt canones,& rubricas, tamẽ nõ debẽt ob hoc præferri doctoribus solis iuris canonici. Sic nec talis ꝓmotus ĩ vtroq; preferri debet,si solũ studuerit ĩ iure ciuili,baccalaureo iuris canonici, q bene studuit ĩ illo. 9 *De eo qui studuit in altero, & ꝓmotus est in vtroq;.*

¶Imò promotus corruptis doctoribus ad doctoratũ,nõ debet priuilegiis doctorũ gaudere.l.1.C.de Athletis.lib.10.& ibi glo. 10 *Promotus (11) ad doctoratũ corruptis doctoribus nõ debet gaudere (12) priuilegiis doctorum.*

¶Sicut emens officium priuilegio officij gaudere non debet. tex.sing.in l.vniuersi.C.de legatio.lib.10. secundum docto.ibi, & Ioan.de pla.in l.eam.de excusa. mu.ciuili.eo.lib.10. & in l.1. de princ.agen.in reb.lib.12.& l.vna,de perfectissima digni. ibidem.quod est notandum contra emptores officiorum.

¶Quintò,quæro:quidam studuit in vtroq; iure per quinquennium,& effectus est baccalaureus in vtroque, an illi prosit gradus? videtur quòd non,quia in altero tantum requiruntur quinque anni,ergo in vtroque requirẽtur decem.d.§. præterea.nam quod noluit,potuit,videlicet adipisci in altero tantum:& quod voluit,adimplere nequiuit,videlicet in vtroq; iure nequiuit adipisci gradum,probatur in l.multum.C.si quis alteri vel sibi.c.cũ super.de offi.delegati.Item facit clemen.generalem.de ætate & qualita.vbi in subdiacono requirũtur decẽ & octo anni,in diacono viginti,in sacerdote vigintiquinq;.& si quis habeat tẽpus ad assumendum vnum gradum,videlicet diaconatus,vtpote habet viginti annos,non censetur tamen ob id habere tempus sufficiens ad vtrunque gradum,videlicet & diaconatum,& presbyteratum:sic qui studuit quinquennium, licet in vno possit promoueri,non tamen in vtroque. Cõtrarium est verius,quia vtile per inutile non debet vitiari. regul. vtile. de regu.iur.in 6.l. *De eo qui studuit in vtroque et sumpsit gradũ in vtroque.*

certi condictio.§.quoniam.ff.si cert.peta.& ibi amplè Bar.maximè in inseparabilibus.glo.in l.pecuniæ.ff.de vsur.vt est hic.

13 ¶Item quæ superabundant, non solent vitiare.l.testamentum. C.de testamen. Licet ergo vnus gradus superabundet, tamen non debet vitiare alterum.

14 ¶Adde quòd ius canonicum & ciuile sunt adeò connexa, vt vnum sine altero vix intelligi possit. vnde dicit Bal.in procemio decreta. quod iuris canonici sanctitas iuris ciuilis sublimitate decoratur: & iuris ciuilis maiestas canonum authoritate firmatur:& qui non sapit in vtroque, non habet tátam dulcedinem. Ideo laudandus est is, qui in vtroque studuit, potius quàm vitiadádus; nam vnũ propter aliud corruscat, & magis timetur. Barb. in rub.col.1.de testa.& sicut ex medicina & philosophia fit perfectus medicus, ita & sciens ius canonicũ & ciuile efficitur perfectus iurisconsultus:& nisi quis sciat canones cum legibus, non potest practicam iudiciorum cognoscere. Bal.in c.cum causam, col.2.de proba.facit dictum Roma.singul. 654.habens funem. *Io te dico, que legista senza capitulo vale poco, male canonista senza lege, vale nyente.* Hinc videmus quòd leges non dedignantur sacros canones imitari.c.clerici.de iudi.& canones nó dedignantur iura ciuilia adducere. ca. 1.& per totum. de causa posses.& statuta sacrorum canonũ, principum constitutionibus adiuuantur.c.1. de operis noui nunci. & in quibus casibus papa alleget leges, cumulat Rauen. in alpha. in verbo lex, in 2. Imò audacter dico, quòd ius pontificium perfectè non potest intelligi sine legibus, cum sit medula legum, & ius canonicum est practica iuris ciuilis, teste Barb. in ca.conquestus. col.3.de foro compet.Et Cicero lib.3.de oratore dicit, nudos ad gerendam rempublicam eos venire, qui solum legalem habent scientiam, nisi ius pontificium nouerint, quod est coniũctum. Imò tãtum distant sacri canones à legibus, quantũ distat perpetuum à corruptibili.& tanto altiores sunt canones legibus, quãto cœli gubernacula distant à mortalibus. teste Bald. in consi. 464.quædam scriptura.in fi.vol.licet ignari quidam hodie hanc sacratissimam contemnant scientiam.

Ius canonicũ et ciuile sunt connexa.

15 ¶Ideo sustinui cóclusionem ciuibus Parisien.gratissimam hãc, videlicet, Leges Parisiis publicè legi iure nó prohibetur.& ideo c.super Specula.de priuileg.hactenus non speculato, nouus dabitur intellectus. Prima cóclusio potest intelligi, quòd leges canonizatæ (eas nostri sic vocant) non prohibentur Parisiis legi, alioqui

Conclusio. Leges Parisius (16) posse legi publice.

alioqui decretũ nõ posset legi. & dicũtur canonizatæ, quãdo per aliquem papã sunt approbatæ, & in canonibus insertæ & incorporatæ. sed si Gratianus ex capite suo hoc fecerit, nõ diceretur ob hoc canonizata. gl. sing. in c. in primis, ĩ verb. capitali. 2. q. 1. *Lex quãdo dicatur canonizata.*

¶ Vnde quãdo lex est semel canonizata, licet postea tollatur per imperatorẽ, tamen adhuc in foro canonico seruabitur, vt tenet Gerard. de petra sanct. sing. 28. facit. gl. in l. vna, in verbo anniuersariæ. C. de coll. dona. lib. 10. Imò imperator illã legem canonizatã nõ poterit reuocare, sicut nec papa priuilegia regni in ordinationibus regiis incorporata, & descripta, quia lex regni est effecta. Benedict. in repe. c. Raynutius. in verb. si absque. in 2. de substi. fideicom. nu. 42. de testa. Quod est intelligendum quãdo essent incorporata per regẽ. secus si per aliũ sine volũtate regis, vt supra dixi. Panor. in c. super eo. 2. not. 1. de appellat. Vnde inferri potest, & hoc videtur mirabile, ꝙ etiam leges. fforũ, aut codicis, non est legi prohibitum Parisiis, & hoc intelligẽdo, vt dixi, vel de his legibus ex quibus decretales sunt elicitæ, vtpote si quis vellet legere & interpretari legem nulli. C. de iudi. antequam interpretaretur. c. primum. de caus. possess. dicerẽ hoc posse, vt melius intelligãtur sacri canones. & ita nota. doct. in c. nõ magnopere. ne cler. vel monach. & dict. c. 1. alioqui nõ bene possent intelligi iura canonica: ideo quando permittitur aliquid, omnia videntur permissa, per quæ peruenitur ad illud. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procura. Sed per leges peruenitur ad intellectum canonum. ergo leges permittuntur legi ad intellectum canonum, ex quibus dicit gl. in c. episcopus. 37. dist. episcopum posse audire leges, vt sacros canones melius intelligat. & sic permittitur etiamnum publicè legi titul. de verbo. signifi. ff. & C. & de regu. iur. & ego ipse publicè legi, anno 1535. & seq. partem aliquam scholasticis nostris. tit. de verb. signi. ff. super quo multa scripsi, vt aliquando videre licebit, & demum perfeci illũ interpretando reuerendissimis Cardina. Vindomien. & Lotoring. cum quibusdam aliis libris, quod illis fœliciter, & ex animi mei sententia successit, mihi vero minimè hactenus. 17

¶ Pro intellectu c. super Specul. de priuileg. præmittendum est, 18
quod disposuit Alexander tertius in concilio Turonen. in c. nõ magnopere. ne clerici vel monachi. vbi prohibetur cuilibet post votum religionis, & post professionem factam ad physicam legésve mundanas audiendas exire. si verò exierint, & ad claustrum suum intra duorum mensium spatium non redierint, *Nouus intellectus ad capitulũ super Specula.*

ſicut excommunicati ab omnibus euitentur,& in nulla cauſa(ſi patrocinium præſtare voluerint)audiátur,reuerſi autem in choro,capitulo,menſa,& cæteris vltimi fratrum exiſtant,&(niſi fortè ex miſericordia ſedis apoſtolicæ) totius ſpem promotionis amittant. Ratio aſſignatur ibi,ne occaſione ſcientiæ,ſpirituales viri mundanis rurſus actionibus inuoluantur. Superuenit Honorius tertius, qui edidit decretalem ſuper Specula. ne cle. vel monachi.& decret.ſuper Specula.de magiſtr.&.c.ſuper Specul. de priuil.in prima citauit conſilium Turo.contra regulares, & voluit quòd ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant,ſic dicens, quia nonnulli ex talibus, videlicet regularibus, propter quorundam opiniones diuerſas excuſationes aliquid ſumebant, ideo ſtatuit vt ſtudium theologiæ amplietur.d.c.nó magnopere,extendi ad archidiaconos,decanos, plebanos,præpoſitos,cantores,& alios perſonatus habentes,necnon presbyteros. Verumenimuero quia Pariſiis quidam ex prædictis docebant leges,& audiebant,ideo idem Hon.tertius edidit decretalem ſuper Specu.de priuil.in hæc verba,ſuper Spec.& infra.Sanè licet ſancta eccleſia legum ſecularium non reſpuat famulatum,quæ æquitatis & iuſtitiæ veſtigia imitantur, quia tamé in Francia & nonnullis prouinciis laici Romanorum imperatorum legibus non vtuntur,& raró occurrunt eccleſiaſticæ cauſæ tales,quæ non poſſint ſtatutis canonicis expediri,vt plenius ſacræ paginæ inſiſtatur, & infra, firmiter interdicimus, & diſtrictius inhibemus,ne Pariſius vel in ciuitatibus proximis quiſquá docere,vel audire ius ciuile præſumat:& qui contra fecerit,non ſolum à cauſarum patrociniis interim excludatur, verumetiam per epiſcopum loci excommunicationis vinculo innodetur. Ecce ergo verba d.c.ſuper Specula.de priuileg.

Textus.c. ſuper Specula.de priuileg.

¶Primò,ſciendum eſt ꝙ hæc conſtitutio ſuper Specul. de priuil.eſt pars decreta.ſuper Specula.ne cleric.vel mona.& ſic vna conſtitutio ab vno eodémque edita, tamen duæ partes fuerunt factæ per conditoré,eo quia duobus titulis cóueniebant.primò conueniebat rub.ne cleri.vel mona.quia interdicitur ne monachi ſacerdotes & religioſi leges audiant ſeculares,ne immiſceát ſe negotiis ſecularibus.Item quia cóueniebat etiam rub.de priui. eo quia datur ſpeciale priuilegium theologiæ, vt amplietur, ne religioſus, vel ſecularis ſacerdos, vel quiuis alius dignitate vel ſacerdotio curato præditus, leges doceat,vel audiat.

19 ¶Et ſic nó dicitur illud ſupfluú, licet bis repetat, etiá ad verbú, quando

quando materia conuenit duobus titulis, & in duobus titulis lex fuerit sita.gl.& ibi patruus meus Rebuf.& alij in l.mulieres. C.de dignita.lib.12.& in l. mulieres.de incol.lib.10.idem probatur.in l.si quis in conscribendo. C. de episcopis & cler. & in l. si quis. de pactis.

Aliquid nō dicitur sup fluum licet bis repetatur ad verbum. (20)

¶Secundò,præmittendū est ꝙ vna pars legis vel cōstitutionis debet intelligi & interpretari secundū aliam partē præcedentē, vel sequentē.l.hæredes palā.§.sed si notam.ff.de testa.l.si seruus pluriū. §.fi.de lega.1. ergo hæc decretalis super Specula.intelligetur secundū præcedentē partē decretalis super Specula.ne cleri.vel mona.& ad illas personas tantum ibi expressas referetur.

Quadruplex virtus præcedētiū.

¶Nam præcedentium quadruplex est virtus, scilicet declarandi.d.l.si seruus plurium. Secundò supplendi.l.item. §.idem Iulia.ff.de pact. Tertiò ampliandi.l.regula.§.fi. ff. de iur. & fact. ignor. Quartò præcedentia habent potestatem restringendi.l.si cum fundum.ff.de verbo.signifi. Bald.consi.357.not. pro duce, &c.in 5.volu.ergo illa præcedens pars ca.super Specula.ne cle. vel mona. restringet hanc decretalem ad personas ibidem expressas, quia à primordio tituli posterior formatur euentus. l.1. C.de impo.lucra.descrip.lib.10.

21 *Lex noua ad interpretationē antiquæ refertur.*

¶Item constitutio noua ad interpretationem antiquæ facta habet locum in eisdem casibus, in quibus lex interpretata, & non in aliis.tex.in authen. de filiis ante dota. instr.natis.coll.3.circa fi.ibi, cum omnibus manifestū sit, oportere ea, quæ adiecta sunt, per interpretationem in illis valere, in quibus & interpretatis legibus sit locus.& ibi Bar.no.quòd omnia quæ habent locum in lege interpretata, intelligūtur repetita in lege interpretante. gl.in c.is qui contra.& in ca.ꝓcurator.de elect.in 6.igitur personæ positæ.in c.non magnopere.& in c.super Specula.ne cleri.vel mona.censebūtur esse repetitæ.in c.super Specula.de priuileg.& illæ tantum personæ erunt prohibitę iura ciuilia interpretari, vel audire Parisiis, non alię. Nam clausula adiecta in lege interpretata, videtur repetita in lege interpretante. Bar.in l. nihil.per illum tex.ff.de coniun.cum emanci. lib.etiam si essent diuersæ constitutiones.Bar.in l.prætor.§.crítque hæc differentia.ff.vi bono.rapto.& vna clausula legis declarat aliam ambiguam.l.vtrum.& ibi Bald.& Ang. ff.de petitio. hære.Soci.in l. vl.in fine.ff.de reb.dub.imò præcedens clausula est maioris potentiæ ad determinationem sequentium, quàm sequens ad determinationem præcedentium.Bart.in l.quisquis.ff.de leg.3.fa-

Clausula adiecta in lege interpretata, videtur repetita in l. interpretāte.

cit.l.filium.ff.quando dies leg.ced. ergo clausula posita in cap. super . ne cleri. efficacius transibit ad istud cap . quàm si in hoc ca.fuisset clausula apposita. quanuis dicta in præcedentibus nõ censeantur repetita in sequentibus ex interuallo , tamen ex illis sumitur declaratio sequentium. Imol. in l.si quis cum aliter. ff. de verbo.obliga.refert Soci.in dict.l.fina. Barba. consi.4. scribitur.colum.5.in fine.volumi.1. & consil.sequen.colum. 2. igitur in hoc tantum cap. repetet personas in alia parte expressas: & sic Parisiis tantum prohibentur audiri & legi iura ciuilia à religiosis, & aliis in dicto cap.super Specula . ne clerici expresis, & non aliis per prædicta.

22 ¶ Tertiò præmittendum est,quòd ratio legis limitat restringit, vel ampliat dictum præcedens ad eum casum tantum , ad quem extenditur ratio legis.l.si is qui animo. & ibi Alber. & alij.ff.de acquiren.possess.l.1.de autho. tuto.l.1. C.quæ sit longa consuetudo,Ias.in consi.2.colum.8.versicu. 7.prædicta.in 2. volu. sed in c.non magnopere.ne cleri. vel monach. assignatur ratio , ne spirituales viri occasione scientiæ mundanis actionibus inuoluantur.Igitur ratio loquitur tantum de viris spiritualibus,& sic de religiosis,& aliis viris ecclesiasticis,& non de laicis,qui non sunt spirituales viri. ergo ad laicos non extendetur prohibitio, vt censeantur prohibiti audire vel legere leges parisiis. nam in dicto ca.super Specu.ne clerici assignatur alia ratio, quia nonnulli ex talibus propter quorundam opiniones diuersas excusationis aliquid assumebãt . & ideo quia cupit studium theologiæ ampliari,extendi disposita in c.non magnopere.ad sacerdotes, & alios clericos,dignitates vel personatus habentes . verumtamen quia Parisiis (quò ex omnibus mundi partibus homines confluunt)hoc non seruabatur,igitur fecit constitutionem specialẽ.c.super Specu.de priuileg.ne quisquam Parisiis docere leges,vel audire præsumat,eadem ratione motus,vt scilicet theologiæ studio plenius insistatur.& sic istos tantũ expressos noluit hic Parisiis profiteri posse iura ciuilia, vel audire.nec ampliaretur propter communem prohibitionem legum,studium theologiæ:quia laici non audiunt,nec docent theologiam ergo constitutio generaliter prohibens ne audiãtur leges, videtur referri ad illos,qui non poterant, & tamen volebant, quia nitimur in vetitum.clemen.in plerisque.de elec. imò putarem theologiam melius fulgere, si hic leges interpretarentur , quàm nunc , quia quælibet facultas vellet suam præcipuam esse , & sic quilibet

Ratio legis limitat & restringit.

legeret:

legeret:ideo illa mater theologia semper excelleret,quia opposita iuxta se posita magis elucescunt.l. fin. ff. de lega.3.& est dictum Philoso.

¶His præmissis probatur c.super Specula.de priuileg.intelligi debere tantum de sacerdotibus, & aliis expressis supra in c.super Specula.ne cleri.vel monach.Primò dum dicitur in d.c.super Specula.de priuil.sanè licet sancta ecclesia legum seculariũ non respuat famulatum,quæ æquitatis & iustitiæ vestigia imitantur,tamen in supra expressis personis prohibet. alioqui si generaliter prohiberet Parisiis,& in locis circũuicinis leges interpretari,respueret legum famulatum,& esset sibi contrarius,quia dicit se nolle respuere nam sic arguit,postquam ecclesia non respuit leges secu'ares, ergo nec nos debemus respuere, tamen vt studium theologiæ magis vigeat,Parisiis maximè,interdicimus ne aliquis ibidem ex prędictis supra docere,vel audire iura ciuilia pręsumat, & sic in his respuimus legum famulatum, non in aliis.alioqui papa reprobaret leges,quas in adiutorium inducit. c.1.de noui operis nun.& in aliis infinitis locis. 23

¶Secunda ratio tex.est,quia tamen in Francia,& nõnullis prouinciis laici Romanorum imperatorum legibus non vtuntur. ideo & fortius sacerdotes, & alij viri spirituales non debent vti,& sic nec legere, nec audire,& ita concludit hęc ratio.cum ab ecclesiasticis viris non sit secularium literarum quærenda peritia.cap.legimus.37.distinct.alioqui ratio non concluderet.nam Pictauis & Aureliæ non vtuntur legibus Romanorum, ergo ibidem non deberent legi leges secundum illam rationem,nec in tota Francia,cum non vtantur legibus, nisi tanquam rationabilibus. Ias.in l.illam. C.de collat. dixi in 11.no.repeti.l. vnicæ.C.de senten.quæ pro eo quod interest,ideo intelligi debet vt dixi. 24 *Galli non vtũtur legibus.*

¶Tertia ratio posita in d.c.super Specu.de priuileg.est,quia rarò occurrunt ecclesiasticæ causæ tales, quæ non possint statutis canonicis expediri.Igitur ecclesiasticæ personæ cum rarò habeant alias causas,q̃ ecclesiasticas,non debent legibus insistere. hoc vult dicere, vt referat causas ecclesiasticas ad personas easdem.laici verò cum habeant alias causas, quàm ecclesiasticas,& quæ non possent expediri per ius canonicũ, debent leges etiam publicè Parisiis audire,& docere,vt causę ipsorũ decidi possint, alioqui si papa voluisset generaliter prohibere hic Parisiis iura ciuilia interpretari,dixisset,quia occurrunt rarò causæ. non di-

xiſſet eccleſiaſticæ. quare voluit tantum intelligere de perſonis eccleſiaſticis,aliàs quomodò potuiſſent aliæ cauſæ contractuũ, tutelarum,legatorũ,& aliæ infinitæ decidi per ius canonicum? certè eſſet tollere iuſtitiam & æquitatem in cauſis non eccleſiaſticis.Igitur non ſic debet intelligi , ſed tantum,vt dixi, in illis perſonis quæ habent raro aliàs cauſas quàm eccleſiaſticas.& de his quæ rarò eueniunt,non fit lex. l.ex his. & l. nam ad ea.& l. iura.ff.de legib. Imò ego legi in quibuſdam decretalibus antiquis iſta verba,occurrunt rarò eccleſiaſticæ cauſæ talium , quæ non poſſunt canonicis ſtatutis expediri . Et ſic clarius eſſet exprimere,quòd intelligatur tantũ de talibus in d.cap.ſuper Specula.ne cleric,vel mona.expreſſis.quia ibi etiam dicit, quia nõnulli ex talibus.

¶Quarta ratio traditur ibi,& vt plenius ſacrę theologię ſtudio inſiſtatur,debet intelligi quam legibus.Igitur ſi leges nullo modo Pariſiis legerentur, non inſiſteretur plenius theologiæ, ſed in totum,& malè eſſet facta comparatio de verbo plenius,cum comparatiuum debeat ſapere naturam poſitiui.l. iubere.& ibi not.ff.de iuriſdi.omnium iudi.Item hæc ratio refertur ad aliam rationem poſitam in dicto cap.ſuper.ne cleri.vbi dicit velle ſtudium theologiæ ampliare,& tamen non extendit niſi ad ſacerdotes,& ibi nominatos,ergo nec hic:quia non debemus ita fauere ſtudio theologiæ,vt ſtudium legum deſtruamus, argu.c.ex tenore.de foro compet.

Non eſt ita fauendum ſtudio theologiæ,vt legũ ſtudiũ deſtruatur.

¶Quinta ratio poteſt ſumi in ſecũda parte,ibi,firmiter interdicimus,& diſtrictius inhibemus. nam hic prohibet geminatè, quod ſimpliciter prohibuerat.Et verba geminata multum operantur.l.baliſta.ff. ad Trebel. & Corſet. in ſuo tracta.de geminatis inſerto in tracta.de poteſtate regia.ideo denotans hic papa quod aliàs prohibuerat ſacerdotibus & aliis nominatis, ibi, audire iura ciuilia,tamen contrariũ fiebat Pariſiis maximè:ideo ſtatuit ne quiſquam audire vel docere Pariſiis,vbi maximè contrarium fiebat,præſumat.

Geminata verba quid operentur.

25 ¶Nec obſtat quòd ibi nominat Pariſ.ergo nõ debent ibidem leges interpretari ſeculares.Reſpon. per rationes ſupra expreſſas reſtringi debet ad illas perſonas, & ideo expreſſit Pariſiis ratione frequentioris vſus,quia frequentius ſacerdotes legebant leges Pariſ.quàm alibi.ideo Pariſ.expreſſit, licet idẽ ſeruari debeat Aureliæ, Tholoſæ,& alibi.Et regula eſt, quòd quando perſona exprimitur ratione frequentioris vſus , quia hoc frequen-

Pariſiis quare in textu nominetur.

tius accidit in ea,non tamé per hoc videtur excludere alias personas,glo.in cle.1.in verbo præsidétes.de rescrip.& l.vna.in verbo spósam. C.de rapto.virgi.vbi dicit mulierem puniédam esse si rapiat virú,etsi tex.nó loquatur nisi de viris,quia in eis fréquétius accidit,quòd rapiant mulieres,quàm contra.

26 ¶ Vnde si dominus feudi fecerit pactú cú colono,quòd haberet quartá parté vini de vitibus per eum plátandis in fundo,si plantet alias arbores,debet habere ex illis quartam . quia de vitibus fuit expressum propter frequentiá.Istud not.Ioan. Andr.in additio.ad Specula.in titu.de loca.§.1.refert Corset.in singul.incipien.frequentia.vbi addit alia iura.vltra eum addo tex.iuncta glo.in l.2.in verbo filio.ff.de vulgar.& l.in facto.ff.de conditio. & demonstra.l.3.de public.in rem actio.Barba. in ca.abbatem. not.1.de rescrip.& in rub.de rebus eccle.non alienand. columna 42.numero 172.& sequen.Ias.consilio.149. in ista.columna vlti.volumi.2.Item quando in lege vel constitutione est expressus locus propter frequentiam,tunc non excluditur alius locus. tex.in l.1.C.de Nili aggeri.non rumpend.& ibi dicit glos.idem in aggeribus aliorum fluminum. melior text. in authenti.cassa, C.de sacrosanct.eccle.vbi dicitur,cassa & irrita esse,& denunciari per totam Italiam præcipit statuta contra libertatem ecclesiæ.& ibi dicit glos.Italiam ideo dixit,quia ibi maximè fiebant. si tamen alibi fiant, idem ius & æquitas est.ecce ergo licet ibi nominetur Italia,tamen idé erit in aliis locis.facit glos.in prooemio decretal.in verb.Bononiæ.quæ dicit, & si tex.dicat Bononiæ propter frequentiam studij , tamen illa constitutio ad omnes vniuersitates extendetur.Ias.consi.166.punctus.in fin.volu. 4.Sic & licet hic nominet Parisiis,tamen etiam habebit locum alibi,vt sacerdotes & alij expressi non possint audire nec legere iura ciuilia Parisiis,nec alibi,per supradicta , nec voluit plus Parisien.ligare quàm alios. Item quæ maximè digna sunt , nisi specialiter exprimantur,videntur quasi neglecta.l.item apud.§. hoc edictum.ff.de iniur.

27 ¶ Sed Parisiorum ciuitas est maximè digna, vtpote mundi totius præcipua , tam in scientia quàm in aliis bonis , ergo fuit bonum exprimere eam , sicut facit papa cum intendit cardinales comprehendere,eos specialiter nominat,propter eorum amplam dignitatem, & prærogatiuam. cap.1. de schismat. in 6.& cap.1.& cap.fœlicis.de pœnis.in 6.Barba.consil.23.scripsit.columna 8.in 1.volumi. sicut etiam dicitur in Euangelio , Dicite

Ciuitatis Parisiensis egregia collaudatio.

discipulis eius,& Petro.Item in tex.prohibet etiam in ciuitatibus & locis vicinis iura humana legi,non quòd velit in aliis locis sacerdotes & alios iura humana docere posse, sed ne fiat fraus per istos religiosos,vt legant in ciuitatibus proximis,& sic fieret fraus,vt not.in c.si ciuitas.de senten. excom. in 6.alioqui mirãdum esset de summo pontifice,cur prohiberet leges interpretari Paris.& tamen Romæ,vbi maximè debet theologia vigere, dicit velle habere studium generale iuris diuini, & humani,canonici videlicet,& ciuilis c.2.de priuil.in 6. & hoc statuit, quia de diuersis mundi partibus multi cõfluunt ad sedem Apostolicam.sic multo maiores nunc ad ciuitatem Parisi. ergo ibidem debet esse studium generale,& vtrũque ius legi, vt sit mora fructuosa habitantibus, nec quod papa in sua ciuitate admittit, debet in alia reprobare.

28 ¶Nec refragatur tex. ibi, dum dicit.nec quisquam,qui videtur tam laicos quàm clericos comprehendere. Respon.quòd tantũ videtur comprehendere illos,de quibus in prima parte locutus est.sed in c.super.ne cleri.locutus est de religiosis,& sacerdotibus,& aliis ibi scriptis, ergo de illis intelligitur tex.etiam si vsus sit verbo quisquam tex.in c.sententiam.ne cleri.vbi in prin.dicit de clericis.in fine verò suggerit, ne quisquam,&c.& tamen vult intelligere de clericis.sic & in hoc text.& ille text.bene facit.& in c.dura.§.fi.de crimi.falsi.

De dictione quisquã

29 ¶Item tex.vtitur verbo presumat,quod debet intelligi propria authoritate,ergo nõ excludit habitam licẽtiam à superiore. Ita loquitur tex.in c.decernimus.de iud.& ibi glo.tex.in c.fi. 9.q.3. ibi,nõ simpliciter dictum est,nil agat, sed cum determinatione, nil præsumptiuè assumat absque episcoporũ consilio.& facit c. primum.&.c.monasteria.de vit.& honest.cleri.c.precariè.1. ibi, sine licentia & regio consensu facere præsumat. 10.q.2.quando quis facit authoritate superioris, non dicitur præsumere.c.fi.de elect.c.cum laici.de iure.patro. c.omnis.de pœniten. & remiss. Barb.consi.29.illud.col.8.volu.3.& consil.123. scripsit.num.17. inter consil. Alexand.in 4.volu. Feli.in c. Iudæi in fi. de testib. ergo tex.locum non habebit.

De verbo præsumat.

30 ¶Queret quis,cuius authoritas requiratur? Videtur quòd papę quia eius est soluere,cuius est ligare.l.si puellæ.ff.de sponsal.
¶Secundò,inferior non potest tollere legem superioris.cle.ne Romani.de elect.c.1.& 3.10.distin.
¶Tertiò,constitutio. cap. non magnopere.ne cleric. vel monach.

Quis poterit dispensare ad audiẽdas vel

nach.est consiliaris. & contra constitutionem concilij non di spensat inferior à papa.gl.in c.cum dilectus. in verbo in ætate. de elec.quam sequitur Feli.& alij in d.c.at si clerici.§.fin.col.2. de iud.& in c.nonnulli.col.3.de rescrip.etiam legatus. glo.pen. in c.dilectus.in 1.de præb.Panor.in c.dilecto.ibidem. Ias.consil.98.col.2.volu. 4. *legendas leges Parisiis.*

¶Quartò,in casibus à iure expressis est permissum episcopis dispensare,ergo in aliis est prohibitum,arg.l.1.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& instit.illo titul.in prin.& pro hoc est tex.formalis in c.dilectus,de tempo.ordinan.

¶Quintò.episcopus tenetur canones seruare.c. ego. N.de iureiur.& 4.dist.c.fi.in fi.&.c.hac consona.25.q.1.& sic non debet facere contra canones,nisi expresse sibi concedatur. sed in hoc casu hoc non conceditur.ergo non poterit.

¶Sextò,qui de vno exprimit,de alio negat.c.qualis.25.dist.in.c. nónne.de præsum.l.cum pretor.ff.de iud.sed dispensatio in aliquibus casibus exprimitur,vt possit fieri ab episcopo,ergo in aliis non expressis negatur,quòd ab eo possit fieri.

¶Septimò,episcopus vel alius inferior non potest facere cótra canones,nisi sibi expresse concedatur.not.in cap. vno de natis ex libero ventre.c.dudum in 2.de elect.

¶Octauò, quæ ad communem vtilitatem inducta sunt perpetuò remanere debent.c.1.2.& sequen.25.q.1. & secundum illam episcopi & inferiores iudicare debent.c.in istis.4.dist.Sed non legere leges Parisiis,inductum est ob vtilitatem theologię,ergo istud debet perpetuò remanere, & sic episcopus non poterit dare licentiam legendi iura ciuilia ibidem. *Quæ ad communem vtilitatē inducta sunt perpetuò remanere debent.*

¶In contrarium videtur illa regula generalis ex ca.nam concupiscentiam.extra de constitu. vbi omnia videntur concessa,nisi sint prohibita.l.necnon.§.quod eis.ff.ex quib.cau.maio.sed nó inuenitur à iure prohibitum quin episcopus Parisien.det licentiam legendi iura ciuilia,ergo erit eidem permissum,facit c.milites.23.q.5.

¶Secundò,trãslato sacerdotio in episcopos, necesse fuit vt fieret legis translatio,c.translato.de constitu.

¶Tertiò,facit dictũ apostoli,in cuius locum sunt episcopi instituti,dicentis:omnia mihi licét.c.aliud.11.q.1. & primæ ad Corinth.6.c.ergo omnia licét episcopis.& sic licebit episcopo Parisiensi dare facultatem legendi iura ciuilia hic Parisiis.

¶Quartò, quando códitor canonis specialiter sibi nó retinuit 31

Episcopus potest dispensare, nisi à iure prohibeatur.

eo ipso videtur facultatem aliis dedisse. text. formalis in c.nuper.de sentent.excommunica. & ibi gloss.dicit episcopos posse dispensare,vbi specialiter dispensatio nõ est prohibita.tex.in c.cum apud.de desponsa.c.sunt nonnulli.16.q.1. c.at si clerici. §.de adulteriis.de iud.c.miror.50.distin.& ista est communis opinio,quam not.doct.in c.dilectus.de tempor.ordina.&.c.excõmunicamus.1.§.sanè.de hæreti. vbi dicitur quòd episcopus potest dispensare vbicunque non prohibetur,nisi immutaret vniuersum statum ecclesiæ,vt ibidem dicitur.ergo in hoc casu poterit,cum tex.videatur eidem permittere,tum quando dicit præsumat,tum etiam quia tex.pœnam excommunicationis eidem commmittit.ergo & absolutionem concedere videtur, vt infra dico,& scripsi in §.1.de colla.supra.

32 ¶Quintò,probatur hoc.c.super Specula.vbi episcopo Parisiẽ. relinquit pœnæ impositionem.ibi, per episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur,ergo & absolutionem. & intelligo episcopum posse innodare clericos sacerdotes legentes iura ciuilia hic ante duos mẽses,quia postea sunt à iure excommunicati.c.super.ne cleri. vel monach. & hoc probatur in hoc c.dum dicitur,interim innodetur:& sic ante duos menses. Nec obstat primum quòd eius est soluere, cuius est ligare:quia hoc est verum regulariter,attamen,vt dixi, quando specialiter papa sibi non reseruat,aliis concedere videtur.d.cap.nuper.Nec obest quòd non possit tollere legem superioris, quia inferior dispensando non videtur eam tollere.arg.ca.excommunicamus.1.§.sanè.de hæret.& sic solutum est quintum,quòd canones seruare teneatur.quia ex causa dispensare, & etiam modificare potest.d.clemen. ne Romani. Nec refragatur quòd contra constitutionem concilij non potest episcopus dispensare. fac esse, & sic non poterit dispensare quòd religiosus audiat leges, vel doceat,quia hoc prohibetur in d.c.non magnopere.sed quia aliæ constitutiones non sunt conciliares,ideo poterit dispensare.Nec me mouet aliud,ꝙ in aliquibus tantũ casibus sit episcopis permissum,dispensare,quia imò dispẽsare in omnibus, nisi à iure prohibeatur,potest, vt prædixi. Nec debet quis conturbari propter octauum,quòd ea quæ inducta sunt ad vtilitatem, debent perpetuò remanere,quia hoc est verum, nisi episcopus viderit maiorem vtilitatem,quia tunc poterit dispensare.text.singu.in l.si hominem.ff.mand.& ibi multa addidi.

33 ¶De consuetudine tamen aditur curia Romana, vt dispenset

tam

tam cum sacerdotibus, quàm cũ religiosis. Archidia. in c. non di catis. 12. q. 1. Perusi. in c. 2. ne cleri, vel monach. & est tutius tenere stylum & consuetudinem curiæ Romanæ, licet de stricto iure præcedens opinio posſit quo ad intellectũ. c. super Specula. sustineri, & disputãdo, tamen communis opinio est, vt papa tantum hoc posſit, nil tamen dicunt de dispensatione, vt Parisi. legãtur leges. nam hoc potest episcopus facere, vt dictum extitit.

Papa cum sacerdotibus dispensat, vt leges audiant.

34 ¶ Institit. D. Floretus, in vtroque iure florẽs: & de l. minime. ff. de legib. minime mutanda sunt quæ semper certam interpretationem habuerunt. Item in rebus nouis constituendis euidens vtilitas esse debet. l. pen. ff. de consti. princip. Adde etiam quòd nouitates pariunt discordias. c. cum consuetudinis, de cõsuetu. & reprehẽdendus est qui nouitates inducit. c. fi. 11. distinct. & sic is nouus intellectus non est sequendus secundum eum nouitates reprobantem. Respon. non esse mutanda nisi ex causa, nam statuta ab apostolis ex causa mutata fuerunt. c. cor episcopi. 68. dist. & ibi Archid. c. non debet. de consanguini. vel non mutanda sunt, quæ habuerunt interpretationem veram, nõ errore inductam, secus si illa interpretatio fuerit erronea, vt hic Alber. in dicta. l. minime. per quod non ratione. ff. de legib. sed intellectus doctorum fuit erroneus, vt quilibet doctus videre poterit. ergo mutari debet secundum præcedentem intellect.

Nouitates pariũt discordias, et reprehendendus est qui nouitates inducit.

35 ¶ Præterea euidens est vtilitas, vt hic Parisiis legantur leges, primò vt iustitia seruetur, & æquitas augeatur, vt patet in hoc tex. & tolle leges imperatorum in ciuitate Parisien. quas deus per imperatores & rectores seculi distribuit humano generi, & nemo audebit dicere, hæc villa est mea. Si autem vt teneantur ista ab hominibus, regum iura fecerunt, vultis vt reticeamus leges, vt gaudeatis. c. quo iure. 8. dist. vbi sunt hæc verba August. &. c. fi. 10. dist. Vestrã flagitamus clementiã, vt sicut hactenus Romana lex viguit absque diuersis procellis, & quę pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta, ita & nunc suum robur, propriúmque vigorem obtineat. & sic non debent prohiberi legi, nisi certis personis. Item euidens erit vtilitas ex studio legũ, tam in vniuerso quàm in particulari. In vniuerso, quia per leges quæ legentur hic, totus mundus illuminabitur. authen. habita. C. ne filius pro patre. Et hæc ciuitas replebitur sapiẽtibus & doctisſimis iurisconsultis. Etiam in particulari erit vtilitas, quia quilibet poterit audire illos legentes leges, tam procuratores, sollicitatores, quàm alij: quod nõ facerent si non hic legerẽtur,

Vtilitates vt Parisiis leges interpretentur.

imò erit amißio temporis valde hominibus dānoſa. Hoſtien. in ſumma de feriis. §. fi. verſi. quid ſi magiſter. Panor. & alij in c. fi. de iud. Proh dolor, quot euaſiſſent in magnos iuriſconſultos, ſi hic leges interpretatæ fuiſſent, qui fuerunt deſides, nil audiētes. ſed toti voluptatibus addicti fuerunt, quas ſuſtuliſſet ſcientia legalis. c. nunquam, de conſecratione. diſtinct. 5. & minoribus expenſis fierent doctiores ciues hic, quàm alibi, quia ſtudium non poteſt continuari extra vrbem magnis ſine ſumptibus. l. fi. C. de alimen. pupillo præſtād. & ibi Bald. ad quos ciues quidam non non ſunt pares extra ciuitatem, & tamen in dicta ciuitate eſſent. & etiam quia alibi extra parentes ſcholaſtica ferula liberati, voluptates, & hæreſes potius ſequuntur, & malos mores, quàm ſtudia, quod non facerent, ſi hic leges interpretarentur.

56 ¶ Item ciuitas per leges efficeretur locupletior, & nobilior. l. quis tā inueniri. vbi gl. & doct. C. de decurio li. 10. & alia multa commoda inter priuilegia ſcholarium inſerui. Præterea dixi publicè in concluſione, quia leges apud vrbes regias publicè legi debent. §. hæc autē tria. in procœ. ff. & c. tuæ. de clerici. non reſiden. Vide Archi. in c. ſaluator. 1. q. 3. vbi quærit ſi monachus, clā audiat leges, & alij prohibiti, an ſit excōmunicatus, & cōcludit quòd ſic, quia iſtæ ſcientiæ religioſis non congruūt. Item in dubio decretalis, vel lex debet intelligi, vt minus obliget, quàm magis. ca. ex parte. 1. de verbor. ſignifi. Geor. Nathā. poſt Anch. in §. fi. colum. 3 cle. ſæpe. illo tit. Neuiſa in ſilua nuptia. fol. 25. col. 4. in magno volum. Sed minus obligabit intelligendo tantum de religioſis, & ſupra nominatis, ergo iſte intellectus debet recipi. Item ſenſum delicti excluſiuuum recipere debemus, ſicut eſt iſte. Barb. conſil. 12. col. 2. in 2. volum. & ſic intellectus tamdiu ſepultus ad dictum c. ſuper Specu. de priuileg. excitatus eſt. Cogita, lector doctiſsime, quia iſta ſunt valde ſubtilia, & nondum per docto. adducta. Laus deo optimo maximo.

Ciuitas nobilitatur et locupletatur per leges.

Sēſum delicti excluſiuum recipere debem⁹.

¶ Sexta quæſtio principalis.

1 SExtò, principaliter quæritur, à quibus cōcedi poſſint nominationes? Reſpon. quòd de quibus loquimur, ab vniuerſitatibus regni, delphinatus, & comitatus Dien. ac Valen. vt patet in rub. de electio. in principio. & in §. præfati. 1. de collatio. ibidem. & in verſicu. beneficia verò. & alibi, per totum titulum.

A quibus dentur nominationes.

¶ Nec curret præſcriptio contra vniuerſitatem, licet non ſit ſolita concedere, quia contra priuilegium conſiſtens in voluntate pri-

te priuilegiati,non currit præscriptio, si non fuerit vsus priuilegio,dum tamen alij sint vsi.vt nota.in ca.vt priuilegia. de priuileg.Calder.consi.primo.rubr.de præscriptio.hodie ex regis præcepto concordatum in delphinatu seruatur.

¶Quæret quis, quare potius ab vniuersitatibus quàm ab aliis dentur: Resp.quia cum vniuersitates habeant graduatos ab eisdem notos,vtpote quia eos approbârunt ad gradum.l.nemini. C.de aduocat.diuerso iudicio.l.magistros.& ibi Bar.& patruus meus Rebuffus.C.de profes.& medicis.lib.10.conueniétius ergo fuit,vt ipsi doctores eos ad beneficia approbét,quos dignos ad honores iudicârût,nec est verisimile quòd indignos tam vniuersitatum doctores excellentes nominent, & hoc ex reuerentia studiorum,l.quicquid.C.de aduocat.diuerso.iudicum. Nec has passiones affectionis tantas, nec alias præsumuntur habere viri literis præditi,sicut ignari.c.fina.de præsumptio.licet multa ab amica eorum paupertate patiantur,& Gens ignara boni nescit succurrere doctis. Ité sicut vniuersitatis causa expésum est, vt quis studeret,& postea efficeretur graduatus: ita vniuersitas gratia compensationis studij debet esse, videlicet concedendo nominationes.arg.§.fi.in procemio institu.& sic placuit conditori,vt in simili dicitur in §.furtiuæ. instit.de vsucapio. & non omnium quæ à maioribus nostris constituta sunt, ratio reddi potest.l.non omnium.ff.de legib.vel etiam cócessum est vniuersitatibus,vt nominationes concedant,ne res diuerso iure censeatur.l.eum qui.ff.de vsucapio.sed diuerso iure censeretur, si vniuersitas concederet gradus,& alius nominationes, ergo vniuersitatibus concessum est nominare, postquam ad gradus admittere poterant.Ex his elige cui dicas,tu mihi sola places,vel inuenias meliorem rationem,& ego facilè illi acquiescam.

2 Quare ab vniuersitatibus dentur.

3 Viri literis præditi nõ præsumuntur vitiis dati licet paupertate opprimantur.

¶Primò,quæro quæ vniuersitates? Respon.vniuersitates regni Franciæ,delphinatus, & comitatus Dien. vt supra dictum est. quod probatur in §.1.de regia ad præl.nomina.facien.supra,& in rub. de pœna temere venientium contra concordat. & alibi sæpe per concordat. 4

¶Hoc tamen anno 1534. in magno consilio fuit pronúciatum arrestum, per quod conceditur vniuersitati Cadoméfi in Normania nominare,& nominationes cócedere,licet cócordata de ea non loquerétur. tamen quando prouincia vel villa adiicitur regno vel comitatui accessoriè, ita quòd sit vnum regnú,debet regi secundú regulá regni cui accedit, & eisdé legibus & priuilegiis est gubernanda, quibus regnum. Bart. in l.si conuenerit. 5

Vniuersitas Cadoměsis nominationes cõcedit.

in 2.§.si nuda.ff.de pign.actio. per illum tex. Panor. in ca.quia monasterium.de religi.domi.Curt.consi.57.Item quia regnum est quid vniuersale, ergo omnes accessiones sibi contingentes sequentur regni naturam.l.peculium. in princi. ff.de lega.2. Et beneficium concessum regno, tanquam principali, trahitur ad eius augmétum.c.quia circa.de priuileg.facit l.fi.C.de alluuio. multa tradit Albert.Brunus in tract.de augmento.in 9.conclu. princ.in princi. Et bonum esset quòd vniuersitates prouinciæ etiam concedere possent nominationes, & his iuribus in concordatis expressis vterentur,ac his prærogatiuis gauderent, dũ tamen electiones secundum iuris dispositionem retinerent.

Vniuersitates extra regnum an possint nominationes dare.

6 ¶Secundò,an vniuersitates extra regnum,vt Auinioné. Aqué. Dolana,Italiæ,Britániæ,vel Angliæ,possint nominationes cõcedere suis graduatis? Respon. cũ sit tátum hoc priuilegium nominandi concessum vniuersitatibus supradictis, non extédetur ad alias, sicut priuilegiũ personale.regula,priuilegiũ.de reg.iur. lib.6.Et sic affixi cóclusiones,nominationes vniuersitates concedere prohibétur.Item, Vniuersitates extra regnum,vel etiam vniuersitates regni prohibentur concedere incapacibus,vel ad beneficia extra regnum.arg.l.fi.ff.de iurisdi.om.iudic.quia limitatum est priuilegiũ,cui nil debet addi.arg.l.in agris.ff.de acqu. rerum dom.Idé si vniuersitas esset suspensa,iuxta §.monemus. de colla.in concorda.Posui aliam conclusionem, videlicet concedere posse etiam iuris est explorati,intellige vt supra.

Conclusio.

Nominationes ad beneficia extra regnum non dantur.

7 ¶Tertiò, dubitatur an vniuersitates regni possint concedere nominationes ad beneficia sita extra regnum? Respon. non, tum quia extra territorium illarum præceptum non habét, nec authoritatem.arg.l.fi.ff.de iurisdic.omni.iudic.ca.fin.de consti. lib.6.not.in l.1. C.de summa trinit.& territorium quo ad hoc est illis datum: ergo non possunt, tum etiam quia eisdem non est concessum, nisi limitatè, vt habetur in procemio concord. ergo illi priuilegio limitato nil addi debet. l. in agris. ff. de acqui. rerum dominio.

8 ¶Facit quod not.Anchar.& Perus.in ca.fi.notab.1.de verb.signific.vbi dicit quòd episcopus non potest concedere indulgétiam subditis porrigentibus manus adiutrices operi,in alterius diœcesi construendo. ex quo concernit opus faciendum extra diœcesim,licet eius effectus deriuetur in subditos.

9 ¶Sic debet dici in nominationibus,vt non possint concedi ad beneficia extra regnum sita,etiam si illorum perueniret collatio

iure

iure deuoluto ad episcopum, vel archiepiscopum in regno existentem, etsi D. Chassa. in catal. considera. 32. partis. 10. reliquerit cogitãdum, quia prima causa inspicitur per cle. 1. de supplẽd. neglig. præla. poterit tamen vniuersitas Franciæ nominare ad beneficia sita per totam Franciam, & in Delphinatu. & vniuersitates Delphinatus nominare ad beneficia Frãciæ è contrario, & ita seruatur.

¶ Item quia bonum est argumentum de personis ad locum, & econtra. l. 2. ff. ne quis eum qui in ius voca. est, vi eximat. Ias. in l. vinum. not. primo in fine. si certum peta. Sicut ergo exteris nõ possunt nominationes cõcedi, ita nec ad beneficia exterorum, & sic extra regnum. *Bonum est argu. de personis ad locum.*

¶ Quartò, quæro, quid si erigeretur vniuersitas de nouo in regno Franciæ, an nominationes cõcedere posset? Videtur ꝙ sic, quia vniuersitatibus regni hoc est concessum, & ipsa est de regno, ergo eidem videtur concessum. Item quando eriguntur vniuersitates, conceduntur eis priuilegia talia, qualia competunt aliis vniuersitatibus regni Frãciæ, & quòd in omnibus & per omnia gaudeant priuilegiis aliarum vniuersitatũ, sic ergo priuilegiis aliarum gaudere poterunt per l. 2. §. furiosi. ff. de iure codicil. nota. docto. in l. 1. ff. de leg. 1. ergo & nominationes concedere possent, & huic opinioni starem si sic esset constructa, & à papa & à rege vniuersitas erecta, vt dixi, secus si terra de nouo acquisita, quia tunc extensio à papa requireretur, vt eadem iura obseruẽtur ibi, quæ in regno. & ita fuit nuper factum. vide curtium Senio. con. 57. Item si concessum fuerit priuilegium, quòd in regno Franciæ non soluatur pedagium, & cõtingat comitatum accedere regno, quòd tale priuilegium competet etiam comitatui regno adiuncto. Alber. brunus in tract. de augmento in 9. conclusio. prin. per ea quæ tradit Bar. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. actio. & in l. senatorum. C. de dignita. lib. 12. Sic & illa vniuersitas addita aliis, nominationes concedere posset, & priuilegia aliarum haberet, tum quia esset regni vniuersitas, de quibus loquitur concordatum, & vniuersitatibus regni concessum est, vt nominationes dent. vide tamen quæ tradunt doctores in cle. si. de rescript. & quæ superius dixi. 10 *De vniuersitate de nouo erecta.*

¶ Quintò, quęro, an facultates possint nominationes concedere? Respon. non, etiam si omnes essent congregatę sine rectore, dict. §. pręfati. 1. ibi, per vniuersitates nominatis, sequitur. gl. in prag. sanct. rubr. de colla. §. ita tamen, in verbo vniuersitatibus. 11 *Facultates non dant nominatio-*

tiones nec tempus studij.

vbi dicit quòd facultates post denegationem factã ab vniuersitate, non poterunt dare nominationes, quia nõ videtur vniuersitas, etsi omnes facultates essent congregatæ, ac omnes consi-
12 liarij vniuersitatis, nisi rector adsit. Nec tunc sine rectore esset formosa, sed Acephala, quia caput est de esse corporis. c. nulla ratione. 93. dist. Bald. in authen. habita, col. 10. nu. 42. C. ne filius pro patre. Dec. & alij in c. ex literis. not. vlt. de constitu. imò caput est principale mẽbrum corporis. l. cum in diuersis. ff. de religio. & sumpti. funer. ideo caput debet in nominationibus adesse. Idem puto in tempore studij, vt etiã vniuersitas debeat attestari, nec sufficeret quòd rector & facultas attestaretur, quia nõ est vniuersitas, à qua debent certificatoriæ literæ emanare. d. §. præfati. ideo bonum esset quòd vniuersitates quæ hunc habent stilum, & Tholosana & Cadurcẽ. hoc corrigerent, & ponerẽt, rector vniuersitas & facultas, & hoc fuit factum Biturigibus me instigante, & ibi regente. vide quæ dico infra quæstio. 11. & quę dixi in §. præfatíque graduati. in glo. manu scribæ, de colla. vbi dixi apud Parisios non seruari, nec in hoc concordata recepta.

Acephala est vniuersitas sine rectore.

13 ¶ Sextò quæro, aliqua vniuersitas non habet omnes facultates, vt hæc parisien. & Aureliana, an possint nominationes cõcedere? Videtur ꝙ non, quia non videtur vniuersitas. Contrariũ est verum, cum doctores & scholares faciant vniuersitatem, vt habetur in ꝓœmio decret. & in procœmio 6. alioqui vniuersitates Parisien. & Aurelianen. nõ possent eas nominationes concedere, cum non habeãt omnes facultates, quod contrarium obseruatur. nec requirit cõcordatum quòd vniuersitas omnes habeat facultates, ideo nec ego requiram: & non minus dicitur vniuersitas, etiam si omnes facultates non sint concessæ ibidem.

De vniuersitate quæ non habet omnes facultates.

14 ¶ Septimò, an vniuersitas posit nominare graduatũ in illa facultate, quam non habet, vt baccalaureum in iure ciuili hæc vniuersitas Parisiensis? Respõ. non, quia non potest attestari illũ studuisse in iure ciuili in hac vniuersitate, cũ non ibidem legatur. Item esset extra suam iurisdictionẽ, quod est reprobatum in c. fi. de constit. in 6. Item quia non potest nominare graduatum alterius vniuersitatis, ne causæ continentia diuidatur, contra legem nulli. C. de iudi. gl. in §. item quod ad dictas. in verbo suorum de colla. in prag. & dicam infra. & in hac vniuersitate nullus sumit gradum in iure ciuili, ergo baccalaureum, vel alium in iure ciuili graduatum non potest nominare, nisi illi cõferret gradum in iure canonico. Vide tamen quæ dixi supra in 5. q.

Vniuersitas non nominat in illa facultate non concessa.

¶ Septima

¶Septima quæstio principalis.

SEptimò principaliter quæro, quo tempore concedantur no 1
minationes? Respondeo (quia vulgata est, paucis finietur. l. *Quo tempore dētur nominationes.*
1. ff. pro dote) de consuetudine nominationes conceduntur tan
tum tempore quadragesimæ. glos. in §. statuit. in verbo quadra
gesimæ. de collatio. in prag. vbi dicit esse triplicem quadragesi-
mam, & has bene sciunt Cordigeri & Carthusienses. Quadra- 2
gesima propriè illa dicitur, quæ est ante pascha, de qua C. de fe- *Triplex quadragesima.*
riis. l. quadraginta. & c. quadragesima. de consecra. distin. 5. Ex-
tra tamen consuetudinem non video quòd sit prohibitum vni
uersitatibus eas concedere etiam extra quadragesimam instar a-
liorum rescriptorum, quæ omni tempore concedi possunt, vt
not. in rub. de rescrip.

¶Primò quæro, an diebus festis quadragesimæ cócedi possint? 3
Videtur quòd nó, quia omnis iudiciorum strepitus in illos dies *Diebus festis an distribuãtur nominationes.*
cessare debet. l. fi. C. de feriis. c. 1. illo tit. Contrariũ abitror ve-
rius, quia ea quæ sunt volũtariæ iurisdictionis, possunt etiá die-
bus festis exerceri. l. actus publici. C. de feriis. Specu. eo. titul. §.
sequitur vers. quid si in feriis. Angel. in disputat. inci. duo. col. 2.
sicut sunt nominationes, ideo etiá diebus dominicis vidi in ali-
quibus vniuersitatibus eas concedi. Quippe etiam festis quæ-
dam exercere diebus Fas & iura sinunt, dicit Virg. in Georg.

¶Secundò quæro, an in ecclesia concedi posint? Respon. cum
sit bonum argumentum de tempore ad locum glo. in cle. ad no
strum in verbo regularé. de censib. sicut possunt diebus feriatis
concedi, vt supra conclusum fuit, ita & in loco sacro, videlicet
in ecclesia. Ias. & alij in l. vinum. ff. si cert. pet. Tutius tamen est
quòd diebus profestis & extra ecclesiam concedantur.

¶Tertiò quæro, Parisien. vniuersitas erat consueta concedere 4
nominationes in ecclesia sancti Maturini, alibi tamen cõcedit: *In ecclesia concedi possunt nominationes.*
an valeant? videtur quòd nó, quia cósuetudo est seruanda. l. de
quibus. ff. de legib. Contrarium sentio, quia concordatum non
astringit, nisi vt concedantur ab vniuersitatibus regni, vt supra
probaui: ergo in quocunque loco fuerint cócessæ, non vitiabun 5
tur, dum tamé sint vniuersitates regni quæ cócedant. Nec ob- *In quo loco dentur.*
stat quòd in vno loco erant solitæ concedi, quia hoc nó astrin
git in futurú, nisi fortè statutú esset in illa vniuersitate, videlicet
vt cógregationes alibi nó fiant, quàm apud prædicatores, vel in
ecclesia sancti Ioannis, vt est apud Bituriges, tunc quia venirét

contra ſtatuta alibi faciendo congregationem,fortè non valerent quia dicit concordatum ſtatuta vniuerſitatum eſſe ſeruanda in §.monemus.de colla.in concord.

Vniuerſitates dare nominationes an debeant.

6 ¶Quartò,quæro,an vniuerſitates poſsint compelli dare nominationes? Reſpon.non,vt habetur in prag.ſanct. §. item quod ad dictas.de colla. in verbo poterunt.quia verbum poteſt,liberam tribuit facultatem, non neceſsitatem.l, ſæpe audiui Cæſarem noſtrum dicétem,hac reſcriptione, eum qui prouinciæ præeſt,adire potes, non imponi neceſsitatem proconſuli, &c.ff. de offic.præſi. Bart.& alij in l. Gallus.in princi.ff. de liber.& poſthu.c.faciat,22.q.2.

Gratia quã do dicatur.

7 ¶Præterea nominationes dicuntur gratiæ,vt ſæpius dicit glo. & maximè in verb.nominare.d.§.itẽ quod ad dictas. Et illa dicitur gratia quæ gratis datur.c.gratia.& ibi Archidi. 1. q.1. nec propriè dicitur gratia, ſi neceſsitati occurrat. Ancha. con. 255. pro clariori euidentia.col.pen.& in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit.l. rem legatam. ff. de adimen. leg. nec de ſuo cogitur quis beneficium facere.c.precarie.1.10.q.2.Malè tamen facerẽt vniuerſitates ſi eas denegarent graduatis benemeritis.c. vt conſtitueretur.& ibi glo.50.diſt.inſtar diſpenſationis, quæ licet nõ

Concluſio. Pariſ.vniuerſitas nominationes denegare non debet.

8 poſsit peti niſi precibus.arg.c.quanto.2.q.5. tamen peccat prælatus eam denegás cauſa vtilitatis exiſtente, vel neceſsitatis,ſeu alia iuſta cauſa.c.alligant. 26.q.7.Feder.con.40.ſuper eo. ideo affixi concluſionem hanc,videlicet, Pariſien. vniuerſitas nominationes denegare non debet,etiam legum ſtudioſis, cum leges ibidem publicè legi,iure non prohibeatur,vt ſupra dixi, quæſt. 5.imò poſſet implorari officium iudicis contra vniuerſitates nominationes denegantes.arg.gl,in rub.ff.de interrog.actio.ponderatur text. in d.§. monemus. de collat. ibi, non habeant aliquos nominare,niſi eos qui ſecundum præfata tempora ſtuduerint.ergo ſi ſtuduerint per præfata tempora, habent eos nominare.& hoc ſumendo argumentum à contrario ſenſu, quod eſt validum in iure.l.1.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſd.

Iudex denegans ſuũ officium dicitur inferre iniuriã parti.

9 ¶Et ſi iudex denegaret ſuũ officium,diceretur inferre iniuriam parti,ſi iuſtè petatur.l.1.§.permittitur.& ibi Bar.ff.de aqua quoti.& æſtiua.& poteſt ab illa denegatione appellari. l.1.C. ſi ſæpius in integrum reſti,poſtu.not.in l.1.ff.de iuriſdi.omnium iudi.l.non quicquid.de iud.Bart.in l.4.§.hoc autem iudicium.de damno infect. Fel.in c.ſuper.his.col.4. cum ſeq. de accuſa. Iaſ. inſti.de actio.in princ.nu.66.col.9.ideo poteſt haberi recurſus

ad

ad superiorem. per c. nullus. & ibi Panor. de iur. patro. Archi. in c. primates. in fin. 71. distinct. Panor. in c. tuæ. de cleri. non residen. & con. 44. & con. 84 in 2. volum. & ita appellauit facultas decretorum Paris. à denegatione facta per vniuersitaté. & fuit prolatũ arrestum in hoc venerabili senatu hoc anno 1535. ante Pascha in mense Martio pro d. facultate, quo dictũ fuit quòd vniuersitas teneretur nominare & recipere graduatos in facultate decretorum, licet aliquibus de vniuersitate durum visum fuerit exercentibus materiam Rub. de lege fusia, &c. *Arrestum facultatis decretorum Parisien.*

¶ Hodie non oportet ista inquirere. quia sicut ecclesia nemini claudit gremiũ, ita nec vniuersitas afferẽti pecunias, nisi per inuidiá quandoque cõtrarium fiat, vt dixi. nec obstat c. precarie. 10. q. 2. vbi nemo cogitur de suo facere beneficium, quod intelligit ibi glo. non procedere, quando aliquis alij prodest, & sibi non nocet, vt in hoc casu per l. in summa. ff. de damno infect. 10 *Vniuersitates nemini claudũt gremium.*

¶ Nec refragatur quòd nominationes dicãtur gratiæ, & gratia dicitur quæ gratis datur. c. gratia, & ibi Arch. 1. q. 1. Ancha. con. 95. dico quod. & si gratis non detur, non minus dicetur gratia, eo quòd dari gratis debet.

¶ Nec obest quòd nemo dicatur liberalis in necessitatibus. l. rẽ legatam. ff. de adimen. leg. quia ibi glos. respon. vel possum dicere, quòd saltem est liberalitas in cui conferendo. glo. in c. relatum. de præbend. & c. quáuis. illo tit. in 6. de hac q. hactenus.

¶ Octaua quæstio principalis.

OCtauò, principaliter quæro quibus dirigi possint nominationes? Respon. collatoribus ordinariis, & patronis ecclesiasticis. §. præterea. & alibi sæpe in illo titu. de coll. in concord. & intellige collatores illos, qui quoquo modo iure possũt conferre beneficia, siue per electionem, extra tamen confirmationem: siue per prouisionem, siue alio modo: vt not. in c. cum in illis. §. 1. de præbend. in 6. Et sic generaliter illis possunt dirigi nominationes, sicut mandata apostolica. not. in c. mádatum. de rescri. & habita notitia istius articuli quibus dirigi possint, intelligetur alius, quibus dirigi non possint, vt not. in l. 1. de his qui sunt sui vel alie. iuris. 1 *Quibus dirigantur nominationes.*

¶ Primò, quæro qui dicantur collatores ordinarij? Respo. omnes clerici, qui à papa, vel lege, seu consuetudine, habent potestatem conferendi beneficia ecclesiastica, arg. c. à iudicibus. 2. q. 6. no. in c. fi. de offi. leg. lib. 6. & in c. ordinarij. de offi. ordi. 2 *Qui sunt collatores ordinarij.*

eo.lib.&.c. si soli.de concess.præb.ibidem.cle.1. vt lite pend. & ibi Cardi.q.14.& sic in d.§.præfatíque ordinarij.& §.præterea. dicuntur ordinarij nedum episcopi,etiã sed alij, tam superiores quàm inferiores,ad quos beneficiorum collatio, seu alia prouisio spectat,etsi non habeant iurisdictionem,per glo.in d.cle. 1. vt lite pend. Dec.in c.post cessionem.in 1.not.de proba. Card. in cle.1.§. ad hæc. & cle. 2. de statu monacho. & dixi in §.1.in glo.ordinarius.de colla.supra.

Ad quos spectare posit collatio beneficiorum.

3 ¶Notãdum est quòd infra scriptis personis potest collatio beneficiorum,seu præbendarum spectare. Primò ad episcopum & capitulum simul de iure cõmuni.c.postulastis.de concess. præb. Feder.con.1.& aliàs amplè consului.nòn hic repeto.

¶Secundò ad solum episcopũ,vel solum capitulum de consuetudine.c.cum ecclesia vulterana.de electio.& ibi glo.& docto.

¶Tertiò,ad vnum canonicum ratione suæ hebdomadæ.c mandatum.de præb.in 6.vide Rotam decis.383.nota.in diœcesi. in antiq.qui vice capituli.confert.Feli.in c.eam te.col.9.ver.mandatum factum.de rescrip.&.c.causam col.11.ibidem.

Non constitutus in sacris,an possit cõferre.

¶Vnde consului canonicum etiam non constitutum in sacris conferre posse per hebdomadas,sicut alij,nec obstat clemen. vt hi qui de ætate & qualita.quia ibi priuatur tantum suffragio, & sic electione,non autem nominatione,vel collatione, seu præsentatione,cum inter ista sit longa differentia.c.cum in illis.§.1. de præben.in 6.& quia cle.est pœnalis. & sic non extendenda. l.interpretatione.ff.de pœnis.

¶Quartò,potest spectare ad capitulum & episcopũ alternis vicibus.cle.plures.de iur.patro.c.cum in illis.§.fina.de præben.in 6.& si vnus impediatur conferre ratione mandati vel nominationum in suo turno, an poterit postea conferre liberè , tradit gl.in §. item quòd omnia,in verbo faciendæ in fin de colla. in prag.Ioan.And.& alij in c.cum in illis de præb. in 6.Rota.decis.190.not.quòd vbi.in antiq.Ioan.de Ana.con.43.stante. dico in titu.de mand.Aposto.in verb.quinquaginta.

¶Quintò , pertinet collatio siue institutio facta præsentatione.c.1.& per totum titu.de institu.

¶Sextò,potest competere ad aliquem clericum authoritate Apostolica.cap.cum aliquibus.de rescrip.lib.6.c.is cui.de præbé. ibidem.

¶Septimò , spectat collatio ad laicũ ex priuilegio Apostolico. c.dilectus.in 3.de præben . Et tunc laicus non potest dare duas præben-

præbendas, vel duo beneficia incompatibilia vni sine papæ dispensatione. Collecta, in c. dudum. 2. col. vlti. de electio. Et his fermè omnibus, demptis laicis, possunt nominationes dirigi, vt infra latius deducetur. Rota decisi. 190. nota quòd vbi ex statuto. in antiq. quando collatores sunt ordinarij, vt hic dicitur.

¶ Secundò, quæro an comprehendatur legatus à latere? videtur 4
quòd non, cum authoritate Apostolica procedat, glos. & doct. *Legatus cõferre debet graduatis.*
in cap. si abbatem. de elect. in 6. Sed Roma. pontifex non comprehenditur, ergo nec ipse.

¶ Respon. legato non habenti episcopatum, vel abbatiam, seu aliàs collationes in regno, non possunt dirigi nominationes, vt habeat prouidere, sed licet illi non sint directæ, tenetur tamen qualificatis prouidere iuxta statuta in concordatis: tum quòd solus papa voluit vt ipse & successores iure præuentionis liberè conferre possent, vt patet in §. declarantes. de mand. apostolicis. ergo alij non habent potestatem illam. tum etiam quia papa hanc facultatem præuentionis non concessit: & si concessisset, regnicolæ non paterentur legatum alteri quàm nominato conferre: quia regnicola leges regni seruare debet, & semper recipitur in Francia cum modificationibus regni, & restrictionibus, & non aliàs, vt patet in sua receptione.

¶ Item concordatum fuit inter papá & regem, quòd concordatum habet vim contractus, vt supra in prin. dixi. & cõtractus ligat etiam legatũ & principẽ. ca. 1. de probat. & ibi plura addidi.

¶ Præterea §. si quis verò cuiuscunque status. de colla. videtur legatum à latere subiicere his legibus regni, & ita tenetur. Consequens est etiã quòd d. §. si quis verò, exprimit cardinales debere conferre nominatis, ergo & is ipse, cùm sit cardinalis, & etiam quia d. §. si quis, exprimit aliud verbũ, vel alterius cuiuslibet dignitatis. Item dicitur ordinarius in c. 2. de offi. legat. li. 6. tamen eius potestas est extraordinariè inuéta, vt tenet gl. in cle. fi. de offi. ordi. gl. in §. visum. in verbo legatorum. in fi. de colla. in prag. Et sic ei nõ diriguntur nominationes ratione suæ legationis, sed si habet episcopatum, vel archiepiscopatum, ratione illorum possunt eidẽ dirigi, & etiam tanquã legatus tenetur graduatis & legitimè qualificatis beneficia eis præstituta conferre.

¶ Tertiò, quæro an comprehendatur cardinales? videtur quòd 5
non, nempe qui sunt speciali nota digni, si non exprimantur, *Cardinalibus dirigãtur noĩationes.*
non comprehenduntur. l. item apud. §. hoc edictum. ff. de iniur. text. in cap. 2. de offi. deleg. in 6. vide Feli. in ca. cum in iure.

de offic.delega.cap,quod super.de fide instrumen.

Tex. concorda.in §. si quis verò. ¶ Tamen in d.§.si quis verò, exprimuntur,cuius verba insero, si quis verò cuiuscunque status, etiam si cardinalatus, patriarchalis,aut pontificalis, vel alterius cuiuslibet dignitatis, contra prædictum ordinem, & qualificationes superius ordinatas, de dignitatibus,personatibus,administrationibus, vel officiis, seu quibusuis aliis beneficiis ecclesiasticis huiusmodi, aliter quàm modo prædicto disposuerit, dispositiones ipsæ sint ipso iure nullæ, collationésque & prouisiones ac dispositiones illorum ad immediatum superiorem deuoluantur, qui eisdem personis modo præmisso qualificatis prouidere teneatur,&c.

6 ¶ Alioqui non cóprehenduntur cardinales,nisi exprimantur,vt pulchrè consuluit Petrus Anch.consi.295.pro clariori.vbi dicit quòd dispositio quantumcunque generalis si sit odiosa, non comprehendit superlatiua,vel maxima,aut maiora expressis.ca. sedes.de rescri.alioqui frustra essent ibi expressi.Item exprimun tur.in cap.vno.§.omnem.de schisma.in 6. Sic consuluit Barb. consi.23.scripsit propheta.col.8.in 3.q. volu.1.ac in c.in nostra, nume.6.& sequen.de rescrip.& Roma.consil. 498.in casu quo col.1.& sic cardinalibus possunt dirigi nominationes, si collationes in regno habeant, & ipsi tenentur nominatis sic prouidere & graduatis,prout statutum est eod.titu.in concord.etiam si haberent indultum,quod non potest tollere iura regni,vt dico in dicto §.si quis verò.

7 ¶ Quartò,an cóprehendantur episcopi ætate minores? videtur ꝙ non,quia per verba generalia cuiuscúque sexus códitionísve sit,non cóprehenditur minor,nisi exprimatur.tex.iuncta glo.in l.promittendo.ff.de iure dot.sequitur Alex,& Ias.in l.1.§.nunciatio.col.5.ff.de operis noui nunciat.vbi dicunt ꝙ verba generalia restringuntur ratione ætatis, quia defectus iuris naturalis nunquam censetur sublatus, etiam si lex loquatur cum termino vniuersali,& geminatione verborum.Ias.in l.2.§.prætor ait.ff. qui satisdat.cogant.facit l.emptor.§.fina.de pact. Contrarium teneo,quia tertia pars beneficiorum est affecta nominatis & graduatis.§.præfati.in 1.de collat.in cócordat.Ideo siue collatores sint minores,siue maiores,tertia pars beneficiorum remanet affecta,ad quemcunque veniat collatio.argu.l.venditor.ff.de iud. Item hic ligantur episcopi,& postquam minor habet illam dignitatem,ergo debet in hac constitutione comprehendi.nam ligantur collatores ordinarij, ergo quicunque sint, siue maiores,

Minores episcopi cóprehenduntur in concordatis.

siue

fiue minores, imò potius debent hi adstringi, quàm maiores ex mente concordatorum, vt conferant graduatis & nominatis.

¶ Alioqui cum nil sciant, aut scire præsumantur. l. fina. ff. de iur. & fact. ignorant. suis similibus ignaris & iuuenibus omnia beneficia conferrent, etiam si haberent præceptores doctos. Memini me legisse, quòd quidam Necromanticus habebat discipulum nobilem, qui sibi maria & mótes promittere solebat: quem volens tentare præceptor Necromanticus, per artem fecit, vt discipulus videretur electus in imperatorem. Magister id temporis rogabat eum, vt sibi daret bona iamiam toties promissa. at ille discipulus suo præceptori non erubuit dicere, nescio quisnam es. tunc magister, ego sum ille, inquit, qui tibi omnia dedi, & etiam tollã. & sunt hodie multi discipuli suis præceptoribus ingrati, vt omnibus est notum. Præterea qui habet nomen, & effectum debet habere. l. à nullo. C. de feriis. sed minor scopulus habet episcopatum, ergo comprehendetur. insuper minor ætate factus cum dispensatione episcopus poterit beneficia conferre, vt not. in c. cum nobis olim. de electio. & plenè Io. de Selua in tracta. de beneficio, in 2. parte. quæst. 6. ergo & ei dirigi poterunt nominationes, alioqui episcopuli (vt ita loquar) cum suis nucibus essent melioris conditionis, quàm sapientes. contra. ca. cum qui. de præbend. in 6. de quibus dicitur ecclesiæ, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Psalm. 44. quod dictum exponit beatus Augu. in c. si. 68. dist. sic inquiens. Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt, & constituti episcopi, &c. pro hoc bene facit tex. in l. 3. iuncto. §. pupillus. ff. de negoc. gest. vbi edictum generaliter loquens comprehendit pupillum. Nec obstat glo. in d. l. promittendo, quia potest intelligi, quando materia non caderet in minorem, vtpote in delicto. tunc minor non comprehenderetur, alioqui sic, tex. in extrauag. ad reprimendũ. in verbo cuiuscunque status, dignitatis, vel conditionis. vbi dicit minorem comprehendi, dum tamen sit in tali ætate, in quam delictum cadere possit. c. 1. de delictis puero. c. fin. de reb. eccles. non alienand. lib. 6. extra. cum detestabile. de simon. in communib. Corne. consi. 152. licet in hac. col. 1. volu. 1. 8

Not. de Necromantico.

¶ Quintò, quæro, an comprehendatur fœmina habens collationem beneficiorum? videtur quòd non, quia hoc expressisset concordatum, si voluisset. c. ad audientiam. de deci. & potius faceret se sarracenam quàm vt voluptati suæ non obtemperaret, pulcher tex. in ca. tua nos. de iureiuran. Tamen contrarium cre- 9

Fœmina an nominationes dirigi possint.

do,per illa verba in dicto §.si quis verò.in verbo cuiuscunque status.& ibi cuiuslibet dignitatis,siue sit masculus,siue fœmina: exponit gl.in d.extrauag.ad reprimendum. in verbo conditionis.Barba.consi.23.sapientissimus.col.4.in 2.volu. Facit etiam verbum quis, quod comprehendit, tam masculos quàm fœminas.l.si quis id quod.ff.de iurisdict.om.iudi.l.1.de verb. signi.& ibi plenè dixi.cap.si quis suadente.17.q.4.& dixi in tracta.de pacifi.possess.in princip. Ideo quando abbatissa confert beneficia, ex priuilegio,eidem poterunt nominationes dirigi.& quòd abbatissa conferat beneficia est tex. in cap.dilecta.de maior. & de obedien.& in ca.dilecto.de testi. Ita tenet in propriis terminis Cardina.in c.cum dilectus.3.q.col.5.de consuetu. doct.in ca.fi. de concess.præben.Maleret. in tract.de elect. in 5.limita. fo.21. col.3.Roch.de Curte in tract. de iure patro. q.1.in verbo competens,vbi pulchrè concludit etiam meretrici posse competere iuspatronatus rationibus multis, quas ibi videre licet.

¶Hodie in Francia quædam matres istorum schopulorum , & rabatum,regunt, & recipiunt redditus episcopatuum, & abbatiarum,& inter claustra religiosorum resident,& mala quæ non audeo exprimere ibidem committuntur,quibus Deus opti. maxi.prouidere velit oramus, de insatiabilitate prælatorum regni, & eorum pessimo regimine,alibi abundè tractabo.

Capitulo an nominationes dirigantur.

10 ¶Sextò, an capitulo dirigi possint nominationes ? & breui respon.quòd sic,quando collatio beneficiorum ad illud spectat, quia & mandatum potest dirigi.c.eam te.de rescrip.c.si capitulo.de concess. præbend. in 6.dixi in §. præfatíque ordinarij. in glo.quicunque.de colla.

Iure deuoluto cōferēs nominatis & graduatis tenetur prouidere.

11 ¶Septimò , quæro an comprehendatur is qui confert iure deuoluto?textus in dicto.§.si quis vero.hoc exprimit, ibi, prouisiones ac dispositiones illorum ad immediatum superiorem deuoluâtur,qui eisdem personis modo præmisso qualificatis prouidere teneatur: & si contra venerit, ad alium superioré deuoluatur prouisio & præsentatio huiusmodi gradatim , donec ad sedem Apostolicam fiat deuolutio , &c. Ecce ergo quomodo superior iure deuoluto tenetur eisdem conferre personis , quibus tenebatur inferior ante deuolutionem. igitur si beneficium erat conferendum regularibus per primum conferentem , religiosis conferri debebit per secundum ad quem est facta deuolutio, si nominatis conferre debebat primus , & secundus tenebitur eisdem prouidere,alioqui non valebit collatio in contrarium

rium facta.text.elegans in clem.vna.de supplen.negli.præla.gl. in §.si quis. in verbo similiter. de colla. in prag. quia res transit cum suo onere.l.alienatio.ff.de contrahen.empt.c.si quis laicus.& ibi glos.16.q.1. tum quia subrogatum debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.tum quia ius eligendi transit cum eadem qualitate. Romanus singu.478.pone quod arbitrium,quod facit 12
pro consulibus Montispessulani, qui intra certum tempus habent eligere doctorem licentiatum,aut nobilem in primum cōsulem:vt si intra id temporis non elegerint,deuoluatur collatio ad proximum superiorem,id est ad gubernatorem, qui debebit eligere eosdem,quos consules tenebantur,videlicet doctorem, aut nobilem,licet grauatè hoc faciant.

No.pro consulibus Mōtispessulani.

¶Item qui in alterius locum succedunt,eo debent iure vti,quo ille vti debebat.Regula,is qui.de reg. iur.in 6. vtpote si monachi de gremio eligere debebant,& non eligant, ad superiorem fiet deuolutio cum eadem qualitate. Ioan.Andr.in mercuria.in regula contra eū.de reg. iur. in 6.Alber.in l.in contrahenda.ff. illo titu. Roma.in repet.l.si verò.§.de viro.fallent.20.ff.solut. matri.

¶Facit quòd si alicui est relicta res cū hoc onere,vt nō possit eā 13
alienare,ille postea ad quem transibit per ius accrescendi,etiam non poterit eam alienare.l.vna.§.sinautem ad deficientis.C.de cadu.tollen.Ias.in repet.l.re coniuncti.col.2.nu.3.ff.de leg.3.

Res transit cum suo onere.

¶Itē si posteriori creditori fiscus successerit, eo iure vtetur quo 14
is vsurus erat,cui succesit. l.non intelligitur.§. si posteriori.ff. de iure fisci.facit lex prima.§. is etiam. vt legato, seu fideicom. nom.cauea. Præterea si quis habeat expedire actum cum consilio alicuius,& ille delegauerit actum,delegatus tenebitur requirere consilium sicut primus tenebatur.text.in ca.cum in veteri. notab.3.de elect.Panor.idem dicit in iudice,ibi, quem sequitur Feli.in ca.cum dilecta,col.12.amplia.7. de rescrip.vbi iudex ecclesiasticus supplens negligentiam iudicis secularis , debet procedere summariè , sicut secularis tenebatur . Adhæc subdelegatus eiusdem debet esse qualitatis, sicut delegatus.cap.statutum. §.in nullo. de rescrip. in sexto. & eadem tempora concedi debent subdelegato, quæ delegato vel ordinario,qui delegauit.l. si iudex. cui certa.ff.de iudic.

¶Consequens est,quòd si nobilis colligat pedagiū supra pontē,& eo destructo alius reficiatur,idē vectigal poterit exigi,cum 15

Refecto pōte an vectigal impositum debeatur.

pons censeatur esse constructus cum eadem qualitate, sicut primus erat. Bald. in l. si plures. col. 4. ver. vidi dubitari. C. de conditio. insert. & in l. 3. in fi. de priuileg. fisc. Maleret. in tract. de elec. fol. 47. in 5. quæst. Vlterius res transit cum sua causa, suísque vitiis. l. Pompo. §. cum quis. & ibi Ioá. Crotus plenè in 1. notab. ff. de acquiren. possess.

16 ¶ Nõ absimile est, quòd si patronus propter negligẽtiá perdat potestaté præsentandi, tamen superior conferens non potest aliter conferre, quàm natura beneficij requirat, vtpote si sacerdos debeat præsentari per patronũ, episcopus sacerdoti cõferre debebit. Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 3. parte. q. 49. & Boer. in addit. ad Mendag. in tracta. de elect. c. 1. in fi. primæ partis.

17 ¶ Et idem si patronus tenebatur præsentare aliquem de familia fundatoris. Postremò si testator dederit formam distribuendi bona sua ad causas pias, & executore negligente deuolutio fuerit facta ad episcopum, is debebit exequi secundũ formam à testatore traditam, quia licet sit à persona recessum, non tamen à forma. ita expresse tenet Bal. in l. si puella. C. si mãcipiũ ita fuerit alie. vt manu. Barb. in ca. venerabili. col. 3. de off. deleg. & in ca. possessiones. col. 2. de rebus eccle. non alienã. Corset. in sing. incip. consilium. & sic episcopus, vel archiepiscopus etiam iure deuoluto beneficia conferens, tenetur conferre iuxta concordata. faciũt multa alia quæ hic possem congerere, quæ adduxit Fel. in c. 1. versi. declar. nu. 9. de rescrip.

18 ¶ Fallit quando ille, à quo deuoluitur, tenebatur, aliàs nõ, ideo si ab episcopo extra regnum sit deuoluta potestas ad archiepiscopum regni, non tenebitur conferre graduato vel qualificato; quia cum beneficium extra regnũ nõ habeat onus nominationum, nec archiepiscopus in illis habebit aliquod onus, quia res transit cũ suo onere, quando habet alioqui fine. l. alienatio. ff. de contrahend. emptio. Initium enim est spectandum. glo. in ca. dudum. 1. de electio. & postquam primus conferens non est grauatus, nec secundus. probatur in §. si quis verò. de collat. in cõcor. facit quòd legatus non potest conferre beneficia extra prouinciam vacantia, etiam deuoluta ad prælatum suæ prouinciæ. gloss. in §. visum, in verbo legatorum de. collatio. in pragma. & latius Brunel. in tracta. de dignita. legat. in 19. conclus. in 2. declarat.

19 ¶ Octauò, quęro an is ad quem collatio iure deuoluto spectat, alteri quàm nominato vel graduato cõferat, puniri debeat pœ-

Declara-

nis

nis contentis in d.§.fina.de colla.in concord.vbi suspenditur à collatione beneficiorum per octo mẽses? & videtur quod nõ,quia d.§.loquitur de collatoribus ordinariis,& sic videtur intelligẽdus de his qui primo loco conferunt,cũ omnis actus debeat regulariter intelligi de primo.l.boues. §.hoc sermone.ff.de verb.signi.c.non potest.de præb.in 6.& vtrobique dixi.& quia pœnæ sunt restringendæ.l.cum quidam.ff.de liber.& posthu.l.at si quis.§.diuus Marcus.ibi, pœnam tamẽ in eum statutam nõ esse.ff.de religio.& sumpt.funer. In cõtrarium videtur d.§.fi.qui omnes collatores astringit ad eandem pœnã.etiam in §.si quis verò,præcipitur vt sic cõferant,& cum ista qualitate. Ideo clausula in fine posita ad omnia referetur.l.talis scriptura.§. fi.ff.de leg.1.dixi in repet.l.vnic.in gl.& nõ ex quibusdã. C.de sentẽtiis quæ pro eo quod interest. Nec obstat si dicatur quòd est secũdus collator,quia eidẽ cõferre debet sicut primus,vt supra dixi.ideo cum sit collator,eadem pœna astringetur, cum tex.non loquatur de primo,nec de secundo potius quàm de alio, ideo omnes cõprehendẽtur,quia indefinita æquipollet vniuersali.c.vt circa.de elect.in 6.Itẽ quia dispositio §.fin. redderetur frustratoria,si non comprehenderentur illi qui iure deuoluto cõferunt,& nũquam conferrent graduatis,ergo pœna ad illos extẽdetur,quia etiam in pœnalibus licita est extensio, quando dispositio legis vel statuti posset reddi illusoria. l.1.§.pecuniam.& l.seq.ff.de calumnia.sequitur Ias.in d.l.cum quidam,in fin. huic tamen opinioni contradicit dictus §.fin.ibi,quibus graduati & nominati debitè,&c.cui standum est.posset tamen altera opinio sustineri,quando nullus esset nominatus,vel graduatus,vel si non insinuasset,tunc collator alteri cõferendo nõ puniretur,per ea quæ notat Bonifacius in d.cle.vna.in fi.princi.vbi dicit,quãdo non inuenitur aliquis idoneus ad regimẽ ecclesiarũ vacantiũ,tũc recipietur alius,vtpote si religiosus sancti Benedicti debebat eligi,& nullus inuenitur idoneus,ibi,tunc ex alio monasterio assumi debet alius,arg.ca.ne pro defectu.de elect.& no.in c.cũ singula.in fi.de præbẽ.in 6. Nam deficientibus idoneis inhabiles admittũtur.l.vt gradatim.§.1.ff.de munerib. & honorib.& hoc procedit tam in primo collatore,quàm in eo qui iure deuoluto confert.c.graue.de præb.& ibi notatur.

tio §.fi.de collat.in concorda.

¶Secundo,fallit in papa.is sibi retinuit in §.declarãtes.de mãdat.apostoli.in concord.& quia plenam in beneficiis habet potestatem.cap.2.de præb.in 6. & si papa nollet conferre qualifi- 20

cato.posset quis impetrare tacita qualificatione.gl.in §.quod si quis,in verbo pontificem.de coll.in prag.sequitur.Ioan.de Selua in tract.de benefi.in.3.parte.q.50.in fi. Istud tamen est superuacaneum,quia non solet papa recusare collationes idoneis peritísque,cum sit liberalis.c.sedes.de rescript.

21 ¶Nonò, dubitatur an nominationes possint dirigi patronis laicis?videtur quòd sic,per d.§.si quis verò. vbi vult omnes teneri cuiuscunque status aut dignitatis sint,sed ista verba cóprehendunt tam laicos quàm clericos.glos.in l.promittendo.ff.de iure dot.quam ad hoc not.Barb.consi.23.sapientissimus,columna quarta,in 2.volu.& consi.21.clementissimum, columna 4.in 4.vol.& consil.41.immortalem deum.col.2. eodem volu. gl.in verbo conditionis.in extrauagan.ad reprimendum, quomodo in læsæ maiestat.crimine proceda.Item ponderatur verbum cuiuslibet dignitatis,in d.§. si quis verò positum , quod exponit gl.in d.clem.1.in verbo quibuscunque, de iud. vbi exponit cuiuscunque dignitatis ecclesiasticæ,videlicet vel mundanę,etiam si imperiali,vel regali præfulgeat dignitate.ecce ergo & illustres & non illustres clericos,& laicos comprehendi sub hoc verbo cuiuscunque dignitatis,& illam glo.sing.not. Barb.consil.1.colum.22.in 1.vol.& d.consi.23.col.4.in 2.volu.& consi.87.illud. columna 5.& consi.seq.in 3.vol.ac consi.41.illud,col.2.in 4.volu.& consi.18.colum.penul.in eodem vol . Curtius in tracta.de feud.in 3.parte.in fi.Hippoly.cõsi.80.qui cuncta.nu.37. & seq. & consi.84.nume.29.facit tex.in l.1.§.1.ff.vt lega.vel fideicom. nom. caue.l.raptores.in fi.C.de episco.& cleri. Tertiò facit cle. dudum.versic.huiusmodi.ibi, quibuscunque & quomodocunque.de sepul.Quartò,facit tex.in §.fi.in authent.de hære.& falcid.collat.1. vbi sic dicit,hæc omnia obtinere sancimus in omni persona,& postea declarat,siue priuata,siue militari, siue sacerdotali,siue imperiali,siue alterius cuiuslibet. communem náque in omnibus hominibus hanc legem imponimus , quem text.ad hoc ponderat.Barb.consi.88.illud referam.col.5.in 3.vol.Quintò,facit glos.sing.in cle.1. de re iud. vbi dicit quòd hæc dictio quæuis causa,includit spirituales,vel quasi criminales,ciuiles,& mixtas.sequitur Barb.consi.21.clementissimum.col. penul.in 4. vol.& consi.41.immortalem.colum.2. vol.eodem. Sextò,succedit cle.1.ibi,cuiuscunque ordinis & códitionis existant.de senten.excom.sequitur Barb.consi.47.clemétissimũ. col.3.in 4.volu.ca.ne aliqui.de priuile.in 6.In cótrariũ me inclinant sequentia

Patronis laicis an possint dirigi nominationes.

tia,primò quia in d.§.si quis verò.& §. præterea.exprimuntur patroni ecclesiastici,ergo patronos laicos non videtur comprehendere,sed excludere.argu.c.qualis.25.dist.l. cum prætor.ff.de iud.ne laici à fundatione ecclesiarum retrahantur.c.decernimus 16.q.7.

22 ¶Et dicitur patronus ecclesiasticus, quãdo ius patronatus spectat ad ecclesiam,seu ad personam ecclesiasticam intuitu ecclesiæ,not.in c.dilectus.de offi.leg. si verò spectet ad laicum, siue ad personam ecclesiasticam ratione personæ, vtpote quia clericus successit patri,vel consanguineo,dicetur patronus laicus, vt not.in c.1.&.c.ex insinuatione.&.c.dilectus.de iure patro.&.c.1.illo titu.in 6.Imol.in c.dilectus.3. col.2. de præbend.& si patronus laicus donauerit iuspatronatus ecclesiæ, efficietur ecclesiasticum,teste Dec.consil.542.præsupposita.nu. 8. per no.in c.vno.de iure patro.lib.6.

Quis dicatur patronus ecclesiasticus, vel laicus

¶Secundò probatur,verba generalia non comprehendunt patronum laicum,nisi exprimatur,c.2.ibi, quacunque authoritate munitus sit.de præbend.in 6.licet gloss. ibi contrarium teneat, quam communiter reprobant doct.ibidem, & Lappus allega. 96.beneficia.Feli.in c.in nostra.correla.38.de rescrip.& in trac. quando literæ apostolicæ.Roch.in tract.de iur. patro.in verbo competens alicui.q.24.

¶Tertiò, papa potest ritum iudiciarium & ordinem quo ad suum forum tollere.gloss.in cle. dispendiosam, in verbo vsuris. de iud.ergo etiam poterit grauare patronos suos, videlicet ecclesiasticos,non laicos: & quia ista non fuit intentio papæ nec regis,cum tantum voluerint grauare patronos ecclesiasticos, ideo illos expresserũt,aliàs expressissent laicos.c. ad audientiam. de decimis.

¶Quartò,reseruatio facta generaliter per papam de beneficiis, nõ trahitur ad beneficia iurispatronatus laicorum.c.2.de præb. in 6.Roch.in d.tract.de iur.patr.in verbo competens.

¶Quintò, præcedentia declarant sequentia, & contra l. hæredes palam.§.sed & si notan.ff.de testa.sed in præcedentibus.§. & in sequen.in d. titu. de colla.fit mentio de patronis ecclesiasticis tantum,ergo non comprehenduntur patroni laici.

¶Sextò, legatus nõ potest conferre beneficium spectãs ad præsentationem patroni laici.c.cum dilectus.& ibi plenè notat.de iur.patron.multo minus vniuersitates hęc grauare beneficia po terũt,nec nominationes ad dictos patronos laicos dirigere.hoc

enim esset falcem in alienam messem apponere, contra c.nouit. de iud.& istud est verius. Fallit quando patronus donasset ius patronatus ecclesiæ, tunc naturam aliarum rerum ecclesiæ assumeret. tex. in c. dilectus in 3.& ibi not. Panor. de præbend.& eo casu diceretur patronus ecclesiasticus, non laicus. c. vno. de iure patro. in 6. Item non possunt dirigi clerico habeti collationem cum laico, vt plenè declaratur infra. q.15. ver. tertio non, &c.

23 ¶Decimò, quæro, an prælato habenti priuilegiũ ne quis possit conferre sua beneficia, possint dirigi nominationes? videtur q non, quia frustra dirigerentur, si beneficia nominatis non teneretur conferre. Cõtrarium est verius, quia & si priuilegium hoc à papa concessum fuerit post concordata, debet tamen restringi & modificari secundum concordata, videlicet, vt nullus posit conferre beneficia, quorum collatio libera est. secus ergo in beneficiis iam affectis graduatis, & nominatis, & ita recipitur hoc priuilegium in parlamẽtis Franciæ, saluis qualificationibus & regni restrictionibus, ac modificationibus concordatorum, vt vidi recipi quædã à senatu isto, quod facit contra cardinales Frãciæ talia habentes indulta, vt nominatis & graduatis iuxta concordata prouidere habeant, vt superius dictum extitit.

Prælato habenti priuilegium ne alius sua beneficia cõferat, nominationes an dirigi posint.

24 ¶Vndecimò, quæro, an illis qui habent ecclesiam in commendam, posint nominationes dirigi? Respon. cum habeant canonicum titulum. c. dudum. in 2. de electio. possunt illis dirigi nominationes, sicut habentibus titulum maximè in hoc regno, in quo omnes commendæ dantur ad vitam, vt dico in tract. de pacifi. possess. in 5. amplia. & hæc commenda cum libera potestate maximè solet fieri cardinalibus, secundum Panor. in c. cũ nobis olim. no. vlt. de elect. ideo dicebat Alcia. in l. pactũ curatoris. C. de pac. quòd potest cardinalis dissipare fructus beneficij dati in commendam, sed hoc reprobaui in interpre. c. postulastis. de clerici. excommuni. minist. & nouissimè D. Probus apud Io. Mo. in ca. nemo. de elect. in 6. & hodie multi habẽt beneficia ad cõmẽdam tantum, non vt ecclesiæ seruiant.

Cõmendatariis an possint dirigi nominationes.

25 ¶Duodecimò, quero, nominationes directę sunt episcopo Magalonen. eo mortuo aliquis possidet episcopatũ de facto, alter verus episcopus nõ est in possessione. an ille, qui est in possessione, teneatur conferre beneficia qualificatis? videtur quòd non, quia non est collator ordinarius. de quo in §. præfatíque ordinarij. de colla. Cõtrarium dicerem, quia hic non debet esse melioris conditionis, quàm verus collator. c. qui eum. de præbend. in 6

Qui est in possessione an teneatur conferre nominatis.

in 6.l.Seruius.ff.quod vi aut clam.Item si imponatur onus episcopo Bononien.& aliquis sit in possessione episcopatus de facto,is idem tenetur ad onus.Paul.in propriis terminis,in l.inter quos.§.si dominus.ff. de damno infecto. vbi plus dicit, quòd si cõmittatur causa episcopo Parisien. videtur cõmissa illi,qui est in possesione.Allegat Ant.de but.in c.per venerabilẽ.in 6.no. per illum text.qui filij sint legi.vide in decisio.Rotę.7.duobus, &c.in rub.de iud. Et an prælatus, qui iurauit soluere nomine prælaturę,teneatur facta renunciatione episcopatus.tradit Bal. in c.venerabilem.col.penul.de electio.

¶Decimotertio quæro,an coadiutori posint dirigi nominationes,& is nominato prouidere teneatur? Respon.aliquando datur coadiutor dementi,furioso, aut alij in totum impedito, & tunc cum ipse coadiutor posit cõferre beneficium propter diuturnam vacationem,quia nescitur quando resipiscet episcopus,vel morietur.l.ambiguitatem.C.de vsufruct.arg.l.inter bonorum.ff.de administratio.tutor.& tunc possent dirigi episcopo & suo coadiutori.nam licet coadiutor nõ posit alienare.c.1.in fi.de cleri.ægro.lib.6. tamen cum collatio beneficiorum sit alienatio necessaria,poterit per hunc coadiutorem fieri,quia voluntaria tantum prohibetur,inter quas multũ refert.l.alienationes.ff.familiæ herciscũ.l.1.de fundo dotat. non alienan. Oldra. cons.44.quæritur si episcopus.glo.in §.ordinariis.in verbo iurisdictio.de colla.in prag. Aliquando coadiutor datur suspecto de dilapidatione,vt in c.venerabili.de offi.deleg.vel leproso.c. tua.de cleric.ægro. vel datur alteri impedito exercere officium, propter infirmitatem aut senectutem.c.ex parte de cleri.ęgro.& debet esse perpetuum impedimentum c.1.de cleri.ægro.lib.6.Et dicitur perpetuum,licet tolli posit per diuinum miraculum.c. fraternitatis.de frigid. & malefi. & tunc si coadiutor datus est ad spiritualia & temporalia,videtur habere generalem & liberam potestatem.c.1.in 7.q.1.&.c.quamuis sit triste. &.c. petisti, ibidem.c.grandi.de supplen.negli.prælat.in 6.& hoc casu non confert beneficia,sed episcopus confert cum consensu coadiutoris.arg.c.ecclesiæ.§.fi. de supplen.negli.prælat.in 6.Archi.& Philip.in d.c.1.sicut nec curator adulti nuptias contrahit.argu. l.in copulandis.C.de nupti.& aduerte quòd ex causis supradictis datur episcopis inuitis,& aliis superioribus à solo papa.d.c. vnico.de cleri.ægro.in 6.inferioribus verò datur coadiutor ab eo,qui habet potestatem instituendi, & destituendi c.1.& 3.de

26 *Coadiutori an nominationes posint dirigi.*

Quid potest dici perpetuum licet posit tolli per diuinum miraculum.

cleric.ægrot.episcopus tamen vel archiepiscopus potest cũ consensu capituli assumere sibi coadiutorem,vel cum assensu maioris partis,non capitulo inuito.d.c.vno. de cleri.ægro.lib. 6.vbi vide.& licet his coadiutoribus non essent directæ nominationes,tamen ipsi tenerentur prouidere iuxta mentem concordatorũ.Primò,quid sit coadiutor. secundò vnde dicatur.tertiò quis detur.quartò cui detur.quintò qualis detur.sextò per quem.septimò,quod sit eius officiũ.octauò quæ potestas. nonò an expiret potestas coadiutoris mortuo illo cui datus fuit.decimò an detur inuito.vndecimò cuius expẽsis alatur.duodecimò an plures vni,vel vnus pluribus dari possit.has quæstiones vide lucidè tractatas per Card.in d.c.fi.de cleri.ægro. vbi etiam Io.And.& alij tractant.vide ibi,si lubet.

De coadiutore vide hic multa remissiue.

27 ¶ Decimoquartò quæro,præsuli ab hostibus vel schismaticis capto,vel exuli,datur vicarius à papa in temporalibus & spiritualibus vsquedum durat impedimentum.c.si episcopus.de supplẽd. negli.prælat.lib.6.cle.1. de foro competen. nónne huic vicario generali possint dirigi nominationes? Respon.sic copulatiuè,videlicet episcopo Aurelianẽsi,& eius vicario.& is etiam tenetur nominatis prouidere,& graduatis, sicut episcopus si esset, tum quia tertia pars est affecta,vt dixi supra:tum etiam quia collator est,& quia omnem curam debet gerere quam ageret prælatus si præsens esset.c.1.&.c.quanuis.7.q.1.sic cõsuluit Oldra.con.208 quoniam ex tẽpore.col.2.dicens posse beneficia conferre,quando esset à papa constitutus.secus si ab alio.per c.ecclesiæ. §.fin. de supplen.negli. prælat. lib.6. quia procurator Cæsaris potest hæreditatem adire, quod non potest alterius procurator.l.1.§. vl.ff.de offi.procura.Cæsar.l.per procuratorẽ.de acquir.hæred. & sic iste vicarius tenebitur etiam secundum formam concordatorum prouidere,licet eidem non essent directę nominationes, sed episcopo tantum,dummodo insinuatio eidẽ facta fuerit,instar eius qui succesit in episcopatu,qui etiam tenetur prouidere nominatis,cum sit episcopus,& episcopo fuerunt directæ nominationes,quæ dignitas transit in successorem.c.quoniam abbas.de offic.deleg.& nõ moritur.c.si gratiosæ.de rescrip.lib.6.

Vicario an nominationes dirigi possint.

28 ¶ Et hic vicarius bene potest cõferre beneficia etiam episcopo. secus in vicario ab episcopo constituto,quia cum iure episcopi conferat,non posset eidem episcopo conferre. c. per vestras.de iure patro.inter enim institutum & instituentem debet esse discrepantia.c.fi.de insti. Soci.in l.1.§.si autem.ff.ad treb.sic consul-

Vicarius quando episcopo beneficia con

fuluit de Ripa,conſ.23. Iulius.col.2.lib.2. reſpon. ſed ſubſtitutus à vicario habēte poteſtatem ſubſtituendi poteſt vicario cōferre,quia ſubſtitutus capit poteſtatem ab epiſcopo,non à vicario.c.non indiſcretè.de procurat.vbi gl.dicit, quòd ſubſtitutus cenſetur eſſe à domino datus.text.in c.1.de offi.vica. in 6.& ibi doct.Auriol.in addi.ad de monte lauduno, in c.ſuper eod.de præbend.in 6.doctor.in cle.religioſus poſt glo.ibi, de procura. dixi in gl.conferre.in §.præfatíque ordinarij.de coll.vide ibi.& plenius quàm alius iſtam vicariorum epiſcoporum materiam tractaui in praxi beneficia.titul.de vica.archiep.epiſc. *ferre poſſit.*

¶ Decimoquintò dubitatur,quia eccleſię cathedrali vacanti datur quandoque procurator cum libera poteſtate adminiſtrandi in ſpiritualibus & temporalibus,& hic ſolet à papa dari,& dicitur viſitator.c.is cui.de elect.lib.6.Alexand. per illum tex.in c. obitum.61.diſt.& is poteſt conferre beneficia ſpectantia ad collationem epiſcopi,ſecundum Peruſ.& alios ibi, an huic poſſint dirigi nominationes?Et breui reſpond.quòd ſic,quia omnibus collatoribus eccleſiaſticis poſſunt dirigi,ſicut eſt hic.not.Panormit.in c.cum nobis.vlti.not.de elect. & is viſitator & adminiſtrator tenebitur conferre ſecundum qualificationes prædictas, etiam ſi nominationes eſſent directæ epiſcopo ſuo prædeceſſori.& ita ſeruatur. 29 *Viſitatori an dirigantur nominationes.*

¶ Aduertēdum eſt quòd licet capitulum vacante ſede non poſſit beneficia conferre.c.illa.ne ſede vacan.quia in fructibus computatur collatio.glo.in c.cum olim.de maior.qui debent reſeruari futuro ſucceſſori.c.quia ſæpe. de elect.in 6.& cle. penul.illo titu.nec poteſt recipere reſignationem alicuius beneficij animo permutandi,quia recipere reſignationem gratioſum eſt,& epiſcopale.c.admonet.de renun.c.quæſitum , de rerum permut. & ea quæ ſunt gratiæ & diſpenſationis,non deuoluuntur ad capitulum.Inno.& Bald.in cap . cum olim.de maior . facit quod notat Panor.in cap.verum.columnn.2.de for.compet . Nec poterit capitulum ſede vacante recipere profeſsiones. vt doc.ſcribunt in cap.licet,& cap. porrectum. de regula . tamen ne diutina vacatio contingat, poterit facere adminiſtratorem ſeu vicarium,qui poterit prouidere de beneficiis, quorum collatio eſt neceſſaria.Panormit.in d.cap.cum nobis olim. columna tertia qui tenebatur prouidere iuxta qualificationes poſitas in concordat. videlicet nominatis , vel graduatis ſimplicibus , prout eſt ibi expreſſum.Ioan.And.in cap.vno.ne ſede vacan.lib.6.Et iſti 30 *Capitulū vacante ſede confert nominatis.*

administratori poterit fieri insinuatio, vt infra dicam,& quando ecclesia patitur defectum ministrorum, vel alia subest causa rationabilis, poterit etiam capitulum beneficia dare in commendam. Card. in d.c. illa. in fi. hoc plenè tracto in praxi benefic. faciendo regulam cum limita. in titul. deuolutio. Hoc simpliciter tenet Præpos. in c. presbyteri. in fi. 24. distinct. Imò etiam sine alia causa poterit capitulum sede vacante beneficia vacantia cómendare,& œconomum ponere, donec per superiorem fuerit prouisum, quod est sing. secundum Panorm.& Perus. in c. bonę. de appellat.& miror quòd non seruetur. Et an taciturnitas beneficij faciat collationem huius visitatoris nullam sicut legati, dicitur in c. fi. de offic. leg. lib. 6. quòd non tenet Auriol. in addit. ad Guliel. de monte laudu. in d. c. is cui. vide ibidem. & archiepiscopus an possit dare hunc visitatoré, quod sic cum causæ cognitione,& vocatis quorum interest. in c. fin. de supplen. negligen. præla. in 6.

Capitulũ commendare beneficia potest.

31 ¶ Decimosextò quæro, an nominationes directę capitulo, comprehendant singulares canonicos? Et in hac quæstione facias casus sequen.

Nominationes directæ capitulo an comprehendãt singulos canonicos.

¶ Primus est, quòd nominationes directæ capitulo, non comprehendunt singulares canonicos, nisi vice capituli conferrent. per tex. elegantem. in c. cum in illis. §. fina.&. c. fina. de præben. lib. 6. quia aliud est capitulũ, aliud singuli. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocando. vbi libertus vniuersitatis potest vocare in ius sine venia singulos de vniuersitate, licet non vniuersos.& actor vniuersitatis, nó dicitur actor singulorum. l. 2. ff. quod cuiusque vniuersita. nec procurator vniuersitatis dicitur procurator singulorum, nec vnius facultatis solius dicetur procurator, per supradicta, quia etiam quod vniuersitati debetur. non debetur singulis. l. sicut ibidem.

¶ Secundus casus est quando nominationes diriguntur capitulo singulísque canonicis cum clausula coniunctim vel diuisim, tunc comprehenduntur singuli canonici, qui conferunt vice capituli per menses vel hebdomadas, per d. c. fina. Idé si non conferát vice capituli, sed vt antiquior canonicus ex fundatione beneficij collationé habet, tũc etiam adstringitur, quia ratione canonicatus de capitulo est. Panor. in c. pro illorum. de præbend. in gl. vl. per c. eá te. de rescrip. in 6. ibi, de capitulo ipso esses,&c.

32 ¶ Tertius casus, quádo collatio spectat ad canonicum iure speciali, ratione forte dignitatis, aut alia, non vice capituli, tunc nomi-

minationes capitulo etiam cum clausula coniunctim vel diuisim directæ,non adstringunt illum singularem canonicum.glo. & doct.in d.c.fina.Domi. de Rota decis.583. nota in diœcesi, in antiq.& decisio.10.sub rub.de concessio.præbend.quia non intendit papa grauare alteram dignitatem extra capitulum, per c.cum in illis.§.si verò.illo titu.lib.6.Ideo est necesse quòd nominationes expresse illi dignitati dirigantur,vel mandatum.gl. in tit.de colla.in §.statuit.in verbo spectat. Nam habentes dignitatem in ecclesia de iure non sunt de capitulo, nisi aliàs sint canonici,soli enim canonici faciunt capitulum,& vnum corpus cum episcopo.c.nouit.&.c.quanto.de his quæ fiunt à præla. Panor.in 3.nota.c.auditis.de elec.& in d.c.dilecti. not. primo.de maiori.Dec.in c.eam te.2.no.de rescrip. nam ratione illius dignitatis nō est de capitulo,sed ratione canonicatus,vt dicit Panor.in c.auditis.de elect. glos.in §.1.in verbo collegium. de elect.in prag.quare solent dirigi nominationes decano & capitulo,singulísque canonicis, & personis ecclesiæ , ac dignitatibus, vt vidi fieri.ideo si alicubi reperiantur habentes dignitatem sine canonicatu habere vocem in capitulo,illud est iure speciali. quare si nominationes dirigantur capitulo,etiam communiter vel diuisim,non comprehendetur iste habens dignitatem. glo. in d.§.statuit.quia episcopus potest esse vt canonicus in capitulo,& tunc antiquior canonicus eum præcedit, quia non censetur ibi tanquam episcopus.glo.in c.à collatione.de appellationi.in 6.igitur insinuatio(vt infra dicam) facta capitulo non ligat istum episcopum canonicū,nisi fiat illi sub episcopatus qualitate,& singulariter. D.Blas.Auriol.in repet.ca.eam te.nume. 1545.cum sequen.de rescrip.

Not. bene quomodo debent dirigi nominationes.

33 *An sufficiat dirigere nominationes capitulo non exprimendo caput.*

¶Vltimò,quæro an sufficiat dirigere nominationes capitulo, non exprimendo caput? Respondeo non, sed sic debent dirigi, decano & capitulo c. cum inter. de consue.in suprascriptione, ibi,decano & capitulo, vel præposito & capitulo.c.bonæ.in 2. ibi præposito & capitulo.de postulat.prælat.vel Archidiacono & capitulo.c.cum nobis olim.ibi,Archidiacono & capitulo Capuano.de elec.Et hoc verum est,quando istæ personæ sunt capituli caput.c.eam te.&.c.ex parte decani.de rescrip. vbi Anto. Panor.& alij notant,quòd appellatione capituli non potest cōprehēdi caput principale ipsius, nisi specialiter nominetur. per c.post electionem.de concessio. præbend . vbi probatur cōtra, vide ibi Imol.& in rub.de his quæ fiunt à prælat.sine consensu

capituli.facit c.inter corporalia.ibi, decano & capitulo Andegauen.de transla.episcopi.c.constitutus.de rescrip.c. proposuit. in suprascriptione,de concess. præben.c.dilectus.3. de præbend. cap.fi.§.1.de rebus ecclesi.non alienand.in 6.Ideo si quis impetret beneficium ad collationem capituli spectans,non comprehendetur,si spectet ad prælatum,quia prælatus non comprehenditur sub capitulo.vt nota.in cap.fi.de symo.c.post electionem de concessio.prębend.hoc pulchrè prosequitur Collecta.in ca. ecclesia.columna sexta,versicu.quid si quis impetret.de sortileg. tamen si sit expressus episcopus & capitulū, valebit rescriptum, vel mandatum, quia caput & membra sunt expressa.c.nouit,de his quæ fiunt à præla. & sic putarem valere mandatum & nominationes,si dirigantur capitulo , vel episcopo & capitulo,seu abbati & capitulo,licet non exprimatur alius,quia non possunt esse duo capita in vna ecclesia, ergo sufficit exprimere episcopū & capitulum,& ista ratio scripta est in antiq.in d.c. post electionem.facit c.dilectus.2. de præbend. Imol.in procemio decret. Grego.col,2.& ibi plęnè Feli. sed beneficia quæ decanus confert ratione suæ dignitatis,vel altera,quæ est caput capituli, nisi conferat coniunctim cum capitulo,non comprehenduntur, secus si caput exprimeretur,vt decano & capitulo Pictauen.communiter & diuisim,&c.

34 ¶ Et sicut appellatione capituli nō venit prælatus,per iura prędicta,ita appellatione vniuersitatis non venit rector,nec appellatione ancianorū venit vexillifer iustitiæ, qui est caput ipsorū, & ista est cōmunis doctrina secundum Barb.in 1.not. in d.c. ex parte.vbi limitat in fauorabilibus appellatione capituli & large,prælatū venire,per gl.sing.in cle.vt hi qui. in verbo,in eisdē. de æta.& qualitat.facit c.cum consuetudinis.ibi,capitulo Parisien.& ca.cum venerabilis.ibi,cōuentui Corbiensis monasterij. de cōsue.c.ecclesia vestra.ibi,Rothomagensi capitulo.&.c.Cumana.ibi,Cumanēsi capitulo.&.c.vt præteritæ.&.c.cū inter vniuersas.de elect.vbi in suprascriptionibus patet, & per Panor.& Feli,in procemio decreta. & per Barba.in tract.de præstā.Cardi.in q.7.partis.1.col.2.& in c.1.col. 10. de iud. & cle.2. col.31. de elect.c.dilectus in 2.de præben.Etiam dicerem in receptione facti sufficere exprimere capitulum,licet caput non exprimatur per text. in d.c. post electionem . vbi est casus expressus. Et sic patet quibus dirigi possint nominationes,quia collatoribus ordinariis habentibus collationem trium beneficiorum ad minimum

Rector an vniuersitatis appellatione comprehendatur.

mum.aliis verò collatoribus nõ habentibus collationem trium beneficiorum non dirigentur.d.§.præfatíque ordinarij. nec patronis laicis,vt dictum extitit.

¶Postremò quæro, si collatio spectet ad episcopum cum consilio & consensu capituli,an nominationes dirigi debeant,tam capitulo,quàm episcopo?respon. episcopo tãtum esse nominationes,vel mãdatum dirigendũ.per tex.in c.vno.§.1.ne sede vacan.in 6.nam quando collatio spectat ad vnum cũ consilio, & assensu alterius,ad illum solũ spectat collatio, & non ad consentientem.per illũ text. vbi hoc etiã docet Dom.& Perus.& in c. cũ in illis.in fi.de præb.in 6.gl.in verbo decẽ.in fi.§. nõ tamẽ. de colla.in Pragm.nã aliud est conferre,aliud cõsentire.l. aliud ff.de regu.iur.Ioã.Andr.in c.à collatione.de appellat.plenè Feli.in c.eã te.col.13.ver.si papa.ibi,præterea. de rescript. plus dicens nõ videri collationem spectare communiter cum illo,qui habet consentire,sed est propria episcopi,vt consului.Item nominationes diriguntur collatoribus, & patronis ecclesiasticis, & hi grauari tantum possunt.§.præfati. 1. de coll.in concor. & quanuis vt grauentur consentientes non sint collatores,tamen diriguntur eis mandata, & nominationes. alia in sequentibus dicentur.de his hactenus. 35

¶Quæstio nona principalis.

NOno principaliter quæritur,quæ sint in nominationibus exprimenda? Respon.sex,quæ inferius annumerantur.primò beneficia per nominatos possessa.§.volumus.rub.de colla. supra.Ratio est,vt vniuersitates instruantur,an impetrantes nominationes habeant duas præbendas in ecclesia cathedrali,collegiata,aut metropolitana, seu dignitatem cum præbenda, aut beneficia alia vsque ad ducentos florenos auri de camera. nam his casibus non debent vniuersitates nominationes istis concedere, nec collatores eisdem prouidere. ordina. regiis Ludoui. 12.primò publicatis ita cautum est, articulo 7. quæ est in aliis ordinationibus in rubric.*des graduez simples*, articulo quinto. & probatur in cap. ad aures. & cap.si proponente. de rescript. vbi quis tenetur in impetrationibus apostolicis exprimere beneficia, quæ habet, etiam si vnum minimum haberet,dicto cap.si proponente.& cap si motu. de præbend.lib. 6. & cap. non potest. ibidem.nam hoc non est tacendum, quòd posset mouere concedentem ad non concedendum, vel is ipse 1

Quæ sint in nominationibus exprimenda.

cōcedere nollet. si sciret. c. super literis. & . c. postulasti, & ibi plenè docto. de rescrip. De hac expressione in impetrationibus Apostolicis facienda, multa tradit Feli. in c. in nostra. de rescrip. quæ reassumit de Selua, in tracta. de beneficio, in 3. parte. q. 11. & sequen. dico in forma mandati Aposto. in glo, pro expressis. vbi trado triginta quæ debēt exprimi in impetrationibus, & in mandatis Apostolicis. ibi plenè licet videre.

Beneficia in nominationibus exprimi debent.

2 ¶ Primò, quæro an teneatur exprimere beneficiū, si habeat tantum vnum? videtur quòd non, quia text. in dicto §. volumus. loquitur in numero plurali, beneficia, &c. Ergo in vno non habebit locum, quia pluralis locutio, duorum numero, & non minori contenta est, regula pluralis. de reg. iur. in 6. c. is cui. de præb. eod. lib. l. falsa. §. fin. ff. de conditio. & demonstratio. Item mandatum papæ de prouidendo alicui de beneficio spectante ad collationem quorumcunque, non habet locum in beneficio spectante ad collationem vnius, puta episcopi, sed in eo quòd spectat ad collationem plurium, puta episcopi cum capitulo. sic consuluit Bal. cons. 42. factum tale. in 3. vol. Itē iuri exosum est habere plura beneficia. c. quia nonnulli. de cleri. nō resident. c. quia in tantum, de præb. & facilius prouidetur habenti vnum tantum, quàm duo. c. is cui. de præb. lib. 6.

Constitutio loquens in plurali an habeat etiā locum in singulari.

3 ¶ Contrarium teneo, quia quādo est eadem ratio in vno, sicut in pluribus, tunc lex vel statutum loquens in pluribus, habet locum in vno, vel si loquatur in plurali, habet locum etiam in singulari, & contra. l. ait prætor. §. negocia. sic accipere debemus, siue vnum siue plura. ff. de neg. gest. l. 1. §. item hoc edictum, licet singulariter scriptū sit. si tamen plures interuenerint, qui tutores nō erant, tamen locum habere debere Pōpo. scribit, quòd falso tut. l. singularia. ibi, ꝙ in duabus personis recipitur, hoc & in eadem persona recipiendum est. ff. si cert. peta. facit. l. hæredes. §. cum ita. ad Trebel. l. prætor. §. homines. vi bono. rapt. Ias. in l. gallus. §. quid si is. in 1. lectura. ff. de libe. & posthu. plenè Feli. in c. omnes leges. 1. dist. c. accepta. de appel. Itē facit ꝙ si papa mandat prouideri de beneficio in ecclesia Parisi. si pro aliis non scripserit, nō habebit locum mandatum, etiā si pro vno tātum scripserit. tex. & ibi Bal. & Imol. in c. mandatum. de rescrip. Archi. & Domi. in c. quanuis. 1. de præben. lib. 6. dico in forma mandati Apostolici in glo. si pro alio. facit tex. iuncta glos. in c. quia propter. de elect. Et sic satis per supradicta respondetur ad contraria, ꝙ regulariter pluralis locutio non verificatur in vno, per

iura

iura adducta pro prima parte, nisi identitas effectus, & rationis aliud inducat, & sic intelligũtur iura nouissimè allegata. Ita cõcludit Ias. in d.l. gallus. §. quid si is. col. 2. ff. de liber. & posthu. Deci. con. 471. iuridicam. colum. vlt. & con. 484. æquitati. Nec obstat verbum beneficia in d. §. Volumus, positum. quia potest referri ad plures nominatos, videlicet quòd quilibet nominatus teneatur in suis nominationibus beneficiũ quod habet, vel beneficia si habeat plura exprimere. & hoc innuit verbũ nominati, & verbũ per eos, & verbum teneãtur, posita in d. §. volumus. & sic singula singulis referemus, vt testatur glo. faciẽdum esse, in c. si quis pecunia. 79. dist. & c. cum singula. de præben. lib. 6. glo. in l. qui in futurum. ff. de pact. vel expone, vt infra dicetur.

¶ Secũdò quæro, quid si nominatus obtinuerit dignitatem, vel 4
personatum officium seu administrationem, an teneatur illa *An nominati teneãtur exprimere dignitates.*
exprimere, vel vnum illorum? Videtur quòd non, quia tantum exprimit tex. beneficia, ergo non intelligetur de dignitate, vel præbenda. argu. ca. nónne. de præsumpt. quia tex. expressisset si voluisset, vt expressit in §. præfati. in 1. de colla. Item quod non dicit concordatum, nec nostrum est dicere. l. si seruuum. §. prætor. ff. de acquir. hære.

¶ Respõ. verius esse beneficia in dicto §. volumus. largè accipi, 5
vt comprehendat omnia supradicta, & quodlibet aliud benefi- *Beneficij nomine cõtinetur præbenda, & quodcunque aliud beneficiũ.*
cium, sicut dicit glo. in regula, beneficium de reg. iur. lib. 6. glos. & doct. in c. si gratiosè. & ca. si propter de rescrip. eo. lib. & cap. vno. de rer. permu. eod. lib. glo. in c. postulastis. de rescrip. text. & ibi doct. in clem. vna. de renuncia, etiam comprehendere potest altaria. Barba. in cle. gratiæ. col. penul. de rescript. quando essent spiritualizata, vt nostri dicunt. secus si tantum sonarent in vim legati pij, distributiones tamẽ quotidianæ appellatione beneficiorum ecclesiasticorum non comprehenduntur. Domi. con. 85. super. 1. dubio. colum. 3. glos. in extra. execrabilis. in princi. in verbo beneficiorum. de præbend. in extra. Ioan. 22. Et quis de iure in mandatis apostolicis, & in aliis impetrationibus tenetur exprimere dignitates. cap. ad aures. de rescrip. Sic & in nominationibus, & nomine beneficij etiam continetur præbenda, per tex. in cap. si quis dator. ibi, ecclesiastica beneficia, quæ quidam præbendas vocant. 1. quæst. 3. cap. pro illorum. de præben. cap. tua. de verb. signifi. & decisio Rotæ. 247. habens gratiam. in no. plenè Domi. in c. alienationes. col. 2. in 12. quæst. 2. & etiam appellatione beneficij venit dignitas. glo. in cle. audi-

tor.in verbo beneficio.de rescrip.& Barb. plenè in dicta clem. gratiæ,ibidem. Feli.& Deci.in dicto c.postulasti. Ideo vicarius generalis,cui est data potestas conferendi beneficia,potest conferre etiam dignitates.de Rota deci. 437. nota vtrum vicarius. in antiq.Feli.in c.causam.col.10.ver.similiter.de rescrip.glo. & docto.in c.dudum.de præben.in 6.

6 *Procurator constitutus ad acceptādum beneficia,etiam curata,acceptabit et dignitates.* ¶Et procurator cōstitutus ad acceptandū beneficia,poterit acceptare curata,& non curata,etiā dignitates.Imol.in c.accedēs. col.3.de præben. quia talis cōstitutio tanquā fauorabilis est ita intelligenda,secundū eū.Ideo sufficit nominato cōstituere procuratorē ad acceptandū beneficia,licet alia nō exprimat, quod not.Feli.in c.postulasti.col.16.ver.facit etiā.de rescrip.Nec obstat ꝙ tex.non exprimat in specie.nā esto sanè,tamen in genere sic,cū appellatione beneficij veniat(vt dixi)omne beneficiū. ideo tātum expressit genus.nā tantū valeat expressio generis in suo genere,quantū speciei in sua specie.l. si duo ff. de admi.tut. alioqui dixissent conditores qui omnia iura in scrinio pectoris habēt.l.omniū.C.de testa.c.1.de cōstitutio.lib.6.& nō vsi fuissent verbo generali beneficia, nisi sciuissent oīa illa sub illo verbo includi. per adeptionē tamē secūdi beneficij factā per istum procuratorē nō vacabit primū.de Rota decis.143.habēs, in no.

Error in nominationibus an eas vitiet. ¶Quæro quid sit nominatus errauerit in sui beneficij expressione,vtpote habebat beneficiū sancti Pancratij,dixit se habere beneficiū sancti Paneratij,an vitiētur nominationes? Breui respondeo ꝙ non,quia error in syllaba non nocet.l.qui habebat. ff.de manumis.test.nec error in litera.c.ex parte.& ibi Panor.& alij de fide instru. dummodo sensus non mutetur. c. inter dilectos.de fide instr.& idē dicerē in literis.tōsuræ,& aliis per prædicta. Tutius tamen est,ꝙ reficiantur literæ, & sic vitabis processus,sed si refectæ nō fuerint,non nocebunt.Si tamen erraret in nomine sancti,nō etiam vitiarētur nominationes.per gl.in c. quāuis.1.in verbo non extēdit,de præben.in 6.Cardi.in c.cum secundum.illo titu.Feli.in c.significauit.col.2.de rescrip.

7 *Vicaria an sit exprimenda.* ¶Tertiò,an comprehendatur vicaria perpetua,ad hoc vt nominatus teneatur exprimere eam in nominationibus,si eam possidet? Breui respon.quòd sic,quia continetur appellatione beneficij,vt nota.supra.& Feli.& alij in cap.postulasti.& Nicol.Milius in reperto.in verbo beneficium.§.sexto.Dominic. & Philip.Perus.in cap.fi.de offic.vicarij,lib.sexto.vbi dicit quòd potestas cōferendi beneficia data vicario generali, comprehendit digni-

dignitates,& alia quæcunque beneficia; quum materia non sit ambitiosa.& quæ dicuntur in beneficio curato, habent locum etiam in vicaria perpetua.tex.in cle.vna.de offi. vicar.latè Panor.in c.extirpandæ.in repetitio.§. qui verò.de præben. & ibi dixi hoc anno in interpretatione illius §.

¶Quartò, quæro an nominatus in sua nominatione teneatur exprimere hospitale quod habet? Videtur quòd nõ,quia hospitalia non veniunt appellatione beneficiorũ.cle.2.de præb.contrarium concludit gl.in §.item quod vniuersitates.in verbo beneficiorum.de coll.in pragma.dicens quòd si nominatus exprimeret hospitale,nõ sic de leui obtineret nominationes,vel fortè non obtineret,vtpote si valeat ducentos aureos.& hoc tenet Brunell.conclu.15. tractatu.de dignita.l.4.decla. vbi dicit impetrantem beneficium à papa,vel à legato, teneri facere mẽtionem de hospitali,quia de omni eo,quod posset mouere papam ad negandum vel concedendum gratiam, facienda est mentio in literis gratiæ.Sic concludit Nicol.de milis, in verbo beneficium.§.9.vide glo.in cle.dispendiosam.in verbo beneficiis.de iudic. vbi dicit ꝙ licet appellatione beneficij non veniat hospitale,tamẽ quãdo parificantur ecclesiæ & hospitalia, quod in beneficiis statuitur,habet locũ & in hospitalibus.probat tex.iũcta glo.in verbo beneficium.in cle.vna,de rerum permut.vbi gl.extendit tex.loquentem in beneficiis ad hospitalia quę cõceduntur in titulum.& ibi sequitur Card.q.6.vide Fel.in c.de quarta. col.3.& sequen.de præscri.multa tradentem de hospitalibus. facit tex.iuncta doctrina doc.ibi in c.1.de eo qui mittitur in poss.vbi extendunt illum tex.loquentẽ in beneficio, ad hospitalia.& quando materia in qua profertur beneficiũ est proportionabilis ad hospitale,tunc comprehendetur hospitale, Barb. in c.ex literis.col.3.& sequ.de consuetud.Feli.in c.in nostra in 23. correla. de rescrip. & in hanc opinionem facilè descenderem, quando daretur in titulum & esset ecclesiasticum, non temporale, quia beneficia ecclesiastica tantum sunt exprimenda in nominationibus,vt patet in dicto §. volumus. Multa hic possem effundere de hospitalibus, quæ licet videre per doctores supra allegatos:& ego ipse multa congessi in d.cle.2.de præb. 8 *Hospitalia an sint exprimenda in nominationibus.*

¶Quintò,quæro an leprosariam vel elemosynariã teneatur nominatus exprimere? Breui per supradicta conclude quòd non, quãdo nõ erat beneficiũ ecclesiasticũ,alioqui cõtra.cle.quia cõtingit.de religio.domi.vide quæ plenè dicò infra.q.15. num.15. 9 *Leprosaria an sit exprimenda.*

10 ¶Sextò, quæro si nominatus possideat beneficia, de facto sine titulo, an teneatur exprimere in nominationibus? Videtur ꝙ non, quia videtur cessare ratio tex. ergo & dispositio. l. quod dictum. ff. de pact. Item iste qui de facto tenet, non dicitur propriè possidere: quia verbum possidere ad ius refertur, tenere ad nudum factum. leg. possessio. ff. de acquirend. possessio. l. stipulatio ista. §. hæc quoque. de verb. obligat. Petrus Ferra. in pract. in prima forma libel. verbo. 1. an dictus Ioan. &c. Alexand. consi. 35. in fi. in 6. volu. l. 1. §. quod ait. ff. quorum lega. allego. text. vltra eos. in l. 2. ibi possessores non conuenit appellari, qui ita tenent. C. de præscr. triginta ann. & l. pen. §. 1. ibi tenuerit ibidem. vide glo. in l. in rebus. C. de iure dotium. nisi addatur quòd de iure tenere posit. glo. in c. gratia. de rescript. in 6. Contrarium arbitror verius in odium violenti. c. eum qui. & ibi gloss. de præbend. lib. 6. Fel. post Ioan. And. & alios. in cap. in nostra. versic. spoliatus. de rescript. Prouinciale omnium ecclesia. fol. 55. quia non interest vtrum iure legitimo posideant, an non. text. in l. 1. §. non quærimus. ff. si quis omiss. causa. testa. Alioqui stultus & intrusus esset melioris conditionis, quàm peritus. contra d. c. eum qui. de præbend. lib. 6. Nec obstat quòd non posideat, quia largè & in odium suum dicitur posidere, nec refert iusta vel iniusta sit possesio. arg. d. ca. eum qui, l. 2. ff. de interdict. glo. in verbo posidebunt. de colla. in prag. §. item quod vniuersitas. hoc etiam tenet Cardi. in clem. 2. quæstio. 5. vt lite pend. & quod tenere aliquando accipiatur pro posidere, est text. in c. si beneficia. de præbend. in 6. ibi, quæ illi tenebant antea. l. cum proponas. in 2. C. de pact. D. Paulus Parisius in ca. causam. col. penult. de præscrip. ideo dicit solennis gloss. in §. si tres. de pace tenen. & eius viola. Beatus qui tenebit, hoc refert gloss. in regula cancel. 15. l. fi. C. de rei vendica. vide Lucam de penna in 1. col. 3. C. de deserto. lib. 12. igitur si vniuersitates sciuissent hunc scelestum alios spoliantem, eidem non concesissent nominationes. ideo illa taciturnitas vitiabit eas.

Possidere & tenere quid significent.

11

12 ¶Septimò, quæro an de his quæ non pacificè posidet, teneatur in nominationibus facere mentionem? gl. in propriis terminis in §. item ꝙ vniuersitates. in verbo posidebunt. de colla. in pragma. tenet ꝙ nõ. arg. c. licet. de præb. in 6. ca. commissa. de elect. eo. lib. cle, si plures. de præb. & in extrauagan. execrabilis. §. qui verò. Ioan. 22. quia verba sunt intelligenda cum effectu. l. 1. ff. quod quisque iur. ca. relatum. de cleric. non residen.

De possessis non pacificè, an sit mentio facienda.

¶Ex

¶ Ex quo infert quòd nominatus non tenetur facere mentioné de beneficio, cuius recredentiam habet, & pendet adhuc lis super pleno possessorio, quia per credentiam non efficitur quis pacificus possessor, sicut per primum decretum in realibus non consequitur missus veram possessioné sed custodiam, aut, vt alij volunt, possessionem commutabilem, quia intra annum venienti, & cautionem præstanti de parendo iuri, debet restituere fructus perceptos. l. si quis emptionis, in fi. C. de præscri. 30. vel 40. anno. ca. pastoralis. §. præterea. de offic. ordi. ca. 1. & 2. de eo qui mittitur in possessio. hæc ille. Ego contrarium teneo, quia postquam de eo, q̄ possidet de facto, tenetur facere mentionem, vt supra dixi, à fortiori & de illo, quod non possidet pacificè. Item tex. tantum dicit possessa, ergo siue fuerint possessa pacificè, siue non, oportet ea exprimere. Nam si voluissent tantum beneficia pacificè possessa esse exprimenda, hoc dixissent conditores. c. ad audientiam, de deci. & quia hoc non dixerunt non est nostrum addere, ad tex. illud verbum pacificè. Imo addens peccat in sanctum spiritum. Porcus, & ibi Ias. in §. 1. insti. de patria potesta. & in l. gallus. ff. de libe. & posthumis. Item indefinita æquipollet vniuersali. c. vt circa. de electio. li. 6. l. si pluribus. ff. de lega. 2. Et sic dum dicit possessa debet intelligi quomodocūque siue pacificè, siue non. Præterea potest ea per sententiam declarari ad se pertinere, & pacificè postea possidere incipiet, & tunc haberet vltra ducētos florenos auri de camera, & tamen impetraret nominationes, q̄ est prohibitū. Insuper fieret fraus legi, quia habētes beneficia vsque ad valoré ducētorum aureorum, facerēt sibi moueri litem super illis, & postea impetrarēt nominationes, & acceptarent alia beneficia, quod est prohibitū. Nec minus dicūtur possessa in effectu, licet sint litigiosa. not. per Card. in ca. de multa. §. 1. col. 1. de præb. & sic teneo, nec iura pro glos. allegata probant suam opinioné, nisi intelligas gl. in eo cui mouetur lis super possessorio, quia licet obtinuerit recredentiam, siue vt dicunt tenutam, adhuc nō dicitur in hoc regno maximè possidere simpliciter, sed sub manu regia. ideo non tenetur illud quod non possidet exprimere secundū quosdam, nos auté etiam dicimus teneri exprimere per supra allegata, & quando staret per eū qui habet recredentiam, quominus possideret, vtpote quia non prosequitur lité super pleno possessorio, tunc potest dici possessor. hoc expressè tenuit gl. in §. ité quod vniuersitates. in verbo possidebūt. de colla. in prag. quia paria sunt possidere, vel stare,

quominus possideatur. ar. ca. commissa. de elec. in 6. & tutius est exprimere. vide Alberi. in tract. stat. in prima parte. quæst. 177. item quæritur, &c.

13 ¶ Octauò quæro, cuidam collatum est beneficium, cuius possessionem nondum adeptus est, vult nominationes impetrare, an teneatur exprimere illud beneficiũ? Respondeo breui, non, quia illud non possidet, & beneficia possessa tantum debent exprimi, quanuis per solam collationem ius quæratur absenti in beneficio. c. si tibi, de præb. in 6. Inno. in c. inter cætera. de præb. gl. in §. itẽ quod vniuersitates, in verbo possidebũt. de colla. in prag. nisi in fraudem hoc faceret, & tutius & æquius est, vt mentionem facias, ne postea processibus inuoluaris, & hoc si scieueris, alioqui diuinare nõ teneris. ar. l. si putator. ff. ad leg. aquil. facit c. gratia. de rescr. in 6. nã qualitas iũcta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. 1. ff. de noxal. actio. sed ista qualitas, videlicet possessa, est iũcta verbo exprimere, ergo oportet quòd sint possessa tempore nominationis impetratæ. Nec refragatur, quòd in beneficialibus non cõsideratur possessio. c. 1. & per totum. de eo qui mittitur in posses. sed solus titulus. c. si tibi absenti. de præb. in 6. quia respon. hoc esse verũ, nisi lex figat pedem super possessione, vt in c. si à sede, de præb. in 6. & licet in mandatis & impetrationibus de iure ad rem sit facienda mẽtio, vt patet per Feli. in c. in nostra. de rescript. per illum text. tamen secus est in nominationibus, in quibus est expressum, beneficia possessa tantum esse exprimenda, & sic nondum acceptata non, nisi fraus esset, vt supra dixi. Quicquid dicant iuniores in hoc dicẽtes eandem esse rationem, & quia vniuersitates potuissent à concedendo retardare, & ista potuissent allegari conditoribus, sed tex. iam facto volenti possessa tantum esse exprimẽda non est addendum, & non possessa. & in certis non est nunc opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita in fi. ff. de verb. obliga.

Beneficia de nouo collata nõ possessa exprimuntur.

14 ¶ Nonò quæro, an tã de beneficio principali, quàm de vnito sit facienda mentio in nominationibus? Respon. non de beneficio vnito. ar. c. super eo de præb. li. 6. Ita expresse tenet Io. Brunel. in trac. de dignita. leg. in concl. 19. post glo. in §. item quòd vniuersitates, in verbo qualitates. de colla. in prag. vbi limitat quando vtraque ecclesia esset æquè principalis, tunc vtraque debet exprimi, argu. cle. 1. de præb. ca. 1. de consecra. eccle. vel alta. Ancha. consi. 114. pro impetrante. Itẽ nec beneficio ignoranter sibi collato, c. gratia, de rescrip. li. 6. nam is non possidet, qui ignorat.

De beneficio vnito an sit faciẽda mentio.

rat.l.3.§.Neratius.ff.de acquir.posses.vt supra dixi. Et aduertendum est, ꝙ si nominatus neget se possedisse id tẽporis videlicet dũ nominationes impetrauit, asserẽs contrariũ probare debet.l. 2.ff.de probat. Tamen si probetur nominatũ alicuius agri fructus illius ecclesiæ ante recepisse, præsumitur ꝙ illo anno possederit illud beneficium. sing.est dictũ Bal.in addit.ad Specula.in tit.de probat.versi.sed quæro qualiter. ꝙ est notandũ teste Frãcis.Cremen.singu.132.si probo. nil tamẽ interest, siue possideat ecclesiam existentem infra terram, siue supra terram.l. peregre. ff.de acquir.possess.siue per se, siue per alium, quia is possidet cuius nomine possidetur.l. quod meo.ff.de acqui.posses. 15

Negans se possedisse quis pbare debeat. 16

¶ Decimò quæro, an spoliatus suo beneficio in nominationibus teneatur exprimere id beneficiũ quo fuit spoliatus? videtur ꝙ non, per §.volumus. de colla.in concord. vbi tantum tenetur exprimere beneficia possessa, sed non possidet illud quo fuit spoliatus.c.in literis.de restit. spolia. ergo illud exprimere non tenetur. Secundò facit, quí de vno dicit, de alio negat. l.cũ prætor.ff.de iud.c.nónne.de præsump.ca.qualis.25.dist. Tertiò est tex.in c.si tibi concesso.de præb.in 6. vbi quando quis non recipit fructus, non dicitur habere beneficium, ad hoc vt primum dicatur vacare per adeptionẽ secundi.c.si propter.de rescrip.in 6. & hanc opinionem tenuit gl.in §.item quod vniuersitates, in verbo possidebunt.de colla.in prag. Quartò, in concord.dicitur ꝙ beneficia possessa exprimere beneficiatus tenetur, ergo non tenetur exprimere non possessa, & illa quibus est spoliatus. 17

Spoliatus an teneatur illud beneficiũ exprimere quo fuit spoliatus.

¶ In contrarium facit, ꝙ qui habet actionem ad rem ipsam, rem habere videtur.l.qui actionem.ff.de reg. iur. Et id apud se quis habere videtur, de quo habet actionẽ. habetur enim quod peti potest.l.id apud.ff.de verbo.signi.sed istud est per fictionem. Secundò per spoliationem non perditur titulus, nec beneficiũ. Panor.Imol.& Feli.in c.in nostra.de rescript. Tertiò in mandatis apostolicis, & aliis literis impetrationis spoliatus suo beneficio tenetur facere mẽtionem sui beneficij spoliati, quãdo intendebat illud prosequi.docto.in d.c.in nostra.Panor.& alij.in ca.cũ teneamur.de præbend.ergo & in his nominationibus, cum ratio diuersitatis non assignetur. Quartò habenti beneficia vsque ad valorem ducentorum aureorum, non dãtur nominationes. §.volumus.eo.tit.in cõcorda.sed is qui est spoliatus, habet saltẽ titulum, ergo, &c. Quintò, auferri debet materia delinquendi. l.conuenire.ff.de pact.dota.sed posset nominatus procurare vt

ſpoliaretur ſuo beneficio, vt poſtea impetraret nominationes, & vigoré illarum haberet beneficia, ergo, &c. tamen quádo ſtat per aliqué, quo minus poſsideat, dicitur poſsidere. c. licet canon. &. c. commiſſa. de elect. lib. 6. Sextò, vbi ſpoliatus primo beneficio accepit ſecundum incompatibile pacifice, dicitur primum vacare. Inno. & alij in c. de multa. de præbé. ergo ante adeptionem ſecundi illud primum habebat? Reſpondeo, aut quæris an ſpoliatus ſuo beneficio teneatur in nominationibus exprimere beneficia quibus, vel quo fuit ſpoliatus, & dic quòd non per ſupradicta in 1. parte, quia non ſunt poſſeſſa, & beneficia tantum poſſeſſa quis tenetur exprimere ſecúdum concordatum, à cuius verbis non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3. & quoquo iure poſſeſſa ſint, non quærimus. dicit tex. in l. 1. §. nó quęrimus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen. vbi etiam dicitur, ſi forte quaſi prædo poſsideat, teneri, fingens ſibi aliquem titulum poſſeſsionis quocunque modo lucrifacturus quis ſit. Si tamen poſtea illud recuperet, & velit nunc petere beneficium vacás in vim nominationis, hoc nó poterit, per d. §. volumus. vbi dicitur quòd ſi nominatus obtineat beneficium, quod ad valorem ducentorum florenorum auri de camera aſcendat, tunc beneficium petere, ſeu conſequi non poteſt. Ecce ergo quòd licet impetrauerit nominationes tempore ſpoliationis, ei non proderunt, ſi tépore vacationis obtineat beneficia vſque ad prædictum valorem, etiam ſi in nominationibus illud beneficium expreſſerit. Et ſic eſt concludendum quòd nominationes valent, etiam ſi non fuerit facta mentio de beneficio, quo fuit ſpoliatus: tamen ſi illud recuperauerit poſt impetrationem nominationum, aliud beneficium ratione illarum conſequi non poterit, ſi illud beneficium vſque ad valorem præſtitutum aſcenderet, alioqui contra, per prædicta. & ſic vides opiniones cóciliatas, notes perpetuò, quia etiam hoc caſu vellem exprimere ad vitandum proceſſum.

An ſufficiat exprimere beneficia in genere.

18 ¶ Vndecimò quæro, an ſufficiat in nominationibus exprimere beneficium in genere, vt non obſtante ꝙ alia beneficia habeat? videtur ꝙ ſic in c. non poteſt. §. vlt. de præb. in 6. & quia tátum valet expreſsio generalis in ſuo genere, quantum ſpecialis in ſua ſpecie. l. ſi duo. ff. de adminiſtrat. tutor. Contrarium arbitror verius, quia in concordat. §. volumus. dicitur quòd nominatus tenetur exprimere beneficia, quæ habet, & verum eorum valoré. quod non faceret, ſi in genere exprimeret. & hoc tenuit gl. in §. ité quod vniuerſitates. in verbo, qualitates. de collatio. in prag. pro hoc

pro hoc facit tex.in cle.1.de præbend. vbi non sufficit expressio ista generalis,vt animarum cura non negligatur. Et quòd non sufficiat in genere exprimere.tradit Panor.& Dec.in ca.ad aures.de rescript.& cle.vlt.de offic.ordina.Felin.in c. in nostra.de rescript.Nec obstat d.c.non potest,prout ibi docto.declarant. Et vide sexdecim limitationes ad illam regulam. d. l.si duo. per Bal.in l.sed & si quis.§.quæsitum.colum.2.ff.si quis cautio.imò tenetur exprimere,etiam si motu proprio nominationes impetrarentur,vt differit glos.in d.verbo qualitates. & Brunel.in tracta.de dignita. leg.19.conclusi.4. decla. non tamen solent vniuersitates sic nominationes concedere.

¶ Duodecimò quæro,quid si dolo desiit possidere aliquod beneficiũ,an illud teneatur exprimere?videtur quòd non, quia nõ possidet,& beneficia possessa tantũ quis tenetur exprimere.Respon.imò etiã si dolo desiit possidere, quia is pro possessore habetur, qui dolo desiit possidere.l.is qui.ff.de rei vẽdi.& l.quòd si dolo possessoris fugerit,damnandũ eum quasi possideret.ibidem.regula,qui dolo.& regula,parem.ff.de reg.iur.Ias.& alij in §.1.institu.de actio.c.pro possessore.de regu.iur.lib.6.& dispositio loquens de possessore ,habet locum in eo qui dolo desiit possidere.Bart.in l.vna.C.de aliena.iud.mut.causa facta. Alberi.in 1.parte statuto.q.154.Ioã. And.in d.regula pro possessore. Et Alber.ad verbum refert in l.qui dolo.ff.de reg.iur.& nõ minus delinquit is, qui non incipit possidere, quàm is qui desinit. l.1.§.sanè.ff.si quis omissa causa testa. Et quid si lata culpa desinat quis possidere,an comprehendatur.vide Ioan. Fab.& Ias.in §.omnium.institu.de actio. Tenetur tamen dolum probare is, qui illum allegaret.l.quotiens.§.qui dolo.ff.de proba. 19 *De eo qui dolo desiit possidere.*

¶ Decimotertiò quæro,an beneficium de nouo possessum. per sex menses fortè,vel per aliud modicum tempus,sit in nominationibus exprimendum?Respon.quòd sic, dummodo tempore nominationum possideat, siue possederit longo tempore, siue non,siue possederit per annum,siue minus:tum quia in concordat.tantum requiritur,vt beneficium possessum exprimatur, nõ distinguens de tempore:tum quia ratio concordato.locum habet,siue possederit per annum,siue minus,vtpote vt vniuersitates instruantur , an ille qui impetrat nominationes habeat vsque ad ducentos florenos auri de camera:sed ille qui de recenti possidet beneficium, habet id temporis vltra ducentos aureos, ergo oportebit illud beneficium exprimere. 20 *Beneficium de nouo possessũ an sit exprimendum.*

¶Non obstat quòd possit molestari intra annum super possessorio, quia fac esse, attamen hic non consideratur ille euentus. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. oblig. nam de iure potest quis in beneficio perpetuo molestari, regula beneficium. de reg. iur. in 6. c. cura. de iure patro. glo. in verbo triennio. de pacificis possess. in prag. Et etiam in hoc regno Franciæ quis potest molestari intra triennium, ergo ante triennium beneficium possessum quis non teneretur exprimere, si cósideraretur quòd quis posset molestari. Nec refragatur glo. in verbo pacifice. de pacifi. possess. in prag. vbi dicit quòd multi non reputant illum beneficia pacificè possidere, nisi per annum possederit sine lite: cum intra annum possit inquietari super possessorio retinendæ in casu saisinæ, & nouitatis, & beneficium sequestrari ex stilo Franciæ, per iura ibi allegata: quia ibi recitat opinionem aliquorum, quam non approbat. vel ibi quoad titulum de pacific. possess. nó quoad nominationes. vel dic vt statim dicetur per glo. in c. cómissa. de elect. in 6. vbi oportet quòd aliquandiu possederit antequam dicatur pacificè posside re, quia hoc est verum in casu illius. cap. & c. licet canon. ibidem. nam posset quis ordinari. & postea auferretur ei beneficium, & cogeretur postea mendicare c. diaconi. in 5. 93. dist. secus est in impetratione nominationũ, quia si impetrat nominationes, & in eis exprimit beneficia quæ nunc possidet, si ascendant vsque ad ducentos aureos, vniuersitas recusabit. expectet ergo an beneficium euincatur, & postea nominationes impetrabit. Si verò non ascendat vsque ad summam taxatam, impetrabit & obtinebit nominationes. igitur expressio in nominationibus nullius aut parui est nocumenti, secus in promotione vel adeptione secundi beneficij.

21 ¶Decimoquartò, quid si possideat vnam rem beneficij, an beneficium dicatur possidere? respon. non, nisi omnia bona, vel maiorem partem rerum beneficij. c. 1. de restitutio. spolia. lib. 6. & sic spectatur possessio rerum corporalium, & non tantum spiritualium, arg. 1. q. 3. c. si quis obiecerit. cum spiritualia non possideantur. c. conquestus de foro compet. Cardi. in cle. fin. quæst. 11. vt lit. pend. Nec obstat l. & si non totam cum. l. seq. ff. si quis omiss. causa testa. quia hoc habet locum quo ad illum titulum, secus quo ad concord. & mediocriter etiam doctus rationem diuersitatis luculenter ex his eliciet. alia nunc missa facio.

De possidẽte vnã rem beneficij.

22 ¶Secũdo, requiritur quòd numerus beneficiorum exprimatur, vt in d. §. volumus. ibi beneficia, alio modo ponderando quàm supra,

Numerus

ſupra, vbi ſi habeat beneficia, & ſic plura, vt probatur in cap. is cui. de præbend. in 6. ea debet exprimere, cum ſit maior ratio in pluribus, quàm in vno. cap. quia nonnulli. de cler. non reſident. ca. quia in tantum de præbend. nam plura poſſunt aſcendere vſque ad ducentos auri florenos facilius, quàm vnum.

beneficiorũ exprimẽd° eſt in nominationibus etiã ſi extra regnum ſint.

¶ Primò quæro, pone nominatum habere vnum beneficium in (23) regno, aliud extra regnum, an teneatur vtrunque exprimere? Videtur quòd non, quia poſtquam non poteſt ad illa, quæ extra regnum ſunt, nominari, ergo nec exprimere ea tenebitur. Idem de his quæ foris ſunt, quid ad vniuerſitates? arg. c. gaudemus. de diuor. Contrarium videtur verius, per illam rationem, vt vniuerſitates ſciant, an is qui vult nominari, habeat vſque ad ducentos ducatos, ſiue ergo habeat extra regnum, ſiue intra, intereſt vniuerſitatis non concedere nominationes illi habenti beneficium, ergo oportet illud exprimere, cum ſit eadem ratio. & eadem erit iuris deciſio. l. illud. ff. ad leg. aquil. & quia concordatum non diſtinguit, nec nos. l. de precio. ff. de publicia. in rem actio. Item text. dicit exprimenda beneficia, ergo vbicunq; ſint, dum tamen poſſeſſa ſint à nominationes impetrante, quia beneficium eſt, ideo poſui cõcluſionem. Beneficia etiam extra regnũ poſſeſſa in nominationibus exprimenda ſunt, & ſi ad beneficia extra regnum nominationes concedi non valeant. Nec obſtant in contrarium adducta, quia non eſt eadem ratio concedendi nominationes, & exprimendi. nam poteſtas limitata data eſt vniuerſitatibus regni, vt nominent, ergo non debet extendi ad beneficia extra regnum. l. in agris. ff. de acqui. rerum dominio. Sed habenti beneficia prohibet concordatum concedere nominationes, niſi ea exprimat. dict. §. volumus. ſi ergo habeat extra regnum, & non exprimat, non ſatisfacit concordato, volenti beneficium exprimi, ergo ſuæ nominationes non valebunt. Nec obſtat dicto ca. gaudemus, quia loquitur de his quæ ſunt extra eccleſiam, & non in caſu iſto, & iſta opinio eſt tutior.

Concluſio. Beneficia etiã extra regnũ poſſeſſa, in nominationibus exprimi debent.

¶ Secundò quæro, an nominatus teneatur exprimere beneficia 24 quæ in commendam habet? & videbatur quòd non, quia ea videtur detinere, cum ſit tanquam depoſitarius. gloſ. in ca. nemo. de elect. lib. 6. Videtur contra, quia non poteſt negari, quin ea poſsideat, ſiue in titulum habeat, ſiue in commẽdam, ſiue vnum in titulum, & alterum in commendam. nam commenda eſt titulus canonicus. ca. dudum. in 2. de electio. dixi in tract. de pacificis poſſeſſo. in 5. extenſio. nam non quærimus quo iure

An nominat° teneatur exprimere beneficia quæ habet in cõmendam.

possideat, sed an possideat. ita dicit tex. in l. 1. §. non quærimus, ff. si quis omissa causa testa. Et sic tenetur nominatus exprimere beneficia quæcunque, siue ea habeat iure nominationum, siue mandatorum, vel alio modo. cum text. generaliter loquatur in d. §. volumus. vbi plenius scripsi.

25 ¶ Tertiò quæritur, quid si ad nutum abbatis monachus vnũ beneficiũ habet, & possidet, an teneatur illud exprimere, eo quòd non est perpetuum? nõ videbatur, quia beneficia perpetua esse debere testatur. c. precepta. 55. dist. Item facit c. postulasti. de rescri. vbi fit differentia inter titulum temporalem, & perpetuum, & alia multa quæ possem allegare, quæ tamen serio omitto.

Beneficia quæ quis obtinet ad nutũ superioris, an sint in nominationibus exprimenda.

¶ In contrarium me trahit. cum hoc possit esse perpetuum, pro perpetuo iudicabitur, argu. l. sufficit. ff. de conditio. indebi. imò si abbas ex malitia remoueret monachũ, is ipse posset supplicare superiori abbatis: & ipsum superior debebit tueri, instar serui. l. 1. C. de precib. impera. offeren. Innocẽ. in ca. insinuante. qui clerici vel vouentes. glo. in §. & idem ordo. in verbo perpetuis. de colla. in prag. vbi cõcludit, hæc manualia etiam posse permutari. citat. Feder. in tract. de permuta. beneficio. q. 16. vide quæ dixi in tractatu de pacific. possess. in sexta limit. Item hic non exprimit perpetua, ergo etiam non perpetua, tenetur quis exprimere, quia de beneficio quod quis obtinet in titulum, debet facere mentionem de iure, ca. si proponente. de rescrip. ca. si motu. de præb. in 6. nec hoc casu ius distinguit, an sit tempore an perpetuum. nec etiam nos distinguemus. l. de precio. ff. de publicia. in rem act. ius ergo considerat an detur in titulum vel non, sed manuale datur in titulum cle. quia regulares. de supplen. neglig. præla. cum ibi notatis, ergo de eo debet fieri mentio, & ita concludit in impetrante apostolico. Calderi. consi. 9. an impetrans. & idem in nominationibus puto concludendum.

26 ¶ Nec obstat primum, quia iam est ei responsum, nec c. postulasti. quia ibi fit differentia inter perpetuam & temporalem vicariam, non ratione temporis, sed respectu tituli, quia in temporali non datur titulus. secus in perpetua. notatur in c. cum ex eo de elect. in 6. & in c. si gratiosè. de rescrip. eo. lib, non tamen tenetur facere mentionem de loco collegiali, vbi in singulos annos datur victus tantum vsque ad decem annos, vel aliud tempus, non perpetuo, vel si darentur fructus alicuius altaris vsque ad decem annos. Calder. consi. 6. an si episcopus. rub. de præbẽ. quia non est beneficium ecclesiasticum. Idem Calder. ibidem, consi.

consi.30.an si sacristæ.secus si perpetua, vt dixi supra quando essent (vt dicunt) spiritualizata.

¶ Quartò quæro, quid si habeat Capellanias pauci valoris? Respondeo, tenetur exprimere, per c.si motus proprio. de præb. in 6. quia hic dicit beneficia, ergo intelligit quæcunque beneficia, siue maiora, siue minora. Et quæ dicantur maiora, vel minora, arbitrarium esse dicit Geminia.consi.85.super primo dubio.circa finem, sequitur de Ripa in c.ad aures.col.1.de rescrip.licet aliqui contra teneant. Item paruum & magnum in iure differentiam non inducunt.l.1.§.cum dicitur. ff. si cui plusquam per legem falci.l.quanuis minima.vt in posse.lega.l. si proprietarius. de damno infect. Et quia beneficium etiam modici commodi requirit residentiam.c.conquerente.de clerici.non resident.Oldra.consi.140.in ecclesia. col.1. cum singula officia in ecclesiis assiduitatem exigant personarum.c.ad hæc. de præbend. 27 *Capellanias modici valoris an teneatur quis exprimere.*

¶ Quintò quæro, quid si impetrás nominationes tépore impetrationis habebat beneficium, quod in nominationibus nõ expressit, postea consultus resignat id, vel per sentétiam amisit illud beneficium, quod non expresserat, demum aliud vacans beneficium acceptat vigore nominationũ, an valeat? Videtur q; sic, quia in nominationibus attenditur tempus vacationis, vt in concordat.§.volumus.vbi potest prouideri ei, qui nõ habet ducentos florenos auri in beneficiis tempore vacationis. ita tenet, gl.in prag.in §.quòd si quis. de collat. in hac sententia permanebo nunquam, quia quod semel vitiosum est tractu temporis non cõualescit. regula est iuris. Sed nominationes ab initio fuerunt nullæ propter beneficium nõ expressum, ergo illa resignatio nil facit. quo magis nominationes valeant, maximè quando est defectus in substãtialibus, vt hic. Deci.in regula, quod in initio.ff.de reg.iur.facit c.primum.&.c.si eo tempore.de rescrip.in 6.c.1.de despon.impuber.ibidem.tradit Specu.in tit.de rescrip. præsenta.§.ratione autem impetrantis.col.3.versi. quid si impetrans. Nec obstat quòd tempus vacationis attendatur in nominationibus, verum est quando nominationes semel valent. tunc enim inspicitur tépus vacationis beneficij, an nominato sit cõpetens beneficium, nécne, id temporis, scilicet vacationis. sed quando sunt nullæ, nõ conualescũt postea, nec inspicitur tépus vacationis. facit quod si archipresbyter nõ valens habere copiá episcopi, resignauit in articulo mortis in manibus presbyteri recipientis resignationem nomine episcopi, & canonici statim 28 *Taceti beneficiũ qđ habebat tẽpore impetrationis. nominatiõnũ nõ succurritur, licet postea illud resignauerit,*

elegerũt. post duos dies vita functus est archipresbyter, demum episcopus electionem canonicorum confirmauit, quòd non valet electio de beneficio non vacante,& sic nec confirmatio.Io. Andr.in regula non firmatur,de regul.iur.in 6.in mercurial. & ibi Philip.Peruſ.Item speciale est in c.is cui. de præben.in 6.vt quis possit dimittere beneficium , & postea erit idoneus . secus erit in aliis casibus.l.ius singulare.ff.de legi. & pro hoc est text. in c.dudum.§.nos igitur.de præb.in 6. & Ioan. Monach.in d. ca.is cui,hoc expressè tradit Archid.in ca.si motu.in fin.de præbend.in 6.& idem in mandatis apostolicis concludit Compostel.in ca.in nostra.col.2.de rescrip.

29 ¶ Tertiò,exprimitur in nominationibus verus valor beneficiorum.d.§.volumus. Oldra.consil. 216.circa.Barba.cap.ad aures. nume.40.de rescrip. vbi dicunt in impetrationibus apostolicis valorem beneficiorum exprimendum. sic ergo erit in nominationibus , vt hic dicitur in textu . ratio est , vt vniuersitates instruantur an is qui velit obtinere nominationes , habeat vltra ducẽtos aureos,vel vsque ad illam summam, & tunc eidem denegare poterunt,& debebunt nominationes,si non exprimeretur valor verus, hoc non possent scire vniuersitates,nec diuinare tenentur, cum nullus hoc debeat.l.si putator. ff.ad legem Aquiliam.Imò punitur præsagus.l.nemo.C.de malefic.& mathe. & cap.contra.26.quæst.5.Roma.singu.660.tu scis,&c. & hæc ignorantia est probabilis , cum sit in facto alieno. l.fina. ff. pro suo. Secundò , etiam interest collatoris hoc scire, ne etiam impetratis nominationibus habenti summam ducentorum florenorum auri de camera prouideat , cum non teneatur , sed non habenti, vt in regula cancella. 61. & dicto §. volumus. de collat. in concorda.

Verus valor in nominationibus debet exprimi.

¶ Adhæc,quia hoc præcipitur in concord.vt verus valor exprimatur,& sic hoc exprimere videtur de forma & substantia,quæ debet ad vnguem seruari.l.cum hi.§.si prætor.ff. de transactio. & l.1.& ibi docto.ff.de liber.& posthu . alioqui nominationes sunt ipso iure nullæ.Panor.in c.vlt.col.2.de præsumpt.vbi etiã

30 Feli.Ego verò sustinui conclusionem hanc,videlicet, Nominationes,quãuis verus valor in eis nõ sit expressus,iure subsistunt. intellige si eo anno quo impetraui nominationes, propter sterilitatem non valuit beneficium nisi viginti,& ego expresi æstimationem communem , videlicet quòd valebat quinquaginta, tunc puto quòd nominationes valebũt,vt infra dico,cum communis

Conclusio.

Verus valor quanuis ĩ nominationibus

munis valor sit attendendus.l. precia rerum.§. fina.ff. ad legem Falcidiam, vel si expressit beneficium esse pluris, quàm esset, quia quod pluris est, vtique tanti est tex. expressus. in l. cum furti. ff. de in litem iurand. l. in eo quod plus. de regu. iur. & ibi Dec. Vide tamen Feli. & alios in c. ad aures. de rescrip. & infra. q. 7. *non exprimatur, tamen iure subsistunt.*

¶ Et hodie stilus curiæ Romanæ inualuit, vt in impetrationibus beneficiorum exprimatur valor. glo. & doct. in cle. 1. de præbé. Barb. & Feli. in d. c. ad aures. Et hoc vt annata soluatur Ro. pontifici. vt patet in rub. de anna. in prag. & in concord. & itá Vrbanus 6. ordinauit, vt in decisio. Rotæ cauetur decisio. 292. licet impetrans. in nouis. & in regula cancel. 61. 31

¶ Galli hũc verum exprimendi stilum nó receperunt, imò licet beneficium valeat mille aureis, nó exprimunt valere, nisi 24. ducatos, sic, cuius fructus, &c. 24. ducatorum auri de camera secundum æst. co. an. valorem non excedunt. Dicunt enim bursales constitutiones in regno extirpandas. hæc tamen non est bursalis quo ad nominationes. quia ob hoc non datur annata papæ, nec vniuersitati, ergo verus valor est exprimendus in eisdé. Idé seruatur etiam in Francia in vnionibus, vt verus valor tá beneficij vniti quàm vniendi exprimatur. de quo in regula cácel. 21. quod est notandum secundum Feli. in c. ad aures. colum. vlti. de rescript. Et per hoc dixi quòd si quis habeat beneficium ducentorum florenorũ auri & vltra, deductis tamé oneribus & impésis, nó remanét habéti nisi cétũ, quòd ille poterit nominationes impetrare, quia verus valor est ei ad centum, & ille est exprimendus secundum concordata. Et hoc videtur concludere Bart. in eo qui impetrauit à papa. in l. quotiens. ff. ad leg. Falci. Bal. in 1. col. 2. C. de fruct. & litium expésis. Feli. in d. c. ad aures. col. pen. conclu. 12. Ias. & alij in l. non amplius. col. 2. ff. de lega. 1. & in l. illud. in prin. C. de colla. l. cum quædam. §. fi. ff. de iurisdict. om. iudi. Dec. consil. 159. statutum. Feli. in c. ad nostram. 1. post glo. ibi. col. 2. de iureiurand. quia peruenire & habere propriè dicitur, quòd deductis oneribus ad aliquem peruenit. l. venisse. ff. de verborum signifi. vbi scripsi. l. cogi. §. 1. ff. ad Trebel. intellige tamen vt dico infra eo. in 5. q. vt hic intelligamus de alio onere, videlicet necessario quàm ibi. Item bona dicuntur ære alieno deducto. l. subsignatum. §. 1. ff. de verborum signific. sic & verus valor deductis necessariis oneribus dicitur. vide Casado. decis. 19. de præbend. 32 *Stilus gallorũ quoad expressioné valoris beneficij.* 33 *Bursales cõstitutiones galli reprobant.* 34 35

¶ Primò, quæro an de pésione teneatur facere nominat⁹ métio

Pensio exprimenda est. nem? Videtur quòd non, quia nõ venit appellatione beneficij. c.quanuis.1.de præb.in 6.c.ad audientiam in 2.de rescrip. Item pensio est quid merè temporale, quæ non potest permutari cum beneficio.c.vno.de rer.permu.lib.6.& ibi not.docto.& dixi in tract.de pacifi.possess.in 18.amplia. Respon. quòd si data est in titulum, tenetur eam nominatus exprimere, alioqui non. Ioan. And.& alij in cap.postulasti. & ca.ad audientiam. 2.de rescrip. Do.in cap.si pauper.de præben.lib.6.glo.in clemen.2.in verbo quodcunque.de vita & honesta.cleri. vbi concludunt in impetrationibus apostolicis exprimendam.idem ergo & in nominationibus dicetur. Et hodie quælibet pensio succedit loco beneficij.quia ad vitam recipientis frequentius datur, ideo tenetur habens eam facere mentionem, etiam in mandatis apostolicis. glos.in regula cancella.61.in fine.Ioann. Brunel.in tract.de dignita.leg.conclu.16.declara.4.& istud est æquitatis plenum, inspiciendo mentem concordatorum, in quibus pauperibus volunt conditores scholaribus prouideri, & non habẽtibus ad ducentos florenos beneficia. Et parum refert an habeant in beneficiis, aut in pensionibus perpetuis. cõstitutio enim ex limite rationis debet ampliari, vel restringi.l.cum pater. §. dulcissimis. ff.de leg.2. Lanfran.in tract.de interpr.statutorum, in interpretatione extensiua in 2.conclus. & ibi dixi in addi.ad eum.glos. in §.item quòd vniuersitates. in verbo beneficiorum. de colla. in pragma.dicit hoc esse æquum, licet pensiones non dicantur beneficia ecclesiastica, quæ qualificatus tenetur in nominationibus exprimere: ideo dicerem ante factum supradicta procedere. vide in decisi.capellæ Thol.q. 472. & Rotam decis.11. rub.de præben.vbi dicit titulum super aliquibus bonis datum non debere exprimi, quia non est beneficium ecclesiasticum.

37 *Valor temporis caritatis nõ inspicitur.* ¶Secundò quæro, beneficium valuit hoc anno propter caritatem frumenti ducentis aureis, vel plus, aliis tamẽ annis nõ tanti valuit, quæritur quid debeam exprimere? Respon. quod communiter valet, exprimendum est.per tex.in §.fin. ibi, secundum communem æstimationem.de mandat.apostolic.supra.facit clementi.vlti.de deci.nec inspicitur, quòd plus valuit vno anno.l. precia rerum.§.fi.ff.ad legem Falcid. nota.in l.2. C. de rescind. vendit.dixi in repeti.l.vnicæ.in glo.subtilitatem, in probatione interesse.C.de sententiis quæ pro eo quod interest.nota.in

38 *Conclusio.* c.1.de emptio.& vẽdi.& in cle.si beneficium. de deci. Ideo posui conclusionem. Etiam habenti beneficia valoris ducẽtorum

aureo-

aureorum nominationes iustè dantur. hoc casu prædicto, quia de his quæ rarò veniunt, nó fit regulariter lex. l. ex his. ff. de leg. vel etiam intellige, vt supra eadem quæstione dixi, nume. 35. vide ibi. *Habenti beneficia vsque adducētos aureos dantur nominationes.*

¶ Tertiò, quæro an distributiones quotidianæ sint computandæ in isto valore? Videtur ꝙ non, sed fructus tantū qui sunt soliti percipi de corpore beneficij, vt tenet expresse Ancha. in cle. 2. de deci. Et illi grossi (vt vocant) fructus computantur, qui veniunt in portatis, vt in propriis terminis est tex. in regula cācel. 60. & quia distributiones quotidianæ non percipiuntur de corpore beneficij, sed ratione personalis seruitij, ideo non computantur in valore, teste Oldrad. consilio. 118. ex virtute. de Bellamera consilio. 34. supposito. in 4. dubio. Rota decisio. 134. in nouis. Ancha. in clementi. vna. quæst. 5. de concessio. præbend. Felin. Deci. & alij in dicto cap. ad aures. per cap. licet. de præbend. vbi appellatione fructuum & reddituum non veniunt distributiones quotidianæ. vide tamen tex. in extra. cum nonnullæ. 1. de præb. in communibus. Ideo decima papalis non est soluenda ex illis. glos. in extrauag. suscepti. in verbo consueuit. de elect. in extrauag. Ioan. 22. sequitur Gemin. in consil. 85. super 1. col. penul. Item mortuaria anniuersaria & quæstæ non computantur in valore, teste Oldra. consil. 216. circa primum. nisi tales redditus soleant quotannis locari pro certa pecunia. Feli. & moder. in d. cap. ad aures. Gomes in tract. expecta. in 9. forma. in fine. Sed ista licet sint iuris, tamen nominatus tenetur exprimere verum valorem etiam consistentem in distributionibus quotidianis, vt habetur in d. §. volumus. in concor. vbi hoc præcipitur, & sic hoc casu distributiones computantur, licet regulariter contra, per supradicta. vide Ioan. And. in addi. ad Specu. in rub. de conces. præb. col. 6. versi. demum quærebatur, &c. 39 *Distributiones computātur in valore.* 40 *Decima papalis nō soluitur ex distributionibus.*

¶ Quartò, quæro, quidā impetrauit nominationes, & expressit in eis certum valorem sui beneficij obtenti, tamen id temporis nó erat verus valor, tempore tamē vacationis alterius beneficij reperitur verus valor ille expressus, an nominationes valeāt? Videtur ꝙ sic, nec ob hoc vitiantur. nam gratia per vacationem, & realem prouisionem sortitur effectum. argu. l. quoties. & seq. ff. de verbo. oblig. & l. si Calendis. de re iudi. item dicitur habere conditionem. argu. l. vnum ex familia. ff. de lega. 2. circa prin. & l. cum ita. de optio. leg. l. 3. qui & à quib. manu. liber. & in cōditionibus tempus extantis cōditionis attēditur. l. eas. ff. de con 41 *Quando non est verus valor expressus.*

ditioni.& demonſtrationi.l. ſi deportati. de legat.3. & per iſta ſic conſuluit Oldra.conſi.168.ad primam quæſtionem. Sequitur Barb.in d.c.ad aures.nu.38. Tamen contrarium tenet Bald. ibi,quòd inſpiciatur valor tẽpore impetrationis. qualitas enim iuncta verbo,debet intelligi ſecundum tempus verbi.l.in delictis.§.1.ff.de noxa.actio.ſic tenet gloſ. in §. item quòd vniuerſitates.in verbo præſentationis.de colla.in pragm.Ipſeque huic ſententiæ ſubſcribo,quia nõ eſſet ſatisfactum tex.voléti verum valorem exprimẽdum,nec poterat præſagire nominatus ad tẽpus futurum.argu.l.ſi putator.ff.ad legẽ Aquil. Et ideo tempus datæ nominationum quo ad hoc attendi debet,ſicut in aliis reſcriptis.c.eam te,de reſcript.c.ſi eo tempore. illo titu.in 6.Siue ergo fuerit auctus valor,ſiue diminutus poſt nominationes,nil obſtabit,quia narratio eſt conſideranda ſecundum tẽpus impetrationis. Specu.in titu.de reſcrip.præſentatio.§.ratione autem cauſæ.col.2. verſicu.item quid ſi expreſſit.per tex. & ibi Panor. in 3.notab.in c.quia circa.de conſanguini. Plenè diſputat Ancha.in cle.vna.q.4.de conceſſ.præben. Nec obſtant ſupradicta, quia loquũtur de gratia ad beneficia certi valoris, vt ſi varietur valor,attendatur tamẽ tẽpus vacationis,ſed hic loquitur de eo, qui expreſſit non verum valorẽ beneficij quod obtinebat.quod ſecus eſt,quia tẽpus impetrationis debet inſpici, teſte Panor.in d.c.quia circa.Idem concludit Bal.conſ.491. Petrus de Feſſa in 1.vol.in impetrante beneficium, ac ſi familiaris papæ eſſet,tamẽ tempore impetrationis non erat, ſed tempore vacationis ſecus, vt beneficium iſti non debeatur. vide ibi multa allegata per eũ, per quæ hic magnos poſſem reddere commẽtarios: ſed ibi licet videre.Imò ſi beneficium valeret decem,& ego ſolum expreſſero nouem,non ob hoc vitiantur nominationes in modico.arg. l.ſcio.ff.de reſtitu.in integ. & ita in gratia in forma pauperum concludit de Bella mera,in deciſi.601. in cauſa. & iſtud eſt æquum,maximè quando dolo non eſt factum.

Modica omiſſio in nominationibus facta eas nõ vitiat.

42 ¶Quintò quæro,ſcholaris habet beneficiũ in Hiſpania, quod eſt redditus ducẽtorum ducatorum ibi,attamen vt pecunia deferatur huc,diminuũtur viginti aurei,an debeat exprimi, quòd valeat tantum centum octoginta,an ducenta? Reſpondeo.debet exprimere verum valorem,videlicet quãtum valet in illo loco vbi eſt.dicto §.volumus.Ancha.in clemen.vna.q.6.de conceſſ.præb. Et quòd debeat conſiderari locus in quo eſt beneficiũ,facit l.vinũ,in fi.ff.ſi cer.pet.& l.vl. de tritica.Et ita expreſsè con-

Exprimendũ eſt quãtum in loco valeat beneficiũ.

cõsuluit Oldra.d.cõsi.168.& ratio traditur ibi,quia actus cuius expeditio in certum locum confertur in illo loco censetur cele bratus.l.hæres.§.vlt.ff.de iudic.l.contraxisse.de actio.& obliga. & quia in beneficio residere quis tenetur.ca.1. & per totum.de cleric.non residen.ideo valor illius loci in quo morari debet, inspicietur.quod est notandũ,quia quotidie contingit. Et quid si plus valebat aureus in loco beneficij, quàm in vniuersitate in qua impetrauit nominationes.vide Ioan. And. in add.ad Spec. in rub.de concess.præb.col.pen.versic. ad aliam quæstionem.& doc.in l.cum quid.ff.si cert.pet.

¶ Sextò,quæro an nominatus teneatur probare illum valorem quem expressit verum,si ab alio opponatur, non esse verum valorem? Videtur quòd sic,quia impetrans omnia in supplicatione expressa probare tenetur,nec opponẽti incumbit onus probandi.ca.quia circa.& ibi Panor.in 2. notab.de cõsang.& affinita.Feli.in c.constitutus.col.1.de rescri.dicenti enim incumbit onus probandi.l.ei.ff.de prob.Contrariũ teneo,quia sufficit q nominatus dicat beneficiũ esse valoris centum aureorũ, & non pluris,iuxta glo.in l.cum de lege.ff.de probat. quã sequitur Ias. in l.fin.§.licentia.col.1.C.de iure deliberand.Curtius consi.27. col.8.versi.sed contra,&c.Et asserens plus valere,oportet quòd probet.l.quotiẽs.§.1.ff.de probat.plenè Feli. in c.ex literis.col. pen.& seq.de proba.& hoc de facto dicit se habuisse. Barb.in d. c.ad aures.& obtinuisse secundũ consilium Bal.licet ibi Panor. & aliqui videãtur tenere contra,videlicet quòd quando opponitur quòd impetrans expressit falsum,tũc impetrãs habet probare narrata,sicut creditor,quando debitor dicit pecuniam nõ fuisse numeratam,probare debet.l.4. C.de non numera.pec.Si verò excipitur quòd tacuit verum,tunc excipiẽs,qui allegat dolũ,illũ probat.notatur in c.1.de litis contesta.in 6.l. quoties.§. qui dolo.ff.de probatio.& an patronus teneatur pbare se presentasse intra tẽpus à iure statutũ,tradit Curtius in tracta.de iure patro.in verbo honorificum.q.49.allegat Fel.in cap.quod ad cõsultationem.de re iud. Aegid.de bella mera consil.34.supposito colum.2.

43 *Nominatus an valorem quẽ expreßit probare teneatur.*

¶ Septimò,nominatus dubitãs ne exprimeret verum valorẽ,expressit maiorem valorem,quia expressit suum beneficium valere centum,& non valet nisi quinquaginta , quæritur an nominationes sint nullæ,eo quòd non expressit verum valorem? videtur quòd sic per cap.cui de non sacerdotali, de præbend.lib.

44 *Valor maior expressus an vitiet no-*

minatio-
nes.

6.& per d.§.volumus.de colla.in cócord.vbi verus valor exprimi debet.sed verus nó eſt expreſſus,ergo. Imo modicũ mendacium expreſſum denigrat totum factum ,non enim dicitur modicus defectus,qui ex falſi expreſsione oritur.argu.c. auxiliũ. §. in delictis.ff.de minor.Bal.in c.ſi proponéte.col.1. de reſcript. In contrarium me trahit,quia quod pluris eſt,vtique tanti eſt.l. cũ furti.ff.de in litem iurand.l. in eo. & ibi amplè Dec. de reg. iuris,ergo cẽſetur verus valor expreſſus.l.1.§.ſi ſtipulãti,de verbo.obliga.vbi Bart. & doct.Itẽ ſi vniuerſitates ſciuiſſent minoris eſſe valoris,facilius cõceſsiſſent, ergo illa expreſsio quod erat pluris,non debet vitiare.abundans cautela nó nocet.l.teſtamentum.C.de teſta.nam notarij & alij dictantes ſic debẽt ſcribere amplè,vt tollatur malignorũ ſpecifica interpretatio , quia adhuc nó poſſunt nimis ſpecificare ſpécificanda.ſunt verba Antho.Butri.in c.nimis.vl.oppo.de exceſsib.prælato.Nec õbſtat d.c. cui. nam ibi non cõprehenditur beneficiũ minoris valoris, quia erat intentio Roma.pontificis prouidendi de beneficio illius valoris tantum,ideo alius valor,etiam minor, non comprehenditur. hic verò agitur de excludendo à nominationibus illum,qui habet vltra ducentos aureos:ſed quoniam expreſsit maiorem valorẽ,ob hoc non habet,ergo non excluditur,not. Domi.& Philip.in d.c.cui. de non ſacerdotali. vide ſupra eod.ver. 3.exprimitur,&c.& Card.con.31.cum inter.Quid ſi taceat impetrationem nullam,vide Domi.con.140.caſus talis.

Qualitas beneficiorum in nominationibus exprimenda.

45 ¶Quartò,exprimitur in nominationibus qualitas beneficiorũ, videlicet an ſit dignitas.c.ad aures.de reſcrip. Rota deciſ. 202. & deci.257.in antiq.& deciſ.610.ibidem. & ita in propriis terminis declaratur in ordina. regi. rub.*des graduez.* articu. 5.& in prag.§.item quòd vniuerſitates. in verbo qualitates. licet concordatum non dicat qualitates beneficiorum exprimendas,attamẽ iuxta ordinatiões regias & iura,exprimendas quidã putãt.

46 ¶Item oportet exprimere an beneficium obtẽtum ſit curatum, per c.cũ in illis.de præbend.in 6. & cle.1. & ibi nota.illo tit. & gl.in regula cancella.63.alioqui gratiæ ſunt nullæ.Rota deciſ. 292.licet impetrás in nouis. Nicol.Milius in reper.in verb.gratia.q.5. & licet iure cautum nó eſſet,ſtylus tamẽ hoc vult.Imol. & Fel.in c.in noſtra.in fi.de reſcrip.de Selua in tract.de beneficio.in 3.parte.q.11.in 23.qualitate.Ratio eſt: quia ſicut hæ qualitates poſſunt mouere papam ad nó concedẽdum. c. quanuis. & in c.is cui.de præb.in 6. ita etiam vniuerſitates ad nó concedendum

dendum nominationes, vel collatores possunt moueri ad non conferendum beneficium isti nominato, sed alteri nullum habenti beneficium, vt habetur in d.reg.cancella.15.vbi ponit has prærogatiuas. Limita nisi illud beneficium haberet curam de iure annexam, vt archidiaconatus. Fel in c.in nostra.correla.4.de rescript.& decisio Rotæ.202.nota quòd quis. in antiq.

¶ Secundò, fallit nisi cura accessorie annexa sit, quia tunc non reputatur beneficium.c.super eod.de præbend.in 6. & ibi dicit Domi. Ad iudicandum curatum non attenditur illud quod ex accidenti competit, sed eius natura consideratur. Oldra. consi. 102.factum tale, per text.in l.si quis nec causam. ff.de rebus credit. 47

¶ Tertiò, intellige præmissa, quòd talis mẽtio fiat in specie, nõ in genere.cle.si.de offi.ordina.Panor. & alij per illum tex.in d. c.ad aures.ideo non sufficeret si diceretur, cura animarum non negligatur.cle.1.de pręben.quia generalitas obscuritatẽ parit.l. ita fidei.ff. de iur. fisci. & propter generalitatem & verborũ inuolucrum effugitur mens deliberata pontificis. Bald. in c. cum dilectus.de rescrip.& dixi supra eodem.

¶ Item dicitur curatum beneficium, siue habeat curam fori contentiosi, vt archidiaconi, & alij inferiores prælati. c. 1. de offic. archi.siue fori pœnitentialis, vt curati.not.Inno.& Panor.in c. dudũ.in 2.nota.9.de electio.&.c.de multa.in vlt.col. de præb. & gl.in extrauag.execrabilis.in verbo curam animarũ.in extra. Ioan.22. Propriè tamẽ & strictè cura animarum est in foro pœnitentiali, & nulli cõuenit, nisi sacerdoti. Inno. & Anto. in c.cũ satis.de offic. Archid.Card.con.48.at dubia.& vtra sit dignior, disputat Card.& Imo.in d.cle.1.vbi licet videre.vide gl.in verbo impendant.in cle.dudum.de sepul. Item aliæ qualitates beneficij notabiles beneficio de facto inhærentes debent exprimi, secundum gl.in d.§.item quod vniuersitates.in verbo qualitates.de colla.in prag. Quod est notandum, & prædicta procedebant tempore prag.sanct. sed quia conditores remouerunt verbum, qualitates, noluerunt esse exprimẽdas, quia duntaxat rationem habuerũt ad verum valorẽ beneficiorum, & nõ ad qualitates, vt patet in d.§.volumus.& sic sufficit exprimere beneficium, & eius verum valorem, licet non exprimatur qualitas.

Quando dicatur beneficiũ curatum.

Vbi dicit alioqui nominationis literæ nullæ sunt, ergo si exexprimam beneficia, & eorũ verum valorem, non sunt nullæ nominationes, sumendo argumentum à contrario, quod est va-

lidú.l.1.ff.de offic.eius.c.cum apoſtolica. de his quę fiunt à prę lato. non obſtant verba prag. quia ſunt correcta per text.in §. volumus nouiſsimum.nec refragatur ordinatio regia. quia fuit facta cauſa declarandi prag.vt patet in ordin.rub.*des graduez ſimples*.arti.5.& in modum prouiſionis,donec aliter fuerit declaratum.vt ibidem arti.vlt.dicitur,ergo eſt declaratum in d.§.volumus.igitur non poteſt allegari ordinatio.& faciunt quæ dixi in ſeq.requiſito. Nec eſt veriſimile,quòd ſi rex voluiſſet cum papa exprimendam qualitatem,quòd non expreſsiſſet,ſicut expreſſit in ordinat. ideo dicerem nominationes valere etiam ſi qualitas non ſit expreſſa.ante factum tamen conſulerem exprimendam,ad vitandos proceſſus.

¶Quintò, non eſſet inconueniens exprimere diœceſim illius,
48 cui nominationes conceduntur,vt vniuerſitates inſtruantur,an eidem cōcedere poſsint,vtpote ſi Germanus homo, Hiſpanus, vel alius exterus velit in regno ſuſcipere nominationes,non poteſt ei vniuerſitas concedere, cum non poſſint beneficia in hoc regno habere ſine literis naturalitatis à rege cōceſſis. gl.in verbo exterorum,in procemio prag.Benedic.in repe.c.Raynutius. in verbo & vxorem.nu.144.de teſta. & d. Bonaud.in panegyrico poſt tract.de terra rubea cōtra rebelles regum.& ita diſponitur in ſtylo parlamenti.rubr.de præbend.ordina.3. nec ſufficeret exprimere diœceſim,in qua habet domicilium, vel beneficiū:ſed oportet exprimere diœceſim originis, licet cōtra teneāt do.de Rota deci.628. ſi aliquis eſt oriundus. in antiq. Alioqui vniuerſitas in his exteris non eſſet certa, cum eiſdem concederet nominationes,& hic exterus licet habeat domicilium in regno,tamen nō deſinit eſſe exterus, quia etiam bona acquirūtur regi.teſte Benedict.vbi ſupra,quanuis quo ad ordines cōferendos epiſcopus domicilij dicatur illius ſuperior.c.cum nullus.de tempo.ordin.in 6.ſed non quo ad nominationes concedendas vt dixi.Ideo regnicola, licet nō exprimeret diœceſim originis, ſi exprimeret diœceſim domicilij,nō malè faceret.ſic eſt intelligenda d.deciſ. Rotæ.628. ſecus in extero, & nominato in regno.& ſic intelligatur hæc opinio,vt dixi in gloſ.pro expreſſis. ver.21.in forma mandati.in concor.

Diœceſis an ſit exprimēda.

Extero nō debet in regno prouideri.

¶Imo etiam de iure facilius prouidetur oriūdis, quàm exteris. l.in eccleſiis.C.de epiſcopis & cletic.c.neminem.70.diſtin.glo. in c.ſi proponente.de reſcr.quam ſing. dicit Corſet.in ſing.incipiente ſubreptio. Roma.in repet.l.ſi verò.§.de viro.fallē. 14. col.14.

col.14.ff.solut.matri. Barb.in c.eam te.nu.28.de resc.& cōsi.26. scripsit.col.5.in 1.vol.ac cōsi.57.præclare.eo.vol.& cōsi.30.bene.in fi.vol.3. Et ita disponitur in reg.cancel. 19. videlicet vt oriundus non oriundo præferatur. Non tamen ob non expressam diœcesim vitiarentur nominationes impetratæ per regnicolam, quia tex.concordati non adstringit nos eam exprimere, ideo non debemus dicere vltra quàm cōcordatum nos adstringat, nec iustiores lege nos oportet esse.

¶ Sextò, exprimátur alia, quę cōsueuerūt exprimi per vniuersitates, vel ea quę statuta vniuersitatū cogūt exprimere. nā §. monemus. de collatio. in cōcordat. dicit ꝙ vniuersitates nō debēt nominare nisi illos, qui ꝓmoti fuerūt secūdū statuta vniuersitatū. si ergo in statutis vniuersitatis aliquid erat exprimēdū in nominationibus, dico illud nō esse omittēdū, vt statuta seruētur. alioqui nō valeret grad⁹, nec nominationes, nō seruatis statutis, per d.§ monemus. Alia verò nō sūt exprimēda, quia in rescriptis ad beneficia nō debet fieri mētio nisi de his qualitatibus, quæ à iure expressæ reperiūtur, vt de eis fiat mētio. gl. in cle.si dignitatē. de præb. ꝙ gratia sit nulla est pœn, & vbi ius nō imponit pœnam, eam imponere nō debemus. gl. in c.fin. de iur. patro. no. in regu. in pœnis de regulis iuris in 6.& sic consuluit Cal. cōsi.10. in rescriptis, sub titu. de rescri.& cōsi.col.2. de filiis presby. Item non debemus requirere plusquā requirāt verba legis vel statuti. l. Gallus. §. Vidēdum. ibi, nihil enim addidit quo significaret tempus. ff. de liber.& posth. vbi dicit Bal. in 5. no. quòd quando verba legis vel statuti non requirunt certum tempus, nec nos requirere debemus. & sic non debemus esse iustiores lege, sed in cōcordatis expressa tenere debemus, & vltra nō adiicere. 49 *Consueta exprimantur.*

¶ Notandū est tamē quòd ea quæ hic reperiūtur esse exprimēda, necessario exprimi debent, etiam si essent talia, quibus superior non redderetur facilior vel difficilior ad concedendum, vel denegandum, per tex. in c.si motu. ibi, quantumcunque modicum. de præb. in 6.& l. prospexit. ff. qui & à quibus. vbi lex licet dura sit, seruanda est. ita Dom. in c. dudū. col. penu. de præb. in 6. Fel. in c. postulasti. col.4. ver. declara.& in c. in nostra. correlario 3.& 20. de rescrip. dixi in glo. pro expressis. 50 *Exprimenda etiam si collator nō redderetur difficilior.*

¶ Quæro, quidā minor 25. ānis obtinuit nominatiōes ad beneficia etiā curata, ad quæ ratione ætatis erat inhabilis, & antequā vacaret beneficiū, reperitur in ętate legitima ad curatum, an illi vigore nominationū possit prouideri? videtur quòd nō, c.si eo 51 *Minor an possit acceptare beneficia cura-*

tasi sit idoneus tempore vacationis. tempore.de rescrip.lib.6. vbi si mandetur prouideri de beneficio cum cura, vel sine,si ille impetrans erat minor, & sic inhabilis ad curatum tempore impetrationis, licet sit habilis tempore vacationis, non tamen eidem debebitur curatum ratione illius subreptionis,sic nec per nominationes videtur.

52 ¶Secundò,nominationes sunt gratiæ quasi expectatiuæ. gl. in §. item quod vniuersitates.in verbo gradus. de collat. in prag. Et sic per eas expectant quidam tamdiu, vt sine beneficiis moriantur.ergo debet secundum ius expectatiuarum interpretari. c.causam.de rescrip.sicut aliæ gratiæ interpretantur.

¶Tertiò,facit glo.in §.illi verò.de colla.in prag.in verbo religiosis.vbi glos. tenet regulari non deberi beneficium regulare, si tempore nominationis erat secularis,licet tẽpore vacationis sit regularis,si dixerit in nominationibus,ad secularia, & regularia.idem tenet Brunel.in tract.de dignit.leg.conclu.19.declaratio.6.quæ clausula hodie non apponitur per vniuersitates,cũ sit per concordata prohibitum ad regularia secularem nominari,etiam prætextu dispensationis apostolicæ,& contra.§. volumus.cod.tit.in concord.contrarium tenet. d. Auriolus ille miles Tholosanus in repe.c.eam.de rescript.tum quia potestas nominandi data vniuersitati censetur esse data à lege,cum sit perpetua,& ideo dicitur ordinaria,& nõ delegata,secundum eum per glo. in c.si contra de offic. deleg. glo. in l.& quia.ff. de iurisdict.omniũ iudicum.tex.iuncta glo.in l.2.C.de offic.eius qui vicẽ alterius gerit.ideo nõ cadit in nominationum literas surreptio,secundum eum.per glo.in ca.irrefragabili.§. cęterum. de offic.ordina.in verbo super hoc,nisi in his quæ posui supra.

Potestas nominãdi ordinaria.

¶Secundò, is nominatus non dicitur impetrans apostolicus, ergo surreptio in eum non cadit.vt not.in c.si.de offic.leg. lib. 6.& cle.vlt.de offic.ordina.vbi gl.& in §.non tamen.in verbo effectum.de coll.in prag.Rota decis.55.in antiq.vbi ex priuilegio papæ potest quis ad vacatura nominare, & ille nominatus per tale priuilegium nõ præfertur impetrãti apostolico.alioqui si primo impetraret nominationes,præferretur secundo impetranti etiam à papa.c.tibi qui.de rescript.in 6. quod nõ videtur verum,vt in rub.de mandat.aposto.dicitur,videlicet,quod apostolicus impetrans nominato etiam antiquiori præfertur.

¶Præterea in nominationibus debẽt exprimi illa quæ supra in proxima quæstione dixi,ad alia exprimenda non astringit.§.volumus.& §.statuimus.de collat.in concordat. ergo ad alia non

crit.

erit surreptio, licet dicatur in nominatione ad beneficia curata & nó curata. si papa voluisset aliud exprimi, dixisset. Item mens papæ fuit viris literarú studiosis & disciplinis liberalibus incúbentibus prouidendi, vt attestatur in procemi. cócordat. sed iuuenes student ante 25. annos. nam postea non præsumitur q bene addiscant. l. 1. & ibi Bar. C. qui ætat. lib. 10 ergo illis poterit prouideri de nominationibus etiam ad curata, dummodo fuerint ætatis perfectæ, quádo beneficium vacabit. nam cogitauit papa, q simul atque quis est nominatus nó adipiscitur beneficium, sed oportet q expectet se esse antiquiorem. ergo bene cogitauit quòd illa impetratio nominationum fieret ante 25. annos, & sic antequá essent ad curata habiles. alioqui sequeretur quòd iuuenes studiosi haberent suas nominationes ferme elusorias, quia tantum ad simplicia beneficia, & sic grauarétur multis expensis, vt aliàs impetrarét ad curata post ætatem perfectá, quod nó fuit mens papæ vt interim senes, qui non ita bene addiscunt sicut ipsi iuuenes, eos præcederent, etiam in data antiquiores, & sic beneficiis principú & suis nominationibus deciperétur in curatis: quod nó est dicendú, vt not. imperator in l. 1. C. de his qui veniam ætatis impetraue. Item facit c. ei cui. de præb. lib. 6. vbi attenditur tépus vacationis. sic & in nominationibus. §. si quis verò ex dictis. ibi, tépore vacationis. eo. titu. ¶ Præterea facit l. fin. C. de testa. mili. vbi si princeps pupillum creet tribunú, nó ob hoc poterit testari, sed expectabitur ætas. sic quádo nominationes conceduntur graduatis minoribus 25. annis, nó poterit eis durante minori ætate prouideri de beneficiis curatis, sed post legitimá ætatem sic. ná suspéditur prouisio in curatis vsque ad legitimá ætatem, sicut dicimus in minore ordinato ad presbyteratum, vt nó possit celebrare ante legitimá ætaté 25. annorum, post sic, etiá sine alia ordinatione. cle. fin. de ætate & qualita. sic in nominatis. & ita tenet in propriis terminis Auriol. in d. repet. c. eá te. nu. 218. cú seq. vsque ad 332. de rescrip. vbi multa alia fundamenta adducit. illa videto. non addo alia nunc, sed quando operæprecium fuerit, amplius discutiam. 53

¶ Vltimò, pone quòd minor est dispensatus ad obtinendú beneficium curatum intra quod tempus teneatur promoueri? Respon. quòd in 18. anno ad subdiaconatum, in 20. ad diaconatú, in 25. ad presbyteratus ordinem. per cle. fin. de æta. & qualitat. ita concludit Petrus Ancha. cons. 293. vltra, & cós. 304. ista. nisi in dispensatione esset adiecta clausula, quòd ad nullos ex sacris

Dispensatus ad beneficium curatum tenetur promoueri.

ordinibus teneatur promoueri ante 25.annos.ita concludit Io. de Ayma dicens se habuisse ter de facto,in rub.de electio.regia ad prælaturas nomina.in verbo scientia,in concor.quia dispensatus de non promouendo ad sacerdotium , non censetur , dispensatus,vt non teneatur promoueri ad ordinem subdiaconatus.c. cum ex eo.de electio. in 6.scripsi in praxi benefic. in di- dispensa.de non promo.

54 ¶Postremò, quidam fuit promotus in magistrum artium , vel fuit effectus baccalarius, sed non habebat tõsuram id temporis, quæro an valeat gradus? Respon. ex suprascriptis sic,cum inspiciatur tempus vacationis,vt dixi supra per c.ei cui.de præbend. in 6. (55) Quid si nominationes impetrauerit ante tonsuram,an valeant? cogita.vide Imol.& alios in c.2.de institutio.& Perus.in ca.si eo tempore.de rescrip,in 6.Feder.cons. 290. quia in præsenti.col.5.versi.videatis,&c.Feli. & alios in c.cum adeo. de rescript.Paul.Paris.consi.125.in 4.volu.

Gradus ante primam tonsuram habitus an prosit.

¶Quæstio decima principalis.

1 DEcimo,principaliter quæro , quæ in nominationibus requirantur? Respond. primò quæritur gradus. §. præfatique ordinarij.& §.præterea.& per totum de colla.supra. Et sic scholaris quantocunque tempore studuerit , est incapax nominationum,nisi habeat gradum.§. teneantur.de collat. ibidem hoc tenet gl.in §.insuper.in verbo.graduatis.de colla. in prag. & in hoc conuenit omnis prope turba regnicolarum.

Requisita in nominationibus.

2 ¶Primò quæro,qualis gradus requiratur? Respond. gradus doctoratus,licẽtiæ,vel baccalaureatus in theologia,in iure canonico,vel ciuili.In medicina requiritur gradus doctoratus,vel licẽtiæ,in artibus verò magisterium.d.§ pręterea.de collatio.in cõcord. Et in his quę iuris sunt positiui,licitũ est dicere quod not. gl.in §.furtiuæ.inst.de vsuca.sic volo, sic iubeo, sit pro ratione volũtas.& inter istos graduatos quidam dicitur graduatus simplex,alius graduatus nominatus,de quibus infra dicetur.

3 ¶Item requiritur quòd gradus sit habitus in vniuersitate famosa.§.præfati.1.& §.præterea.de colla. supra. vel quòd in aliqua vniuersitate priuilegiata gradũ adeptus fuerit. §.statuimus. ibidem in cõcordat.& in ordinat.reg.rub.*des graduez simples.* articu.9.ibi,*& quilz ont estudié en vniuersité priuilegiée,&c.*

4 ¶Ex quo infertur quòd graduatus sub bulla,nõ potest obtinere nominationes,nec beneficia virtute gradus, quia bullati do-

Gradus de-

ctores

ctores in hoc regno non sunt habendi pro doctoribus, nec priuilegiis aliorũ doctorũ gaudent. tanquã per saltum promoti. l. nemo. C. de aduocat. diuer. iudi. Guido papæ. q. 388. in decis. Delphina. Roma. in repeti. l. si verò. §. de viro. col. 9. fallẽ. ead. ff. solut. matrim. Ias. in l. si quis maior. in fin. C. de transactio. & Thom. Parpaliæ in repet. l. placet. col. 20. C. de sacrosanctis eccle. Dec. post alios in c. clerici de iudic. nec sunt maioris mõmenti quàm bulla. glo. in regula cancella. Iulij secundi. in 6. parte. & asini, qui non possunt sumere gradum ratione ignorantię in vniuersitatibus famosis, recipiunt à comitibus palatinis. *bet sumi in vniuersitate famosa & non sub bulla. Contra doctores bullatos.*

¶In Hispania etiam nullus debet sumere gradum, nisi ab vniuersitatibus, aliàs non reputabitur graduatus, nisi fuerit examinatus in dictis vniuersitatibus, & remissus postea ad commissarium, & hoc cõcessit Alexand. papa, anno 1493. 6. Calend. Augusti, pontificatus sui, anno primo, vt in constitutionibus Hispan. est videre.

¶Quæro, quidam Gallus sumpsit gradum in Italia, quem insinuat cum tempore studij episcopo Aurelianensi, vacat beneficium in mensibus graduatorum, quod episcopus gratificando cõfert isti promoto in Italia. graduatus in vniuersitate Frãciæ, qui etiam insinuauerat, illud requirit, & acceptat. cui debeatur? videtur quòd graduato in Italia posit conferri beneficium in mensibus graduatorum vacans. per §. statuimus. de colla. supra. vbi collator in mensibus deputatis graduatis potest gratificare vnum ex eis, quem voluerit, ergo istum graduatum in Italia, & aliàs extra regnum. nam dispositio generaliter loquẽs, generaliter debet intelligi. l. prima. §. generaliter. ff. de legat. præstand. Sed concordatum generaliter loquitur de graduatis, ergo vbicunque sint promoti, non refert, dum tamen modo in vniuersitate famosa, & priuilegiata, vt in dicto titulo. de collat. in concordat. sed vniuersitates extra regnum sunt famosæ, & priuilegiatæ, ergo ibi graduatus priuilegio sui gradus frui debet. Item ratio & mẽs concordatorũ cõuenit isti graduato extra regnum, videlicet vt prouideatur peritis, sed hic istam qualitatẽ habet, ergo non erit reiiciendus, argument. notat. in authenti. habita. C. ne filius pro patre. vbi aliqui doctores dicunt priuilegia scholarium concedi tantum studentibus alibi quàm in patria. ibi dixi in priuilegiis scholarium, an sit verum. 5 *Graduatus in vniuersitate extra regnũ an beneficia in vim gradus obtinere posit.*

¶Præterea actus iure factus in vno loco, habet vires etiã extra illũ locum in quo est factus. vnde si notarius creatus in ciuitate,

fecerit instrumentum extra, valebit. Bartho. & Bald. in l. nec ei. §. satisdatio. q. 5. ff. de adopti. Bar. & alij in l. 1. C. de summa trinit. sic & gradus assumptus in Italia habebit vires etiá in Francia, sicut legitimatus Romæ, vbique est legitimatus, & hoc tenet gl. in regula cancel. Iulij secundi, in 3 parte. & hoc in propriis terminis tradit Ioan. Dayma, doctor Tholosanus. in rub. de elec. in verb. in vniuersitate famosa. vbi hoc expressè firmat. Mihi tamen videtur cótraria opinio verior, quia graduatis tátú in vniuersitatibus regni cócessit priuilegia nominádi, & gradú dandi quoad beneficia habenda in vim illorum. probatur in procæ. concorda. & in §. monemus. ibi, vniuersitates regni, ergo aliàs extra regnum exclusit, argu. c. nónne. de præsumptio. Hoc etiam probatur in ordina. regiis. rub. *des graduez simples*. artic. 1. vbi sic dicitur, *Item enioignons aux vniuersitez de nostredict royaume, & Daulphiné*. & postea semper ad easdem vniuersitates se refert, maximè artic. 5. ibi, *esdites vniuersitez*, &c. & in §. præfati. ibi. huiusmodi graduatis, &c.

¶ Secundò, quando priuilegia sunt specialiter concessa alicui vniuersitati vltra alias, túc aliæ nó vtétur illo priuilegio. not. in l. 1. ff. de leg. 1. sed speciatim vniuersitatibus regni est cócessum, vt possint regnicolas ad gradus ꝓmouere quo ad beneficia habenda in regno, ergo hoc priuilegio nó vtétur aliæ vniuersitates extra regnú, quæ nó habent hoc cócodatú, nec priuilegium.

¶ Tertiò, bonum est argumentum de personis ad locú, & ecótrario. l. 1. & 2. ff. ne quis eum qui in ius vocat. est, vi eximat. Ias. & recentiores in l. vinum. si cert. peta. Claud. cantiun. in topica iuris, fol. 68. sed personæ exteræ non possunt etiam in vniuersitatibus regni sumere gradum ad habendum beneficia in vim illius in regno, ergo etiam regnicolæ non poterunt gradum sumere extra regnum quo ad hoc priuilegium regni.

¶ Quarto, cui prohibetur consequens, videlicet nominare, & antecedens ad illud, videlicet gradum dare. l. illud. ff. de acquir. hæred. cú similibus allegatis in l. 1. per Claudi. seycel. ff. de iusti. & iure. Sed prohibetur vniuersitatibus extra regnum dare nominationes regnicolis, saltem non est concessum illis, ergo nec poterunt concedere gradum quoad beneficia regni.

¶ Quintò, vna res non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucapio. nec duplici iure. c. cognouimus. 12. q. 2. sed vniuersitates extra regnum non possunt cócedere nominationes etiam regnicolis. §. monemus. de colla. in concorda. ergo nec

nec

nec etiam gradus quo ad beneficia habenda in vim illius.

¶Sextò, hæc priuilegia data in concordatis sunt eo concessa, ne res nummaria Galliæ exhauriretur, vt patet in primis literis regiis positis in princip.concord. Franciscus,&c.versi. ideóque. Sed respublica Franciæ nummis exhauriretur, si quilibet scholasticus Gallus studeret extra regnũ, & ibi sumere gradum posset, ergo,&c.

¶Septimò, papa in suis primis literis ad concordata dicit fecisse concordata pro communi & publica vtilitate regni. Communis & publica vtilitas regni est, ne regni Franciæ scholastici extra regnum promoueantur, tum vt sciamus an per saltum promoti sint, quod solent facere vniuersitates Italiæ: tum etiam propter collatores, vt sciant an tales promoti sint literis prædi ti & moribus, ac sint tales, quibus possint collatores sacerdotia committere. ad hæc etiam, vt uniuersitates habeant commoda illius gradus, vt sequitur.

¶Octauò, vult papa (vt dicit) ingenti hominum regni dispendio obuiare, versicu. postremo. sed ingens dispendium est vniuersitatibus regni & quodammodo vilipendium, quòd homines Galli relictis tam famosis & excellentissimis Franciæ vniuersitatibus, alibi sumant gradum, ergo non debet permitti saltem quoad priuilegia concordatorum.

¶Nonò, prohibetur ibi ne per vrbes errabundè vagentur scholastici Galliæ. si concederentur hæc priuilegia promotis extra regnum, scholastici regni vagarentur, & præberetur istis materia vagationis, quæ summopere à iure improbatur. ca. quia in tantum. de præbend.

¶Decimò, sicut attestatio nobilitatis debet fieri à iudicibus regni. §. cum verò. de coll. supra. dico infra, q.12.nu.17. ita & attestatio gradus, & ipse gradus debet assumi in vniuersitate regni.

¶Vndecimò, quædam requiruntur in literis gradus in Francia per concordata, & ordina. regias, quæ non requiruntur in Italia, de quibus infra dicetur in eadé quæstione, & sequé. & illa requisita non seruarent vniuersitates Italiæ. quia non solent aliquem facere baccalaureum, sed licentiatum & doctorem. ergo is sic promotus, in hoc regno per saltum promotus censetur.

¶Duodecimò, instrumentum sigillatim sigillo regio factum in Montepessulano, non habebit executionem hic, quanuis sit cõsuetudo vt habeat, tamé in hoc inspiciemus celebrati cõtractus loci cõsuetudinem. Bal. in l. vna. in fi. C. de confes. Ias. in l. pen.

in fi.prin.ff.de de iurisdict. om.iudi. Sic iste graduatus in Italia, vbi non sunt hæc priuilegia concordatorum, non habebit ea in hoc regno ratione sui gradus.

¶ Vltimò, hæc priuilegia dautur vt studia & regni vniuersitates foueantur, & augeãtur. §.item placuit. de collationibus in prag. vbi sic dicitur. Item placuit ipsi congregationi, vt tanto magis studia & vniuersitates regni & Delphinatus cum scientiarum augmento foueantur, quòd suppositis vniuersitatum prædictarum conferantur duæ partes præbendarum, &c. ergo suppositis & graduatis in aliis vniuersitatibus non debentur beneficia in vim gradus, argumento à contrario sensu, sed concordata successerunt in locum pragmaticæ, ergo in eisdem terminis debent intelligi in his, in quibus non est immutatum per ea.

6 ¶ Non refragantur supra in contrarium adducta.

¶ Primum, ꝙ generaliter dantur priuilegia graduatis in vniuersitatibus famosis. Respódeo dari priuilegia non simpliciter graduatis in vniuersitatibus, sed graduatis in vniuersitatibus regni, probat d. §. monemus. & ordinationes regiæ supra allegatæ. ideo nõ loquitur generaliter. & si loqueretur generaliter, tamẽ deberet intelligi secundum præfationem, in qua tantum loquitur de graduatis in regno. & quia est regni, & localis, ideo ad alios non extendetur. Non obstat secundum quòd sit eadem ratio in promotis extra regnum, quia sunt literis præditi, sicut in regno promoti, Respondeo, etsi haberet locum vna ratio, tamẽ aliæ (quas supra dixi) refragantur. ideo nõ habebit locum, arg. §.affinitatis. instit. de nupt. Minus obest ꝙ dispositio ritè facta in vno loco, vbique sortitur forum. Respódeo hoc esse verum, vt sit doctor vbique, non tamen habebit priuilegia illorum qui promoti fuerint in Gallia, sed iuris communis priuilegia habere poterit, de quibus in authen. habita. C. ne filius pro patre. Vide q. seq. 12. Et quãuis D. Dayma hoc tenuerit, quia erat in vniuersitatibus extra regnũ promotus, hoc fecit vt suã defenderet promotionẽ, ideo ei nõ puto credendũ, cum causam suã ageret. Ex his cõcludo episcopum nõ posse gratificare promotum extra regnum, nec ei esse conferenda beneficia in vim gradus.

7 ¶ Secũdò, in nominationibus requiritur scriptura. §. pręfati. ibi per literas patentes. & §. volumus. ibi, in nominationum literis. de collatio. in concor. alioqui quomodo posset dare literas duplicatas collatoribus nominatus, si eas non haberet? Certè non posset, quia non dat, qui non habet. l. traditio. ff. de acquirend. rerum

Scriptura in nominationibus requiritur.

rerum dominio. dicit Bar. in l. si vniuersæ. C. de lega. etsi ad hoc adstringátur in §. teneantur. de colla. in concord. ibi, literas duplicatas dare, &c. Licet regulariter ad validitatem actus non requiratur scriptura. l. pactum quod bona fide. ff. de pact. quod fallit quando ex lege vel statuto requireretur scriptura, vt in emphyteosi. l. 1. C. de iure emphyt. & aliis casibus traditis per glos. meliorem iuris, in cap. 1. de censib. lib. 6. & Berta. in verbo scriptura de substantia. & in hoc regno Franciæ propter concorda. mandata etiam requirunt scripturam, vt patet in rub. de manda. apostoli. vbi dixi in §. 1.

¶ Licet de iure in gratia apostolica nō requiratur scriptura, qa statim habet effectū dispositionis. c. inquisitionis. 25. q. 2. l. contrahitur. ff. de pign. & in gratia apostolica ꝙ scriptura requiratur, hoc expressè tenet Archid. & alij in prooemio 6. lib. circa fi. Bal. in l. si qua. col. 2. C. de episco. & cleri. doc. in rub. de constit. 8 *Scriptura ĩ gratia apostolica non requiritur.*

¶ Quæro, quidam nominatus acceptauit beneficium quod sibi ratione suæ nominationis per episcopum fuit collatum, perdidit suas nominationes, quæro an possit beneficium cum sola collatione retinere? tradit Anto. in c. in nostra. in prin. de rescr. & ibi Feli. in versicu. spoliatus. in fin. vbi dicunt quòd sic, quia collatio cōseruatur sine literis nominationum, per c. cum olim. in 1. de priuileg. glo. in c. sanè. de renuncia. 9

¶ Tertiò, requiritur, quòd is cui conceduntur, sit actu residens in vniuersitate, in qua vult sumere nominationes, vt habetur in ordina. reg. rub. *des priuileges des escolliers*, artic. 5. & etiam in alia ordinatione dicitur ꝙ scholares non gaudent priuilegiis si sint vltra sex menses absentes ab studio, quádiu sunt absentes: quod fusius tractaui in priuilegiis schola. sufficit tamé ꝙ fuerit residés tempore, quo eidem conceduntur, & sic per procuratorem eas non posset impetrare obstantibus illis ordinationibus, licet de iure secus. glo. in c. nonnulli. §. fi. de rescrip. & si docto. eas concedere velint, nil obest. adeo quòd nominationes nō essent ob hoc nullæ: quia iure hoc non est cautum, nec per concordata. 10

¶ Quartò, requiritur quòd illæ literæ tam gradus, quàm nominationis sint manu scribæ vniuersitatis (quem secretarium vniuersitatis, in Montepessulano vocant) signatæ. d. §. præfatíque graduati, ibi, manu scribæ. l. diuus. 2. ibi, literas inclusas atq; obsignatas. ff. de custo. reorum. nam sicut acta iudicis non faciunt fidé, si nō habeát iudicis signū. Dynus in l. in fraudé. §. quoties. ff. de iure fisci. sic nec instrumentum sine signo notarij probat. 11 *Literæ gradus & nominationis manu scribæ vniuersitatis signari debent.*

l.fi.§. nec calidis.C.de assesso. Bar.in l. ad testium. §. si quis. ff de testa. Guido papæ in statu. si quis per literas. in verbo propria manu.in fi.Feli.in ca.scriptura.col.4.de fide instru.hoc tamen dicunt docto. de cõsuetudine esse,vt signum sit de substãtia in instrumento.Panor.& Dec.in c.1.de fide instru. Bar.in l. si quis ex argentariis.§.si initium.ff.de eden.Corne.consi.22.licet.3.volumi.& consi.70.duo.colum.1. in 4.volu.& consi.118. placet.colum.2.ibidem.

12 *Locũ tenẽs scribæ an poßit nominationes signare.* ¶Quid si scriba vel secretario vniuersitatis absente, literæ gradus & nominationis fuerint signatæ per locum tenentem, seu per substitutum scribæ,quæro an valeant? Videtur quòd non, quia tex.dicit in dicto §.præfati.manu scribæ.ergo non manu alterius;quia qui de vno dicit,de alio negat. ca.nónne. de præsump.l.cum prætor.ff.de iud.

¶Item quãdo aliquid debet fieri per propriam manum, substitutus non potest interuenire. text. notab. quem ibi ponderant Bar.& patruus meus Iaco.Rebuffus,& alij in l.penul.C.de erogat.militaris anno.lib.12.ca.periculosæ.de pœniten.dist.1.ca.1. de verbo.signi.lib.6.glo.sing.in verbo publicæ.in cle.1. de vita & honesta.cleri.c.licet.& ibi docto.de deci.

¶Itẽ facit tex.in l.singulos.ff.de testa. vbi dicit singulos testes, qui in testamento adhibentur, proprio chirographo annotare conuenit.dicit glo.ergo vnus pro alio non subscribit.c.quicunque.in prin.de hæret.lib.6.& ibi gl.in verbo propriis manibus.

¶Præterea quando iuramentũ requirit quòd propria manu alicuius fiat,non potest iurari per alium.c.licet ex quadã. ibi,proprio iuramẽto.de testi.& ibi plenè Feli.col.2.&.c.1. de iureiur. li.6.cle.1.illo tit.quia importat propriam industriam.Barb.cõs. 76.sapienter.col.3.& consi.88.sapienter.col.6.in 4.vol.vbi cõcludit de testamento,quòd non possit signari per alium, etiam nomine illius personæ,quę signare debebat.Imò quando actus requirit propriam personam, non potest illa persona delegare aliam. Aret.in l.1.§.1.& ibi Ias.& alij.ff.de acquirẽ.possess. Item quando lex vel statutum mandat, vt certi notarij, vel hominis, subscriptio apponatur,tunc est de forma.l.1.C.de conueniend. fisci debitor.lib.18.Roma.consil.203. quoad primum.& omissio illius formæ vitiaret actum.l.1.ff.de liber.& posthu.

¶Veritas in cõtrarium se habet.nam qui per aliũ facit, perinde est acsi ipse faceret.regula, qui per alium.de regul. iur.lib. 6. & propriè dicitur facere,qui facit per alium.tex.sing. & ibi multa

addidi

addidi in l.certè.§.1.ff.de præca. cui nouum dedi intellectum. vide tamen Bar.in l.sed si vnius.§.seruus.ff.de iniur.& Dynum in d.regula,qui per alium. Alioqui sequeretur, quòd scriba, seu secretario absente, vel valetudine impedito, non possent concedi nominationes,quod esset irrationabile. nam quando notarius non potest propter suam infirmitatem signare protocollum, committit alteri notario.l. quædam.§. is autem. ff. eden. Bald.in c.2.col.3. de fide instru. Sic dicemus in nominationibus, vt scriba cuidam committere possit.

¶ Non obstant quæ supra diximus,quia in concordato non ap 13 ponitur verbum propria manu scribæ , ideo poterit signari per alium,etiam si diceretur propria manu.quod sic probatur.Propriis manibus debet leuari infans in baptismo,ca.ad limina.30. q.1. Et tamen compaternitas contrahitur per procuratorem secundum communem opinionem positam in c. veniens. de cognatio.spiritua. Feli.in c.licet.col.3.de test.facit c.si quis suadente.17.quæst.4.iuncto.c.mulieres.de senten.excom. Panor.in c. fin.de iuramen.calum.hoc tenet Albert.in tract.de forma & solen.actus.rub. ex quibus consistant forma & solennitas. fo. 27. col.3. vbi dicit non importari personalitatem ,vel industriam, quando dicitur tantum,manibus,vel manu scribæ,vt in concorda. ergo per substitutum poterit fieri. vt plenè tradit Barba. in ca.1.nume.25.& seq.de libel.obla.

Cōpaternitas etiā per procuratorem contrahitur.

¶ Item etiam si in cōcordato esset propria manu , adhuc posset 14 fieri per alium,per regulam quam tradit Card. in cle. 1.de iure iuran.vbi dicit,quando actus non est præiudicialis, vel non est electa industria personæ,potest fieri per alium,licet dicatur propriis manibus. Bald.in l.vna.§.ne autem. C.de caduc.tollend. probatur per Feli.in c.licet ex quadam.col.2.& sequen.de testi. Item valet actus non seruata forma , quando imminet necessitas. Alex.& Soci.in l.1.ff.de libe.& posthu. Bald.in propris terminis in rub.C.de fide instru.col.8.nume.23.

Actus quādo per aliū possit fieri.

¶ Præterea statuto Delphinali cauetur,quòd propria manu debent subsignari literæ à iudice,tamen valebūt si fuerint signatæ à locum tenente, secundum Guido . in statuto si quis . in verbo propria manu signatas.versic.sed quid si dictæ.

¶ Oportebit tamen quòd ille qui sic subscribit,protestetur se fa 15 cere nomine scribæ.Bar.in l.ad testium.§. si ab ipso.ff.de testa. vbi dicit testem signantem anulo alterius,debere protestari. Ratio est,quia si vteretur signo alterius tāquam proprio,incideret

No. tu qui subscribis p aliquo.

in falsum.l.eos.& l.lege Cornelia.ff.de fal.§.item lex Cornelia. insti.de publi.iud.moder.in §.possunt.insti.de testa.

Quo in loco debeant notationes signari & aliæ scripturæ.

16 ¶Primò,quæro in qua parte debent signari? Respon.in fi.arg. l.hac consultissima.ibi,finem autem testamenti subscriptiones. C.de testa.l.subsignatū. ff.de verb.signi.Specul.in tit.de instru. editio.in fi.ná scriba subscribere debet nomen suum & cognomen in nominationibus, vt in aliis instrumentis ibidem dicitur,& Guido papæ.in d.verbo propria manu.in prin.Specu.in §.vt auth. versicu.notarius,rub. de senten.in 2.parte.Paul.in l. cum antiquitas.in fi.C.de testa. Bart. in l.si quis ex argentariis. §.si initium.circa fi.ff.de edend.licet Bald.in l.non enim aliter. ff.de adoptio.dicat non esse determinatum locum à iure,in quo debeat apponi signum notarij.plus dicit in l. ad testium. §. siquis.de testibus.ff.de testa.non esse curandum an signum notarij apponatur in principio , vel in fine instrumenti, tamen subscriptio in fine debet poni , & etiam ex consuetudine signum: & ille locus est magis conueniens.Bauer.in §.possunt.col.3. & seq.institu.de testa.& sic de consuetudine seruatur , ita quòd si contra fieret , non valeret instrumentum , nec nominationes, quia minimè mutanda sunt, quæ semper certam interpretationem habuerunt.l.minimè.ff.de legib.

Signū duorum an requiratur.

17 ¶Secūdo quæro,quid si fuerint duo scribæ, an vterque debeat subsignare? Videtur ꝙ sic,quia cum duo notarij recipiūt vnum instrumentum,nō sufficit ꝙ vnus illorum signet, sed requiritur vtriusque signum,nisi instante necessitate. Alber. per illum tex. in l.1.ff. de offic. consul. Guido papæ decis. 122. Et quilibet in sua subscriptione debet facere mentionem alterius,Rebuff.in l. nulli.in fine.C.de numerariis & actuar.lib.12. quod non seruatur.& talis consuetudo vt instrumentum nō prosit,nisi sint duo notarij,valet,vt not.Dec.in cap.2.nume.6.de proba. & quando conficiunt varia instrumenta,neutri creditur,quia sibi inuicem derogant.l. scripturæ. C.de fide instru.sic consuluit Bald. consi.392.in primis.ver.vltimus. Si tamē tempore pestis,vel alterius necessitatis non reperiretur nisi vnus,ille solus posset cōficere instrumentum adhibitis duobus testibus & valebit , non obstante consuetudine contraria. Angel.per illū tex.in §.quod autem.in authen.de non alienand.rebus eccle.colla.2.allegat.l. fi.C.de testa.Idem arbitror in nominationibus,quia §.præfati. 2.dicit manu scribæ.ergo sufficiet vnus,& ita seruat vniuersitas Tholosana,quia quilibet cēsetur esse datus in solidū,ideo valet

Cōsuetudo vt duo notarij conficiāt instrumentū,valet.

sine

sine subscriptione duorum. secus si essent duo collegæ electi-patruus meus in d.l.nulli.Bald.in l.iurisiurandi.col.2. C.de testib. Si tamen ex consuetudine vel statuto requiritur signum scribæ & Bidelli generalis in nominationibus, vt apud Bituriges, tunc non valebunt nisi signum vtriusque interuenerit, ita tenet Guido in d.q.122.an instrumentū. Sed hoc est plus, quàm sit à concordatis expressum, requirere, & ex causa valet: vt quandoque in vniuersitate Bituricen. dum ibi profiterer, dixi.

¶ Tertiò quæro, quo signo debeat scriba seu notarius vti in 18 nominationibus? Respon. signo consueto, aliàs si mutauerit signum suum falsi tenetur. Bal. & alij in 1.constitu.C.& in l.comparationes. col.vlt.C.de fide instru.& ca.significauit. de appella.& ibi Peruf.& alij. Lanfranc.in c.quoniam contra. in verbo instrumentorum.col.2.de proba.per.l.fin.C.de assessorib. & §. item lex Cornelia.insti.de publi.iudic.Fel.in c. 1.de fide instru. Ratio est, vt postmodum ex istis instrumentis ad alia fiat facilior comparatio. §. oportet.in authen.de instru.cautel. & fide. colla.6.glo.in d.§.item lex cornelia. quod rectè fieri non posset, si diuersis vteretur signis notarius.glo.in §.sed si instrumenta.in verbo adiiciatur.d.authen.de instru.cautel.de fide. Bauer. in d.§.possunt.notab.2.insti.de testa.

Notarius quo signo vti debet.

¶ Ideo vitiarentur nominationes si scriba vniuersitatis eas si- 19 gnaret per duas literas, vt P. R. volens dicere Petrus Rebuffus, vel per duas syllabas incognitas, vel per literas, aut notas. quia tales notæ nec literæ sunt, dicit text. in l.sed cum patronus.§. fin.ff.de bono. posses.& ibi glo. & hoc intellige quando scriptura de substantia erat, vel de forma, alioqui quando essent tales literæ.licet non probent, tamen non vitiant: sed perinde est ac si scriptura earum rerum non esset facta. argu. l.1.ff. de iniusto.rupt.l.sed si pupillus.§. proscribere. de institor. actio. Baldus & Imol.in l.quoties.§.1.ff.de hæred.insti. Alber.Brunus in tract.de forma.Rub. ex quibus consistant forma & solennitas, versicu.44.ibi, quædam verò sunt, &c.

Nominationes per signa incognita non signentur.

¶ Quintò, requiritur quòd sigillo vniuersitatis sint sigillatæ.d. 20 §.præfati.ibi, sigillo vniuersitatis, &c. nec valerēt, nisi essent munitæ signo scribæ, & subscriptione, ac sigillo vniuersitatis. Spec. in tit.de instru.editi, §.instrumentum ergo publicum.vers.item quòd non est signatum.& versi.item quòd non est sigillatum. vbi sigillum & subscriptionem requiri dicit. idem tenet Guido papæ.quæst.175, literæ, & 481, literis.in suis decis. Bar.in l.si.

Sigillo vniuersitatis sigillari debent nominationes.

colum.penul.de fide instru. Alia sigilla scripsi in tracta.de literis obliga.in glo.6.in ordi.reg.in 1.tomo.

¶ Secúdo quæro, quid debeat cótinere sigillum. Respon.debet cõtinere quandã impressioné.l.1.versic.sinauté socius.ibi sigillo impresso.C.de cõmuni seruo manu.& ibi Bal.notat illũ tex.facit l.decernimus.C.de aquæ duct.lib.11.§.si pecunia.l.primæ.ff. depo.c.inter dilectos.de fide instru.c præsentata. de test.gl.in c. nobilissimus.96.dist.in qua impressione debet esse imago principis,seu rectoris,vel arma regis, aut sigillantis, vel eius imago, seu alicuius sancti,sicut in moneta.l.fi. C.de veter.numisma.potest.lib.11.Bal.cõs.376.casus talis est,domini de lascala.in 3.vol. 25 Sigillum quid debeat continere.

¶ Ité debet cótinere characteres seu literas circũ,vt sigillum vniuersitatis,vel sigillũ regis,vel alias literas aptas & conuenientes sigillo.tex.in c.significauit.de appel.& ibi doc.c.inter dilectos. de fide instrum.Et sigilla debét apparere orbita, & characteres. vt sit forma.gl.in d.c.inter.in verbo dimidia. & nomen sigillantis.d.l.decernimus. C.de aquæ ductu.lib.11.ideo si quis vellet sigillare cum re non habente characteres,vel literas legibiles,puta cum corrigia,nõ posset.§.possunt.vbi Io. Fab.instit.de testa. l.ad testium.§.signum.ff.illo titul.

¶ Ex quo infertur quòd defectus formæ impressionis seu characteris impedit rei essentiam,vt non valeat actus factus sine illis,imo defectus vitiat,vtpote si figura,seu imago, amplius non appareat, vel character sigilli.d.c.inter dilectos. vbi si sigillum frangatur pro ea parte,vt non dignoscatur imago, vel tantum atteratur,vel cassetur,vt non cognoscantur literæ, nec cuius sit sigillum,non faciet fidem,& vere non est sigillum, propter formæ omissionem. Spec.in tit.de instru.editio. §. instrumentum. vers.item quod imago.& in titulo. de procu.§. ratione autem formæ.versi.item quod non sunt sigillo,&c.Guido papæ in statuto si quis per literas.in verbo propria manu. vers. sed quid si in,&c. Sequitur Alber.Brunus in tract.de forma & solénitate actus.rub.ex quibus cõsistant forma & solennitas.versi.48. dicés quãdo actus requirit sigillationé,tunc sigillũ est de forma.Bald. in l.si duos.§.si quis iurauerit.ff. de iureiur. ideo cũ hic sigillum in literis nominationum & gradus requiratur,non valebunt tales literæ non sigillatæ,nec literæ attestatoriæ temporis studij, vt infra dicetur. 26

¶ Tertiò quæro,an sufficiat quocunque sigillo vniuersitatis sigillare nominationes?Respõ.nõ,sed oportet quòd sigillo desti 27 Sigillo ad

nominatio nes destinato sigillentur.

nato ad nominationes sigillētur, si aliquid sit, & non valeret si esset sigillū destinatū ad nominationes & gradus, & alio diuerso sigillo sigillarētur, per d.c. significauit. ibi, sigillū capituli ad citationes tantū. de appel. quod est notandum, quia vtēdum est qualibet re ad eius vsum destinata. c. ad nostrā. & c. suggestum. de appel. Bal. & Perus. in d.c. significauit. Et per hoc dixi, quòd si nominationes consueuerant sigillari magno sigillo, & rector apposuit paruum sigillum, quòd non valent per supra adducta. nam sigillum ad vnum actum deputatum, non facit in alio actū fidem, per. d.c. significauit. nam limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquiren. rerum do. Aret. in d.c. post cessionem. & Dec. in d.c. significauit. Imo nominationes redderentur suspectæ, si figura apposita in sigillo esset valde difformis sigillanti, vtpote si episcopus, doctor, vel vniuersitas haberet sigillum, in quo esset impressa figura hominis armati. idem si capitaneus vel miles haberet sigillum in quo est impressa imago doctoris, aut episcopi, nam illud sigillum debet esse, vt in notionē sigillantem deducat. l. stigmata. C. de Fabricen. lib. 11. hoc tenent expresè Porcus & Bauer. in d. § . possunt. institut. de testa. quia nomen rei conueniens esse debet. §. est & aliud institu. de donatio. sic & sigillum.

¶Si tamen vniuersitas promiscuè vteretur magno & paruo ad nominationes, tunc essent validæ, & sic possent saluari cōtra opponentem non esse rectè sigillatas, secundum docto. in d.c. inter dilectos. In Mōtepessulano sigillātur magno sigillo cū retro impresione minoris. quod si non fiat, non valent, quia ita solitum est fieri, argu. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. peta. & ibi Iason multa ad hanc rem facientia adducit. Et idem fieri consuetum in vniuersitate Parisi.

¶Ideo in nominationibus solet apponi, in quorū omnium fidē & testimonium, sigillum nostrum consuetum apponi iusimus, &c. nam in literis debet exprimi ad quid sigillum apponatur. Et si non exprimatur, videtur apponi ad id, quod natura causæ
28 desiderat, quia ex natura actus datur intelligi voluntas. l. si stipulatus. ff. de vsur. Bald. in c. 2. col. 3. de fide instrumen.

Sigillo facultatis nominationes sigillatæ non valent.

¶Quartò, quæritur, an valeant nominationes, si sigillo tantum facultatis legalis, vel canonicæ, seu theologię sigillētur? Clarum est quòd nō, quia tex. dicit sigillo vniuersitatis, & facultas nō est vniuersitas. nā diuersitas nominū inducit diuersitatem rerum. l. si idem. C. de codicil. etiamsi sigillarentur sigillis omnium facul-

cultæ

cultatum,& omitteretur sigillũ vniuersitatis:quia forma omissa redderet actum nullum.l.1.ff.de liber.& posthu.Et ista opponi possunt contra nominationes,nec possunt euitari si probentur. Si tamen per inuidiam vel malitiã rector recusaret sigiliare nominationes alicuius facultatis,posset instãte necessitaté facultas suo vti sigillo,per l.1.ff.de offici.consul. &.c. si quis propter.de furt.& vt malitiis hominum obuietur .c.sedes.de rescrip.

¶ Nec etiam valerent nominationes si sigillo rectoris priuato sigillarentur,cum non sit sigillum vniuersitatis.ideo hæc qualitas,videlicet vniuersitatis,debet interuenire,per ea quæ probat Ioan. And.in c.1.de homicid.lib.6.in nouel. vbi dicit,si probatum fuerit aliquem occidisse hominem,qui occidens accusatus fuerat occidisse tãquam assaysinus,si illa qualitas nõ fuerit probata,nõ debet condemnari. Bar.in l.1.per illũ text.ff.ne quid in flu.public.& Bald.in l. si quis non dicam. C. de episco.& cler. Et quando sigillo authentico debent sigillari instrumenta,debet probari illud esse authenticũ. Dec.in c.post cessionem,col. 3.de probat.Sic in nominationibus debet probari esse sigillum vniuersitatis.& hoc probabitur,si in nominationibus fuerit expressum,vt solet apponi.In quorum omnium fidem,& testimonium has nostras nominationum literas sigillo vniuersitatis cõmuniri iussimus,&c.Posset tamen probari contrarium.sed esset difficile,& oporteret eas falsas probare, ad quod est ante cogitandum.

¶ Quintò,requiritur in nominationibus annus, ad hoc vt antiquior quis sit appareat, qui debet præferri. §. statuimus.de collatio.in concord.& infra dicetur.& in instrumentis regulariter requiritur annus, & alia quæ tradit gloss. in leg.generali. C.de tabula.libro 10.& docto.in l.si quis ex argentariis.§.si initium.ff.de eden.plenè Barb.in repeti. rubric. de fide instrumen. 29 *Annus in nominationibus apponi debet.*

¶ Sextò,dies & mensis,vt appareat quo tempore concessæ sint, & an extra tempus permissum, nam de consuetudine non conceduntur extra tempus quadragesimæ, licet nullum tempus sit præstitutum,vt concedantur per cõcordata,vt supra scripsi.q.7. ideo cõsuetudo,quę est optima legũ interpres,erit attendenda. l.de quibus cum.l.seq.ff.de legib.ideo poterunt ista opponi cõtra nominationes sic data sententiæ in sententiis est scribenda. ca.tum ex literis.& ibi not.Imola,de restitu.in integ. 30 *Dies & mensis in nominationibus apponi solet.*

¶ Alia etiam quæ adhibentur in instrumentis publicis, vtpote 31

locus,& alia tradita per glo.in d.l. generali. C.de tabul.lib.10. ferme solent in nominationibus interuenire, quæ magis per stylum inducuntur,vel per consuetudinem vniuersitatis, quá scripto posint declarari.

32 *Quatuor requisita in instrumentis.* ¶Item notat Bal.in rub. C.de fide instru.col.5. nu.15.quòd ad hoc vt notarius posit conficere instrumentú,requiruntur quatuor. Primò,facti cómisio, id est,quòd sit rogatus,vt in authé. de tabel.colla.4. Secundò,rei cognitio,id est,vt qualitatem apprehendat per sensum corporis. Tertiò,requiritur iuris permissio,id est,quòd instrumentum conficiatur de permisis, non de prohibitis.l.iubemus,§. his tabellionibus. C.de sacrosan.eccle. §.scriba.de prohibita feud.aliena.per Federic. Quartò, testium præsentia, & rogatio, quæ prosequitur Bal.in dicta rub.ibi videre licet , vt nunc claudam hanc vtilem quæstionem, & aliam prosequar.

¶Vndecima principalis quæstio.

1 *Quæ requirantur in literis certificatoriis tẽporis studij.* VNdecimò,principaliter quęritur quæ requirantur in literis certificatoriis temporis studij? Respon.scripturam, sigillú, subscriptionem scribæ vniuersitatis,& illa sex quæ supra in proxima quæstione dixi in nominationibus requiri,vt est tex. in d. §.præfatíque graduati. & sic non valerét attestationes quando rector & facultas certificarent,quia non est vniuersitas quæ requiritur.vt supra dictum est in nominationibus.

2 *Duo testes attestari de tẽpore studij debent.* ¶Item requiritur quòd duo testes ad minimum de tépore studij attestentur vniuersitati vel facultati, quia vbi numerus testiú non adiicitur,duo sufficiút.l.vbi numerus.ff. de testib. c.licet ex quadam.illo titu.vbi dicitur quòd vnus non sufficit etiá si prędidiali fulgeret dignitate,quia regulariter non facit plená fidem l.iusiurandi. C.de testibus. & nominati & graduati teneantur plenam fidem facere de tempore studij.d.§. præfati.ibi,fidem facere teneantur,quod non esset si per vnum tantum probarent, nec vniuersitates certificarent quendam studuisse, nisi prius audirent testes,& sic vidi seruari.

3 *Probatæ vitæ debẽt esse testes de studij tempore deponentes.* ¶Primò,quæro,quales debent esse tales testes de tempore studij deponentes? Respondeo,probatæ vitæ,& opinionis.ca.licet vniuersis.cum seq.de testi.l.3.in princ.ff.eo.Ideo solent Tholosates apponere in literis certificatoriis hæc verba, pro vt nobis fides facta extitit per testes fide & testimonio dignos, licet hæc

non

non debeant apponi, quia nō statur scripturæ referēti, nisi producatur ea, ad quam fit relatio. tex. in authē. si quis in aliquo. C. de edend. ideo simpliciter vniuersitates Franciæ certificāt quem studuisse nulla habita mētione testiū. & istud est tutius. Requiritur etiā quòd scholares pro scholaribus deponant, non faber, vel cerdo, nam quæ in scholis aguntur, non possunt facile aliter probari, quàm per scholasticos ibidem existentes, sicut nec illa, quæ fiunt in capitulo possunt probari aliter, quàm per canonicos. c. veniens. 2. in fine. de testi. Idem de his quæ domi fiunt, dicitur in l. cōsensu. §. super. C. de repud. si tamē omnes scholares causa pestis, vel belli, ab vniuersitate discessissent, poterit tempus studij probari per bidellum, vel vicinos, qui in dies viderunt illū scholarem ingredientem scholas, vel per suum hospitem, in cuius domo habitabat, argu. d. l. cōsensu. §. super. & ibi addidi. vel doctores poterūt cōcedere literas, si notitiam habeāt scholasticorum, & Parisiis quælibet facultas literas concedit certificatorias suis scholasticis, si sint matriculæ adscripti illius facultatis.

¶ Requiritur etiā quòd illi testes sint iurati, nam testi non iurato non adhibetur fides. l. iusiurandi. C. de testib. c. tuis, illo titu. etiam si fuerit religiosus obseruantiæ. c. nuper. de testib. etiam si esset sanctæ vitæ. Barb. in tract. de præstā. Card. in 2. q. 2. partis, in fine. Sic vidi iudicari de adiuncto, qui datur consiliario vel alij commissario, vt iurare etiam debeat, vt fuit in senatu decisum anno 1534. die 4. Martij, per text. in l. hac edictali. §. his illud. vbi Salice. C. de secund. nup. scripsi in tract. de adiunctio. in 2. tomo constitu. reg. 4

Iurare testes & adiunctus debent.

Arrestum.

¶ Intellige quo ad præsumptionem, quam bene faceret, sed nō probationem plenam regulariter. glo. in c. cum olim. 1. de priuileg. Ias. in repet. l. admonendi. col. 70. nu. 189. ff. de iureiurand. Alexand. consil. 131. perspectis. & consi. 237. in 6. vol. Ideo solet apponi in literis certificatoriis, testes iuramēto medio examinatos. Si ista non apponerentur, præsumeretur falsitas contra has literas, maximè apud Tholosates, & in Mōtepessulano, vbi hoc vtuntur stylo, quamuis sufficiat vniuersitatem certificare studuisse tali tempore nulla facta mentione testium, vt supra dixi. Nō possum tamen probare, vt literæ certificatoriæ temporis studij concedantur ex schedula, seu quadam papiro scripta nos subsignati, &c. quia datur materia falsum fabricandi. nam vnus poterit diuersis literis illam papirum signare, vel facere signare ab his, qui in doctorum præsentia iurare non auderent, vnde fit,

vt is qui nunquam ſtuduit inueniat ſæpius ſe ſtuduiſſe tanto tépore,quo vult. ob id ſæpius dixi docto. Pariſi. ſed non potui obtinere,hoc tamen eſt dignum reformatione,& non debet cōcedi tempus ſtudij niſi teſtes à doctore recipiantur, & iurent, deponantq́ue coram illo preſente ſcriba vniuerſitatis,vel bidello facultatis,qui poſtea conficiet ad mandatum doctorum literas.

5 ¶ Secundò quæro,vniuerſitas certificat iſtum Titium ſtuduiſſe per quinquennium,vt facta fides extitit eidem per teſtes,ego volo probare contrarium,videlicet quòd non ſtuduit quinquennium & quòd teſtes non ſunt fide digni, nec omni exceptione maiores,vt teſtes eſſe debent.gloſ.in §. item verborum. inſti.de verbo.obliga.c.1.de conſanguini. & affini. an poſſim probare? videtur quòd ſic,quia de veritate ſemper debet inquiri, vt fides veri conſtare poſſit.l.2.& l.non eſt nouum. C.de edend. Item quando lex vel ſtatutum dicit ſtandum eſſe iuramento alicuius, poterit tamé cōtrarium probari per legitimas probationes,tex. & ibi Pano.& alij in ca.propoſuiſti. de proba.c. continebatur. de deſponſa.impube. Bal.& Sali.in l.1.C.de reb.cred.Item quádo dicit ſtandum dicto alicuius, intelligitur niſi probetur contrarium.gloſ.& doct.in l.2.§.ſi abſens.ff. ſi ex noxa.cau.agatur.

An poſſit probari cōtra literas temporis ſtudij.

¶ In contrarium videtur,quia vili ſeruienti creditur in his,quæ eidem commiſſa ſunt ratione officij.c. quoniam contra. & ibi Lanfranc.& alij.de proba.Bartol.in extrauagan. ad reprimendum.in verbo per nuncium.quomo.in læſæ maieſta.crimi.proced.c.ad audientiam.de præſcriptio. Fortius creditur toti vniuerſitati atteſtanti de tempore,quia nō eſt veriſimile quòd vniuerſitas admitteret teſtes viles,& falſum deponentes. Ideo illis debet ſine dubio ſtari.

Literis epiſcoporum vniuerſitatis & apparitoris creditur.

¶ Item creditur literis epiſcoporum ſigillatis, in his quæ ad ſuū ſpectant officium,c.poſt ceſſionem. de proba. Item creditur literis examinatorum.c. cum ſecundum. & ibi Card.21.notab.de præbend.ergo & fortius vniuerſitati credetur, alioqui quotidie ſic nominationes impugnarentur,& via fraudibus pateret,contra l.in fundo.ff. de rei vendi.c.ſedes. de reſcript. niſi eas literas falſas allegaret & probaret,quod maximè vitare debet,niſi hoc facilè probare poſſit,quia difficile commiſſum eſſe falſum probari poteſt,& indago accerrima fieri debet ad probandum illud.l.vbi.C.ad leg.Cornel. de falſis. & quando teſtes hoc modo allegantur in literis,illæ literæ non probant,niſi teſtes relati produ-

producantur.authē.si quis in aliquo.C.de edend.quod maximè vitandum est.

¶ Tertiò quæro,quomodo debeāt illi testes deponere? Respō. de quinquennio vel de triēnio in nobilibus,& requiritur quòd sint cōcordes in tempore,alioqui nō probant. Vnde si vnus deponeret de quinquennio,alter de quadriennio,non valerent literæ certificatoriæ nisi in quadriennio,quia in alio sunt singulares,qui non probāt.c.bonæ.in 1.de elect.no.in c.licet.de prob. l.ob carmen.§.fin.de testibus.dixi plenè in tractatu meo de reprobationibus & saluationibus testium,in verbo singulares. Tamen si testes tantum deponerent de quinquennio, valeret,quia licet non sit dictum continuū,tamen præsumitur.l.si vsufructus in bienniū.ff.de vsufruct.lega.& l.si cum hermes,vbi Bald.C.de loca.vide Alex.in l.si procuratori.in fi.ff.de verb.obli.vbi quando fit mentio de tēpore,in dubio intelligitur de continuo.no. in l.eū qui calēdis.ff.de verb. obli. & sufficit quòd maiori parte temporis studuerit.vt tradit Bal.in l.mutiane.§.primo.ff.de cōditio.& demon.declaro inter priuilegia scholasticorum quomodo intelligatur. 6

Testes vt debeāt deponere.

Non est necesse de tēpore continuo deponere.

¶ Quartò quæro,pone duos deposuisse Titiū studuisse per biēnium,& alios duos deposuisse eundem alio triennio studuisse, an valeat ipsorum depositio?vide quòd non,quia quinquenniū requiritur, & non frustatim , sicut lupus comedit frustatim agnum.c.1.§.nos sumus.13.quæst.1.Inno.in ca. qualiter.in 2.colum.1.de accusa.Vnde dicit Bal.in l.obseruare.col.fin.C.quorū appel.nō recipiūtur.quòd si statuto caueretur, quod si quis iuerit de tali loco ad talem,pede mulctetur . & duo testes dicunt, quòd viderunt ire vsque ad dimidiā partem, alij vsque ad aliam dimidiam, hæ probationes non coniunguntur , nec perfectum accessum probant,nisi deponāt quòd viderint principium & finem.sequitur Ias.in repet.l.admonendi. num.253. cum sequen. ff.de iureiur. Refert Catellia.Cotta in 2.parte memora. in verbo,indicia.Ias.consil.25.col.5.in 3.volu.Respon. depositionem testium valere,& cōiungentur tempora.arg.l.vnicæ.& ibi multa addidi.C.qui numero tutela.plenè Præpo. in c.quorundam. 23.dist.facit quòd diuersitas simul quæ iungi potest,nō facit testes singulares,vtpote volo probare præscriptionem decennalem,probo per duos testes de primo quinquennio , per duos alios de sequenti quinquennio,optimè probo ex cōiunctione testium,ex quo resultat probatio continui temporis decēnalis ex 7

Tēpus studij an debeat coniūgi.

coniunctione testificationũ, sic in tempore studij. Bald.in l.testium.nume.12.C.de testib. Ancha.consi.276.visa. Nec obstant supra in contrarium adducta,quia debent intelligi in probationibus imperfectis,quæ non coniunguntur.secus quando probationes per se sufficienter sunt probatæ, & ita vnúquodque indiciũ.per se sufficienter probatum potest cum altero cóiungi.Bal. in l.si quis ex argentariis.§.1.ff.de edend. Barb.in tract.de præstan.Card.in 2.quæst.primæ partis.col.vlt.Feli. & alij in c.causam.notab.1.de offi. deleg.Alexand.consi.13.ex his.col.vlt.in 1. vol.Cotta vbi supra in verbo probationes.Hippoly.cós.20.digneris.nu.47. cum seq. siue longum tempus intermediũ fuerit, siue breue cum tex.tantum requirat quinquenniũ, & eadem ratio militat in eo qui duos annos studuit,anno 1512.vsque ad decimumquartum,& postea obrutus negotiis intermisit studium vsque ad annum millesimum quingentesimum vicesimumseptimum,& postea studuit tres annos.dico posse cóiungi per supra dicta,& infra dicetur.& probant doct.per illum tex.in c.fina.de success.ab intesta.& in c.præterea. de testibus. vide Collect. in ca.ex parte.de cleri.non residen.vbi in pœnis dicit non cóiungi,vt si religiosus audiuerit leges per vnũ mensem,& postea destiterit,demum audiuerit per alterum mensem,non erit excommunicatus,vt no.in ca.nó magnopere.&.c.super specula.ne cleri.vel mona.quia ibi in odiosis, secus in fauorabilibus. pro hoc est tex.in l.Paulus.§.fi.ff.de libe.caus. vbi seruus, qui continuò triennio seruire debebat, antequam consequeretur libertatem, si fugiat ante triennium completum,& postea reuertatur & seruiat,dicitur cótinuò seruisse,& obtinebit libertatem. sic scripsit Ias.in l.si idem.num.7.ff.de iurisd.omn.iud.

8 ¶Quintò quæro,quidã habet literas certificatorias tẽporis studij de triennio, quo studuit Tholosæ,& de biénio quo studuit hic Parisiis.In literis tamen gradus dicitur ꝙ studuit per quinquennium in hac nostra Parisien.vniuersitate,& tamen nó studuerat nisi per biennium.Quæritur quibus literis stabitur? Videtur ꝙ nullis,quia quãdo testes sunt contrarij,omnes repellũtur.l.eos.& ibi Bar.ff.de fal.l.qui falsa.de testi.c.licet.de proba. & scripturæ repugnátes,& cótrariæ nó probát.l.scripturæ.C.de fide instru.Contrariũ dicerem,standũ esse videlicet literis certificatoriis temporis studij,quæ sunt factæ principaliter ad hoc vt certificent,literæ verò gradus vt probét gradũ,ergo si incidenter faciant mentionem de tẽpore studij,nó debent derogare alteri

Quibus certificatoriis stetur.

teri instrumento super tempore studij confecto, cum prolatum sit enunciatiuè,& sic nō probat.l.ex hac.ff. de dona.cle.vna.de proba.& plenè in titul.de sul la.cle.literis. in concorda. Et istæ literæ gradus debent intelligi secundum alias literas certificatorias,videlicet quòd studuit per quinquennium in nostra vniuersitate,computato tempore quo in altera studuit, & sic partē pro toto sumendo.Et hic error vniuersitatis non debet nocere graduato ritè qualificato,quin posit corrigi.argu.l.1.& per totum.C.de erro.aduoca.& demonstratio falsa non vitiat.l. demonstratio.ff.de condi.& demonst.& ibi Bart.& Soci. & fuit hoc à me in palatio sæpe petitum,& ita respondi.

¶ Sextò quæro,pone quòd studui triēniū Tholosæ,& bienniū in Mōtepessulano,& nominatus sum in Mōtepessulano. an vniuersitas Montispessulani possit certificare de tēpore studij Tholosæ? Videtur ꝙ sic,quia illud cēsetur permissum, quod non est prohibitum.l.præcipimus.C.de appellatio. Item omnia potest vniuersitas,sine quibus nominationes haberi non possent.l.2.ff. de iurisdict.omnium iudic.c.præterea.de offic.delega. 9 *Vniuersitas non attestatur de tēpore studij alterius vniuersitatis.*

¶ Item iudex testes alterius prouinciæ audit, etiam de eo quod est in alia prouincia factum.l.iudices.C.de fide instrumen.Item cui conceditur consequens,& antecedēs,vnde si cui concedatur aquæ haustus,videtur esse cōcessum iter ad illū fontē vel puteū.l.2.§.fi.ff.de seruit.rusti.prædiorū.Panor.in ca.cum liberii,col. 2.de sepultu.l.olympico.ff. de seruit. vrbano, prædio. Sed vniuersitatibus regni est concessum vt nominationes possint dare, ergo & tempora studij poterunt facere,sine quibus non valerēt nominationes.

¶ Veritas in contrariū se habet,quia vna vniuersitas non certificat de tēpore studij alterius.nā confunditur ordo,quando vnicuiq; sua iurisdictio non seruatur.c.peruenit.11.q.1.alioqui præeminentiam & vtilitatem vnius altera vsurparet,quod iure prohibetur,quia quilibet suo debet esse cōtentus, nō aliena quærere.l.fin.C.vnde vi.Nam in his vniuersitatibus Franciæ scholastici debent viginti duos solidos cum dimidio singulis annis suis doctoribus,vnde si quis studuerit quadrienniū Paris.& Aureliæ vno anno,si postea Aureliæ sumat gradū, vniuersitas metet,quod non seminauit,& exiget quinque libras cum duodecim solidis pro tempore studij, licet quatuor libræ cum decem solidis sint debitæ vniuersitati Parisi.quod non est faciendum, imò soluens ei cui non debet,non est liberatus, maximè soluēs

inuito creditore.l.inuito.C.de solu.l.soluendo.ff. de nego.gest. & l.verò.cum aliis.de solutio. Itē quis debet habere literas certificatorias ab illa vniuersitate in qua studuit. si ergo studuit in pluribus,à qualibet debet habere literas certificatorias.d.§.prefati. 2. Igitur cum istud pro forma datum sit, debet seruari,& eius omissio vitiabit.c.cum dilecta.de rescrip.

¶ Item verisimile est quòd tempus studij melius poterit probari in loco vbi scholaris studuit,quàm in alio.l.1. §.1.ff.de flumi.§. si res.& ibi Aluaro.vlti.not.de pace tenend.& eius violat.c.scriptum.ibi,per Venetias.& ibi expresè Bald.de elect. per legem 2.C.vbi.de ratiocin.

¶ Nec obstat quòd nō sit prohibitum,quia imò est prohibitum in concordat. sed non iudici,ideo conceditur ei. Nec refragatur quòd omnia sunt concessa,sine quibus, &c. Nam vniuersitas potest certificationis literas facere de tempore, quo studuit in eadem vniuersitate,non in alia. Et sic illud antecedens censetur esse concessum qualificatiuè,& per hoc non obstant in cōtrarium adducta,& ita seruatur.

10 ¶ Fallit quando illa vniuersitas esset vacans ob bellum, vel pestem,vt fuit Papien. tunc crederem aliam vniuersitatem posse certificare etiam de illo tempore necessitate instante, quæ non habet legem.l.vna. ff. de offic.consul. alioqui pauper scholaris non posset obtinere nominationes,ac ex causa subueniri debet scholaribus.l.1.ff.ex quibus caus.maior. Et bonū est quòd hoc inseratur in literis temporis studij.

Nota quādo vna vniuersitas posit de tēpore studij alterius attestari.

¶ Secundò fallit,quādo ab vtraque parte haberet literas studij certificatorias,tunc illa adiectio credo quòd nō vitiaret,siue habeat ante,siue post,per regulam,vtile. de reg.iur.in 6. Itē si studuisset quinquennium Tholosæ,& apud Bituriges per annum, non vitiantur literæ,si apponat Biturigibus dummodo habeat literas certificatorias ex vtraque vniuersitate,quod est notandū per l.testamentum.C.de testa.vbi superflua non vitiant.

11 ¶ Sextò quero,vniuersitas exprimit nominatum studuisse per tēpus præstitutum requisitum tam per concordata,quàm per ordinationes,an sufficiat? Videtur quòd non,quia testes nō possunt deponere per verba iuris. Ancha.consi.296.visis. cū multis ibidem adductis. Cōtrariū dicerem, quia paria sunt dicere certum tēpus,vel se referre ad certum.l.ait prætor.§.1.ff.de re iudi.ideo paria sunt dicere per quinquennium, vel per tempus competēs & prestitutum,quia concordatum dicit opus esse probare tēpus studij,

Generalis attestatio, puta quòd studuit tēpus legitimum &

studii, non dicit quinquennium, ergo. item vniuersitas non fun gitur vice testium, sed superioris. nã potest esse quòd testes deposuerunt de quinquennio, & vniuersitas dicit studuisse per tẽpus requisitum, & sic non debet scholari esse fraudi. Probatur, quia non refert quid ex æquipollentibus fiat. l. cum seruus. ff. de verb. oblig. l. si mater. C. de insti. & substi. & in æquipollentibus idem est iudiciũ. l. mulier. in prin. ff. ad Trebel. c. in his. de verb. sign. ista sunt æquipollentia per tempus requisitum in concordatis, vel per quinquennium, ergo valebit. ita dixi in palatio plena manu scribam, si operæpretium fuerit. Poterit vniuersitas etiam ex interuallo declarare intentionem suam, videlicet quòd sensit de quinquennio, & istud declaratum habetur, acsi à principio fuisset dictum. Pau. ibi per illum tex. in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. vbi qui declarat nil noui dat, quod est verum, nisi ex tali obscuritate redderetur dispositio inutilis, tunc declaratio illius obscuritatis, quæ redderet dispositionem nullam non poterit fieri, quia qui declarat, censetur de nouo facere, quod nõ esset permissum in præiudiciũ tertij. gl. & doct. in d. §. sed si notam. Feli. in c. edoceri. col. 5. de rescrip. Refert Albert. Bru. in tract. de forma & solennita. actus. fo. 90. colũ. 2. & seq. & ideo non posset collator postea in sua collatione addere ista verba tanquam graduato, per supradicta.

Statutũ an sufficiat.

¶ Octauò quęro, nominatus studuit Auenione, vel in Italia trienniũ, & Valentię per biennium, vult nominari Valẽtię, quæro an illud tẽpus, quo studuit Auenione, & sic extra regnũ ei suffragetur? Videtur quòd nõ, quia sicut vniuersitas Auenionẽ. non potest cõcedere nominationes, ita nec literas tẽporis studij: quia prohibito vno, videtur prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud. l. oratio. ff. de sponsa. dixi in repe. c. postulastis. in prin. de cleric. excõ. mist. Contrarium videtur. nam omnes vniuersitates tam regni quam extra regnum possunt certificare de studio sui scholaris. l. nemini. §. 1. C. de aduoc. diuerso. iudicio. Et licet plus sit cõcessum vniuersitatibus regni, videlicet nominare, aliis tamen nõ est detractum, quo minus possint de tẽpore deponere, vt in dicto §. 1. dicitur. Iurisperitos etiã doctores eorum iubemus iuratos sub gestorũ testificatione depromere esse eum qui postea subrogari voluerit, peritia iuris instructũ. Nec obstat ꝙ ꝓhibito vno, &c. quia vniuersitatibus extra regnũ nõ est prohibitum nominare, nã eis nunquã fuit concessum, sed est de nouo cõcessum vniuersitatibus regni nominare, & ob illam 12

An tempus quo quis studuit extra regnũ possit coniungi cum eo quo studuit in regno.

concesſionem non videtur prohibitum aliis vniuerſitatibus nõ concedere tempus,quo quis ibi ſtuduerit,& certificare, & hoc videtur conueniens concordato, in quo ſufficit certificari ſtuduiſſe in vniuerſitate famoſa.& priuilegiata. Sic excluditur is, qui ſtuduit domi,vel ruri,vbi nulla erat vniuerſitas.cap.tuæ.de
Conclusio. cleri.non reſident. Et ſic poſui concluſionem, quòd nominato tempus ſtudij ex vniuerſitate etiam extra regnum habitũ, prodeſt. vide tamen quæ dixi ſupra.q.10.nu.6.vbi dixi certificari poſſe quo ad priuilegia iuris,ſed nõ quo ad priuilegia concordatorum. Si tamen in forma authen.concederetur, arbitror in practica & in forenſi iudicio, etiam quo ad concordata tempus ſtudij prodeſſe poſſe,quia praxis ſupradictas ſubtilitates nõ recipit quo ad tempus ſtudij, de gradu autem nil vidi deciſum contra prædicta.

13 ¶ Nonò, dubitari vidi in Montepeſſulano, quidam ſtuduit in
Studiũ medicinæ an poſſit coniungi cum ſtudio legũ. medicina per biennium, poſtea conuolauit ad ſecunda vota,videlicet ad ius ciuile,vel contra,in quo ſtuduit triennium, ſumpſit nominationes,an ei ſuffragari poſſint? Breui videtur quòd ſic,inſpiciendo rationem concordati, quæ eſt vt eccleſia viros habeat literatos,& de eiſdem eccleſiis prouideatur. ſed hic qui ſtuduit in medicina, eſt literatus, ergo eidem potuit prouideri in nominationibus.

¶ Secundò,hoc probatur in concordato.in §.tempus.vbi computatur tempus quo quis ſtuduit in artibus à logicalibus incluſiuè,fortius computabitur illud tempus quod cõſumpſit in medicina, & vtrunque coniungetur ad quinquennium peragendum,& iſtud videtur æquum,licet contraria opinio poſſet tueri,quàm probaui ſupra.q.5. Etiam concordatum vult,vt ſtudiũ medicinæ proſit.in §.præterea.de colla.in concorda. ſi ſeparatim proſit,ergo & cum alio cõiunctum,nec eſt diuerſa ratio, & hoc eſt tenendum.

14 ¶ Decimò,quid ſi bienniũ domi ſtuduerit,vbi nulla erat vniuer
Studiũ domi factum an cõputetur. ſitas, & triẽniũ in vniuerſitate, an poſſit nominationes habere? Reſpon.non,quia ſtudens extra vniuerſitatem, non gaudet priuilegiis.c.tuæ.de cleric.non reſident. docto. in authen. habita. C.ne filius pro patre.& ibi dixi.item concordatum dicit in vniuerſitate, ergo ſtudendo domi, non eſt ſtudere in vniuerſitate, imò non ſufficeret ſtudere in vniuerſitate non famoſa, vbi nullæ eſſent lectiones, vt in quibuſdam contingit vniuerſitatibus, vt dixi in d.§.præterea,& in priuilegiis ſcholarium.

¶ Vndecimò

¶Vndecimò quæro, studuit quis Tholosæ triennio, & postea legit biennium, an tempus quo legit, debeat eidem computari? Videtur quòd non, quia tex. dicit studuit, non dicit legit, quod dixisset, si voluisset. c. ad audientiam. de deci. Alibi dicitur, Multo tempore disce, quæ postmodum doceas. c. sic viue. 16. q. 1. alioqui culpandus est, si dux esse voluit, qui tyro adhuc esse non meruerat: & docere, qui discere debebat. c. si officia. 59. distin. ideo dicit tex. in c. qualis. 8. q. 1. Qualis erit ædificatio discipuli, si intelligat magistro se esse maiorem? & ibi dicit gloss. quòd quidam discipuli in hoc decepti nimis festinant ad cathedram, & dum delectantur in loco gloriæ, fiunt aliis authores ruinæ. c. quoniam. 48. dist. Præterea culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti. Regula, culpa. de reg. iur. in 6. ergo ex sua culpa non debent lucrum sentire. Et contra illos qui nimis festinant ad legendum in illa facultate, in qua non audierunt, vel parum, clamat glo. in d. c. qualis. 8. q. 1. & ibi nota. 15

Tēpus lecturæ, an computari possit.

¶Contrarium teneo, quia concordatum concedit illi, qui studuit quinquennium, vt possit nominationes sumere, sed is qui legit, dicitur studere. l. vna. C. de excusa. artifi. lib. 10. vbi glo. dicit, Discere si quæris, doceas, sic ipse doceris. & alibi traduntur alij versus,

Condita decrescit, vulgata scientia crescit,
Crescit & augetur, minuitur si retinetur.

Versus.

Alber. & moder. in §. nos verò. in procem. ff. Ideo dicitur quòd Bar. legendo & docendo optimus factus est. Bald. in l. 1. colum. 8. nume. 39. C. qui accu. non pos. ideo sunt qui legunt, vt discāt. Panorm. in cap. 1. de feriis. Et hic non est culpandus, quia omne artificium per exercitium recipit incrementum. l. seruis legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. 3.

¶Item vbi est verisimile quòd statuēs in casu omisso statuisset id quod statuit in casu expresso, si de eo cogitasset, tunc casus omissus habetur pro expresso. tex. iuris melior in l. mulier. 1. in prin. ff. ad Trebel. & ibi moder. Aquen. glos. singu. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. sed si cōditores fuissent interrogati de hoc casu, sic respondissent, ergo & nos respondebimus.

¶Præterea appellatione studentium veniunt legentes, & comprehenduntur etiam propriè, quia legens intendit studio. §. illud. in procemio. ff. & hoc in fauorabilibus, sicut hic, & inspiciendo mētem cōditorum. Anto. Panor. & alij in procemio decre, & in c. non magnopere. ne cleri. vel monach. nam verbum

Legētes dicuntur studere.

ſtudere eſt indifferens ad docendum,& audiendum,ſeu diſcendum: & determinatur & ſpecificatur ſecundum materiam cui adiungitur,vt Barba.no.in addi.ad Panor.in proœmio decreta.in verbo ſtudium.

16 ¶Duodecimò,quidam ſtuduit in artibus per triẽnium cum dimidio,& effectus eſt magiſter artium,poſtea rexit in artibus per biennium,docendo pueros,an illud tempus debeat eidem computari? Videtur quòd ſic,vt proximè dixi, quia docens gaudet eodem priuilegio quo diſcens.

Magiſtro artium regenti an illud tempus cõputetur.

¶Præterea erat pauper, qui nõ valebat conuolare ad altiorem facultatem ſine libris,nam dicitur,Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi.& ſine libris nõ poterat fieri doctior,vel in altera facultate altiori ſtudere.l.penul.ff. ad exhib.Et ratione neceſsitatis hoc debet ei permitti,vt pleráque alia,quæ not.docto.in l.vna. ff. de officio conſul. Gerard. ſing.vlt.Reſpon.ſi docuerit à logicalibus ſupra,vel in altiori facultate.tum quia humi nõ repit,ſed aſcendit ad altiorem ſcientiam,& mens concordatorũ eſt,vt ad altiora hos in artibus ſtudentes pelliciat,cum ſint ſemper circa infima ſoliti reſidere, tũc gauderẽt nominationibus,& illud tempus cõputaretur,alioqui dicerem quòd nõ prætextu defectus concedentis. arg.c. cui. de non ſacerdotali.de præb.lib.6.& quia Roma.pontifex nõ erat eius intẽtionis.c. cum in illis.in princ.illo titu. Poſtquam ergo nõ intendit priuilegium concedere diſcẽtibus artes à logicalibus infra,ergo nec docentibus,cum iſta ſint correlatiua,& vno prohibito,& alterũ cenſetur etiam prohibitum.l.2.C.de indict. viduita.alioqui omnes ſic docerent, & ſub ſpe modici lucri nõ aſcenderent ad altiorem facultatem theologiæ, vel aliá.& quia docendo etiam vidẽtur ſtudere,vt proximè dixi. & ſi ſtuderent grammaticæ non gauderent hoc priuilegio,ſic quando regũt. Non obſtat ratio paupertatis,quia difficultas nõ excuſat.l. continuus.§.illud. ff.de verborum oblig. nam alternis horis docere,& aliis horis in altiori facultate diſcere poterit,& ſic ſuis neceſsitatibus ſuccurrere.nam quidam philoſophi laborabant interdiu,noctu verò ſtudebant, vt poſtea poſſent viuere. Textor in ſua officina teſtis eſt. Et pro hac parte interuenit arreſtum ad vtilitatem magiſtri Michaelis Bellenger, contra magiſtrũ Ioannem de l'Eſpine,qui ſic rexerat.licet vniuerſitas Pariſien.iuncta cum iſto Ioanne de l'Eſpine plures rationes deduxiſſet, tamen curia minimè habuit reſpectum ad dicta per vniuerſitatem. &

Arreſtum.

fuerunt

fuerunt hæc prolata anno 1537. die 18. Maij.

¶ Vltimò requiritur, quòd certificatoriæ literæ certificét de matricula: quia scholaris non matriculatus non gaudet priuilegiis scholarium. l. si duas. §. decet. ff. de excusa. tutor. l. matriculam. & ibi patruus meus Rebuff. C. de agentib. in reb. lib. 12. Bauer. in §. sed hactenus. col. 2. inst. de test. mili. glo. 2. §. item quod ad dictas in verbo vniuersitates. de colla. in prag. 17 *Matricula an attestari debeat.*

¶ Sic miles non descriptus in matricula militum nõ gaudet priuilegiis militum. l. ex eod. ff. de testa. milit. l. scriniarios. C. eod. glo. in rub. insti. eo. & in l. eos. C. de offic. magist. mili. sing. secundum Barba. in proœmio clem. in verbo salutem. col. 1. in 2. lectura.

¶ Ita nec ciuis gaudet priuilegiis ciuitatis, nisi sit in libris ciuitatis descriptus, nec consul creari debet, seu scabinus, aut capitularius, vel ad aliud officium ciuitatis vocari. Lucas de Penna in l. vna. C. non licere habitatoribus metroco. lib. 10. quod obseruatur Tholosæ, vt licet videre in consuetu. Tholosanis. rub. de elec. capi. Tholosæ. art. 2. & Caturci, vt vidi ibidem, dum illic doctor regens eram, & ibidem iura tam ciuilia quàm canonica profitebar. 18

¶ Item tabellio non descriptus in aliorũ libro, non potest suum officium exercere, sed loco priuatæ personæ habetur. Bald. in d. l. ex eo. Porcus & Baue. in rub. insti. de testa. mil. 19

¶ Idem in aduocato disponitur in l. iubemus. C. de aduoca. diuers. iudic. quod bene seruatur in hac suprema curia. Sic nõ debet gaudere nominationibus, qui non est in matricula descriptus, & à die matriculæ oportet quòd studuerit quinquénium. & hoc seruat egregia Montispessulani vniuersitas. hodie parum momenti habetur hæc matricula, adeo quòd si probetur aliquem quinquennium studuisse sine matricula, sufficit vel ante vel post, cum in concordato non exprimatur, sed tantum tempus studij, ergo sine ea valet studium. & sic seruat sacratissimus iste senatus. 20

¶ Postremò quæro, quid si in literis certificatoriis dicatur quépiam studuisse quinque annis, non exprimendo à tali tépore vsque ad tale, an valeat? videtur quòd nõ, per ea quæ firmat Bar. in l. celsus. ff. de vsucapio. in fi. vbi dicit, quòd si testes deponant titiũ possedisse decem annos, nõ probát præscriptioné, quia vnus potuit deponere de vno tépore, alter de altero, & nisi testes de eodé tépore certo & limitato deponant, dicũtur singulares. 21 *Literæ non designantes tempus an valeãt.*

& sic non probant.ca.licet.de proba.glo.in l.ob carmen.§.fin. ff.de testi.Bald.in l.fin.15.oppo.C.de edict.diui Adria.tollend. Areti.consi.122.in præsenti.colum.2.Fel.in c.inter.colum.3.de fide instr.Imò plus dicit Bar.& alij post eum in d.l.celsus.quod si testes dicant, quòd titius possedit istis decem annis proximis, non probant, quia possent intelligi, etiam si vna die dicti temporis possedisset, ideo debet dicere, quòd possedit à decem annis citra, & per ipsum tempus.

¶In contrarium inclino,quòd sufficiat vniuersitatem attestari studuisse per quinquennium,tum quòd in §.prætererea.de colla.in concorda.sufficit aliquem studuisse quinquennium,nõ dicit ante gradum vel post,vt ibi dixi.ergo sufficit quòd ante nominationes studuerit,& perfecerit illud quinquẽnium.Nec debemus requirere vltra,quàm concordatum requirat, & onerare graduatos,vt probent de proximo quinquẽnio, vel de remoto, cum ad id nos non adstringat concordatum, sufficit igitur nominato probare se studuisse ante nominationes quinquẽnium, quandocunque fuerit, non requiro aliam expressionem extra text.nam in dubio debemus concludere, quòd actus valeat potius,quàm pereat.l.quoties.ff.de reb.dub.& fauere graduatis, & intellectũ fauorem regni & graduatorum respiciẽtem recipere, vt non semel dixi in proœmio concorda.Nec refragantur iura supra adducta,quia intelliguntur de præscriptione probáda per testes,hic agitur de tempore iam probato vniuersitati,longa est differentia inter probationem probandã,& probatam: nã vniuersitati datũ est attestari de studio sui scholaris,quod non certificaret vniuersitas,nisi sic esset,ergo non potest reprobari.arg. l.cum precibus, C. de proba. nisi de falso velis agere, quod est periculosum.Imò quando tempus est simpliciter insertũ,videlicet certificamus titium studuisse per quinquennium,& vltra,nõ datur tãta materia aduersariis calumniandi tempus, nam quidã suapte natura maligni intendunt probare scholasticum tali tẽpore fuisse in tali loco,quod potuit esse,quia fortè tempore vacationum iuit ad patriam causa quærendi pecunias,vt postea in hyeme melius studeret, & ob hoc non tollitur quinquennium, vt inter priuilegia scholariũ,priuileg.23.plenè scripsi in repe.auth.habita. C.ne filius pro patre. Non tamen valeret tempus studij,si diceret studuit per quinque annos seu circa, quia tempus debet esse completum.§.præterea.de colla.in concorda. & tamen illa dictio circa est,ambigua.gl. & doct.in c.continebatur.

Non valet tẽpus studij si dicatur studuit per quinq; annos seu circa.

tur.& in ca.attestationes.de desponsa.impuber.scripsi in verbo circa.in tract.de reproba. testium & salua. & ita fuit iudicatum in hoc senatu,nec etiam valeret, si diceret studuisse per quatuor annos,& vltra,per text.in c.literæ.de dilatio.quia tempus quin quennij expressum & completum esse debet. vnde Paul. consil. 26.certum est.colum.2.in 1.volu.

¶ Duodecima principalis quæstio.

DVodecimò,principaliter quæro,quæ requirátur in nobilibus? Respon.nó omnia quæ in ignobilibus, imò in multis defertur nobilibus.Primò in tépore,vt post triénium gradũ baccalaureatus iuris canonici,aut ciuilis, & nominationes assumere possint. §.præterea.§.cum verò.de collat.in concord. 1 *Quæ requirãtur in nobilibus.*

¶ Primò,quæro quæ sit ratio,cur citeriori & breuiori tempore nobiles possint assumere prædictum gradum quàm alij? Respõ. ratio vulgo iactatur, quia in nobilibus non requiritur tanta scientia sicut in ignobilibus,cum nolint viuere ex scientia, vt dicunt, sicut procuratores & aduocati faciunt. Barb. consil.34. præclare col.18.& consi.seq. sapienter. col.2.in 2.volu. dicit in nobilibus non requiri tantam scientiam, sicut in ignobilibus, quia sola gloria & nobilitas reddunt eos satis elatos.vnde dicit glo.singul.in cle.2.in verb. excedunt.de magistris. quòd nobilitas supplet defectum scientiæ. & derisiue loquitur secundum Cardina.ibi. Ego verò rationem assignarem, quia conditores voluerunt fauere nobilibus. Et istud est priuilegium nobilium, vltra quinquaginta sex tradita per Bonum de curtili in tractatu nobilita.in 5.parte.per totum.& hoc probatur in §.cum verò.de colla.supra.ibi,vt nobiles gaudere possint beneficio minoris temporis, ergo hoc datur eis in beneficium & priuilegiũ, hoc statuerunt cõditores,vt nobiles alliciant ad studium,quod suapte natura contemptui multi habent. 2 *Ratio cur nobilibus defertur.*

¶ Nempe hi nobiles electi fuerunt, vt custodirent patriam, & plebem,ob id tot priuilegiis honestati sunt,vt videmus.

¶ Aliam rationem assignant quidam, dicentes nobiles habere melius ingenium. ideo breui addiscere possunt, & citius quàm alij.Nam nobiles bonas escas,vtpote perdices,fasianos,& alias id genus carnes comedunt, quæ generát bonum sanguinem & intellectum,vt dicit Rasis ad Almansor.& not.Platea.in l.1. C. de erogat.milita.anno.li.12.Rustici verò vescuntur caseo,fabis, & cepis. glo. in l.seruis vrbanis.ff.de leg.3. Ergo breuiori tem- 3 *Cibus nobiliũ perdices,rusticorum vero faba.*

pore, si velint studere, poterunt nobiles esse perfecti & docti in scientiis, quàm alij, & etiam quia fere semper nobiles habent præceptores, ideo breuiori tempore possunt addiscere & vti diplomate, vt de Barba. dicitur in l. continuus. §. 1. ff. de verbo. obliga. Sed hác rationem vidi reprobari, tum quòd filij diuitum comedunt aliquando meliores escas, quàm nobiles pauperes, & habent præceptores sicut nobiles, ideo hoc priuilegium deberet illis impartiri, si supradictam rationem sequaris. ideo tene rationem quam supra dedi, vel meliorem assignes. Tamen requiritur quòd sit nobilis ex vtroque parente. d. §. tempus. quod potest probari. in c. venerabilis. ibi, ab vtroque parente illustrem. de præben. hic non apponitur illud verbum prag. & ordina. videlicet ex antiquo genere. Et an in hoc text. sufficiat noua no-

4 bilitas, concludit Do. Probus quòd non. in c. nullus, de electio. in 6. in Io. Monach. addi. vbi vide fusius. tamen ego teneo contrarium in §. cum verò. in gloss. ex vtroque. supra de colla. licet quanto plus veterascit, tanto nobilior habetur. l. tam dementis. & authen. sequen. C. de episco. audié. Bonus de curtili. in dicto tracta. nobili. in 3. parte. ideo affixi conclusionem hanc, Nobilibus tamen ante quinquennium nominationes frustra conceduntur, intellige quando non est nobilis ex vtroque parente.

Conclusio. Nobilibus ante quinquenniũ nominationes frustra dantur.

5 ¶ Quæret quis, quomodo potest dici nobilis ex vtroque parente? cum nobilitas non causetur ex parte matris. l. nullus. in 2. C. de decurio. glo. de colla. in pragma. in §. insuper. in verbo vtroque. dicit impropriè dici nobiles ex vtroque parente, cũ ad hoc sequantur conditionem patris, nõ matris, licet ex hoc quòd mater sit nobilis, magis honestentur. hæc ille. Attamen ego puto etiam dici propriè nobiles ex vtroque parente, quando tam pater, quàm mater est nobilis, per tex. in d. c. venerabilis. ibi, ab vtroque parente illustrem, de præbend. & Osee. 9. ca. Gloria eorum à partu, ab vtero, & à conceptu. vnde dicit Bald. in d. l. fina. C. de seruis fugiti. quòd loquédo simpliciter & præcise, non dicitur quis nobilis respectu matris, sed bene secundum quid, quia omne compositum participat de forma & materia, ideo natus ex vtroque nobili, poterit dici nobilis ex vtroque. sic concludit Bonus de Curtil. in d. tract. nobilita. in 4. parte. nume. 29. alioqui sequeretur, quòd par esset is, qui nasceretur ex parte nobili, & (vt vulgo dicitur) ex villana, illi qui nasceretur ex patre nobili, & ex matre etiam nobili, quod non videtur verum, nam duo vincula sunt vno fortiora. ca. vno de treuga & pace.

Nobilis ex vtroq; quomodo dicatur, & reprahẽditur gl. prag.

¶ Item

¶ Item sequeretur quòd nulla mulier esset nobilis, quod esset peccatum à mulieribus irremissibile, sic tenere, sicut dicitur de peccato contra sanctum Spiritum, vt habetur in Euangelio. Et quòd mulieres sint nobiles, donec nubant ignobilibus, est tex. in l. fœminæ. ff. de senatorib. ibi, Parentes verò, donec plebeis nuptiis fuerint copulatæ, clarissimam dignitatem tribuunt. Ergo si fuerint copulatæ clarissimis, & nobilibus, sunt nobiles. facit text. in l. 1. ibi clarissimis nupseritis, claritatem generis retinetis. C. de dignitatibus. lib. 12. Postquam ergo sunt nobiles, si nubant nobilibus, nobilitatem filiis suis dare possunt. facit text. sumendo ibi comparatiuè. in l. 1. ibi, maior est dignitas ex sexu virili. ff. de senator. Et magis decorus redditur filius ex matris nobilitate. teste Francisco Mingon in consuetud. Andega. rub. *des douaires*. artic. 300. nume. 11. 6 *Mulieres an sint nobiles.*

¶ Nec obstat, quòd hactenus doct. tenuerunt nullum dici nobilem ex parte matris, verum esse dico ex sola matre, quia postquam nupsit plebeio, perdidit nobilitatem. d. l. fœminæ. quam non potest dare, cum non habeat, quia non dat, quod non habet. l. traditio. ff. de acquiréd. rer. do. & priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verb. oblig. §. seruus. institut. de ca. dimi. & loquitur tex. in d. l. nullus. 2. ibi, nullus solius materni sanguinis vinculis illigetur, sed quando nupsit nobili, non perdit, ergo natus ex illis dicetur etiam propriè ex vtroque parente nobilis, & ita debet intelligi, quicquid doctores hactenus tenuerint. 7 *Nobilis ex matre an aliquis dici possit.*

¶ Imò non valere statutum nec cósuetudinem, vt quis ex parte solius matris sit nobilis, tenet Barto. in d. l. exemplo. C. de decurio. li. 10. & ibi hoc sequuntur patruus meus & de Platea. quod reprobat Feli. in ca. super eo. col. 2. de testi. & in ca. nouit. de iudi. & ibi Dec. & in reg. fœminæ. ff. de reg. jur. & Benedict. in repe. c. Raynutius. in prin. de testamé. Bonus de Curtili. in tract. nobilita. in 4. parte. col. 6. nu. 28. Chassa. in catalo. gloriæ múdi. in 8. cósideratione octauæ partis. Ego tamé sustineo opinioné Bar. quod nó possit cósuetudo facere, vt quis sit nobilis ex matre, quia ex nó ente fieret, sed bene potest cósuetudo facere aliqué nobilem, etiam si pater non sit nobilis, si tamen mater sit nobilis: nó tamen facit eum nobilem, ex matre, sed cósuetudo eum facit nobilem, quod potest facere, & sic doct. hactenus satis perperá intellexerunt, etiam Curtius in repet. ca. fin. col. 16. versic. 7. infertur, de consuetu. vbi dicit valere consuetudinem, cum sit iuris positiui. & statutum valere firmat Deci. in cap. nouit. 6. nota. 8 *Cósuetudo an valeat vt quis ex parte matris sit nobilis.* *Cóciliantur opiniones à Bar. dissidétes nouúsque datur intellectus.*

de iudi. attamen intellige vt dixi, quia si faceret nobilem ex parte matris, esset quædam contrarietas, videlicet quòd ex ignobili quis esset nobilis, quod non potest esse. & ita conciliabuntur iura. Notent nobiles, quia non viderunt iura sic intellecta, & hic germanus videtur intellectus, & dic quòd omnibus nobilibus nobilior est sapientia. cap. 7. Sapien.

9 ¶ Item quæro, an hęc temporis abbreuiatio concessa nobilibus quo ad gradum & nominationes, procedat quo ad ecclesiam villæ muratæ? Nam omnes qui studuerint per trienniũ in theologia, vel in altero iure, deficientibus graduatis sunt capaces illorum beneficiorum. §. statuimus. de collat. in concorda. non exprimit de nobilibus. quid iuris? & videtur quòd tantum nobiles possint habere beneficia villarum muratarum. quia statuẽdo triennium videtur se ad eos retulisse, qui per triennium sunt capaces. Contrarium credo verius, & arbitror hunc tex. generaliter loquentem, generaliter debere intelligi. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præstand. & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff. de public. in rem actio. Item hæc temporis abbreuiatio fit tantum quo ad gradum & nominationes, ergo in illis tantum intelligetur, quia priuilegia non sunt extendenda, sed strictè interpretanda. Feli. & alij per illum text. in ca. causam. de rescrip. ca. olim. de verbo. signifi. Bar. & alij in regula beneficium. de consti. princip. Præterea nobiles in casibus tantum à iure expressis sunt priuilegiati, vt supra dixi. & hic non inuenitur expressus, ergo iure aliorum vtentur. nam in §. præterea exprimit tantum in baccalaureis iuris canonici, & ciuilis, ergo ad alios casus non extendetur. Nec obstat, quòd se referat ad tempus triennij, ergo ad personas. non sequitur, quia ex diuersis non fit bona illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. & separatorum separata est ratio. l. fi. ff. de calumnia.

Beneficia villæ muratæ an debeãtur tãtũ nobilibus.

10 ¶ Imò dicebant quidam nobiles non esse capaces ecclesiarum parochialium villarum muratarum, cum sint superbi, luxuriosi, gulosi, & inimici popularium, ergo eorum rectores esse nõ debent. Bal. in l. per adoptionem. ff. de adoptio. Benedict. in repet. ca. Raynutius. in princi. de testa. tamen in contrarium est tex. in l. 1. ibi, nobilis prudens, &c. C. de cõditis in publi. horreis. lib. 10. vbi nobiles debẽt ad officia eligi. nec obstat quòd in villis muratis debent esse periti, qui illos doceant. arg. ca. statutum. de rescrip. in 6. Respõ. nobiles etiam sunt magis capaces, quàm ruricolæ. l. scire. ff. de excusa. tutor. nec refragatur quod nobiles cõ-

Nobiles luxuriosi & superbi.

muniter non sunt docti, vt dixi supra. Respon. quòd imò sunt docti, sicut alij: ideo docti admitti debent, ignari non, & quandoq; nobiles sunt aliis ignobilibus doctiores, vt vidi in multis.

¶ Quæro an hæc temporis abbreuiatio procedat in nobilibus quo ad alios gradus, vt in quinto anno possint gradum licétię, & doctoratus adipisci? Videtur quòd non, tum quia hic nó est expressum, tum etiam quia qualitas in vno posita, in alio nó debet repeti. l. doli clausula. & ibi Bar. ff. de verbo. oblig. & dispésatio in vno, non extéditur ad aliud, nec priuilegiú. c. 1. de filiis presb. li. 6. & quia duo specialia non debent concurrere in idé. l. 1. C. de dotis promissio. & hoc reperi tenere D. Probum in addi. ad Ioan. Monach. in c. vno. de æta. & qualita. in 6. qui idem repetit in additio. ad pragma. in §. insuper. in verb. nobiles. de colla. quanuis non respondeat his, quæ hic scripsimus. Contrarium de iure videtur verius per illam regulá, quando duo se habent inuicem gradatim, ita quòd vnum commensuratur alteri, tunc facta mutatione in vno, censetur etiam facta & in altero: vtpote determinatum est certú tempus ordini subdiaconatus, & aliud tempus ordini diaconatus, & certú tempus ordini presbyteratus. nunc si fiat mutatio in vno, etiam in aliis facta videtur. gl. in cle. generalem. de æta. & quali. Anto. in c. fi. de cósuet. Lanfranc. in tract. de interpreta. statuto. 8. conclu. interpreta. extensiue. Idem ergo erit in hoc casu. nam certum tépus, videlicet quinquennium est præstitutú baccalaureis vtriusque iuris. Certum tempus, videlicet biennium post gradum est concessum licentiatis & doctoribus iurium. núc fit mutatio temporis in nobilibus in vno gradu, videlicet in baccalaureatu, vt videlicet triennio completó possint promoueri. ergo etiam poterút post biennium ad gradum licentiæ & doctoratus aspirare per illam regulam iam dictam. & hoc sequitur D. Chassa. in 17. cóclusio. in fi. consuet. Burg. gl. & docto. in l. illud. C. de sacr. sanct. eccle. vbi de iure antiquo licebat donare certam quantitatem laico sine insinuatione, & duplú ecclesiæ, & nunc lex noua auget donationem quæ fit laico, & statuit vsque ad quingentos solidos posse donari sine insinuatione. sic etiá ampliabitur summa quæ donari potest ecclesiæ. hoc sequitur Ioan. Crotus in repe. l. omnes. in interpreta. exten. conclu. 13. ff. de institu. & iur. Barba. in cle. 1. col. 52. versi. 22. de electio. Nec debent esse deterioris conditionis nobiles quàm alij, qui post bienniú à gradu baccalaureatus licen. gradum sumere possunt. nam quod fauore illorum

11 Tépus an sit abbreuiatum in oíbus gradib⁹ iuriú.

introductum est, nō debet in illorum odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. Item, hoc est introductū in priuilegium nobilium. §. cum vero. de colla. ibi, vt nobiles gaudere possint beneficio minoris temporis studij, sed si oportet nobilem expectare vsque ad septennium, antequā sumeret gradū licentię, ipse nō vteretur beneficio minoris temporis quàm alij, & sic nullum fere consequerentur priuilegium. quod esset contra concordata.
¶Pręterea quando lex prouidet aliquibus in plus, vt nobilibus & aliis in minus, vt ignobilibus per nomina respectiua, tunc eo ipso quod augetur vel minuitur in persona vnius, fiet etiā augmentum vel diminutio in persona alterius. l. si ita. in princ. ff. de liber. & posthu. l. clemens. de hęred. instituen. Bartol. in d. l. fina. & quia etiam studium legale perficitur quinquennio, in proœ. ff. §. duabus. glo. in ca. cum ex eo. de elect. in 6.
¶Nec obstant in contrarium adducta, quia conditores exprimendo vnum gradum, satis expresserunt alium per supradicta, & dispositio ad consecutiua necessaria extenditur. glo. singu. in ca. quia in tantum. de præb. & glo. in ca. non potest. illo tit. glo. in cap. si quis in clero. 7. q. 1. nec repetetur qualitas in alio, sed in eodem, vt patet, quod non est prohibitum: imò priuilegium licet sit strictè intelligendum, tamen quando vnum venit consecutiuè ad alterum, & est connexum, tunc immutatio in vno, etiam ex iure stricto ad aliud extenditur. Verba sunt Imo. in di. cle. fina. de æta. colum. 3. nume. 9. qui allegat. ca. translato. & ibi not. de constitu. & prouidendo de primo gradu, tacitè videtur prouidisse de aliis. ca. cum nostris. & ibi Panorm. 1. no. iuncto cap. nulla. de concess. præbend.

Abbreuiatio tēporis data nobilibus, an procedat in aliis facultatibus.

12 ¶Quæro, an hæc temporis abbreuiatio procedat in aliis facultatibus? Videtur quòd sic, saltem in theologia, quæ alias scientias excedit, vt infra dicam, & est nobilior, ideo magis debet esse priuilegiata.
¶Contrarium teneo, quia in dicto §. tempus sic dicitur, in quibus baccalaureis iuris canonici, aut ciuilis, si ex vtroque parente nobiles fuerint triennium esse decernimus. en ergo quòd tempus tantum abbreuiatur in iure canonico & ciuili, secus in aliis facultatibus. quia lex suum aliis denegauit auxilium, vt dicit in simili glos. in l. siue apud. C. de transact. & in l. 1. si aduersus vend. Et ideo licet in aliquibus sit magis priuilegiata theologia, non tamen in hoc casu, quia hic non exprimitur, & priuilegia non debent extendi, vt not. in ca. causam. de rescrip.
&

& l. fina.ff. de constitu principum.

¶Aduertendum est tamen, quia aliquis non debet admitti vt nobilis, nisi probet se talem.l.non ignorat. C. qui accusa. non possunt. & vbicunque aliqua priuilegia conceduntur actui vel personæ,oportet primò constare illum actum factum fuisse, vel illam personam esse.l.diuus.ff.de testam. milit. vbi testamentis militum concessa sunt priuilegia, tamen constare debet à milite factum esse.§.planè. institu. de testam. milit. Vnde dicit ibi Platea.& moder. quòd si causa mercantiæ debeat tractari summariè,debet prius constare eam esse talem, & causa prouisionalis debet mitti executioni,non obstantibus oppositionibus vel appellationibus,vt est cernere in ordinationibus regiis,rubr.*des sentences executoires*. & ibi dixi. debet tamen prius constare esse prouisionalem. Et si quæstio inter consanguineos est compromittenda, debet constare eos esse consanguineos. Bald. consil. 362.multum.in 2.volum.Ias.in l.non solum. §.sciendum. ff. de operis noui nuncia.& in l.si quando.C.vnde vi. Vnde alleganti se nobilem,incumbit onus probandi.§.si miles. & ibi Cardi. de pace tenen.argu.l.verius.ff.de prob.l.actor.C.illo titulo. Bonus de Curtil.in tracta.nobilitatis,in 6.parte. in princi. Et hoc voluit Bald.in §.si rusticus.de pace tenen.& eius viol. Nempe vsurpans sibi indebitum honorem & dignitatē, sacrilegij pœnam incurrit.Bart.in l.1. C.vt digni.ord. seruet.libr.12.asserens se doctorem,cum non sit,pœna falsi coercetur. Barto. in l.eos. §.fin.ff.ad legem cornel.de fal.Pet.Anchar.in cap. vt apostolicæ.de priuileg.in 6. & infamis efficitur. Rebuf.in l.vna. colū. 1.C.de profes. qui in vrb.Constan.comit. meruer.libr.12. mentiens se clericum,cum non sit,punitur pœna extraordinaria officio iudicis relinquenda. Bald. in.qui sub prætextu. C. de sacrosanct.eccles. si tamen fecerit actus clericales, falsi pœna punitur,vt notat Bonus de Curtili vbi supra.quod est notandum contra asserentes se nobiles, vt pœna falsi puniri possint, si aliquos actus nobilium fecerint, alioqui arbitrio iudicis. Felin.in cap.tertio loco. colum.1. de probatio. vide glos. in cap. nullus presbyter. de consecratio.distin.1.

13 *Nobilitatē probare oportet.*

14 *Mentiēs se clericū vel doctorem quomodo puniri debeat.*

¶Imprimis videndū est quot testes requirantur ad probationē nobilitatis? Respon.quatuor.§.cū vero.de collat.in côcord.licet in ordina. regiis Ludouici duodecimi,publicatis anno 1512. sufficerent tres. Et quales testes dic vt supra dixi in probatione temporis studij,& in d.ordinat.dicitur, *personnes dignes de foy.* 15

In iudicio deponũt testes de nobilitate. Nota quãtum profit aliquid apud acta fieri.

16 ¶ Secundò, requiritur vt testes deponentes de nobilitate in iudicio deponant, in d. §. cum verò, quia propter calorem iudicij omnis dispositio fortificatur. text. singul. & ibi Bar. in l. rura. C. (17) de omni agro desert. libr. 11. secundum Corse. in singu. incipien. confessio. in 5. vbi si rem meam confiteor in iudicio esse tuam, mihi præiudico. Sic confessio in iudicio facta valet, etiam sine causa, quæ extra iudicium non valeret. glo. solennis in l. 1. §. fin. ff. de interroga. actio. glo. in l. sicut. C. de repudiand. hæred. facit l. cum ostendimus. §. fin. ff. de fideiussor. minor. Hippol. in rubr. C. de probatio. fol. 12. colum. 4. versicu. intellige etiam prædicta. vbi dicit, quòd si actus requirat subscriptionem duorum notariorum, vt hic Parisiis, sufficiet si ille actus in iudicio fiat, & conscribatur apud acta. quod est notandum. Dec. in ca. sicut. & ibi addidi. col. 5. de probatio. & contra mandatum factum apud acta, non potest aliquid opponi. Angel. in §. sinautem. col. 2. instit. de satisd. per tex. in l. 1. C. de satisdan. Ideo cósulit quòd facias procuratorem tuum coram iudice sedente pro tribunali, & præsente aduersario tuo, quia postea nil poterit opponi. Septem effectus iudicij tradit Ias. in l. pacta nouissima, in 4. notab. C. de pact. & Guido papæ in sing. 342. pactum nudum.

18 ¶ Ex quo infertur quòd siue fiat hæc probatio in iudicio plenario, siue summario quòd valebit. cum tex. tantum requirat vt fiat in iudicio. & de his iudiciis vide Alexan. & Ias. in rub. C. de iudic. moder. in decreta. in exordio eiusdem tituli.

¶ Secundò, infertur quòd non valeret hæc probatio nobilitatis, si fieret extra iudicium, domi, vel alibi, sicut renunciatio iuris de futuro extra iudicium facta, non valet. l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. & l. si ita scriptum. §. si sub conditione. de lega. 2. Tamen in iudicio valet glo. in l. 1. ff. de curat. bonis dando. glo. vlt. in l. in plurium. ff. de acquir. hære. Bar. & alij. in l. 1. & l. postquam. C. de pact. Ias. in d. l. siue apud acta. sequitur Bened. in repet. c. Raynutius, in verbo si absque. 2. de fideicommis. substitu. nu. 116. de testa. vide tex. in l. eum pro quo. ff. de in ius vocan.

¶ Tertiò, infertur quòd valet hæc probatio, siue fiat parte vocata, siue non, dum tamen modo in iudicio fiat, vt patet in tex. d. §. cum verò. ibi, etiam in partis absentia.

¶ Quartò, infertur quòd illis diebus quibus iudicia non exercentur, vtpote diebus festis nó possèt fieri hæc examinatio, quia prohibito iudicio censetur prohibitum quod in eo fit. not. in l. 2. ff. de iurisdict. omnium iudic. per illum tex.

¶ Tertiò,

¶ Tertiò, requiritur quòd fiat coram iudice ordinario loci, in quo natus est ille, de cuius nobilitate constare debet. d. §. cum verò. de colla. in concord. 19

Coram iudice ordinario probatur nobilitas.

¶ Primò quæro, coram quo iudice? Videtur quòd coram iudice ecclesiastico, cum sit loci ordinarius. ca. quanquam. ibi ordinario loci. de vsur. in 6. c. ordinarij locorum. de offic. ordi. ibid. cap. post cessionem. de probatio. cap. 1. de religio. domi. libro. 6. cum aliis similibus.

Coram iudice ecclesiastico nõ potest probari nobilitas.

¶ Contrarium arbitror verius, videlicet vt fieri debeat corá iudice seculari ordinario illius loci in quo natus est ille, de cuius nobilitate tractatur. & hoc declaratur in ordinatio. Reg. rubr. *des graduez simples*, artic. 11. ibi, *Deuant noz iuges ordinaires*. Ecclesiastici non sunt ordinarij iudices regis, ergo coram illis nõ debet fieri hæc probatio nobilitatis, tum quòd insinuationes testamentorum corá seculari fieri debent. l. repetita. C. de episco. & cleric. l. cõsulta diualia. de testa. Aufrer. in tracta. de potest. seculari super eccle. & perso. in 2. regu. Benedict. in repet. ca. Raynutius. in verbo & vxorem. nu. 420. & seq. de testa. tum etiam quia Romanus pontifex cõstituit protectorem, defensorem, ac executorem regem Franciæ, vt licet videre in rubr. de protecto. concord. ergo suis iudicibus videtur etiam commisisse, cum hæc potius cõcernãt seculares, quàm ecclesiá. Et quia dominus loci dicitur princeps secularis non episcopus, vt dicit Helias Raynier. in c. cum episcopus. de offic. ordi. li. 6. dicens episcopos male vocari dominos talis loci, sed bene episcopos illius loci. facit tex. in c. esto subiectus. 95. dist. ibi, episcopi sacerdotes sciant se esse, nõ dominos, &c. licet in contrarium inualuerit cõsuetudo, vt episcopi loci in quo præsunt, domini dicátur, cuius meminit de Bella mera consi. 3. circa. col. 2. & quádo verbum ordinarius profertur à papa, intelligitur de episcopo: & ita intelligitur rub. de offic. ordin. quádo à rege, de ordinario regis. Soci. in c. nullus de foro cõpet. col. 2. vbi dicit appellatione iudicũ venire seculares, per illũ tex. maximè qñ materia subiecta patitur. vt hic, quia ecclesiastici poti⁹ dicũtur prælati vel officiales, q̃ iudices, & hoc ex cõmuni vsu, qui attédi debet, vt habetur in proœ. decre. 20 21

Episcopi nõ debent vocari domini locorũ.

¶ Secundò quæritur, quid si sint duo iudices ordinarij vel plures, coram quo debet fieri ista probatio nobilitatis? Respon. scholaris poterit eligere quem velit. arg. authen. habita. C. ne filius pro patre. ibi, quando quis habet plures iudices potest eligere. gl. in l. fi. C. vbi in rem actio exerceri debeat. quod est ve-

Quádo sũt duo vel plures iudices, eligit scholaris.

rum,quando erant duo iudices, inter quos erat locus præuentioni.l.si quis postea.ff.de iudi.secus si vnus post alterum deberet adiri,quia tunc coram primo fieri deberet.not.in ca.Romana.§.contrahentes. de foro competen.in 6.arg.l.boues.§. hoc sermone.ff.de verb.signifi.&.c.non potest.de præben.in 6.

22 *Ordinari⁹ causam delegat.* ¶ Tertiò,quid si vnus est tantum ordinarius, qui vult delegare causam alicui,an possit? Videtur ꝙ sic,tũ quia hæc non sunt indelegabilia,ideo poterunt committi.authẽ.apud. C.de fide instru.tum quia mandatã iurisdictionem suscepit,nihil propriũ habet,sed eius qui mandauit,iurisdictione vtitur.l.1.§.fi.ff.de offi. eius.& quia in locum iudicis ordinarij subrogatur, videtur fieri potestate ordinaria.arg.l.filia.§.1.ff.de cõdi.& demon.Bal.in l. apertissimi.C.de iud.d.Io.Saynxon in ordin.Turo.art.10.in fi.

¶ Nec refragatur §.cum verò.dum dicit coram ordinario loci fieri debere.nam licet fiat coram delegato ordinarij, cum delegatus nil proprium habeat, vt dixi, non minus dicetur fieri ab ordinario, & ita in hoc resideo.

¶ Idem putarem si fieret hæc probatio in iudicio coram aduocato antiquiore, qui in Fancia solet sedere pro iudice ordinario,vt vidi sæpius in castelleto Parisien.

23 *Coram cõmissario nõ fit probatio nobilitatis.* ¶ Quartò,an valeat probatio nobilitatis facta coram loci commissario deputato ad recipiendos testes? Respon.nõ,quia commissarius non est loci ordinarius, quod requiritur in d. §.cum verò. & quia non potest fieri in iudicio per commissarium, vt requirit concordatum: sed oportet quòd fiat coram iudice ordinario.& commissarius non est ordinarius,nec iudex:ideo coram eo facta attestatio nobilitatis, non valet quo ad hoc, nec facta coram duobus notariis,aut aliàs quàm hic sit expressum.

24 *Corã arbitro nõ fit probatio nobilitatis.* ¶ Quintò quæro,an valeat coram arbitro? Videtur quòd sic, quia quandoque arbiter vocatur iudex.l.si ab arbitro.ff.qui satisda.cogan.cum multis similibus.

¶ Mihi videtur non valere,quia non censetur facta in iudicio, prout requiritur,& hoc dicit Petrus & Cynus in l. vna.q.5. C. de confes. & in l.1. de arbitris. vbi dicunt quòd licet confessio facta in iudicio valeat,etiam sine causa.glo.sing.in l.1.§. fi.ff.de interroga.actio.& supra dixi.tamen quando fit coram arbitro, non valet. quia non censetur esse facta in iudicio, sed extra iudicium.sic consuluit Alexan.consi.13.ex his quæ,in colum. 3.in 1.volu.& consil.19.in his.colum.3.in 4.volu.

¶ Item nõ dicitur ordinarius loci arbiter,& probatio nobilita-

tis debet fieri coram ordinario loci.vt d.§. cum verò.ergo,&c.
¶Quæro,quid si pater nominati vel graduati, vel frater est iudex ordinarius loci,vel dominus,& habet suum iudicé, an poterit fieri corá isto?videtur ꝙ non,per l.qui iurisdictioni.ff.de iurisdi.om.iudi.& C.ne quis in sua causa iudicet.contrariú videtur verius,quia ista est iurisdictio quasi voluntaria, quæ etiá inter suos potest exerceri,vt ibidé dicitur, & in l.si consul.& seq. ff.de adoptio.& etiam propter colorem iudicij, vt dixi supra.& quia publicè fit,non præsumitur fraus.l.non existimo.ff. de administra.tuto. & istam opinionem pro vera amplectitur egregius ille consul D.Arnol.Ferron in commentariis ad consuetudines Burdegalen.§.2.in fi.rub.1.

¶Sextò quæro, an rege mortuo possit seneschalus vel alius regis iudex ante confirmationem hanc probationem nobilitatis admittere? Videtur quòd nó,quia mandatum videtur expirasse morte mandantis.l.mandatum.C.manda.Ego teneo contrariú, per ea quæ nota.in l.hactenus.ff.de constitu. pecu. & l. si quis. §.si impubes.de institu.& ita tenet expresse Iaco. de Bello visu in sua practi.rub.de senten.crimi.in fin. vbi dicit hæc scripsisse, cum erat iudex Arelaten.Item sicut sedes apostolica non moritur,in c.si gratiosè.de rescrip. in 6.ita nec sedes regalis Franciæ,& etiam quia officia à rege habita sunt perpetua ad vitá recipientis.Benedict.in repet.c. Raynutius,in verbo duas habens filias.nu.38.& seq.de testa. vbi dicit ꝙ nouus rex semper consueuit cófirmare officia habentibus ea,nisi fuisset causa legitima destituendi,& tunc ante nouam institutioné, exercere possunt, & cótinuare pristinam iurisdictioné,donec nouiter creati aduenerint,& in prouincia habitauerint,instar proconsulis.l.meminisse.ff.de offic.procósul.Item quia decet à principe concessum beneficium esse mansurum.reg.decet.de reg. iur.in 6.Et nedum illá quæ à rege vel regina emanát officia sunt perpetua, sed etiá ex consuetudine illa.quæ dantur ab his qui sunt de sanguine regio,& ita seruatur, & posset illorú officialis petere se manutenere,si destitueretur,vt sæpius seruatum extitit in hoc regno.Et sic extra mortem,renunciationem,& delictum destitui non solent, & in lingua occitana & in Delphinatu sunt priuilegia,quòd officiales,nisi in tribus casibus prædictis reuocari non possint,vt asserit Francisc.Marc. in decis.delphinal.q.19.partis 2.hodie est figura histeron proteron,alia conticeo, dicens nunc ô tempora,ô mores,ô homines maligni.ne plura.

25 *Rege mortuo,an iudex probationem nobilitatis admittat.*

26 *Rex an cófirmare officia teneatur.*

27 *Officia quæ emanant ab illis qui sút de sanguine regio sunt perpetua.*

¶ Item qui est institutus ab habente potestatem, à rege institutus esse censetur. l. item eorum. §. 1. ibi. parui enim refert, an ipso ordo elegerit, an is cui ordo negocium dedit. ff. quod cuiusque vniuersita. nomi.

28 ¶ Septimò quæro, quomodo debeant testes deponere super ista nobilitate? Bar. & alii in l. 1. C. de dignit. lib. 12. circ. fi. multa dicit. Ego verò paucis expedio sic primò, quòd ille testis qui deponit de nobilitate, debet deponere, quòd ille scholaris est nobilis, & pro ratione debet dicere, se cognouisse patré, auum, & maiores eius omnes nobiles, & nobiliter viuentes, qui pro talibus se tenebant, & reputabant, nobilium actus, mores, status, & conditiones facientes, gerentes, & exercétes, & pro talibus sunt habiti & reputati inter omnes de eisdé cognitionem habentes, & hoc probatur ex his quæ not. Innoc. & alii in c. de multa. de præb. vbi dicit illam dici dignitatem, quæ pro dignitate in illa ecclesia reputatur, vel in illo loco. not. in c. 1. de consue. lib. 6. c. cum accessissent. de const. & habetur. 1. ad Corinth. 4. c. Vos nobiles, non autem ignobiles vsque ad hanc horam. Io. Raynaud. in comprehenso. feud. in tract. nobilitat. q. 8. facit tex. in c. licet. ex quadam. ibi pro consanguineis se habere. de testib.

Testes quã do debeant super nobilitate deponere.

¶ Potest etiam testis addere, quòd nó extat memoria in cótrarium, quòd parentes, & eius maiores sunt habiti & reputati nobiles, & hoc propter ordina. Lud. 12. rub. *des graduez simples.* arti. 2. & 3. quæ dicit requiri nobilitatem ex antiquo genere. Et quia illud tempus de cuius initio memoria nó extat, obtinet vim priuilegii. c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signifi. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. Et vicem legis obtinet vetustas. l. 1. §. fi. ff. de aqua pluuia arcend.

¶ Ité potest testis dicere, quòd ille scholaris est natus de tali domo de Claromonte, ergo est nobilis, & etiam est pro nobili habitus, & reputatus, & adhuc habetur. Soci. consil. 246. eleganter. col. 1. in 2. volu. vbi dicit non sufficere si dicat de tali nobili domo esse natú, nisi addat, & pro nobili reputatur, quia potest esse à nobili natus, & tamen non est tanquam nobilis à populo acceptus. facit quod no. Bar. in l. 1. C. de testa. Bonus de Curtili in tract. nobilita. in 6. parte. vbi vide latius.

¶ Præterea ad ꝓbandú qué esse in possessione officii, nó sufficit ꝓbare ꝙ se gerat pro tali, quia fortè non reputatur talis, nec est re vera. ideo oportet probare quòd se gessit & gerit ꝓ tali, & ab aliis tenetur & reputatur, per ea quæ not. Inno. in c. fi. de eo qui

furti.

furtiuè ordines recepit. Imol. in c. in nostra. col. 1. de procura.

¶ Octauò quæro, stante tali cõsuetudine, quòd natus ex matre nobili sit nobilis, testes deponunt coram ordinario loci talem N. scholarem nobilem, & pro ratione dicunt, cognouisse patrẽ & matrem istius nobiles, & nobiliter viuẽtes. Insuper dicunt cognouisse auiam, hoc est matrem patris nobilem, & sic ex cõsuetudine partus erat nobilis. & etiam dicunt cognouisse patrẽ matris nobilem, & nobiliter viuentem, ac pro tali reputatum, & se tenentem, & gerentem pro nobili. an valeat hæc attestatio? Videtur quòd non, quia probatio quæ non necessariò concludit, non valet. l. neque natales. & l. ad probationem. C. de proba. c. in præsentia. illo titu. sed deponendo cognouisse patrem matris nobilem, non concludit matrem fuisse nobilem, cum consuetudo faciat nobilem ex parte matris, quia semper certa est. l. quia. ff. de in ius vocan. 29 *Pro consuetudine vt natus ex matre nobili sit nobilis.*

¶ In contrariũ videtur attestatos rectè fuisse de nobilitate, cum dicant patrem & matrem nobiles, & in hoc conueniant, ergo scholaris ex eis natus est nobilis. argu. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

¶ Nec obstat quòd deponant de patre, qui nil ex consuetudine facit ad nobilitatem, quia esto sanè, tamen satis probata est nobilitas. postquam probatur patrem & matrem nobiles. & concordatum non adstringit probare nobilitatem ex antiquo genere, ergo hæc sufficiet. si tamen requireretur probatio antiquæ nobilitatis, tunc crederem non sufficere has depositiones. Alia scribam, si operæpretium fuerit, nam ista quæstio mihi fuit in palatio petita, & ex tempore ista scripsi.

¶ Item requiritur quòd depositiones illorum testium registrentur, seu describantur per iudices, seu scribam illorum, quos Galli dicunt graferios. sic dicitur in d. ordina. art. 11. ibi, *Et d'icelle affirmation sera faict registre par nosdictz iuges ordinaires, ou leurs greffiers.* 30

¶ Vltimò, quidam religiosus vult tanquã nobilis impetrare nominationes, opponitur contra eum quòd non est nobilis, tum quia nobilitas perditur per ingressum religionis. glo. vlt. in c. 1. de purga. cano. & c. vlti. de stat. monach. quas sequitur Roma. sing. 37. vtrum nobilis. glos. in cap. scripsit. 27. quæst. 2. dicit, primo quoque tempore quo quis efficitur monachus, desinit esse rex, vel imperator, vel episcopus. per cap. hoc nequaquam. 7. q. 1. glos. in verbo. comite. 20. quæst. 3. tum quia censetur mortuus. 31 *Monachus tanquam nobilis nominationes impetrat.*

cap.placuit.2.in 16.quæstio.1.not.in authenti.ingressi. C.de sacrosanct.eccle.Feli.in cap.inter dilectos.colum.2.de fide instrumen.

¶Contrarium teneo, quia ius sanguinis est immutabile.l.ius agnationis.ff.de pact.l.iura sanguinis.de regu.iur.& sic fuit decisum per Rotam,vt refert Roma.singu.37.ideo ipsi religiosi ferunt testimonia.c.nuper. de testi.iurando ad pectus de consuetudine,teste Guido.decisi.615.religiosi.

¶Item possunt religiosi obtinere beneficia regularia, vt nemini non patet.clemen.ne in agro.§.cæterum,cum aliis similibus, de statu monacho.cap.cum singula.de præbend. in 6.Et si quis impetret beneficia illorum per annum possessa,debet exprimere eorum nobilitatem.quod non fieret,si eam perdidissent,alioqui non valet impetratio.regul.cancella.32.Si tamen nobilis impetret rescriptum apostolicum,non solet dici nobilis, nec nobilitas generis pro eo exprimitur. sed in prosecutione ponitur,qui (vt asseris)de nobili genere,&c.procreatus existis, Prouinciale fo.62.versi.nullus.

¶Nec obstant supra adducta,quia intelliguntur quo ad Deũ, Hierony,in epistola ad Cellantiam. Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas,nec obscuriores quasque & humiliore loco natas te inferiores putes.Nescit religio nostra personas accipere,nec conditiones hominum, sed animas respicit singulorum.sequitur Corset.in tracta.de potest.reg.q.29.colum.vlti.& in repeti.cap. grandi.nume.21. de supplen. neglig. prælat.lib.6, Benedict.in repeti.cap.Raynutius.in verb.& vxorem,nu. 210. & seq.de testamen.

Monachus perdit nobilitatem quo ad spiritualia.

¶Facit quod in simili dicit Feli.in c.cum deputati.col.1. de iudi.vbi dicit per ingressum religionis perdi irregularitatem quo ad actus spirituales,secus in temporalibus. per glos. ibi,ergo etiam quo ad actus spirituales nobilitas perdetur. quia repugnaret statui monachorum perfectorum, nec esset secundum Lucam quòd vnus alio diceretur nobilior in monasterio, & quo ad diuinum seruitium nobilis diceret missam maioré, & omnes alios præcederet.hæc sustulit Christus, dum dicit Marc.10.cap. & Luc.22.cap.Qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est,sicut ministrator,&c. ergo si loquamur in aliis actibus,nobiles per ingressum religionis consequuntur priuilegia,quæ citat Felin.in d.c.cum deputati. & alia priuilegia aliorum nobilium.alioqui si nobiles ingrediétes religioné non possent

ſent obtinere nominationes, eſſent deterioris cõditionis quàm alij non nobiles,quod non eſt dicendum. Imo §. volumus.d collat.in concord.dicẽs,Regularia regularibus, intelligitur etiã de religioſis nobilibus nominatis. Vide nouem ex quibus cauſatur nobilitas,per Lucam de penna in l.mulieres.col.1.& ſeq.C. de dignit.lib.12. vbi latè proſequitur.

32 ¶Poſtremò,quidã nobilis ſtuduit triẽnio in artibus,vel in theologia,aut medicina.an poſſit ſuas nominationes habere? Videtur quòd ſic,quia trienniũ in nobilibus ſufficit.Contrariũ eſt verum.nam triennium eſt præſtitutum tantum baccalaureis iuris canonici & ciuilis.ſecus in aliis.vt §.præterea.ibi.in quibus baccalaureis iuris canonici aut ciuilis triennium eſſe decernimus. de colla.in concord.ſecus in aliis facultatibus.

33 ¶Idem dicerem ſi ſtuduerit bienniũ in artibus, & annũ in altero iure,vt non poſſit obtinere nominationes, quia poſtquã dicit triennium,intelligitur cõpletum in iure canonico vel ciuili. glo.in reg.cancella.Iulij ſecundi.in 4.parte.& ſuperius dixi.

34 ¶Quid in legitimato,an his gaudeat prerogatiuis?videtur quòd ſic,quia nihil à legitimis differt.§.& quoniã.& §.illud.in authẽ. quib.mod.natu.efficiun.ſui.colla.7.& §.oportet,ibidem.& hoc expreſsè in prærogatiua regulæ cancellar. tenuit. de Vbald.in tract.de ſucceſsio.ab inteſta.in vlt.modo legitimãdi.facit quod not.Bal.in l.fi.C.de his qui veniam æta.impe. & ibi Angel. & l.2.C.de iure aureo.annulo. Contrarium tamen videtur, quia non ſunt nobiles.c.ſi gens Anglorum.56.diſt.l. vna. C.de mulier.quæ propriis ſeruis ſe iunxerunt. Item legitimatus non habet ius primogenituræ,vt plenè tradit egregius ſenator Do.Io. le Cirier in ſuo tracta.de iure primogenitu.lib.1. q.13.doct.in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu. Deci. conſilio 258.in caſu.Curti.in cõſi.74.ſuper memorata,col.2.& pleniſsimè Albert.Bru.in tract.de ſtatu excludentib.fœminas.q.4.articu.12.per quos poteris decidere hanc quæſtionẽ. ſi ea indigeas, videto illos.

¶Decimatertia quæſtio principalis.

DEcimotertiò,principaliter quæritur,an illi quibus dirigun tur nominationes,ſint vocandi,quando conceduntur vel quando audiuntur teſtes tam pro tempore ſtudij, quàm nobilitatis? Videtur quòd ſic, quia omnis cuius intereſt, vel intereſſe poteſt,eſt vocãdus antequã actus fiat, alioqui actus nõ valebit. 1

Collatores an ſint vocandi quãdo nomina

tiones cõce dun'ur. l.nam ita.ff.de adoptio.l.de vnoquoque. de re iudi. Sed collatores possunt lædi, quia perdunt fructum collationis liberę, quã collationem liberam habent.gl.in c.relatum.de præbend. &. c. quanuis.illo titu.lib.6.& dicitur fructus illa collatio, per glo.in c.cum olim.de maior.& obedien.

2 ¶ Imò audeo dicere, quòd collatores gratius intuerentur fulgura extra illos cadẽtia, quã nominatos, nisi aliquos suos propitios habeant, qui polliceantur eisdem reddere beneficia illis collata, sicut de auaris dicit tex.in c.sicut hi.47.distinc. & quidam episcopus mihi retulit nominatum nunquam habuisse beneficium ab eo, nec à prædecessore. Crede mihi, res est iniuriosa sibi. Tu tamẽ nobilis ac doctisimè præsul, eis prouides, foues, & diligis, ignarósque profligas, vt fieri debet.

Collatores nominatos nolunt videre.

¶ Secundò facit c.licet episcopus. de præbend. lib.6. cap. inter quatuor.de maiori.

¶ Tertiò, quãdo producũtur testes cõtra aliquẽ, debet is citari, alioqui nõ valet productio.l.si quando.C.de testib. ca.2.illo ti.

¶ Contrarium deciditur.nam quando papa concedit beneficia ecclesiastica, vel scribit vt alicui conferantur, nullus citatur. ca. cum secundum apostolum.de præbẽd.not.in c.dudum.de præsump.&.c.cum olim.de re iud. Alber.in d.l.nam ita.col.vlti. Sic ergo est dicẽdum quando conceduntur nominationes ab vniuersitatibus, vt nulli collatores sint vocandi.

¶ Item quãdo fit examinatio super idoneitate nominati, vel al-
3 terius, potest fieri in absentia. Innoc.singu.in ca.fina.in fine.de translat.episcopi, vbi dicit, si mandatur alicui vt prouideat Petro si est idoneus, executor non debet vocare aliquem ad opponendum, si velit eum dicere non idoneum, sed examinabit an sit idoneus, vel non, antequam prouideat, absente eo cui dirigitur mandatum. idem tenuit glo.sing.in cle.1.de offi.deleg.& ibi Card.col.3. & consi.132.archipresbyter.col.vlt. sufficit enim in his extraiudicialibus probationem concludere soli examinatori, videlicet vniuersitati.no.Bal.in l.neque natales.in fi.C.de prob.& in l.fina.col.2.vnde legiti. Alexand.consi.218.visis verbis.col.2.in 2.volu.quod est repetitum consi.45.visis verbis.in 6.volu. Panor.& alij in c.2.de testi. Feli.in c.fi.colũ.6. de præsump. Rota deci.297.purificatio.& decisio. 443. fuit dubitatũ, in nouis.& decisio.134.not.quod vbi in antiquis. Vitalis in tracta.clausula.in clausula, si ita tibi constiterit.fol.15.cum sequen. Hippoly.in l.de vno. 4.fallen.ff.de re iudica.

Examinatio an fieri posit absẽte eo cuius interest.

¶ Adhæc

¶ Adhæc si scholaris aut alius acceperit equum locatū,& is for tuitu moriatur,poterit facere examinari testes de casu illo, & il læ attestationes etiā parte absente factæ,faciēt fidem coram iudice cōpetente. Bar.& patruus meus Rebuffus in l.2.C.de naufrag.lib.11.per illū text.& l.scire.§.sufficit. ff. de excusa. tutor. Corset in sing.incipien.testis in loco , quod est sing.notādum.

¶ Insuper quo ad nobilitatem decisum est in dict.§.cum verò. ibi,etiam in partis absentia probari posit. Sed in alio nobilis grauatur,vt quatuor testes debeat adhibere,& si in aliis actibus communius sufficiāt duo.l.vbi.ff.de testib. & duo de patris nobilitate, alij duo de matris, vel promiscue deponent. vt dixi in d.§.cum verò 4 *No.tu scholaris.*

¶ Item in impetratione rescriptorum,priuilegiorum, indulgentiarum,& aliarum concessionum,nō est necesse citari aliquem quando conceduntur,vt latè explicant Panor. Feli.& alij in c. cum olim.de re iudi.&.c.causam.de rescrip.vt dixi in praxi.benefic. 5 *Sine citatione impetrāturrescripta, ac beneficia conferuntur.*

¶ Poterit etiam ordinarius collator conferre beneficium vacās non facta alicuius vocatione.c.de multa. de præb.c.cum ecclesia.de electio.not.glo.in c.fi.de elect.in 6.ita in propriis terminis tenuit Anto.Nicellus in concordantia.52.fallen.85.vbi fusius tradit.ibi videre licet. 6 *Vacans beneficiū confertur sine vocatione.*

¶ Superest insinuationum materiam explicare,vt sequitur.

¶ Decimaquarta quæstio principalis.

De insinuationibus nominationum, et aliarum literarum hic plenè traditur.

DEcimoquartò, principaliter quæritur de insinuationibus nominationum.

¶ Et primò,quid sit insinuatio,dicitur infra numero primo.

¶ Secundò,cur insinuationes inuentæ sint,numero 2.

¶ Tertiò,quo tempore nominationes insinuantur, numero 5.

¶ Quartò,intra quod tempus debeant insinuari,numero 20.

¶ Quintò,quo in loco debeant insinuari,numero 24.

¶ Sextò,quæ debent insinuari,& quæ in insinuationibus requirantur,nu.31.

¶ Septimò,quomodo debent nominationes insinuari , & gradus,ac aliæ literæ,nu.48.

¶ Octauò, quibus præsentibus insinuandum sit,numero 56.

¶ Nonò,quibus nominationes insinuentur,nu.58.

¶ Decimò,per quos fiat insinuatio, numero 92.

¶ Vndecimò,quoties insinuentur, numero 115.

¶ Duodecimò, an collatoribus scientibus insinuentur, nu. 117.

¶ Decimotertiò, an insinuans debeat literas, quas insinuat, aperire, numero 120.

¶ Vltimò, quomodo puniantur non insinuantes, numero 124.

¶ Et super qualibet quæstione tangentur obiter aliæ illi conuenientes.

1 ¶ Primæ quæstioni, quid sit insinuatio, respondet Lucas de penna in l.2. in fin. C. de petitis bono. subla. lib. 10. sic, quòd insinuatio est alicuius scripturæ editio: hæc tamen est nimis generalis quo ad materiam nostram. ideo Anto. de Cana. in tract. de insinuatio. q.1. sic diffinit. Insinuatio est donationis præexistentis in scripturam redactę, eodem tempore, vel diuerso apud competentem iudicem facta publicatio. sed non deseruit proposito nostro, cum tátum donationis insinuationem diffinire velit, de qua in l. sancimus. C. de donatio. & in ordina. reg. rub. *que toutes donations seront insinueés*, artic. 1. vbi scripsi in 2. tomo ad constitu. reg. Ego verò quantum ad præsentem nominationum materiam attinet sic definio, Insinuatio est literarum gradus, nominationis, certificationis temporis studij, ac attestationis nobilitatis, seu nominis & cognominis, vel alterius rei necessariæ, ordinariis collatoribus, vel patronis ecclesiasticis, seu eorum vicariis, legitimè per graduatos, vel nominatos, & qualificatos facta exhibitio. & probatur in §. præfati. in 2. & §. teneantur. de collatio. in concord. insinuare demonstrare est l. iubemus. iúcta glo. C. de emancipa. libero. hæc definitio declarabitur satis superque per totam hanc quæstionem infra. ideo venio ad secundam quæstionem.

Quid sit insinuatio.

Authoris noua definitio de insinuatione, de qua hic.

2 ¶ Secundò, quæro, cur insinuationes istæ inuétæ sint? Respon. quia gradus & nominationes absentibus collatoribus conferuntur, vt supra dixi, quorum ignorantiam possent collatores prætendere, si non exhiberentur. Nam omnis actus factus in absentia partis, debet ei insinuari. cap. si tibi absenti. & ibi Petrus. de præbend. lib. 6. vnde quando actus potest fieri in absentia partis sine citatione, eo perfecto debet parti intimari. Bart. in l. penult. ff. de iureiurand. Bald. in l. eos. §. Apostolos. colú. 2. nu. 6. C. de appella. per gloss. in cle. 1. de appel. vbi quando termini assignatio facta parte non citata potest aliquem lædere, debet ei terminus solenniter notificari. Et ideo si arbitri ex potestate eisdem data posint prorogare compromissum absentibus partibus, tamen nisi post prorogationem notificetur partibus,

Insinuationes cur sint inuentæ.

3 *Actus factus in partis absentia debet eidem intimari.*

tibus, videntur arbitri dolosè processisse, nec talis prorogatio adstringit litigatores: quia ita demum valet, si insinuetur. Bal. consf.101.lex.& consf.seq.in 3.vol.Idem in l.1.col.pen.C.de senten.ex libello recitā.authen.ei qui.col.2. C. de tempo. appella. Alex.consi.34.viso themate.column.pen.in 1.vol.& consi. 63. in causa & lite.colum.vlt.in 3.lib.& consi.87.viso themate.colum.vlt.volu.5.Rom. consil.336. circa propositam in fin.Dec. consf.39.col.1.& consf.632.quòd supra.col.2.Fel.in c.cum olim. col.8.ver.no.tertio.de re iud.& in c.1.nu.52.de constitu. Ias. in l.nec quicquā.§.vbi decretū.col.9.nu.56.cū seq.ff.de offic.proconsul. Nathā in repe.cle.sępe.in princ.colum.53.de verbo.sig. Hippoly.in l.de vnoquoque.nu.63.& seq. de re iud. facit text. vltra doc.in l.si quis per.ibi, intimare debet. C. de aquæ ductu. lib.11.& l.penu.in §.nullo.ibi,postquam fuerint ei intimata.de reb.cred. Lāfran.in verbo dilationes.col.2.c.quoniā.de proba. Curtius consf.31.Factū tale.& seq. Sic solet senatus dicere respō dendo supplicationi partis,fiat,& significetur parti,datum,&c, quod limitat Dec.consf.169.& diligēter.col.2.ver.3.nō obstat. quando actus non potest absenti præiudicium inferre.

¶Secundò, fallit in vnione quæ non est insinuanda illis, qui beneficia possident,docto.in cle.fina.de reb.eccle. nō alie. hoc expressim tradit Ioan.Gallus in quæst.per arresta.quæst.147.vide alias limitationes per Ias.& alios supra citatos. 4

¶Item exhibitio nominum & cognominum fit,vt collator ordinarius cognoscat diligentes, & qui non diuertunt ad matrimonium, vel ad alios actus per quos possint nominationes amitti,vt dicam infra quæstio. vlti.ideo eidem fieri debet. *Insinuatio nominis cur fiat.* 5

¶Tertiò,quæritur,quo tēpore literæ gradus & aliæ insinuentur? Respon.tex.in cōcord.in §.teneantur.de colla. ꝙ tempore quadragesimæ.Idē disponitur in ordina.reg. Ludo.12.1. publi. art.8.quæ est in rub.*des graduez simples.* art. eo. cui standum est, nā multa vno tempore licent,quæ alio prohibentur.l. furem.ff. ad legem Cornel.de sicca.c.capellanus.de feriis.c. si peccauerit. 2.q.1.c.decreuit.22.q.5.c.ad honorem de auctor.& vsu palli.tamen ille §.teneātur,secundū quosdā loquitur de nomine & cognomine,quæ debēt in quadragesima insinuari.secus in literis, vt in dicto §.præfatíque graduati.& hoc tenuit gl.in §. qui de prædictis,in verbo facere.de colla.in prag.sed dico d.§.teneantur, etiam debere intelligi de literis gradus & aliis necessariis, ne diuerso iure censeantur. l. eum qui,ff. de vsuca. & quando *Quo tēpore debeant fieri insinuationes.*

vna determinatio respicit plura determinabilia, ea debet vniformiter determinare.l.iam hoc iure.ff.de vulga. & ibi Ias. & alij. & clausula posita in d.§.teneantur.etiam refertur ad literas gradus & alias, per c.inquisitionis.&.c. secundo requiris. de appel. dixi in repet.l.vnicæ.in glo.in verbo,& non ex quibusdam.C. de senten.quæ pro eo quod interest. etiam de cósuetudine & literæ & nomina & cognomina tépore quadragesimæ insinuantur. Et sic consuetudo interpretatur insinuationem fieri debere
6 tempore quadragesimæ, quæ est optima legum interpres.l.si de interpretatione.ff.de legib.& etiam assignari potest ratio, quia quádo tépus est in lege vel statuto expressú, provt est in cócordatis, tunc censeri debet appositú pro forma.tex.in authen.quæ supplicatio.ibi, sub hac forma.C.de præcib.impera.offe.& ideo necesse est custodire constitutum tépus.dicit tex.in l.scire oportet.§.cósequens.ff.de execu.tut.latè Alber.Brunus in tracta. de forma & solennita.actus.rub.quando aliquid censeatur esse tradi.pro forma.fol.43.col.3.in 16.conclu. & qui non obseruat tépora, nó dicitur seruare formá: & per cósequés actus est nullus. Bald.& Sali.in d.authen.quæ supplicatio.Pau.in l. si in lege.in prin.ff.loca.Ias.in l.qui Romæ.§.callimachus. col. 4. de verb. oblig.& cósil.53.circa.col.1.vol.3.& consi.132.statuto. in prin. vol.4.& qui recedit à tempore, recedit à forma actus.Bal. in l. obseruare.§.si.q.3.de off.proconsul.& l.liberti.col.5. C.de operis libert.alibi dicit Bald.in l.ordo.circa medium. C. de execu. rei iu.quòd si statuta disponunt aliquid in tempore, quòd sunt seruanda ad vngué:& si contra fieret, esset irritum ipso iure. Ias. consi.166.videretur.col.4.versi 7.ibi,confirmatur.in 2. vol. & idem dicit in consi.seq.col.vlti.& consi.151.placet, col.2.in 2. vol. Sic etiam collatio sacrorum ordinum facta extra tempora à canonibus præfixa, licet tépus non sit de substantia, caret debito effectu.c.1.& 2.&.c.pen.de tempo.ordinand. Feli.in c.cú dilecta.col.8.versi.octauum signum.de rescrip.& ideo quando statutum requirit tempus,& tu require tempus. Bald.in l.omnes populi.col.pen.versi.item nota.ff.de iustit.& iure.

Tempus expressum in lege inducit formam.

7 ¶ Si quæratur, cur statutum est vt fiant insinuationes tempore quadragesimæ? Respon.fortè quia necessario id temporis quis tenetur confiteri, & omnia peccata sacerdoti exhibere. c. omnis. de pœni.& remis. sic illo tépore exhibitio nominationum, gradus,& aliarum literarum debet fieri. Vel quia præsumitur, quòd tempore quadragesimæ bonus pastor oues pascet,& non erit

Cur insinuationes fiant tempore quadragesimæ.

erit ab ouili absens, licet omnes ferè hodie absint, quę (malum) tanta absentia & prælatorum quorundam voracitas? hodie nostri nisi habeant duos vel tres episcopatus, cũ duodecim abbatiis, & prioratibus, quiescere non possunt, nec tunc quidem, sed miserè & superbè quidam viuunt, orabo pro illis, vt videant, cæci sunt, & cæcorum duces qui hæc agũt. Vel potest dici, quia sic voluerunt conditores. nam hæc sunt iuris positiui, in quibus voluntas pro ratione sufficit. §. furtiuè. institu. de vsuca. cle. fin. de senten. excom. & non omnium quæ à maioribus nostris statuta sunt, ratio reddi potest. l. non omnium. ff. de legi. nota. in ca. si quando. de rescript. literas tamen duplicatas collatori dare poterit quocunque tempore, cum in textu tantum teneantur dare literas duplicatas, & sufficit collatori eas habere ante vacationem, tutius est tamen in prima insinuatione litteras duplicatas dare, & sic obseruatur.

¶ Primò quæro, de qua quadragesima loquatur? cũ triplex sit. ca. 1. 22. quæst. 5. Prima est ante pascha. Secunda, ante festũ sancti Ioannis baptistæ. Tertia, ante festum natiuitatis domini. & quando textus in c. accusasti. de accusa. dicit per tres quadragesimas debet pœnitere, intelligitur de his tribus quadragesimis, & non de quadragesima trium annorum, secundũ Archid. post glo. 1. in di. ca. 1. quam sequitur Corset. in verbo quadragesima, in sing. Respõ. intelligi de ea quæ est ante pascha, quia illa propriè dicitur quadragesima. cap. quadragesima. de consecra. dist. 5. & etiam appellatur illa quadragesima secundum communem vsum loquendi, qui debet attendi. l. Labeo. ff. de supel. leg. c. ex literis. de spõsa. & in l. 1. ff. de operis noui nuncia. per doct. glo. in verbo quadragesima. in §. statuit. de colla. in prag. glo. tamen in extra. 1. in extra. cõmunibus. de pœniten. & remis. tradit duplicem tantum, vnam deletiuam mali, vt pote illá quæ est ante pascha, alteram, quæ operatiua boni, quæ est post pascha. vide ibi. 8 *Triplex est quadragesima.*

¶ Tamen ego intelligerem per tres quadragesimas propriè, videlicet per tres quadragesimas trium annorum, scilicet ante pascha: cum d. c. accusasti. de accusatio. loquatur de annis, & postea de quadragesima, ergo de quadragesima cuiuslibet anni, vt alibi fusius explicabo.

¶ Secundò quæro, an negans insinuationem esse factam tempore quadragesimæ teneatur probare, vel nominatus? Videtur quòd negans, quia actus in dubio præsumitur iure factus, arg. l. sciendum. ff. de verb. oblig. 9 *Quis teneatur probare insinua-*

tio- nẽ tempore quadrage- sima factã

Actus præ sumitur tẽ pore habili factus.

(10) ¶Item actus in dubio præsumitur celebratus tẽpore habili.gl.
singu.in verbo creatum.in cle.fi.de rescri. vbi ille qui negat be-
neficium creatum fuisse tempore datæ rescripti, debet probare,
quia illa negatiua habet resolutam affirmatiuá quæ probari po-
test.consuluit Ias.consil.178.in causa.in 2.vol.

¶Tertiò,facit quòd si per statutum prohibitũ sit nobilibus in-
trare palatium,nisi tempore consilij,& accusatur nobilis intras-
se in mense Maio, ipse probauit eo mense esse factum consiliũ,
debet absolui,quia in dubio debemus intelligere factum esse tẽ
pore quo licuit.arg.l.merito.ff.pro socio.Bar.in l.non solum.§.
sed vt probari.ff.de operis noui nuncia. Panor.& Feli. in c.au-
ditis.de præscri.Soci.consi.67.in causa.col.3.vol.3. & quando
vnus insurgit contra alium ratione temporis,ibi oportet proba
re tempus.Bal.in l.de rebus.C.de dona.ante nup.

Qui se fun dat in tem pore proba re debet tempus.

11 ¶Contrarium videtur verius,quia vbi certum & limitatum tẽ-
pus,vel certa pars loci,vel alia qualitas est fundamentum inten
tionis siue actoris,siue rei,oportet quòd illud tẽpus & illa qua-
litas probetur per eũ,qui se fundat in illa.Bar.in d.§.sed vt pro-
bari.vbi dicit,quòd si vsque ad medium mensem Martij licebat
tenere bestias in pratis.post nõ,& aliquis accusatur quòd in mẽ
se Martij sua animalia pascebant in pratis,non debet sequi con
demnatio,nisi probetur illa pars temporis quo erat prohibitũ.
Sic nominatus & graduatus fundat se in tẽpore,ergo debet pro
bare tempus.tex.in l.matré.C.de proba.l.eum actũ. ff.de nego.

Tempus de positionis probetur.

12 gest.l.qui iurasse.§.si pater.ff.de iureiur. Feli.in c.auditis.col.pe
nul.in versi.2.conclusio.de præscriptio. Hippoly.consi.7. sum-
mi cœli.nu.6c.& seqꝗ.l.2.C.de pet.hæred. Barb.in consi.29.
illud.col.14.vol.1.& in repet.rub.C.qui admi.col.2.vbi dicit ꝙ
si opponatur cõtra testẽ quòd erat infamis,debet probari quòd
tempore depositionis,aliàs non repellitur.hoc probat Calca.cõ
13 sil.79.licet dubia.nu.12.Ias.consi.178.in causa.volu.2.

Furiosus tẽ pore cõtra- ctus probari debet.

¶Item probans quem furiosum,non obtinet,nisi probet quòd
tempore contractus erat furiosus. Card.consil.56.casus , & do-
cto.in l.furiosum.C.qui testa.facere possunt.

Idẽ in for- nicatore.

(14) ¶Præterea si probetur contra electũ,quòd est notorius fornica
tor,tamen non obtinebit excipiens & probãs,nisi probet quòd
tempore electionis erat. Oldra.consi.286.in electionis negocio.
sequitur Feli.in d.c.auditis.col.vlt.de præscrip.

De filio sa

15 ¶Adhæc non sufficit probare quẽ esse filiũ sacerdotis,nisi pro-
betur quòd tẽpore sacerdotij eũ genuerit.Io.And.in add.ad spe
cul.

tul.in rub.de filiis presb. Pan.& alij.in c.inter cæteras.de rescri. *cerdotis.*
¶ Insuper, si quis dicat se excõmunicatum post appellationem. 16
habet hoc probare.glo.in c.venerabilibus.in glo penu.de senten. excom. quam sing.not.Fel.in c.cum tu.col.3. de testi.&.c. apostolicæ,col.8.in versi.adde etiam.de except.& in ca.in pręsentia.col.6.de probat.Præposi.in c.super eo.2 col.1. de appel.
¶ Nec obstant in contrariũ adducta, quia intelliguntur quãdo 17
quis non fundat se in tẽpore,vel quãdo est præsumptio pro eo qui se fundat in tẽpore,tunc nõ opus est,quòd is qui habet pręsumptionẽ,probet,vt in delictis docet Bar.in d.§.sed vt probari.vbi dicit de nobili,qui non poterat intrare palatium,& istud latè examinat Dec.in d.c.in præsentia.notab.12.de prob.& ibi Parisius.sed ꝓ nominato vel graduato nulla est præsumptio ꝙ tempore quadragesimæ insinuauerit,ergo is ipse debet probare insinuationem tempore quadragesimæ factam.& hoc probatur ostẽdendo instrumẽtũ insinuationis,quod cãtat tali die Martij factã fuisse,& illo die erat quadragesima.& ita vidi fieri.nec vitiatur instrumẽtũ, licet in eo nõ dicatur tẽpore quadragesimæ, dummodo cõtineat tempus quadragesimæ, quia paria sunt aliquid exprimere per se,vel per relationẽ ad aliud.l.ait prætor.§. 1.ff.de re iud. Leuis etiã probatio insinuationũ admitti solet vt fuit conclusum,& (vt fertur) in mente curiæ retentũ anno 1513. die vltima Aprilis. licet multotiens in eis falsum committatur.

Quomodo probatur factũ tempore quadragesima

Arrestum.

¶ Tertiò quæro , an posſit insinuatio fieri etiam diebus festis 18
quadragesimæ sicut diebus profestis. Respon.sic, tum quòd sit actus iurisdictionis voluntariæ, qui quolibet tempore fieri potest.l.actus.C.de feriis,& supra dixi in 7.q.princi.tum quòd nõ exigat causæ cognitionem,ideo quolibet tempore expediri potest.l.2.§.dies.ff.quis ordo in bono.posſeſſ.seruet.& idem in insinuatione donationis,quod etiam diebus festis posſit fieri,tenuit Alber.in l.illud.col.3.versi.circa testium.C. de sacrosanct. eccle. Oldra.consi.253.factum tale.in 4.q.

Diebus festis an insinuatio fieri posſit, et qui actus.

¶ Item ea quæ iudicij indaginem non requirunt,possunt omni tempore expediri,vt collationes,dispensationes,transactiones, & similia.vnde curia Ro.facit solennes processus, vt plurimum diebus solennibus.cle.1. de iudi. & executores gratiarum omni tempore suos faciunt processus generales sententiã latam continentes,& contrafaciens incidit in sentetiam.Feder. consi. 11. quæritur col.vlt.
¶ Item nũciatio omnibus diebus fieri potest etiam feriatis.text.

iuncta glo.in l.1.§. item nunciatio,ff.de operis noui nuncia. ¶ Præterea libellus quolibet tempore offerri potest.l. miles. §. sexaginta.ff.de adult.Spec.in tit.de libello.conceptio. §.núc videamus.& ibi Io. And.in addi.ad eum.& Bal.in Margar.in verbo libellus.q.7.Sic & insinuationes istæ.Item visitatio per episcopum festis diebus fieri potest,cum ad correctioné pertineat, & ad eleemosynam spiritualem,& plerúque fiat pro pace & cócordia inter clericos & religiosos, ac etiam laicos inducenda. per c.fi.de feriis.Soci.in tractat.de visita.libr. 7. Et hæc opinio consuetudine recepta est, licet melius esset quando inuenimus in singulos dies episcopum vel collatorem diebus profestis intimare,tamen in contrarium factum tenet.

19 ¶ Quartò quæro,an de nocte facta insinuatio valeat?Breui respó.quòd sic,quia omnia possunt noctu fieri,quæ specialiter nó sunt prohibita.l.non minoré.C.de transact.Dec. in c.cósuluit. col.4.de offi.delega. & quia non inuenitur prohibita, censetur permissa.argu.l.præcipimus.C.de appella.doct.in l.non solum. §.morte.ff.de operis no.núcia.Item sicut beneficij collatio potest fieri de nocte.c.vno.vt ecclesiastici. benefi. licet contra talé collationem præsumatur.Hostien.in §.fin.de concess.præb.in sua summa.ergo & fortius insinuatio valebit.Non tenebitur tamé collator de lecto surgere,& relinquere somnú, vt huic insinuationi sui copiam faciat.argu.l.1.§.dies. ff. quando appel.sit. Iacob.in l.more.ff.de feriis. attamen instrumentum insinuationis de nocte confectum,est suspectum,licet valeat.Bald. in c.1. col.2.de fide instr.Fel.in c.ego. de iureiur. Sed notarius conficiens instrumentum non dicet noctu factum, sed tali die,&c. vt docto.scibunt in d.l.non minorem.C.de transact.

Insinuatio an de nocte fiat.

20 ¶ Quartò, intra quod tempus nominationes debeát insinuari? Videtur quod intra decé annos,alioqui amittuntur, quia priuilegium perditur decem annis non vtendo.l.1.ff.de nundinis. ¶ Secundò,res intra decem annos præscribuntur inter præsentes.§.1.institut.de vsuca.& ideo in hoc regno post decé annos nó potest peti rescisio cótractuum,vt est statutú in ordina. reg. super qua plenè scripsi in tracta.meo de rescisio.cótractuum,& intra quod tempus peti debeat.in 2.tomo ad constitu.regias. ¶ Tertiò,facit l.sancimus.C.de testa. vbi si quis condiderit testamentum perfectum, & postea declarauerit nolle illud testamentum stare,& decennium elapsum fuerit,tollitur prius testamentum iure perfectum : sic & nominationes debent tolli per decem

Nominationes intra quod tépus insinuari debeant.

decem annos,quia non insinuans,eas videtur habere pro derelicto.facit quod not.Guido papæ in decis.Delphi.quæst. 200. Eymardus,&c.

¶Cõtrarium tenetur,quia priuilegium de sui natura debet esse perpetuum.c.decet.de reg.iur.in 6.sicut rescriptum.l.falsa.C.de precibus imperato.offeren. Archi.in c. priuilegia. 25. q.2. facit tex.in l.seruus.C.de pœnis.etiam priuilegium non faciendi. Alex.cons.33.ponderatis.colum.2.in 5.vol.

¶Secundò,probatur in §.teneantur.ibi,& eo anno quo præfatam insinuationem omiserint,beneficiũ in vim gradus aut nominationis huiusmodi petere non posśint. facit ordina. Regia Lud.12.rub. *Des graduez simples.* articu. 9. ibi, *ilz seront seulement priuez de pouuoir requerir ou accepter les benefices qui vacqueront esdictes années, qu'ilz n'auront insinué, sans autrement perdre les priuileges & prioritez de leursdictz degrez & nominations.* ecce text. clarum quo probatur nominatum vel graduatum, licet non insinuauerit per viginti annos,non perdere gradus, nec nominationes.nam dictio *seulement*, significat tãtum,& est dictio taxatiua, & idem est dicere quod solum siue solummodo. l. idem Pompo.ff.de recept.arbit.l.2. de vsu & habitatio. l.cum notissimi.& ibi gloss.& doct.C.de præscrip.30.vel 40. anno. natura dictionis taxatiuæ est restringere. Bald.in l. 1. C.de bono.possess.contra tab.& ibi Ias.& alij.Bart.in l.1.in princ.ff. si quis ius dicent.non obtempe. & l.3.§. cum Titio.de adimend. leg. ergo tantum restringet, vt puniatur quis eo anno quo non insinuauit,& non vltra.

¶Item, non debet quis duplici pœna puniri ex vno & eodem actu.c.ac si clerici.in fi.& ibi glos.alleg.plena.de iud.Sed si quis perderet nominationes per non insinuationem, puniretur duplici pœna, ergo,&c.nec priuatur quis nisi in casibus à iure expressis.glo.sing.in c.fi.de iure patron. hic casus non est expressus,ergo,&c. Imò in contrarium est statutum quòd non priuetur nisi illo anno quo non insinuauit fructu nominationum,ergo sua nominatio aliis annis valebit.

¶Nec refragantur in cõtrarium adducta.& l.1.ff. de nundinis, 21
loquitur in priuilegio de faciendo,quod per decem annos non vtendo amittitur,quando eo vti potuit.secus si non potuit vti, quia occasio se nõ obtulit,tunc non perditur priuilegium, etiã per centum annos.l.& Attilicinus.ff.de seruit.rusti. prædio. gl. in c.abbate sancti Syluani,in glo.vlt.de verb. signifi. probatur

per Bar.in l.in filiis. C. de decurio.lib. 10. vbi si ciuitas tenetur facere exercitum quando princeps faciet: si princeps nõ fecerit pe centũ annos,quia nõ fuit necesse,per hoc nõ perdit princeps ius suum. Bar.in l.cum scimus.C.de agrico. & censit.lib.11.Feli. & alij in d.c. cum accessissent. & Ias.in l.beneficium. circa fi.ff. de constitu.princi.& in l.falso.C. de diuers.rescrip. vbi confirmat per quinque similia, nam qui nequit vti, non est in mora, nec culpa:& vbi non est petitio,ibi nõ est mora.l.lecta.ff.si certũ peta.sed nominatus simul atque est nominatus, non potest vti suo gradu vel nominatione acceptando beneficium , quia alij sunt eo antiquiores,quibus primò oportet prouidere.ergo illis non debet(si non insinuauerint)imputari.Io. Francis.in tract. de præscript.in 4.parte quintæ partis principalis.q.4.

¶Item dum incertum est quãdo casus eueniet,vt quis posit vti suo priuilegio , tunc priuilegium non perditur per decem annos.glo. in c.vt priuilegia. de priuileg. quã sic intelligit Claud. de Seycello.in l.fi.col.penul.ff.de cõsti.princi. sed quando nominatus habet suas nominationes, incertum est quando veniet casus vacationis beneficij,& quãdo erit antiquior. ergo si non insinuauerit per viginti annos non eis priuatur.

22 ¶Præterea nominationes non dicũtur priuilegia ad aliquid faciendum,quæ bene tolluntur per decem annos,sed dicuntur rescripta gratiosa,quæ perpetua sunt.c.si super gratia.de offic.deleg.in 6.Ias.in d.l.falso.C.de diuers.rescrip.Et literæ beneficiales difficilius expirant quam alię.Io.And.& alij in c.capitulum. de rescript. quia maius est præiudicium eas perdere, quam rescripta ad lites,secundum Feli.ibi,col.3. Imò postquam est vna apposita pœna,alia censetur sublata.l. cum prætor. ff. de iudic. sed in concorda.est apposita pœna,vt illo anno nõ posit habere beneficium in vim nominationis, ergo in aliis annis quibus insinuauit,poterit,& hoc est notorium.

Nominationes nõ dicũtur priuilegia,sed rescripta gratiosa.

¶Item postquam non est præstitutum tempus ad insinuãdum, residet in facultate nominati,vt statim posit insinuare,si velit, vel quando voluerit, & sic facultati nunquam præscribitur.l. viam.ff.de via pub. & ita fuit in hoc senatu supremo iudicatum in magna attestationum camera, pro magistro Ioanne Sanson subrogato in locum D.Michaelis Morisset, theologiæ doctoris,contra magistrum Petrum Riotte,Anno 1541.die 5. Aprilis ante pascha.debet tamen intra triginta annos insinuare, alioqui fortè nominationes amitterẽtur, quia actiones per id tem-

Arrestum.

pus

pus expirant.l.omnes.C.de præscript.30.vel 40.anno.nam sic negligendo, videtur illis renunciare.argu.l.licet. C.de iur.deli. nota. in cap.tibi qui.de rescript.in 6.Latè Felin.in cap. capitulum.illo tit. Si tamen postea insinuaret cessaret illa præsumptio, & obliuio.& aliud est amittere possessionem, & aliud proprietatem:quia possessio facilius perditur. Bart.& alij in l.naturaliter.§.nihil.ff. de acquirend.possess.

¶ Fallit quádo nominatus quis esset ad tres episcopatus in eisdem nominationibus, quia tunc insinuando in vno nunquam perduntur nominationes in aliis,nam tunc apparet insinuando vni,quòd non vult renunciare dictis nominationibus, donec fuerit eidem prouisum ad summam taxatá in §.volumus.in concorda.hoc etiam probatur per text. in l.is qui vsumfructum. ff. quib.mod.vsusfruct.amittat.vbi per vsum partis ius in totú conseruatur.text.in l.voluntariæ. C.de excusat.tutor. vbi qui vtitur priuilegio in vno actu,non perdit in aliis. 23

¶ Idem in priuilegio dato toti populo Parisien. quia si aliqui contraueniant priuilegio, non per hoc alij perdunt priuilegiú, argu.eorum quæ not.Innocen.in c.accedentibus. de priuileg. vbi quis potest renunciare iuri & fauori quatenus tangit personam suam,non alterius.sic docet Panor.in consi.61.factum super quo.vol.2.& Dec.consi.271.superiori anno.num.17.nam si in aliis diœcesibus perderet suas nominationes ob non insinuationem ibi factam,perderentur pro parte,& pro parte non.

¶ Item nó posset eidem prouideri vsque ad summam taxatam, & sic esset dispositio illusoria,contra l.si prætor.ff.de iudi. nam si habuerit beneficium ab vno valoris centum aureorum. accedet ad alium episcopum, qui adhuc eidem prouidebit vsque ad summam ducentorum aureorum, quod non posset facere si perderentur nominationes per non insinuationem.Item est introductum in fauorem nominationum,& retorqueretur in eorum odium,contra l.quod fauore.C.de legib.nisi fortè ob paupertatem non potuerút in singulis episcopatibus insinuare per viginti annos,vel 30.ideo eis succurri debet. arg.cap.cum Romana. de appel. Nec obstant alia iura in contrarium adducta, quia in diuersis casibus loquuntur, vt patet si bene intelligantur. Licet quidam iudices contrarium iudicauerint.

¶ Quintò quæro,quo in loco insinuatio nominationú & gradus fieri debeat? Respó.sicut insinuatio donationis potest vbique fieri,in loco tamen honesto.l.voluit.in fin. & ibi not. ff.de 24

Insinuatio quo in lo-

eo fieri debeat. interroga.actio.& de manumiſ.vindict.l.non eſt.Alberi.in l.illud.colum.2.C de ſacroſanct.eccleſ.ita inſinuatio nominationis,& gradus, quia iuriſdictio voluntaria non circunſcribitur loco.Bald.in l.emancipari. ff.de adopt. Anto.de Cana. in tracta.inſinuatio.q.6.Item extra territorium exerceri poteſt.l.2.ff. de offic.proconſul.Iacob. de bello viſu in repetitio.§. contrahentes.nume.85.de foro compet.in 6.

25 ¶Ex quo infertur, quòd hæ inſinuationes nominationum, ac nominum & cognominum, poſſunt fieri collatoribus, ſeu eorum vicariis etiam extra diœceſim.gloſſ.in §.item voluit in verbo vicario.de colla.in pra. Brunel. in tract. de dignit.leg.conclu.20.in fin.hoc in propriis terminis concludit.Imò etiam extra regnum, cum nihil obſit,& non inueniatur prohibitum,ergo permiſſum.arg.l.percipimus.C.de appella.ideo valeret inſinuatio facta Paduæ,ſi epiſcopus regni ibidem ageret.

26 ¶Sicut legatus exiſtens extra terminos ſuæ legationis, poteſt beneficia conferre,quæ vacauerunt in prouincia ſibi commiſſa. Alber.in d.l.emancipari.ff. de adopt.

Legat⁹ exiſtens extra legationē poteſt conferre beneficia vacantia in ſua prouincia.

27 ¶Et epiſcopus extra diœceſim.glo.& docto.in c.nouit.de offi. leg.de Selua.in tracta.de beneficio.in 3.parte.q.40.& 63.Sic & vicarius generalis.ca.fi.de offi.vica.& ibi Peruſ. & alij.de Rota deciſ.vlti.de offic. vica. quòd vicarius non poſſit extra diœceſim conferre,probat Iacob. de Bello viſu in §.contrahentes. nume.86.de foro competen.ſed prima opinio ſeruatur,& eſt vera per ca.ſtatutum.arg.à ſpeciali.de præb.in 6.

28 ¶Imò poſſunt beneficia conferri ab ordinariis etiam in curia Romana,dummodo non vacent ibi.Io.Franciſ.in tract.de offi.& poteſtate capi.ſede vacant.in 1.quæſt.2.partis.colum.3.tamen communiter epiſcopi vadunt extra vrbem ad conferendũ, ad hoc vt dicatur in aliena diœceſi.& ſic practicatur Romæ,vt habetur in Prouinciali omnium eccle.fo.56.verſicu. an epiſcopus.Fallit quando collatio competeret de iure ſpeciali.text.ſingu.in cap.ſtatutum.in fi.de prœben.lib.6.ſecundum Roma.ſingu.48.tu habes.Domi.& Philip.Peruſ.in d.c.fi.glo.& doct. in ca.nouit.de offi.leg.ſcripſi abundè in praxi beneficia.

29 ¶Item præſentatio poteſt fieri vbicunque fuerit inſtituere debens.Roch.Curtius in tracta.de iure patro.in prin.verſi.ſed circa hanc quæſtionem.

Epiſcopus tõſurā ſuis in alieno territorio

¶Sic epiſcopus tõſuram ſuis ſubditis in alieno territorio cõcedit. Alber.in d.l.emancipari.multo fortius inſinuatio fiet vbiq;, quod

quod est vtile pro residentibus Parisiis, quia multi episcopi solent ibi tempore quadragesimæ residere, vt vidi, relictis propriis ouibus, quas saltẽ prædicationibus & exẽplo in quadragesima instruere debebant. sed veh illis, qui nõ possunt relinquere mulierũ cõsortia, & ad inferos eas, si non resipiscunt, sequẽtur.

concedere potest.

¶ Secundò infertur, quòd potest fieri in ecclesia. c. decet. de immu. eccle. Anto. in d. q. 6. trac. de insinuatio. multo fortius in domo episcopali, & loco priuato, etiam dum episcopus audiret missam dum tamen non diceret. argu. l. 2. ff. de in ius vocan. debet tamen nominatus expectare opportunitatem, & in missa non molestare collatorem. alioqui posset collator præcipere vt expectaret post missam, & ipse tunc respõdebit. Imò dicit Matthę. de afflictis in tracta. de iure proto. §. vt infra. colum. 5. quòd consanguineus habens retractum ex consuetudine potest denunciare se velle retrahere vbicunque inuenerit emptorem, etiam si inueniret eum in popina, vel lupanari. l. si cum dies. §. fi. ff. de arbit. sumendo arg. à contrario. nam in iudiciis & arbitriis est prohibitum, ergo in aliis est permissum. Sic ergo insinuationes poterunt vbique fieri, cum collatores eas non gratanter videant. Et audiui per senatum Tholosanum abbatem quendam condemnatum ad magnam summã pecuniæ, eo quòd virga percusserat nominatum insinuantem, ac si vellet eum vindicta manumittere, qui iamiam erat liber. quod perbelle factum extitit, ne tanta temeritas inuadat collatores.

30 *Insinuationes in ecclesia possunt fieri.*

Temerarius abbas ad mulctã condẽnatus qui percusserat nominatum.

¶ Sextò videndum est, quæ sint illa quæ debent insinuari. text. in §. præfatíque graduati. de colla. supra, tenet literas gradus, certificationis temporis studij, & literas nominationum per nominatum exhibendas: & si fuerit nobilis, præter hæc literas attestationis nobilitatis. Idem dicitur in ordin. regis Ludo. 12. primò publ. arti. 8. & in rub. *des graduez simples*. arti. 3. si fuerit graduatus non nominatus, debebit exhibere literas gradus, & certificationis temporis studij, & sic declaratur definitio supra posita in 1. q. quid sit insinuatio.

31 *Quæ debeant insinuari.*

¶ Item debet in singulos annos exhibere nomen & cognomen tempore eodem, scilicet quadragesimæ, vt in d. §. præfati. & legitimè, quia quotiens vitiosè facta est insinuatio, pro non facta habenda est. l. quotiens. ff. qui satisd. cogan. Cautela igitur notabilis est. quòd insinues primo literas, & illam insinuationem consilio tuo ostendas, super qua si dubitet, aliam etiam literarum facias, etiam tertiam, donec plenè insinuaueris. nam si pri-

Cautela pro insinuãtibus.

ma iure impugnetur, secundam ostendes, si secunda tertiam, ob id obtinebis, & semper literas duplicatas afferas, & facias, vt in instrumento inseratur insinuationis, quòd dedit literas duplicatas, vel obtulit, sed episcopus recipere noluit, tunc cum per te non stet, insinuatio valebit. l. in iure. ff. de regu. iur.

32 ¶ Nec sufficeret probare collatori gradum per vnum testem, licet aliàs sufficiat. Ias. in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de lega. 1. nec per duos, quia in concord. requiruntur literæ dari duplicatæ, quæ aliàs non possent dari, vt in concord. dicitur.

Clericatus per vnum testem probatur.

¶ Item clericatus potest probari per vnum testem, quia talis actus de se & sui natura inspecta qualitate nemini, aut parũ præiudicat. Bald. & Felin. in cap. licet vniuersis. in fine. de testibus. Guid. papæ in decisio. Delphina. quæst. 474. Ias. in repeti. l. admonendi. colum. 71. nume. 198. ff. de iureiurand. & consil. 120. iuridicam. col. 2. volumi. 4. Matthæ. de afflict. in constitu. Neapol. Rub. de aposta. fo. 27. quod verum esse intelligerem, quando nemini præiudicaret, & extra iudicium, secus in iudicio quando litigatur super aliquo beneficio, tunc saltem per duos testes probatio fiet, qui regulariter in quolibet actu necessarij sunt. cap. in omni. de testib. cap. nuper. isto titu. ideo non potest presbyter se talem probare, nisi per literas, quia semper solet de eo fieri scriptura, nisi probaretur impedimentum, quare illa scriptura haberi non possit. Nicolaus Milius in verbo probatio capellanatus. valeret tamen probatio, si instrumentum ordinum diceret episcopum vltramõtanum, quem vocant portatilem de licentia & mandato episcopi illi ordines contulisse, quia potuit tunc in actu ordinum interuenisse, maximè si sigillatæ sunt literæ sigillo episcopi, qui mandauit vt solet fieri. Cardi. in d. ca. Albericus. de testib. & Feli. in c. sicut. colum. 12. de re iudic.

Arrestum. Remissus clericus ad episcopum licet nõ ostẽdisset literas tõsuræ.

¶ Et anno 1414. die 27. Martij ante Pascha fuit remissus Ambrosius Mabrisset tanquam clericus ad episcopum Parisien. licet non ostendisset literas tonsuræ, sed per informationes & testes de illa apparebat, alioqui de praxi & stilo curiæ Franciæ est, quòd si beneficiatus non probet se clericum à iudice repellitur, etiam parte nõ opponente, vt asserit Boeri. in decisio. suis. quæst. 171. si super. colum. penul. vbi etiam dicit partem negantem aliquem esse clericum non teneri probare, sed is, qui se dicit clericum. ca. si fortè. de electio. in 6.

33 ¶ Quomodo debeat insinuari nomẽ & cognomen? Respon. sic vidi insinuari, Vobis reuerẽdo patri D. episcopo Parisi. insinuo & exhibeo

Nomẽ quo-

& exhibeo nomen meum,& cognomen, quod est Petrus Rebuffus, requirens mihi prouideri de beneficio, vt in mea prima requisitione continetur. & extense debet suum nomen scribere,& cognomen, non per literas sic. Pe. Re. vt supra dixi. *modo insinuetur.*

34 ¶ An sufficiat exhibere per æquipollens, videlicet alicui est impositum aliquod nomen ab euentu, per quod melius dignoscitur, quam suo nomine & cognomine, videlicet aliquis lusit per ciuitatem sub nomine *Male bouche*. nunc semper vocatur eo nomine: vel repetit in carnispriuio inhonesta, apud omnes vocatur Repetens, seu Nasardus apud Bituriges, is exhibet sic vobis insinuo nomen & cognomen quod est repetens, vel *Male bouche*, vel Nasardus, quæro an sufficiat? Videtur quòd sic, per text. in l. hac consultissima. C. qui testa. facere possunt. vbi cęcus tenetur exprimere nomen hæredis. *An sufficiat exhibere agnomē in insinuatione.*

35 ¶ Et ibi glo. communiter approbata tenet quòd sufficit exprimere æquipollens, vt Golopressum, & sic nomen notorium. nā nomina sunt inuenta ad recognoscendos homines. l. ad recognoscendos. C. de ingenuis & manumis. cap. 2. & ibi glo. de rescrip. in 6. & satis recognoscitur per hoc nomen elegans, ergo videtur sufficere.

¶ Secundò probatur, rei demonstratæ frustra adiicitur demonstratio. l. 1. in fin. ff. de dote præleg. & notoria expressione non indigent. l. emptorem. in princi. ff. de actio. empti.

¶ Tertiò, sufficit mandatum per æquipollens impleri. l. fin. in fin. ff. mand.

¶ Quartò, quando habemus certitudinem personæ, non curamus de modo. l. quid sit nominatim. ff. de liber. & posthu. in l. 2. in verbo vocabula. C. de constitu. pecu.

¶ Quintò, hoc expressè tenuit glo. in §. statuit, in verbo nomina. de colla. in prag. vbi text. dicit nominatos & graduatos teneri ad exhibendum nomina, glos. dicit, & cognomina, vel æquipollentia demonstrationi, taliter quòd cognoscantur à collatoribus, arg. l. certum. ff. si cert. pet. l. si in rem. in fin. de rei vendi. ca. significante. de rescrip.

¶ In contrarium me mouent sequētia. Primò, quòd quando, lex vel statutum, vel alia dispositio requirit nomen & cognomen pro forma, tunc non sufficeret nomen elegans & notorium sine cognomine. Alex. & alij in l. hac cōsultissima. per illú tex. C. qui testa. facere possunt. & docto. in l. 1. ff. de liber. & posthu. Sed exprimere nomé & cognomé est de forma, ergo nō valet expres- *Nomen & cognomen exprimere de forma est.*

ſio per æquipollens. Et quòd ſint de forma, patet, quia concordatũ & ordinatio regia procedit vltra annullando, vt eſt videre in d.ti.de colla. & in rub. de firma & irreuocabili cõcor. ſtabili. verſi. necnon irritũ & inane quicquid ſecus ſuper his, vel eorum aliquo à quoquam quauis authoritate cõtigerit attẽtari. & quãdo actus in contrariũ factus annullatur, tũc dicitur de forma, vt in propriis terminis tenet Feli. in c. cũ dilecta. col.13. amplia.10. de reſcrip. & ſic inſinuare nomina & cognomina, eſt de forma, quæ dat eſſe rei, & eã conſeruat in eſſe. l. Iulia. §. ſi quis. ff. ad exhibend. & non eſt noſtrum mutare formam. l. conſtitutionibus. in fine. ff. ad municipa. Bal. in l.1. ff. de libe. & poſth.

¶ Vnde ſi ſtatutum requireret quòd in inſtrumento debeat apponi nomen proprium & cognomẽ, item nomẽ patris, alias cõtractus ſit nullus, tunc & ſi nomen ſingulare apponatur, nõ ſufficeret, poſtquã pro forma ſtatutũ, ita requirit Ange. & Imola in l. quotiẽs. §. ſi quis nomẽ. ff. de hæredi. inſtitu. Alex. & Iaſ. in d. l. hac conſultiſſima. Alber. Brunus poſt Bal. in tracta. ſtatuto. in verbo inſtrumẽtum. q.15. Alexand. conſi.98. viſo & cõſiderato. col. penul. in 4. volu. & conſi.27. viſo themate. col.1. in 6. volu. & Soci. conſi.24. viſis. col.7. in 1. volu. omiſſio enim formæ vitiat actum. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. ergo ſupradicta inſinuatio, in qua eſt omiſſum cognomen vel nomen, ſeu vtrunque, & eſt adiectum nomen notorium, non valebit. ita tenet Feli. in c. cum acceſſiſſent. col.4. nu.8. de conſtitu.

¶ Non obſtat dict. l. hac conſultiſſima. quia ibi aſſignatur ratio, ne ſola nominum commemoratio quicquam ambiguitatis pariat. ſed quando fit per æquipollẽs, non parit ambiguitatem. ergo illi legi ſatisfactum eſt, quod ſecus eſt in nominationibus, & in inſinuationibus illarum quæ fiunt ad aliũ effectum. vt ſupra dixi. & ita reſpon. ad Iaſ. in d. l. hac cõſultiſſima. in fi. & etiã nomen & cognomen inſinuatur, nedum vt collator ſciat illũ eſſe nominatũ, ſed & vt illi prouideat. Non refragatur ſecundum & quartum, quia reſpõdetur, niſi lex pro forma requireret denũciationem, & inſinuationem, vt concordatum facit. Vel reſpon. vt d. gloſſ. vlti. dicit in dicta l.1. & Soci. conſi.2. in princip. in 4. volumi.

36 ¶ Nec obeſt quòd mandatum poteſt per æquipollẽs adimpleri, quia fateor, quando non eſt de forma ſubſtantiali, ſed ſufficit ſeruare mandatum in effectu, licet non in forma ſubſtantiali. l. ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi mãdauit. & ibi Bal. ff. de acquiren. hæ-

Mãdatum poteſt per æquipollens impleri.

hæred. & ita intelligitur.d.l.fin.quam Bal.notat.in c.cum venissent.col.3.de iud.c.1.in fine,vt lite non contest. Et is dicitur fines mandati obseruare,qui facit aliquid ꝙ non multum differt à mandato.gl.in c.innocens. in verbo clementior.22.q.4. Imò dicitur seruare mādatum,qui facit illud quod est proximũ mandato.l.iam tamen.§.in hac.ff.iudica.solui.ibi, quasi iuxta mandatum,& si non mandatum fuerit.glo.in ca.cum olim.in verbo protinus.de offic.delega.Ias.consil.202. magnificus.col.penul. in 2.volu.per quæ patet gl.in dicto.§. statuit. procedere secundum tex.quem declarat, non secundum concordatum, quia in prag.nomina tantum expressit,hic & cognomina,& annullantur in contrarium facta.

¶ Et per prædicta patet non valere insinuationem, si quispiam diceret,exhibeo & insinuo me ipsum, vel nomen meum & cognomen,quod nō ignoras,tūc non esset satisfactum tex.volenti nomina & cognomina exhiberi. Idem si diceret, exhibeo nomen meũ & cognomen,de quibus in literis nominationum cōstat,& prout in illis cōtinetur.& hoc sic probatur, quia sicut in appellatione ab interlocutoria requiritur pro forma,quòd caussa appellationis nominatim exprimatur.c.1. de appellatio.in 6. & nō sufficit quòd exprimatur per relationem ad acta,vt allego omnes causas de quibus in actis. Alexan.& alij in l.1.ff.de liber. & posthu.& in l.vbi.§.illud.ff.de verbo.oblig. & consil.80.viso,col.4.lib.1.Ioan. Maria, dictus Riminal. in l.hac consultissima.C.qui testa.facere poss. & quanuis demonstratio facta per relationem ad aliud tantum valeat, quātum expressio nominis proprij quo ad demonstrationem.l.certum.ff.si cert.pet. nō tamen in insinuationibus nominationũ siue nominũ & cognominum.& ratio supra sæpius fuit dicta,ratione formæ,nisi diceret, insinuo nomen meum & cognomé,quod est Petrus Rebuffus. de quibus latius continetur in prima insinuatione.tunc valeret, & hæc crederem ex stricto iure procedere. 37 *Insinuatio nominis & cognominis de quibus in literis nominationum cōstat,nō valet.*

¶ Secundò,infertur nō valere etiam insinuationé,si quisquā dicat,ego insinuo nomen & cognomen illius, ostendendo eum digito,quia ꝓ forma,vt dixi,requiritur expressio,licet demōstratio facta ad digitum faciat rem certam,& maior videatur certitudo,quæ ad oculum demonstratur.§.fi.ibi, oculata fide.instit. de gradi. Azo in summa.C.ad legem aquiliam.Ioā. And.in declaratione arbor.consanguinit. ideo error nominis appellatiui non vitiat,quādo res digito demōstratur.glo.singu.in l.quæ ex- 38

trinsecus.ff.de verbo.obliga.docto. in l.stichum qui. de lega.1. tamen quando forma data est,hoc non procedit,vt hic.

39 ¶ Tertiò,infertur non valere insinuationem si quispiá exprimeret nomen & agnomé,omisso cognomine,quia requiritur nomen & cognomé,in d.§.teneâtur.Et idem si exprimeret alterű & nő vtrunque,quia forma non esset seruata.nam ad veritatem copulatiuè vtrúque requiritur.l.si hæredi.ff.de condit.insti.c.2. &.c.inter.de rescript.Ex iuris rigore supradicta procedunt.

40 *Quid sit insinuandum si mutatum sit cognomen.* ¶ Primò,non procedit quando iamdudű consanguinei mutassent cognomen,vtpote propter successionem relictam, si deferat nomen & arma domus,vel propter turpe nomen, quod est licitum dummodo nő in fraudem. vt patet in l.vna.C.de muta.nomi.Benedic.latè in repet.c.Raynutius.in princ.de testa.tunc si illud cognomen insinuaretur,valeret, quando vulgò sic vocaretur.Sed solet exprimi & cognomen propriű,& adiunctum.

¶ Secundò,fallit si haberet duo nomina, vel cognomina,tunc sufficeret si insinuaret vnum.arg.l. forma.in princ.ff.de censib.

¶ Nec obstat quòd in d.§.teneantur, dicatur quòd nomina & cognomina exprimere tenetur,quia verum est in pluribus nominatis,vt ibi dicitur,teneantur nominati nomina & cognomina exhibere,hoc est dicere, quilibet nominatus & graduatus teneatur exhibere nomen & cognomen,singula singulis referendo. ca.cum singula.de præben.in 6. Tutius esset omnia cognomina exprimere,ne postea per hoc insinuatio impugnetur.

41 *Literæ matriculæ insinuantur.* ¶ Secundò,ex honestate insinuantur literæ matriculæ, vt instruantur collatores quòd is non est per saltum promotus, & quia non matriculatus non gaudet priuilegiis,vt dixi supra quæstio. 11.in fi.Ideo consulerem scholaribus,vt primo quoque tempore quo ingrediuntur studia,faciant se in matricula describi,& proderit eisdé,vt dico in priuilegiis schola.& an simul debeât insinuari.vide in §.teneantur,in gloss.tempore. rub.de colla.supra.

42 *Literas tonsuræ insinuare bonum est.* ¶ Tertiò,bonum est insinuare literas tonsuræ,quia non tonsurato non debent conferri beneficia.c.cum.adeo. de rescrip.c.ex literis.de transact.& quia est qualitas extrinseca, quæ non præsumitur nisi probetur.gl.in c.si fortè.de elec.lib.6.doct.in l.sciendum.ff.de verbo.obli.Item si fuerit ei prima sua tonsura collatá à non suo episcopo sine literis dimissoriis,illa ordinatio est nulla si alienus episcopus eum tonsurat tanquam suum,quia nititur eű vsurpare à plebe aliena.c.primatus.71. dist.& ibi Ioan. de turre cremat.quòd cognoscitur ex literis tonsuræ, si dicant,

Petrum

Petrum Rebuffum nostræ diœcesis oriundum charactere cleri cali insigniuimus.nec talis gaudet priuilegio clericali,prout vidit iudicari D.Chassaneus in consuet.Burgun.in rub.*des iustices* gloss.*sont creux* .in fi.alioqui contra.cap.nullus.& ibi in addi. ad de monte Laudu.de tempo.ordina.lib.6.

Tõsura ab alieno episcopo data an valeat, et quæ practica seruãda sit.

¶ Nec obstat ꝙ nõ inuenitur canon qui annullet, vt dicit Guido papæ in decisi.Delph.q.449.laicus.quia quando lex vel canõ prohibet actũ fieri,licet nõ annullet,tamẽ si actus fiat est nullus,tanquam factus contra canonem,& legem.per l.non dubiũ. C.de legib.& ibi docto.sed d.c.primatus.prohibet.&.c.primũ. & per totum de tempor.ordina.ergo,&c.quod est notandum. nam multum instruitur collator ex hac insinuatione tonsuræ.

Cautela pro promoto à nõ suo episcopo.

¶ Et is qui tonsuram accepit ab alieno episcopo, debet à papa impetrare literas vocatas perinde valere,vt impetrantis ordinatio perinde valeat,ac si à proprio episcopo recepta fuisset,& sufficiet signatura,nec tunc poterit ei quicquam opponi. quod poterit fieri antequam beneficium acceptet,nam postea in præiudicium alterius nõ valeret per no.in ca.quanuis.de rescrip.in 6.

¶ An prothocollũ notarij mortui probet clericatũ? ꝙ nõ, cõcludit Aegidi.de bella mera,cõsil.10.factũ.col.2. quia prothocollũ nõ habet omnia substãtialia necessaria in instrumẽto, & maximè quãdo caret subscriptione notarij,& quia ꝓthocollo notarij mortui nõ creditur,donec de mãdato iudicis ꝑ aliũ notariũ publicũ,cui cõmiserit prothocollũ notarij,redactũ fuerit in formam publicã secũdũ eũ,per no.in l.cõtractus.C.de fide instr.& in auth.de tabel.colla.4.ergo ex auctoritate ordinarij ꝓbabit.

¶ Quartò,si nominatus habeat beneficium curatũ,vel dignitatem incompatibilem cum secũdo beneficio, bonum esset quòd ostenderet dispẽsationem ad aliud incompatibile,alioqui ordinarius cõferre eidẽ aliud beneficium nõ tenetur.c.ordinarij.§. in conferendis.de offi.ordi.lib.6.dixi in §.statuimus.1.gl. antiquiorem.de colla.supr.tamẽ hęc tria poterũt insinuari quolibet tempore,cum in eis nõ assignetur tempus. nec cõcordatũ astringit ad hæc insinuãdũ.Ideo si non esset istorum facta insinuatio, nõ ob hoc irritaretur sicut alia facta de requisitis ex necessitate. 43

Dispensatio an insinuari debeat.

¶ Nec obstat tex.cõcordat.in d.§.prẽfati.ibi,seu nominationis volẽs innuere quòd literas nominationis alternatiuè,nõ cõiunctiuè,debeat nominatus insinuare.Quia respon.ꝙ nõ stat disiũctiuè,sed ampliatiuè,vt in simili ponitur in capit.ego Ludouicus,63.dist.glo.in §.videlicet.in verbo seu de colla.in prag.tex. 44

in l.si quis ita.de auro & argē.legat.Perus.in c.licet.de offic.vica.lib.6.Sic consulit Ias.consil.64.facti contingentia.col.3.vol.1.Iacob.in l.plerunque,in fi.ff.de iure dot. quia sæpe compertū est vt cōiuncta pro disiunctis,disiuncta pro cōiunctis,soluta pro separatis ponantur.l.sępe.ff.de verbo.signifi.& ibi dixi,& in forma manda.aposto.in glo.seu.

45 *Omnes literæ certificatoriæ an debeant insinuari.*

¶Quintò quæro,quid si studuit in pluribus vniuersitatibus,& habet certificatorias temporis studij ex qualibet vniuersitate,an debeat omnes illas certificatorias exhibere collatoribus? quod videtur,quia indefinita æquipollet vniuersali.c. vt circa.de electio.lib.6.& indefinitè loquitur concordatum in d.§. teneantur,ergo,&c.

¶Contrariū arbitror,sufficit enim exhibere literas illas,ex quibus constat graduatum & nominatum esse habilem ad illū gradum, quemadmodum quando plura remedia, seu exceptiones peremptoriæ cōpetunt,sufficit proponere vnam,quę sufficit ad victoriam causæ,licet plures non prohibeatur proponere.regula,nullus.de reg.iur.in 6.si ergo nominatus studuerit per quinquenniū Tholosæ,& habeat literas certificationis temporis studij,si postea apud Caturcum studuerit per duos annos, licet nō insinuet literas vniuersitatis Caturcen.non minus valebit, cūm primæ literæ sufficiant,& reddāt eum habilem ad gradum baccalaureatus.secus si tāquam doctor vellet admitti, vt infra dicā, vel si non studuerit nisi Tholosæ per tres annos,& apud Montēpessulanum per duos annos,tunc oportet vtrunque insinuare. quia vtrunque requiritur antequam sit habilis. dixi in §.præfatíque graduati.in glo.vniuersitatis.de colla.

46 *Literas doctoratus an graduato sufficiat exhibere.*

¶Sextò quæro,quid si est doctor?an sufficiat præsentare literas tantum doctoratus cum certificatoriis temporis studij? Respō. crederem quòd sic,per ea quæ not.Panor.in c.1.col.2. in fin.de cler.pereg.vbi dicit sufficere sacerdoti ostendere literas ordinū superiorum, etiam si non ostendat alias literas de inferioribus ordinibus,quando ille qui ordinauit,est tātæ discretionis,quòd non sit præsumendum illum ordinatum fuisse presbyterum,nisi constitisset ordināti de aliis prioribus ordinibus,quia tunc omnia præsumūtur solenniter acta.c.nobilissimus.96.dist.c.in nostra.de procurat.l.sciendum.ff.de verb.oblig. Sic est dicendū in vniuersitatibus Galliæ,nam non est præsumendum quòd promoueant ad doctoratum sine inferioribus gradibus per saltum, cum sint maximæ discretionis,& quia venirent cōtra §.monemus,

mus.de colla.in concor.Ego fui in tribus vniuersitatibus Franciæ regés,& in aliis ferme iura profitens, & tamen nunquá vidi aliquem admitti per saltum,& hoc maximè habent exosum vniuersitates Franciæ,ergo sufficit exhibere literas doctoratus cum literis certificatoriis,vt dixi in glo.de literis. §. præfatíque graduati.de colla.dummodo tempus sufficiens ad doctoratum insinuet,vt dictum fuit superius.

47 *Litera omnium graduum an sint insinuanda.*

¶ Septimò quæro,quid si habeat omnes gradus,an literas omniũ graduũ insinuare debeat? Et breui respon.quòd non,sed sufficit exhibere literas gradus illius quovult se iuuare.si sit doctor iuriũ,sufficit exhibere literas baccalaureatus,vel licétiæ,seu doctoratus,cum literis certificatoriis téporis sufficientis illius gradus.vnde si tanquam baccalaureus velit obtinere beneficiũ,sufficit sibi exhibere literas gradus baccalaureatus cum certificatoriis,licet non exhibeat literas doctoratus, quia nó quasi doctor hoc facit,sed quasi baccalaureus,vt in simili dicit text. in l.item eorum.in princ.ff.quod cuiusque vniuersi. nomi.& quádo quis venit vt baccalaureus debet se probare baccalaureum.arg.l.non ignorat.C.qui accusa.non possunt,& se studuisse quinquenniũ, vel aliud tempus competens, vt supra dictum extitit.Et si insinuauerit litteras baccalaureatus & licentiæ,tamen non insinuauit nisi quinquenniũ de tempore studij, valebit insinuatio quo ad baccalaureatum,non quo ad licentiam,& literarum licentiæ superflua non vitiabit insinuationem. per.l.testamentum.C.de testa.

¶ Septimò supra quæsito, videlicet quomodo insinuari debeát nominationes & gradus? Respon. receptis nominationibus,& aliis literis necessariis debet nominatus & graduatus adire episcopum humiliter, non superbè. Deus enim superbis resistit.1. Pet.c.vlt.& Salomon,Humilis sermo,& humilis homo triumphant in domo.Spec.in ti.de aduoca.§.hic dicendum, quia nec superbi ab initio placuerunt tibi domine,sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.Iudic.9. 48

Quomodo debeát nominationes & gradus insinuari.

¶ Et primo ingressu,vt ineat gratiá ab episcopo,salutare eũ debet.l.publia.§.fi.ff.depos.l.Nesennius.de nego. gest.sæpe enim quidam prælati salutationes quærunt in foro, ac Rabbi vocari. Matth.23.c.l.1.C.de senten.passis.l.1.de vete.numisma.potestate.lib.12.& pileo deposito reuerentiá & honorem eidem impédere debet,tum propter dignitatem, & ratione excellentiæ, ob quam constitutis in dignitate honor debetur,vt declarat beatus 49

Nominatus salutare episcopũ debet, & ei honoré impẽdere.

Thomas in secunda secundę.q.81.dist.4. & q.102.dist.1. & tex. in l.fi.C.de off.diuerso.iudi. tum quia minores debent præbere honorem maioribus.c.statuimus.de maiorita. & obedien.& ibi glo.vlt. & in l.potioris.C.de off.recto.prouinciæ.gl.in l.1.§.sicut.in verb.seruitutem.ff. de aqua pluuia.arcen. gl.in l.ciues.C. de incolis.lib.10.maximè si episcopus sit in sua diœcesi,quia túc etiam dignior impédere honorem inferiori debet.gl.in l.apud. ff.de manumissio.l.nihil.C.de pala.sacra. largi.lib.12.quas glos. not.Gaspar.Portugallen.in repet.l.imperium.col.2.ff.de iurisd. om.iud.D.Chassa.in catalogo glor.mundi.in 11.parte, consideratione 13.Etiam si essent canonici exempti,adhuc suo archiepiscopo vel episcopo honorem & reuerentiam præstare debent. c.conquerente.de off.ord.Bal.in l.liberti.col.3.versic.honorificétia.C.de operis liber.& in l.fi.in fi.de bonis libe.Ro.sin.480. episcopus.Fel.in c.cum non liceat.col.1.de præscr.Deci.in c.vlt. in 3.nota.de confirma.vti.Ioan.Francis.in tract.de præscr.in 5. parte princi.q.12.in fi.Henric.Bote. in tract. de synodo episcopi.in 3.parte.nu.54.cum sequenti.

Canonici exēpti episcopo reuerentiam debent.

50 ¶Qui honor exhiberi potest quatuor modis. Primò verbo,vt dixi,& iste multū prodest ei cui infertur, licet parū grauet honorantem. Nam dicitur cōmuni adagio, *Honneur de bouche vault assez,& peu touche.*

Honor quatuor modis exhibetur.

¶Secundò,exhibetur honor edicto, & dicitur honor edictalis siue decretalis,& est quando quis dedicat alicui opus suum, vel eum nominat in opere suo,tunc ille honor est perennis propter famam,quia postea arbitrabitur fuisse talis,qualem scripta declarant.argu.l.cum precibus.C.de proba.l.fin.de re iud.licet hodie hæc dedicatio parum vtilis sit dicantibus, vt expertus fari possum,sed deus(vt spero)erit noster retributor.

51 ¶Tertiò,exhibetur honor literis,vtpote quādo mittitur epistola.sed hic honor non est ita perennis sicut præcedēs.not.in cle. fi.de senten.excō.facit.auth.qui semel.C.quomo.& quando iudex.Alius est honor realis,siue actualis.& iste est pinguior,quàm verbalis,inquantū plus æstimátur facta quàm verba,iuxta illud. vbi opus est facto,verba non sufficiunt.l. Iulianus. §. offerri.ff. de actio.empt.Bonif.in d.cle.fi.col.3.expresse declarat.

52 ¶Postea debet insinuās habere modicā orationem.nam magna virtus est in linguę complacentia,& multas dirimit quęstiones, si alter alteri loquatur verbis discretis,& pacificis, & in hoc nūquam sunt feriæ.Bal.in rub.de iudi.in decreta.col.1.in eaq; oratione

Cōmendandus est collator de fi-

tione cõmendet collatoré primo de fide, sine qua nõ potest superædificari. c.cum Paulus.1.q.1.& nihil est q in præsule magis prefulgeat,quàm recta fides.epistola,inter claras.C.de sum.trin. de et alijs.
¶Item debet commendare collatorem de timore dei.Psal.217. Beatus vir,qui timet dominum.& alibi,Initium sapiétiæ timor domini.Ecclesiasti.25.c.Timor dei per omnia te superposuit.& ibidem.c.25.Nihil melius est,quàm timor dei.
¶Præterea de sapientia & prudentia.sapiens enim nunquã inanis est,sed semper in se habet amictum prudentiæ.c. sapiens. de pœni.distin.2.Ecclesi.24.c.Sapientia laudabit animam suam,& in deo honorabitur,& in medio populi sui gloriabitur, &.c.sequen.Quàm magnus dominus qui inuenit sapientiã,& scientiã. & Sapien.7.cap.Omnibus nobilibus nobilior est sapientia.
¶De scientia etiam cõmendari debet, quæ episcopis & collatoribus est valde necessaria.c.cum in cunctis.in prin. de elect. Vilissimus computandus est,qui alios honore precedit,nisi precellat scientia,moribus,& sanctitate.c.Vilissimus.1.q.1.
¶Ad hec,quòd sibi similes,videlicet literis preditos diligit,eos fouet,illísque prouidet(provt tenetur) c. ad decorem.de instit. indignos & ignaros profligat.In aliis etiã virtutibus,quibus collator insignitus est,breui eum commendare poterit,dicés se nõ posse alias virtutes(quibus est honestatus)lingua nũcupare.Caueat tamen à superfluitate.l.fin.§.in refutatoris. C.de appellat. Breuitas enim locutionis gratiã parit,& molestias,sinistrámque suspitionem fugat,immensitas contra,argu.c.diffinimus.18.q.2. l.1.ff.quod met.cau.Specu.in titu.de aduoc.§.nunc de exordiis. Si vera sint,dicat superiora,alioqui auribus collatorum seruire erubescat.Tristitiam enim pariunt quãdo ea apud nos non inueniuntur,quæ de nobis iactantur.c.inter verba. 11.q.3. Famæ etiam detrahitur alicuius,dum plus quàm expediat commendatur.c.ecce.99.distinct.
¶Debet ergo nominatus prius vti verbis.c.1.de iud.herbis deinde,postea lapidibus.& vbi non sufficit virtutis ingenium, ibi valeat armorum præsidium.Bald. singulariter in cap.olim.in fi. de rescrip. 53
Armis & lapidibus nominatus vti potest.
¶Primò ergo verbis vtatur in prima insinuatione,de quibus supra.Secundò herbis.nam sicut herbæ sunt virides, ita in singulos annos nominatus debet insinuare nomẽ & cognomẽ.Tertiò lapidibus.nam sicut lapides mittuntur in alterum,ita nominatus debet mittere literas duplicatas ad episcopũ & vbi inge-

nium nominati ista facientis non sufficit erga collatorem tunc valeat armorum præsidium.nam arma sunt actiones.§.1.inst.de except. Et sic nominatus producet arma & actiones cótra prouisum per ordinarium. sic potest intelligi dictum Bald. quo ad hanc materiam no.quia in verbis,herbis,& lapidibus est virtus. tex.& ibi expresse Archid.in c.non liceat.26.q.5.

53 *Forma insinuationis.* ¶Insuper literas collatori præsentare debet sic dicés, Alma Parisien.vniuersitas tuam R.dignitatem salutat,& has nominationis literas,gradus,& alias mittit,supplicatque, & ego ipse,vt digneris mihi prouidere de beneficio tempore præstituto in concordatis vacaturo,protestans in casum contradictionis & negligentiæ(quod absit) de pœnis tam in concordatis quàm in ordinatio.regiis contra inobedientes statutis, & de habendo recursum ad superiorem,& tunc ostédat ei literas gradus,& alias, quas tenetur eidem exhibere de quibus supra dictũ extitit vide Spec.in ti.de rescrip.præsenta.in princ.petatq; instrumentũ nominatus de hac insinuatione à notario, quem debet secum ducere,vt postea possit probare fecisse insinuationem.c.quoniam. de probatio.glo.in verb.beneficio.in cle.causam.de elect.

54 *Episcopus quid agere debeat quã do insinuãtur sibi nominationes.* ¶Demum episcopus,vel alius collator humiliter salutare illum debet,pileo etiam parum leuato,quia nihil in episcopali ceruice splendidius fulgeat oportet,quàm ipsa humilitas.c. cótra morem.100.dist.Debet enim prælatus seruare præcepta Philo.sic inquientis,cunctis esto benignus,cunctis familiaris,omnibus æquus,ad iram tardus,ad misericordiam pronus, in aduersis firmus,in prosperis cautus,omnibus prodesse debet, nulli nocere. hęc Archi,in c.hoc habet.col.2.distin.46.Et dicitur ad Roma. 3.Reddite omnibus debita,cui tributum,tributum,cui vectigal, vectigal,cui honorem, honorem,nam imperator Anto.salutatus à præfectis,aliquantulum processit,& eis mutuam salutationem dedit.l.1.C.de senten.pass.etiam maior minori salutẽ porrigit.c.1.de feud.cognitio.& adagio dicitur, Par pari referto,& gratia gratiam parit.Hiero.ad Nepotia.episcopi honorent clericos quasi clericos,ipsis episcopis à clericis quasi episcopis honor deferatur.Cur ergo(inquit)te habeam vt principem cum tu me non habeas vt senatorem?& si prælatus non seruet reuerentiam subdito,nec subditus seruare eidem tenetur.c.cum beatus. 45.distin.c.significasti.de electio.c.ad decorem. de institutio.& si mariti ab vxoribus honorari velint eas tanquã vxores reuereri non grauentur. Hoc eleganter & pulchrè more suo tradit do

ctis-

ctissimus Do. And. Tiraquel.in 11.lege connubiali,fol.144.ver sic.igitur.

¶Item reuerenter eas recipere debet,& quod mãdatur exequi. c.si quando.de rescr.cum sint emanatæ tam authoritate apostolica quàm regia,saltem mediate.vt patet in concord.& est text. in l.item eorum.§.1.ff.quod cuiusque vniuersi.nomi. cuius verba sunt,si decuriones decreuerunt actioné per eum mouẽdam, quem duumuiri eligerent, is videtur ab ordine electus, & ideo experiri potest.parui enim refert,an ipse ordo elegerit, an is cui ordo negocium dedit. Et illas literas sic oblatas poterit collator inspicere,si velit,& legere,petens literas duplicatas,promittens se facturum,provt eidem præcipitur,& quod iuris fuerit.& non debet excandescere in nominatum, quia nil est laudis turpia verba loqui. Si tamen nil dixerit nominato insinuanti, non minus valebit intimatio,quia verba episcopi in insinuatione nõ sunt de substantia,sicut sunt in matrimoniis, in valentibus loqui.glo.in l.fi.C.de præscriptio.30.vel 40.&.c.tuæ.de sponsal. vt inferius describitur.nume.101.

Episcopus insinuanti quid respõdere potest

¶Aduertat nominatus,vt instrumentum insinuationis à notario recipiat,& penes se retineat,quia fortè, si postea eo indigeret,inuenire nõ posset,vt not.in ca.significauit.de testi.d. Boer. in addit.ad Mandago. in vlt.parte. in forma.4. qualiter appellans denunciare habet appellationem.& in illo instrumento faciat inscribere insinuationem factam tempore quadragesimæ, quia quando tempus(vt supra dixi)in aliquo actu requiritur,nõ sufficit probare actum factum,nisi probetur quòd illo tempore fuit factus.l.eum actum.ff.de neg.gestis. Fel.in c.quòd ad consultationem.col.antepe.in 2.conclu.de re iudi.vbi dicit non sufficere probare appellasse,nisi probetur appellatũ intra decẽ dies. & si in insinuatione fiat mentio de literis gradus, non creditur quo ad gradum ritè datum,nisi ad verbum literæ fuerint descriptæ. Roma.consi.336.circa.Ideo debet dicere talis insinuauit literas gradus vniuersitatis Parisien.incipien. vniuersis, &c.& sic finiẽtes,datum anno 1540.die tali,vsque ad finẽ scribat,& idem in aliis literis faciat. 55

Instrumentum insinuationis debet nominatus retinere.

¶Octauò quæritur, quibus præsentibus sit insinuandum? Respon.notario præsente,& duobus testibus. nã notario sine testibus non crederetur.c.quoniam.de probat.vel præsentibus duobus notariis in illis regionibus,vbi de consuetudine requiruntur,vt hic. & valet illa consuetudo, de qua Dec.in c.2.col.5.de 56

Quibus sit insinuandũ præsentibus.

ꝓbat. Et plus creditur notariis q̃ aliis testibus. gl. in verbo tabellariis. in §. si verò absunt. in authé. de hęred. & falcid. collatio. 1.

57 ¶ Nec distinguo quo ad hoc, siue sint notarij regij, siue apostolici, licet in aliquibus materiis distinguatur, vt dixi in articu. 2. tract. de literis obliga. sigillo regio signatis. in 1. tomo constitutio. regia. Vide Bal. in procemio decreta. Grego. nu. 20. & an valeat si fuerit notarius imperialis, tradit Bella mera in consil. 42. dominus. col. 1. quod sic, sed reprobo in d. arti. 2. per ordin. regiam hoc expresse prohibentem, quam insero in d. arti. 2.

Insinuatio coram notariis apostolicis, an valeat.

¶ Nec crederetur episcopo, vel alteri collatori asserenti sibi factam insinuationem, si aliàs non probaretur, quia fortè volebat ei gratificare, & multi collatores in præiudicium eorum, qui insinuauerunt, hoc possent dicere, & fraus fieret, quæ est tollenda. per glos. not. in c. si qui sine. 81. dist. vbi episcopo dicit non credendum, quando dicit se dispensasse, multò fortius, nec quando dicit sibi insinuatum fuisse, nec distinguo in hoc an insinuatio conscribatur verbis latinis, vel gallicis, seu idiomate communi patriæ, quia sufficit quòd intelligatur. vt scripsi in repe. l. quod iussit. in glo. mag. nu. 44. ff. de re iudic. per l. iudices. C. de sent. & interlo. om. iud. & ordinatio illa vt omnes actus gallicis cõscribantur verbis non includit actus ecclesiasticos, & beneficiales, vt dico in 2. to. commenta. in consti. regia. in illo tract. & doct. probant in c. ecclesia. de const.

Episcopo an credi debeat quoad insinuationem, & an gallicè, vel latinè fieri debeat.

58 ¶ Nonò quæro, quibus fiãt insinuationes de quibus loquimur? Respon. his, ad quos beneficiorum collatio spectat, seu præsentatio, siue cõferant, aut eligant, aut de beneficiis alio modo prouideant, siue sint cardinales, archiepiscopi, episcopi, abbates, capitula ecclesiarum, vel quiuis alij ecclesiastici collatores. text. in §. teneantur. de colla. in concorda. & in ordi. regiis iam citatis, artic. 10. & arti. 8. & seq. siue ius conferendi spectet ad aliquem de iure, siue de consuetudine, seu ex præscriptione, quod potest esse, vt tradit Panormit. in cap. cum contingat. de foro competen. Felin. in cap. auditis. de præscrip. de Selua, quæst. 8. partis. 2. idem in mandatis arbitror. c. tibi. & c. duobus. de rescript. in 6. c. si capitulo. de concess. præben. co. lib.

Insinuationes quibus fiant.

59 ¶ Primò quæro, absentibus collatoribus an hæc insinuatio possit fieri eorum vicariis? Respondet tex. in d. §. teneantur. quòd sic, in absentia collatorum, & hoc declaratur in ordina. reg. & in prag. in. §. statuit. in verbo vicariis. vbi dicit episcopos teneri ad cõstituendum vicarios generales, vt in eorum absentia pos-

Insinuatio, an vicariis fiat.

sint

ſint nominationes inſinuari,& alia fieri coram eis. c.quoniam de offi.ord.c.quia in quibuſdã.89.diſt.c.in nona.16.q.7. Nam domino abſente,procuratori poteſt fieri litis motę denũciatio. l.ſi dictũ.§.ſi præſente.& ibi gl. in verbo procuratori. ff.de euictio.facit l.procuratoris.de tributo.actio tex.in c.ſi ſoli.ibi,ordinario ipſi factam.de conceſſ.præben. in 6. & ibi Ioan. And. dicit non ſufficere quãdo præſentia epiſcopi facilè haberi poſſet,per l.item.§.petitam.ff.de petitio.hæred.l.mora. ff. de vſur. Si verò epiſcopus eſſet multitudine aſtantium impeditus, vt vidi in cardinali,valeret inſinuatio facta vicario ,& vbicũque reddit ſe difficilem epiſcopus, vt plenè de hoc cõſtitui: Et in abſentia vicariorum poterit fieri officialibus,vel aſſeſſoribus,vel prioribus,clauſtralibus,aut ſubprioribus , ordi.reg.arti.9. rubri. *des graduez ſimples*.facit gl.& quod ibi not.doct.in cle,vna.in verb. diœceſanis.de foro compe.

¶Et talis exhibitio facta vicario ligat epiſcopum,in tantum q̃ ſi poſtea epiſcopus conferat alteri,nõ valebit,licet dicat ſe ignorare inſinuationem vicario factam , alioqui nil operaretur. De Rota deciſio.432.nota vtrum.in antiq.glo.in §.item voluit.in verbo vicario. de colla.in pragma. plus dicens ſufficere etiam mandatum vicario inſinuare in epiſcopi abſentia.ca. eam te de reſcrip.& ibi docto.gloſ.in §. qui de prædictis. in verbo collatori.de collatio.in pragma.facit quòd notat Archidi.in c.Reatina.63.diſtin.vbi dicit fuiſſe obtentum, quòd quando requiritur cõſenſus regis,vel epiſcopi,ſi ſint abſentes extra prouinciam ſufficit cõſenſus eorum vicariorum, qui aliàs non ſufficeret. ſequitur Bald.in c.cum venerabilis.de conſue. per c.cum nullus. ibi,epiſcopo autem in remotis agente,de tempo.ordinand.lib. 6. Licet contrarium teneat Roma. conſ.693. ex longæua. Primam tenet Iaſ.in l. in prouinciali.§.ſi ego.col.penult.ff.de operis noui nũcia. Præſenti ergo epiſcopo,vel alij collatori eſt inſinuandum. Barb.plenè in c.volentes.nu.12,cũ ſeq.de offi.lega. 60 *Inſinuatio vicario facta, an liget epiſcopum.*

¶Et dicitur præſens,qui eſt in ciuitate, vel in cõtinẽtibus ædificiis , quia illi qui in cõtinentibus ædificiis ſunt,in ciuitate eſſe intelliguntur.l.qui in continentibus.ff.de verbo.ſigni.non tamen tenetur nominatus collatorem adire,vel quærere extra ciuitatem.argum. illius, qui tenetur adhibere medicum alicui. vt non teneatur extra ciuitatem quærere, nota.in l.ſi ab hoſtibus. ff.ſolu.matrimo.Alexand.conſi.91. nume.5. in 7.volumi. cum teneatur creare vicarios,& eos in ciuitate relinquere , ſi tamen 61 *Epiſcopus extra ciuitatem non eſt quærendus.*

episcopus sit in tali loco, qui de facili possit adiri (quod boni viri arbitrio relinquitur) fortè non esset omittendus. glo. in d. §. item voluit. in verbo absentia. de colla. in prag. Isto tamen iure non vtimur, si fiat vni, sufficiet.

¶ Nec me mouet d. §. teneatur. ibi, aut eorum vicariis, quia ibi dictio aut, est alternatiua ordinis, vt in l. cum pater. §. penult. ff. de legat. 2. & ita ponitur in d. §. statuimus. 2. de colla. supra, licet regulariter non sic accipiatur gl. in c. cum plures. de offi. deleg. in 6. & ibi Domi. & Philip. Perus.

62 ¶ Secundò quęro, quid si sint plures vicarij, an sufficiat vni insinuare? Videtur quòd non per l. fina. ff. in ius voca. vt eant. & l. sed & si. qui satisda. cogant. vbi si quis promiserit duos sistere, non liberatur si alterum sistat.

Quādo sunt plures vicarij cui sit insinuatio.

¶ Item quia sunt ordinarij. Io. And. & alij in c. tua. de offi. vica. & c. 2. eo. tit. lib. 6. & habent iurisdictionem insolidum, & quilibet potest separatim procedere, nisi aliter fuerit in constitutione expressum. arg. l. 1. ff. de offi. consul. l. imperatores. ad municip. glo. in c. 2. de arbit. lib. 6 & ibi Panor. & Bar. in l. si vni. ff. de re iud. Ex quo tamen causa est coram vno inchoata, alter nō potest se immiscere, nisi primus sit impeditus, per d. l. si vni. igitur cum vnus sine altero possit procedere, omnibus est intimatio faciēda, ad hoc vt omnium impediatur collatio, instar procuratorum. c. si duo. de procura. in 6.

¶ Contrarium est verū. quia omnes vicarij, etiam si essent quinque vel sex (vt apud Bituriges) repræsentant vnam personam, videlicet constituentis, à quo est eorum potestas. c. 2. de consue tudi. vnde sicut insinuatio facta vicario ligat dominum, multo magis debet ligare alterum vicarium.

¶ Nec me mouet d. l. fina. nec l. sed & si. quia est casus diuersus, & loquitur in debitore qui duo debet copulatiuè: hic contra, quia insolidum cōstituti sunt regulariter. nempe cùm duo sunt constituti, insolidum constituti censentur. c. 2. de offi. vica. in 6.

¶ Nec refragatur aliud, quia loquitur quādo plures habent potestatem conferendi insolidum, nec vnius potestas dependet ab alio, nec repræsentant personam vnius. hic contra gl. in dicto §. item voluit. in verbo, vicario.

63 ¶ Tertiò quæro, quid si vicarius conferat inhabili, an potestas deuoluatur ad constituentem, vel ad superiorem episcopi, videlicet ad archiepiscopum? Videtur quòd ad constituentem, per §. si quis verò. in verbo immediatum superiorem deuoluantur, de col,

Deuolutio fit de vicario ad ar-

de col.in pragm. vbi deuolutio fit ad immediatum superiorem, *chiepisco-*
sed immediatus superior vicarij est episcopus, ergo ad eum fiet *pum.*
deuolutio.

¶Côtrarium verius arbitror, tum quia non fieret deuolutio ad immediatum superiorem, sed ad eundem. c. 2. de consuetu. in 6. Et côcordatum vult vt ad immediatũ superiorẽ episcoporum, vel archiepiscoporum, & id genus collatorum deuoluatur potestas, ergo sic fiet. Item quãdo delegatus in totũ delegat, ad primum delegantem appellatur. c. super quæstionum. de offic. de. leg. c. duo ex tribus. & c. si is cui. illo titu. in 6. & episcopus de se queri debet, qui talẽ vicarium sibi elegit. §. fi. insti. pro socio.

¶Quartò quæro, cui istorum vicariorũ intimatio fieri debet? 64
Respon. poterit nominatus eligere vnum ex istis, cui exhibebit *Quando*
nominationes, & alia requisita, arg. authen. habita. C. ne filius *sunt plures*
pro patre. vbi quando cui dantur plures iudices, habet optionẽ. *vicarij cui*
gl. in l. fi. C. vbi in rem actio. sic & hic videtur. Item in alterna- *sit insinuã-*
tiuis est electio debitoris. l. 3. ff. de eo ꝙ cert. loco. l. plerunque. *dum.*
de iure dotium. regu. in alternatiuis. de regu. iur. in 6. Sic & in pluribus quibus est facienda insinuatio. si tamen fieret collatio ab episcopo & vicario eodem die, nec de prioritate appareret, valebit collatio facta per episcopũ propter eius maiorem prærogatiuam. c. dudum. & ca. si à sede. de præbend. lib. 6. dico plenè in tract. de pacifi. possesso. in 17. limita. 65

¶Quintò, quęritur an valeat insinuatio facta vicario extra diœ- *Insinuatio*
cesim? Videtur quòd non. c. statutum. de præben. lib. 6. extra e- *facta vica-*
nim territorium ius dicenti non paretur impune. c. fi. de consti- *rio extra*
tu. lib. 6. l. fi. ff. de iurisdict. omnium iudicum. *diœcesim*

¶Contrarium videtur verius, quia ea quæ sunt voluntariæ iu- *valet.*
risdictionis, possunt etiã extra territorium exerceri. l. 2. ff. de off. proconsul. posset vicarius extra diœcesim conferre, sicut episcopus. c. nouit. de offi. lega. & ibi nota. & de Rota decisio. vlti. de offic. vicar. c. post electionem. de concess. præben. nam vicarius legati potest extra limites suæ iurisdictionis & legationis beneficia conferre, dummodo vacent in territorio suæ legationis, Bertrand. consil. 205. quæsitum. in 1. volu. secundum nouam impressionem, & ita vicarius episcopi.

¶Item sacerdos parochianum suum extra parochiã, & vbicunque côfitebitur, absoluere potest, cum sit volũtariæ iurisdictionis. Hostien. in summa. de pœnitent. & remissio. §. cui confitendum, versic. & nunquid extra territorium. Potest etiam episco-

pus extra territorium conferre suis subditis ordines. Barba. d.c. nouit. dicens episcopum Asten. multis scholaribus sua memoria contulisse Bononiæ, vt dixi supra. nume. 29.

¶ Nec obstat d.c. statutum. quia loquitur in beneficiis vacantibus in curia, in quibus est speciale, & d.c. fi. loquitur in actibus iurisdictionis cótentiosæ, hic voluntariæ. Quanuis D. Probus. in §. Ité voluit. in gloss. vicario. de colla. in prag. voluerit contrarium, videlicet quòd extra territoriú vicario fieri nó possit, nihil allegat. nisi quòd vicarius datus est in subsidium, id est in absentia prælati, certè si in constitutione vicarius esset datus in absentia prælati, etiam posset ei fieri insinuatio: ná vicarius est, & vicario potest fieri insinuatio, & postquam tex. nó distinguit vbi fiat, sed episcopo, vel vicario, ergo nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff. de public. in rem actio. Ité dicit, non debet vicarius tale territorium habere, sicut prælatus, nil adducit. Respon. si in creatione vicarij territorium non fuerit limitatum, vbique erit vicarius, sicut & excommunicatus in vno loco vbique erit excómunicatus, adducit etiam quòd tex. dicit in absentia, hoc salua pace dixerim, tex. concordatorum hoc non dicit, sed in §. teneátur. dicitur insinuationem collatoribus aut vicariis faciendá. ergo cú ille tex. hoc nó dicat. tex. prag. eú decepit, qui hoc habet, vt plenè scripsi in pra. benifi. in materia vica. epis. & hæc opinio seruatur in curiis. vt refert Boer. in deci. Burdeg. q. 30. quæritur an vicarius. col. vlt. vbi sic fuisse iudicatú in parla. asserit, ná vicarius extra diœcesim regulariter potest conferre, vt dixi. ergo & quod minus est, videlicet insinuare illi potest, & cui committitur consequens, vt collatio, ergo & antecedens,
66 videlicet insinuatio. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procura.

De insinuatione facta episcopo qui est alterius episcopi vicarius.

¶ Sextò, quæro, quidam episcopus est vicarius archiepiscopi, vel alterius episcopi. quidam eidem insinuauit, quæro an censeatur illi insinuasse, & vt episcopo, & vt vicario? Videtur quòd sic, si nominationes dirigebantur vtrique episcopo, vt res valeat. l. quotiens. 2. ff. de reb. dub. c. inter. §. cæterum. de fide instru.

¶ Contrarium arbitror verius, vt tátum censeatur eidem facta insinuatio tanquam episcopo, & non tanquam vicario, nisi dixerit, etiam tibi tanquam vicario insinuo. per tex. in l. de pupillo. §. núciationem. ff. de operis noui nuncia. ibi, & generaliter ei núciari nouú opus potest, qui in re præsenti fuerit domini operísve nomine. Ecce ergo quod requiritur vt nomé vicarij exprimatur, alioqui in dubio censetur insinuatio facta eidem tanquá episcopo,

episcopo, vt omne analogum in sua famosiori stet significatione. §. sed ius quidem ciuile. institu. de iure natura.

¶Item in mandatis apostolicis si collatio spectet ad archidiaconum separatim, non sufficeret insinuatio facta publicè, sed oportet quòd illi separatim fiat. c. fina. de præbend. in 6. quod est verum, si ratione suæ dignitatis conferat: secus si tanquam vicegerens capituli conferret, vtpote quia est in turno suæ hebdomadæ, vt supra dictum est, & sequitur D. Ruseus in tract. de mand. apostolicis. 3. parte. 67

¶Ideo si insinuatio fuerit facta capitulo, & vnus canonicus erat vicarius episcopi, per hanc insinuationem capitulo factam non ligatur episcopus, nisi illi canonico intimatum fuerit tanquam vicario episcopi. 68 *Insinuatio facta capitulo non ligat vicarium episcopi.*

¶Et an teneatur dare duas duplicatas literas, videlicet vnas tanquam vicario alterius episcopi, alteras tanquam episcopo? & crederem quòd sic, quando hoc requireret, alioqui si tantum literas duplicatas daret non vitiaretur insinuatio facta sub dupli ci qualitate vni personæ, quia per eas solas literas ita certus est, ac si duas haberet. quod sufficit, & videtur satisfactum concordato. fusius aliquando dicam. 69 *Duæ literæ duplicatæ an dari debeant.*

¶Septimò, quæro, episcopus reuocauit tempore quadragesimę vicariũ, vt deciperet nominatos quæro an insinuationes eidem vicario postea factæ, viribus subsistãt? Respon. subsistere, si nominati & vicarius ignorant istam reuocationem: nam gesta per vicarium valent si ignorat reuocationem. tex. sing. in l. si fortè. ff. de offi. præsid. cuius verba insero, Si fortè præses prouinciæ manumiserit, vel tutorem dederit priusquam cognouerit successorem aduenisse, erunt & hæc rata. & per illum text. sing. dicit Roma. sing. 57. fuit quæstio Romæ. 70 *Insinuationes factæ vicario reuocato quãdo valeãt.*

¶Quòd valet collatio beneficij facta per vicariũ reuocatũ ãtequã sciat, quia sicut antequã sciat, nõ dicitur habere iurisdictionẽ: ita etiã non cẽsetũr reuocata antequã sciuerit. Innoc. in c. ex conquestione. de restit. spoliat. Perus. in c. super eo. 2. vlt. nota. de appella. Et sententia lata à primis iudicibus reuocatis, ante notitiam reuocationis valet. c. audita. de resti spolia. Panor. & alij in c. cæterum. de rescrip. consuluit Dec. cons. 395. in causa istorũ. col. 2. Debet etiã quis habere salariũ quãdiu ignorat successorẽ aduenisse. Rom. in l. diẽ functo. ff. de assesso. Et priuilegium tandiu durat alicui, quandiu sciuerit succcessorem aduenisse. text. & ibi gloss. 1. in l. tribunus. ff. de testa. militum, quam 71 *Collatio beneficij facta per vicarium reuocatum quãdo valeat.*

Iaſ.no.in l.more maiorum.nume.8.ff.de iuriſdict.omnium iud. & Roma.ſingu.566.quod.l.ſi fortè. & facta poſt euocationem non ſunt nulla, antequam is à quo euocatur, ſciuerit euocationem, & ei fuerit intimata.ca.eccleſia.in 2.vt lite penden. Vnde etiam fit, vt non valeat reuocatio procuratoris ante intimationem.cle.vna.de renuncia.ca.ex parte Decani.de reſcrip.Imò etiam ſi vicarius ſciuerit,& dolo tacuerit, valebit inſinuatio, ne via pateat malitiis.l.in fundo.ff.de rei vendica.

Cautela ꝑ inſinuãtib' vicariis,& ad quid te neantur.

¶ Aduertendum eſt quòd is qui inſinuat vicario,debet quærere inſtrumentũ vicariatus. nam ſi negetur vicarius,ille qui dicit eum vicariũ,probare hoc tenebitur.l.actor.C.de probatio.& l.2.ff.illo tit.Et ſi non poſſit inſtrumentum conſtitutionis vicarij habere,quia non ſolent facilè illud exhibere,ſufficit probare,ꝙ ille erat habitus & nominatus vicarius, & talis reputatus communiter.iuxta l.Barbarius.ff.de off.prætor. hoc expreſsim ſcribit Feli.in c.ſicut.col.16.nu.31.de re iud.& doct.in l. ſciendũ.ff. de verb.oblig.mandatum enim nõ præſumitur. Bal.in l.1. C.de rebus alie.non alienand.vide Ludo.Roma.ſin.637. nũquid per productioné,& vidi condénari ad intereſſe illos,qui non oſtendebant inſtrumentũ vicariatus,quia ſunt in culpa ſe gerédo pro talibus,niſi dicant ſe non eſſe vicarios,alioqui ſi nil dicat is,cui inſinuaui,præſumetur vicarius, & ſi non ſit,ad id quod intereſt cõdemnari debet,& idem ſi conferat tanquã vicarius, & poſtea non oſtendat inſtrumentum vicariatus,vt alibi plenè ſcripſi.

Inſinuatio an cõductori fructuũ fiat.

72 ¶ Octauò quæro, an conductori fructuum epiſcopatus poſſit fieri inſinuatio? Videtur quòd ſic, quia conductor omnes fructus habere debet, ſi ſic conuentum eſt, & collatio eſt fructus. gl.in c.cum olim.de maior.& obedien. ergo illi debet fieri inſinuatio ad hoc vt teneatur conferre.

¶ Item ius præſentandi tranſit cum vniuerſitate ad locatorem. c.ex literis.de iure patro.ergo poſtquam poteſt præſentare ad beneficia,illi debet fieri inſinuatio.

¶ Contrarium eſt verum,quia in conductorem,etiam ſi conduceret ſpiritualia & temporalia, non tranſit ius conferendi, niſi ſpecialiter ſit ei conceſſum vt conferat.ca.fina.de offi.vica. in 6. ita tenet de Selua.in tracta.de beneficio.in 2.parte.quæſt.11.

Simoniac' collator eſt qui plus locat propter collationes.

¶ Quod ſolent quidam ſimoniaci epiſcopi facere, vt pluris locentur fructus epiſcopatus, quod eſt abhominandum tam epiſcopo,quàm conductori, & illis lepra Naamam adhærebit, & ſemini illorum in perpetuũ,nec ob hoc tenentur nominati ſuas

exhi-

exhibere nominationes isti conductori simoniaco, sed sufficit episcopo intimare, vel vicario: & tenebitur hic conductor conferre nominato, quia auctoritate episcopi confert. cap. fina. de præbend. in 6. dixi superius in 8. quæst. princ.

¶ Nec obstant in contrarium adducta, quia esto quòd fructus temporales transeant in conductorem, non tamen collatio, nō concessa, quæ est ius spirituale, licet sit in fruct. & si præsentatio transeat cum vniuersitate bonorum, tamen non collatio. not. in ca. quanto. de iudic. c. quærelam. de simo. nec præsentatio transit in conductorem ad modicum tempus. Panor. in d. c. ex literis. & Feli. in ca. cum Bertoldus. col. penul. de re iud.

¶ Nonò, an sufficiat insinuare coadiutori dato episcopo, vel episcopo sit facienda insinuatio? Et breui respon. quòd coadiutori potest fieri, quando habet collationem beneficiorum. gl. in §. item voluit. in verbo vicario. de colla. in prag. & tunc habet collationem beneficiorum, quando datus est illi, qui perpetuo impedimento est detentus, vtpote mentis alienatione, vel intellectus, quia episcopus est demens, vel furiosus. alioqui ecclesiæ diutius vacarent, si expectaremus, quòd moreretur, vel resipisceret. l. ambiguitatem. C. de vsufruct. aliâs coadiutori non potest fieri, vt dixi supra. in 8. quæst. princip. ibi. q. 10. & gl. in ti. de collat. in verbo iurisdictio. in pragmatica. nisi episcopus esset lepræ morbo percussus, tūc etiam putarem, quòd coadiutori insinuatio esset facienda propter periculum communionis. c. de rectoribus. & c. sequen. de cleri. ægro. c. 1. de coniug. seruo. Idem si peste esset infectus, contra quam nō valent medici, nec medicinæ. Paul. in l. si ab hostibus. ff. solu. ma. De Ripa in tract. de peste plenè tradit. ibi videre licet multa ad hanc rē facientia. Et quanuis hoc non placeat Philip. Probo in §. Item voluit. in verb. vicario. de colla. in prag. sed cum nullo iure, nec quidem ratione in contrarium moueatur, saltem nullam adducit, ei ideo non respon. nam esto quòd conferre non possit illi, saltem episcopo absente vel impedimento detento, poterit insinuari, quia saltem tanquam episcopi vicarius erit, si alius non sit ab episcopo constitutus, & mortuo episcopo succedit capitulum, & finitur potestas coadiutoris. Bald. in l. quæsitum. ff. de tute.

73 *Coadiutori an sufficiat insinuare.*

¶ Et quanuis nominationes non sunt directę coadiutori, tenebitur tamen prouidere illis, quibus episcopus. per cle. vnicam. de suppplend. neglig. prælato. vt superius scripsi. quæst. 8.

¶ Decimò, quando diriguntur nominationes capitulo, tūc de- 74

De insinuatione facienda capitulo.

bent insinuari capitulo congregatis canonicis vel monachis, non autem valeret insinuatio, si separatim in domo cuilibet literæ præsentarentur, arg. ca. in Genesi. de elect. glo. & docto. in ca. si capitulo. de concess. præbend. in 6. nam quando dispositio tangit plures in vniuerso, tunc requiritur quòd congregati illum actum faciant, aliàs actus non valebit. cap. pisanis. de resti. spolia. l. 2. C. de decu. lib. 10. etiam quando maior pars præiudicat minori, debet fieri in vniuerso non sigillatim. Istud tradit Bar. in l. omnes populi. in 3. quæst. 2. quæst. princip. ff. de iusti. & iur. facit etiam quod not. idem Bartol. in l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. text. in l. semper. §. si in sepulchro, quòd vi aut clam.

Mādatum quomodo insinuandū sit capitulo.

75 ¶ Et sic etiam debet mādatum præsentari. si tamen duobus cōpeteret ius cōferendi, qui non facerent collegium, vel capitulū, tunc sigillatim potest illis fieri exhibitio. Panor. in cap. 3. de iur. patro. Et quid si canonici non sint congregati? debet expectare nominatus vel mandatarius diem, quo solent congregari, cum bis in hebdomada soleant de consuetudine congregari: vel debet requirere illum, qui habet potestatem congregandi, vt congreget: quòd si recuset congregare, vel canonici nolint ꝙ mandatarius seu nominatus ingrediatur: tunc facta illa diligētia habebitur, ac si præsentatio facta fuisset capitulo. Feder. consi. 190. & doct. in d. c. si capitulo. & sufficit facere tūc insinuationem in loco vbi capitulum consueuit cōgregari, Decano, Archidiacono, vel Præposito, seu maiori parti illorum canonicorū, qui ibidē inueniuntur: nec oportet quòd nominatus probet ꝙ maior pars interuenerit, teste Collecta. in c. dilectus. 2. col. vl. de præb. per no. in c. bonæ. 1. de electio. Et si decanus nolit conuocare capitulum, vel conuocet ad tempus longum, poterunt canonici, vel maior pars illorū conuocare, & decano nolente capitulū ad breuius tempus cōgregare, & possunt terminum mutare, vel abbreuiare, vt cōsuluit Aegi. de bella mera, consi. 7. factum. col. pe.

Sequestro an possint insinuationes fieri.

76 ¶ Vndecimò, an sequestro sit insinuatio faciēda? Videtur quòd non, quia sequester maximè necessarius, id est authoritate iudicis positus, non possidet. l. interesse. ff. de acqui. possess. l. vna. C. de sequestra. possess. & fruct. Anto. & Panor. in cap. examinata. de iud. & ibi Henric. dicit quòd manus regis apposita rei contentiosæ non priuat aliquem possessione sua, & talis sequester colligit fructus nomine alieno, quos habet restituere victori. ca. 2. de sequest. posse. & fruct. sic non potest præsentare nec conferre, ergo nec illi insinuare debebit, cum non sit collator vel

patro-

patronus, quibus tantum insinuari oportet.

¶ Contrarium tenet Innocen. in d.c. examinata. vbi dicit sequestrum posse præsentare, & conferre. Idem tenet Feli. in cap. cum Bertoldus. in fin. de re iud. quem sequitur Do. Rusc. in trac. iuris regalio. in 10. priuilegio, quia fructus colligere potest, inter quos est præsentatio, & collatio. glo. in ca. cum olim. de maior. & obedien. & pro hac opinione latum fuit arrestum, vt eidem insinuari possit, vt citat glo. in §. item voluit. in verbo vicario. circa finem. de collatio. in pragm. Quod est intelligendú quando sequester esset voluntarius, id est de consensu partium electus, vel voluntarius & necessarius, id est datus per iudicem de partium consensu, vt communius fit: & ille poterit & conferre, & presentare. Roch. de curte. in tractat. de iure patron. in verbo ipse vel is. q. 36. Ioan. de selua in tract. de benefic. in 2. parte. q. 9. ego vidi sequestrum voluntatem cui conferendum esset requirentem amborum litigantium: & si conueniebant in vnum, illi conferebatur a sequestro: si disconueniebant, idoneior eligebatur ex duobus nominatis per litigantes, & istud est tutius.

Arrestum.

Lite pēdēte vter litigātiū cōferat.

¶ Vel pars quælibet hodie solet lite pendente præsentare, & postea patebit vter illorum præsentatorum debeat obtinere: nempe ab eo presentatus, qui obtinebit, super iure patronatus etiam obtinere debebit, nisi alter probasset possessionem se habere, per. ca. consultationibus. de iure patro. ca. penult. de causa poss.

¶ Duodecimò, dubitatur lite pendente cui cōtendentium possit insinuatio fieri? Breui dicerem quòd si alter esset in possessione, illi posset fieri, quia conferre potest. not. in c. cum ecclesia sutrina. de causa possess. & d. ca. consultationibus. de iure patr. Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in 2. parte. q. 7. & ibi declarat quando dicatur esse in possessione post Calderi. in consil. 12. in rub. de iure patrona. si neuter possideat, vel vterque dicit se possidere, tunc ante sequestrum factum ego insinuarem vtrique propter dubium, per not. in l. de pupillo. §. si plurium dominorum. per illum tex. ff. de operis noui nuncia.

77 *Lite pēdēte cui sit insinuandum.*

¶ Quando electio vel præsentatio fieri possit lite pendente, vide per gloss. & docto. in cap. 2. de in integ. restitutio. cap. ex literis. de iure iu. patr.

¶ Decimotertiò, cui fiet insinuatio episcopo mortuo? Resp. capitulo, cú ad illud deuoluatur collatio, quę fit ex necessitate, secus ex volútate. c. illa. ne sede vacáte. & collatori debet fieri insinuatio, ideo capitulo fiet. & hoc probatur in ç. cam te. de rescri.

78 *Episcopo mortuo cui sit insinuādum.*

¶Quod verum dicit glo.in §.Item voluit.in verb. absentia.in fi.de colla.in prag.si electus episcopus erat de capitulo.per d.c. eam te. sed ego etiam dicerem siue esset, siue non, quia capitulum repræsentat episcopum, & succedit in his quæ ad episcopū spectant.cap.1.ne sede vacan.cap.cum olim.de maio, alioqui si nullus esset episcopus in quadragesima, nominati illo anno beneficia petere non possent,nec consequi,& necessitas legem nó habet.l.1.ff.de offic.consul.& facit ordina. reg.rub. *des graduez simples*, artic. 9.

79 ¶Et potest fieri collatio per capitulum siue beneficia vacent in mensibus nominatorum,siue graduatorum,quia dicūtur de necessitate conferri,licet sit quædam liberalitas in cui conferendo,videlicet gratificando.glo.in c.relatum.de præb. non tamē est mera liberalitas, sed quædam necessitas. vt ibidem dicitur in §.præfatíque.1.ibi,conferre teneantur.probat tex.in cap.penul.in fin.ibi,alterum quem voluerint eligere teneantur.de rescript.in 6.vbi gratificatio est necessaria,ita hic alioqui dispendiosa contingeret vacatio.c.quam sit.de elect.in 6.facit,tex. in l.vnum ex familia.§.1.ff.de lega.2.ibi. non enim facultas necessariæ electionis,propriæ liberalitatis beneficium est,&c.

Capitulum gratificat ī mensibus graduatorum.

¶Item ista collatio nominatorum & graduatorum non debet diuerso iure censeri.l.eum qui.ff.de vsucap.& quia habet conferre graduatis, dicitur esse necessitatis,sicut illa quæ habet conferre nominatis.nam licet antiquiori debeatur nominato, poterit esse quòd non erit idoneus,& sic alterum nominatum gratificare poterit sic graduatum, quia non videtur differentia inter eos,vel admodum parua.

¶Item qui facit illud, ad quod per legem obligatur, non dicitur conferre beneficium. Iason in l.si arrogator.in 5. nota. ff.de adopt.

¶Adhæc quādo collatio spectat ad episcopū & capitulū simul episcopo mortuo collatio spectat ad capitulū.c.vno,ne sede vacante.in 6.& tunc rectè fit insinuatio eidem capitulo.vt cōcludere videtur Franciscus in tract.de off.& potestate.c.sede vacāte.in 2.parte.q.1.insuper collatio quæ graduatis fieri debet, nō minus dicitur necessaria,& si gratificari vnus ex graduatis possit,vt not.in l.legato generaliter.ff.de legat.1.vbi si relinquatur optio seruorum,nó minus dicitur necessarium legatum.l.seruo. ibi,teneri.ff. de optio lega. paria sunt deberi vni Titio, vel vni ex pluribus.no.in l.si ita.ff.illo tit.quia totū necessarium est. sic

& colla-

& collatio facienda graduatis,& illa optio etiam transit ad hæredes.l.illud. ff. de optio.lega. quod est notandum, quia vidi dubitari in palatio. Et hoc casu potest graduatus requirere capitulum,& postea habere collationem iure deuoluto à superiore,licet habuerit collationem à capitulo,& hoc erit securius.

¶ Decimoquartò, quid si collatio vel præsentatio spectat ad duos simul, videlicet ad episcopũ & capitulum, an sufficiat vni illorum insinuare? Respon. sic. argu. l. de pupillo. §. si plurium. ff. de operis noui nuncia. qui sic dicit, si plurium res sit, in qua opus nouum fiat, & vni nunciatur, & rectè facta nunciatio est, omnibúsque dominis nunciatum videtur. nam quotiens potestas vni adimitur, sine quo collatio facta non valet, alij etiam adépta videtur, cum collatio ab altero facta non valeat, vt concludit Feder. consi. 1. & consi. 232. casus. in fi. sic ipse consului. & de Selua in tract. de beneficio. in 3. parte. q. 7. Sic in mandatis apostolicis tradunt doc. in ca. si capitulo. de concess. præb. in 6. tutius est tamen vtrique insinuare ne processibus inuoluaris. 80 *Quãdo collatio ad duos spectat an sufficiat vni insinuare.*

¶ Item si fiat interpellatio vni ex duobus reis debendi, nocebit alteri. l. pe. ff. de duo. reis. l. fi. C. illo. tit. & si vnus ex pluribus iudicibus vel arbitris impediatur, alij non possunt procedere. l. si in tres. & seq. ff. de arbit. l. duo ex tribus. ff. de re iud. c. vno delegatorum. de offi. deleg. Idem in procuratoribus. cap. si duo. de procura. li. 6. facit l. ædiles. 2. §. si fortè. ff. de ædilitio. edic. quod intellige quando coniunctim ad eos spectabat collatio,& vnus sine altero non poterat conferre. 81

¶ Si verò collatio spectaret ad duos insolidum, qui conferebãt alternis vicibus, tunc insinuatio alteri facta alterum non impediret, quo minus cõferret,& valeret collatio per ea quæ no. Io. And. in cle. vna. de renunc. & expressè glo. in §. statuit. in verbo spectat. de colla. in prag. Sed quid si ille cui est facta insinuatio, sit valetudine aduersa detentus, & permittit alteri, cui non fuit exhibitio facta, vt conferat, an valeat facta nõ graduato, vel eo mortuo alter conferat. vide in ca. vno. ne sede vacan. lib. 6. Hæc quæstio in palatio fuit à me petita, ego cum operæpretium fuerit decidam. interim cogita,& ambobus, si sapis, insinua.

¶ Decimoquintò quæro, insinuatio ritè facta est vni collatori de omnibus literis, etiã datis duplicatis. eo mortuo, an suo successori sit iterum facienda? Respon. non est dubium quin in singulos annos sit exhibitio nominis & cognominis facienda, vt disponitur in cócord. in d. §. teneantur. Sed quid de literis iam 82 *Successori an sit insinuatio facienda.*

insinuatis? Et videtur quòd sic, quia fit exhibitio, ne collatores ignorantiam prætendere possint. cle. causam. §. verum. de elect. & vt videant an literæ gradus & nominationis valeant, & an graduatus sit per saltum promotus: quod non posset successor cognoscere, nisi per literarum exhibitionem. ergo est facienda. nec posset successor diuinare insinuationem suo prædecessori factam, cum successor habeat iustam ignorantiæ causam. l. 1. in fi. & l. 2. ff. depos. l. qui in alterius. de reg. iur. & istud esse æquius testatur glo. in verbo spectat. in §. & similiter. de col. in prag. Et Brunel. in trac. de dignitat. legati. conclu. 19. in fin.

¶ In contrarium facit quod concordatum non ligat nominatum ad insinuandum successori, ergo nec ego. vt habetur in d. §. teneantur. & §. si tamen. vbi loquitur in singulari, videlicet in insinuatione facienda, & semel tantum.

¶ Item iuramentum fidelitatis præstitum prælato, transit ad successorem, ca. veritatis. de iureiur. sic & insinuatio semel facta vni ad successorem transibit, qui censetur vna persona cum defuncto. in authen. de iureiur. à morien. præstito. §. 1. colla. 4.

¶ Idem in delegatione facta sub nomine dignitatis, vt ad successorem transeat, probat text. in c. quoniam abbas. de offic. dele. ca. si gratiose. de rescrip. in 6. Et in concordatis est decretum irritans, quod etiam ignorantes ligat. c. dudum. de præben. lib. 6. & pro hac parte dicit glo. in d. verbo specta. interuenisse arrestum Parisiis. Ego dicerem quòd si vacante beneficio nominati peterent illud beneficium sibi conferri, quòd ille successor posset ab eis petere instrumẽtum insinuationis sibi exiberi, cum iustam ignorantiam prætendere posſit, vt supra dixi. si tamen non peteret, non teneretur nominatus hoc iterum insinuare. nã iterum ex causa edere prætor iubet. l. si quis ex argentariis. §. fi. cum l. seq. ff. de edendo. illa tamen editio peti debet, vt ibi.

Arrestum.

¶ Si tamen qualificatus ordinario petenti nominationes sibi iterum exhiberi non ostenderit: non ob hoc iure, quod in vim illarum habet, priuatus erit: tum quia concordatum non priuat, nec est aliqua lex eum priuans: vt in simili dicit text. in §. sinautem. in authen. de non eligen. secundo nuben. colla. 2. tum quòd priuatio non imponitur, nisi in iure exprimatur, glo. sing. in ca. fi. de iure patro. & nil potest imputari qualificato, qui in lege disposita obseruauit: alioqui collatores semper, vt caperent nominatos verbis, hanc insinuationem in vacatione beneficij peterent: & dolo videntur petere, quod intus habent per aliam insinuationem.

In vacatione beneficij episcopo requirẽti, an literæ ostendi debeãt.

nuationem. nec est in potestate collatoris grauare qualificatos altera exhibitione vltra concordatum, sed episcopus debet recurrere ad libros suorum prædecessorum,& ibi videbit, vel debet sciscitari à vicario sui prædecessoris, alioqui est in culpa: & si nominatus esset in aliqua culpa, compensabitur cum ista, sicut dolus cum dolo.l.si duo.ff.de dolo.

¶ Nec refragatur ca.cum contingat.de rescr.vbi papa iubet exhiberi. Respon. ibi loqui in rescriptis, quando vltimum tollit primum,& quando nulla vnquam fuit facta exhibitio, & in iurisdictionalibus, secus in nominationibus, quæ semel fuerunt exhibitæ,nec ibi priuat rescripto per non ostensionem,sed non exequetur mandatum. ita faciet ordinarius, si nominatus, vel qualificatus non ostendat ei nominationes,non conferet ei:sed à superiore qualificatus collationem obtinebit,alioqui esset per indirectum priuare nominatos suis nominationibus, nempe si litiget & produxit suas nominationes Tholosæ, vacat hic beneficium,si oporteret eas exhibere,quot vexationibus inuoluerętur hic qualificatus,quisque videt:ideo æquum est, vt ista nominatis seruentur,& cum non teneantur iterum insinuare,si no sint,sed respondeant insinuationem esse factá singulis annis secundum statuta, ideo non debent alia prohibitione grauari vltra concordatum:si tamen liberum esset nominato,consulerem vt ostenderet,ad conuincendam malitiam petentium,vel ad satisfaciendum bonæ fidei illorum.

¶ Item quando beneficium est affectum,ordinarius collator dicitur ligatus, etiam ignorans.cap.si eo tempore. de elect. lib.6. ca.si postquam. de præbend.eod. lib. Sed simul atque fuit præsentatio facta collatori,affectum fuit beneficium vacans tempore in concordatis præstituto, ergo non requiretur alia insinuatio. Card. & Imol. in cap. eam te. in fine. de rescript. & licet personæ denunciatio siue insinuatio facta sit,tamen is ad conferendum est obligatus,qui eum locum possidet.argu.l.fina.ff.de oper.nou.nunciatio. 83

¶ Decimosextò quero,quid si collator nolit ostium aperire nominato volenti insinuare? Respond. dolo facit.l.1. ff.de eo per quẽ factum erit.Imò si collator latitet,vel aliàs impediat ne fiat eidem exhibitio, perinde est atque si facta fuisset, quia pro citato habetur,qui se occultat,vel impedit,ne possit citari.ca. quoniam. §.porrò.vt lite non contesta.cle.1.de iud.glos.in c.capitulum.de rescrip.l.fulcinius. ff.ex quib. cau.in possess.eatur, ideo

Quãdo collator non vult ostiũ aperire vel claudit, an nõiat⁹ redire teneatur

si præcluderet ianuam nominato volenti ingredi,habetur, ac si insinuatio facta ei esset.arg.l.vim facit.ff.quod vi aut clam, nec tenebitur nominatus iterum redire ad illum pro insinuatione, quia hoc iterum illi facere posset,& pluries grauaretur nominatus insinuare,quod non est dicendum,vt supra dixi, sed hæc in instrumento insinuationis contineri,& describi debent. & hoc est intelligendum quando loco & tempore congruis vellet nominatus insinuare,vt supra dictum extitit,alioqui contra.

Forma cle. causam,& in mãdatis et in nominationibus seruatur.

84 ¶Hoc tamen casu facienda erit exhibitio secundum formam, cle. causam,de elect.glo.in §.statuit.in verbo spectat. de collat. in prag.Seruatur etiam dicta cle.causam, in insinuatione mandati. Sunt tamen sex casus in quibus mandata afficiunt immediatè beneficia, adeo quòd collatio aliis facta non tenet quos tradit Do. Ruscus in tract. de manda. aposto.in 3.parte. circa finem.Qui non seruantur in hoc regno,nam ante mensem post præsentationem non est affectum beneficium mandatario, vt supra in forma mandati patet, vt ibi dixi in gloí.post mensem, & sequen.

Collator discedens ne insinuationẽ audiat an sibi prosit.

85 ¶Et si collator statim atque nominatus vel graduatus vult insinuare,discesserit,vt quandoque vidi: quia non est quod imputetur nominato,valebit talis insinuatio per illam regulam quod per me non stat,mihi non est imputandum, regula in iure ciuili.ff.de regulis iuris.l.in executione.§.fin.de verborum obligationi.vbi traditur vna limitatio solennis per glo.facit quod dicit Barba.post Cardina.in d.cle.causam. vbi dicit quòd si dum appellans parat se ad legendum appellationem,& dum appellatus hoc cognoscit,statim discedit,quòd habetur.ac si totum legisset in præsentia,cum non possit appellanti imputari quin legerit.l.si fundus.§.fi.ff.de lege commisso.Idem ergo erit in nominato.alioqui quotidie fieret fraus per collatores sic discedendo, & nominatos relinquendo, cui est obuiandum. cap. sedes.de rescrip. & quia ius collegij in vno residet.cap.1.vbi docto.de elect.scripsi in l. neratius.ff.de verbo.signifi.

86

Si nomĩatus nolit dare exemplum nomĩationis quõ collatori succurratur.

¶Item tenetur nominatus, & graduatus simplex dare collatori literas duplicatas, id est exemplum siue copiam literarum, quas insinuat. d.§. teneantur. & si noluerit dare, non tenebitur collator sibi prouidere, nec quod in nominationibus sibi mandatur, exequi.d. cle. causam. instar eius cui non exhibetur secundum rescriptum. ideo non tenetur exequi quod ei mandatur.ca.cum contingat. de rescrip. Et si citato non detur copia

pia citationis, non tenebitur comparere. Nico. Milius in reper. in verbo copia. in vlti. quæst. & hæc copia debet esse manu alicuius notarij subscripta, vt faciat fidem. Bonifac. in d. clem. causam. in fi. princi. licet secus sit in appellatione. d. ca. appellatio. de appella. in 6. & hoc si ordinarius petat, alioqui dicam insinuationes non vitiari, quia text. concord. nil dicit de subscriptione dupli siue exempli, ideo non hoc addam. vt etiam dixi in glos. concord. in verbo duplicatas. *Exẽplũ an debeat esse à notario subscriptũ, & cuius expẽsis dari debet.*

¶ Et hanc copiam facere tenetur suis, scilicet nominati expensis. ca. cum personæ. de priuileg. in 6. glo. & Barba. in d. cle. causam. Geminia. & Philip. in cap. 2. de litis contestat. in 6. & dico in glos. dare. 87 *Exẽplũ nominationũ expensis nominati. dã dum est.*

¶ Fallit si collator nollet, vel non requireret, quia sua causa dicitur introductum. ideo potest ei renunciare. l. penul. C. de pac. vt expresse dicitur in ordina. regiis. rubr. *des graduez simples*, arti. 2. ibi, *seront tenuz leur laisser les doubles, si lesdictz collateurs le requierent.* quod non video correctum per concordatum, ergo illi debet stari, & hoc seruari, argu. l. præcipimus. C. de appella. Probatur etiam per text. in l. 2. & ibi Ias. in 5. notabi. C. de iure emphy. vbi emphyteota priuati non soluens censum intra triennium, priuatur re emphyteoticaria, ita demum, si dominus hoc voluerit. cap. potuit. de locat. glos. in l. 2. ff. si ager vectigal. & sponsalia de futuro etiam iurata dissoluuntur per adulterium, volente & petente sponso, non aliàs. Panor. in ca. quemadmodum. de iureiurand. Contractus etiam dolo initus est nullus, si contrahens petierit. glo. in l. & eleganter. in verbo nullam. ff. de dolo. nota. Panor. & de Burgos, in ca. cum dilecta. de emptio. & venditio. l. 2. ibi, si venditor eum inemptum esse velit, quia id venditoris causa cauetur. ff. de lege commisso. Et sic est prima limitatio, quòd insinuatio non sit facienda successori. 88 *Copia pati debet et alia hic posita.*

¶ Et sic non poterit nominatus contra alium nominatum, vel graduatus contra alium opponere, quòd is qui insinuauit, non dedit literas duplicatas, siue copiam, vt dicunt, quia fortè collator noluit. sicut dicitur de canone non soluto, vt tertius non possit opponere antequam dominus declarauerit se velle. Alexand. consil. 82. in causa. columna 2, volumi, 7. Barba. plenè in cap. mandatum. columna 16. de rescriptis. licet hodie opponi soleat, sed frustra. 89 *Nominatus contra aliũ nõ opponit exẽplũ nõ esse datũ.*

¶ Item quando aliquis ex eligentibus fuerit contemptus, hoc non potest tertius allegare, quia fortè contemptus non vult. sic

consuluit Federicus consilio 227.si potero. & quando fit ipso iure priuatio,& non cum effectu, tertius non potest opponere. vt in bonis ipso iure in fiscum translatis,quæ non vult acceptare fiscus, & sic cum effectu non inducitur priuatio. l.his consequenter.§.1.ff.familiæ hercifcund. Soci.consi.78. Visis actis. in 4.vol. Sed hic fit priuatio ipso iure,non cum effectu, si collator nolit,ergo tertius non poterit opponere.quod est bene notandum,quia vidi doctos in hoc errare,& contrarium tenere.

¶ Nec obstat decretum irritans appositum in d.concord. quia ita demum operatur.si impetrans vti velit.Ioan. Monach.in c. statutum.de præbend.in 6. Alexand.consi.173.viso themate.circa fin.in 2.volu. Bald.& moder.in l.fin.C.de reuocand.donat, Bened. in repet.ca. Raynutius.in verbo, in eodem testamento. in 1.nume.87.cum sequen.de testa.dicens se in casu mirabili aliàs consuluisse, vt ibi per eum , vide si lubet.

Patrono nō verò instituenti exēplum dari debet.

90 ¶ Tertiò fallit,quādo primò dedisset exemplum patrono,postea episcopo habenti institutionem : non tenetur aliud exemplum dare,cum sufficiat dare habenti collationem liberam, vel patrono alternatiuè.d.§.teneātur. de cuius natura sufficit alterum. l.si hæredi plures.ff.de condit.institu.cap.inter.de rescrip, & cum exprimat patrono esse insinuandum, videtur negare de instituente.argu.l.cum prætor.ff.de iud.cap.qualis. 25. distinct, glos.in §. & similiter,in verbo dispositio.de colla.in pragm. & sufficit semel dare literas duplicatas, vt infra dicam.argu. l.boues. §.hoc sermone. ff.de verbo. significa. ergo non tenebitur dare patrono & instituenti.

91 ¶ Quartò , non procedit in eo qui iure deuoluto confert, cui insinuatio fieri non debet ratione illius qualitatis, quia ad eum deuoluitur collatio qualificatè.§. si quis verò. de colla.in concor.cle.vna.de supplen.neglig. prælat.& supra dixi.

¶ Decimoseptimò vidi dubitari de nominato , qui insinuauerat vicario episcopi (vt ferebatur) tamen in instrumento vicariatus non nominabatur vicarius,sed constituebat eum episcopus procuratorem , actorem , negotiorum gestorem , ac sindicum in omnibus negotiis episcopatus, & non erat alius constitutus, ob id dicebatur insinuationem non ritè factam. §.teneantur. de colla.in concorda. Sed ego existimarem valere insinuationem , eo quòd non fiat differentia inter hæc nomina. per text.in cap. petitio.de procura. & ca.fin.de voto.cap.accedentes. vbi Panor. & alij.de præscrip.Barto.in l.1.§.1.ff. quod cuiusque

cuiusque vniuers.nomi.Ias.in l.insulam,de præscrip. verb.alioqui fraudis materia daretur.

¶ Decimò quæro.per quos fiat insinuatio? Respon.per nominatos vel graduatos,vel per procuratores eorum.tex.in d.§.teneantur.ibi, per se,vel per procuratorem. facit text.in l.1.§.ibi, per se,vel per procuratorem poscere. C.de bonis mater. Nam intimatio in causa appellationis per procuratorē potest fieri.gl. in verb.specialiter in cle.causam.de elect. & ibi latè doct. sic & ista.Quid si aliquis sit procurator.& tamen nō receperit adhuc mandatū,sed affectione ductus insinuat antequam sciat se procuratorem,an valeat talis insinuatio?vide Francisqui. Curtium in cōsi.63.præsupponitur.col.penul.& seq.Quod facit ad quæstionem episcopi habentis indultum , an ante receptionem sui indulti alius conferre beneficia ad suam collationem spectantia possit.non decido,vt partes consilia quærant. 92 *Per quos debeat insinuatio fieri.*

¶ Vidi dubitari de eo qui resignauit abbatiam in fauorem alterius in curia Romana an admissa resignatione. & antequā fuerit præsentata resignanti,possit resignans conferre.ꝙ sic probat tex.in l.si fortè.ff.de offi.proconsul.quem not.Roma.singu.57. & sing.566.ac Ias.in l. more.col.3.ff. de iurisdictione om. iudi. & Dec.consil.295.nu.x.Et quia resignans facit fructus suos,antequam ei intimetur admissio resignationis, cum sit in bona fide,& bonæ fidei possessor lucratur fructus.l.certū.C.de rei vendit.& collatio,ac præsentatio est in fructu.glo.sing.in c.cum olim.de maio.e.consultationibus.de iure patrona. glos.vlti.in fi. in §.volumus.de colla.in concorda. *Resignans an admissa resignatione conferre possit*

¶ Quæro,cuius sit optio?collator vult vt nominatus per se exhibeat,nominatus vel graduatus vult per procuratorem insinuare,an possit? Respō.sic,quia in alternatiuis electio est debitoris. l.3.ff.de eo ꝙ certo loco.l.plerunque. de iure dotium. 93 *Nominatus potest eligere, an per se vel per procuratorem velit insinuare.*

¶ Item hoc beneficium ei à iure conceditur, videlicet vt per se, vel per procuratorem insinuet.d.§.teneantur.ergo ei non poterit auferri per collatorem.reg.indultum.de regu.iur.lib.6. Et sic inuito collatore nominatus insinuabit per procuratorē, & graduatus.quod est notandum.

¶ Secūdò,quæro an requiratur procurator specialiter ad illum actum deputatus,vel sufficiat generalis? Respōdeo sufficere generalem,cum tex.loquatur generaliter de procuratore,ergo generaliter debet intelligi.l.1.§. generaliter. ff. de lega. præstand. & indefinitè loquitur,quę indefinita ęquipollet vniuersali.c.vt 94 *Specialis procurator vel generalis an requiritur*

in insinuatione. circa.& ibi gl.notab.de elect.in 6.Item nomen habet, ergo & effectum habere debet.l.à nullo.C.de fer.ad hæc procurator generalis omnia potest facere,quæ diligés paterfamilias faceret.l. procurator cui.ff.de procura.facit l.verò.de solutio.Bar.in l.si procurator.de cõdict.indeb.Procurator generalis potest denũciare.glo.& Bart.in l.1.§.1.ff.de lib.agnoscend.Et hæc insinuatio non est de casibus requirétibus speciale mandatum, de quibus in c.qui ad agendum.de procu. in 6.Bald.in §.1.institu.de his per quos agere possum. Barb.in d.clemen. causam.col.3. Et procuratorem etiam eum accipere debemus,cui mandatum est, siue huius rei tantum mandatum susceperit,siue vniuersorũ bonorum.l.3.§.procuratoré.ff.iudica. solui.tutius est tamen quòd procurator constituatur etiam ad insinuandum,ad requirendũ collatorem,& ad acceptandum, & ita solet fieri per cautos nominatos,beneficium.tamen non poterit acceptare sine speciali mandato.§.statuit. in verbo procuratorem.de colla.in prag.Licet contrarium teneat Card.in clem.vna.§.quem etiam,q.3.de cõcess.præben.& Perus.in c.si tibi absenti. de præbend.in 6.& sufficit quòd sit constitutus ad acceptandum quæcunque beneficia,licet non sit expressum ad tale beneficium acceptádum. Anto.Imol.& alij in c.accedens.de præbend.

95 ¶Tertiò,dubitatur,an debeat constitui laicus,vel clericus? Videtur quòd debeat esse clericus, quia per laicos causæ ecclesiasticæ non debent tractari.c.decernimus.de iud.Secundò, facit, quòd capitulum non potest compromittere in laicum,vt eligat prælatum nomine capituli.Panor. in cap. causam.q.1. de elect. Tertiò, laicus non potest constitui procurator ad eligendum, quia deducere negocium spirituale de non esse ad esse,non potest laicus. Domi.in c.1.de procura.lib.6.

Procurator laicus an poßit insinuare.

96 ¶Contrarium dicerem verius,nam laicus potest cõstitui ad resignandum.glo.not.in cle.vna in verbo procuratorem.de renũciatio.Barb.in c.olim.nu.13.cum seq.de rescrip.

¶Item potest cõstitui laicus procurator ad acceptádum beneficium certũ,vel incertũ.Panor.& alij in c.accedés.de præb. quia talis procurator in illo actu acceptationis se habet vt nudus minister,& vt pica,declarádo voluntaté domini.Ideo censetur factum ab ipso constituente,vt not.in l.multũ.C.si quis alteri vel sibi.glo.in §.statuit. in verbo procuratoré.de colla.in prag. Feli.in c.apostolicæ.col.3.de except.plenè Card.consi.1.de præb. ¶Potest etiá laic⁹ cõstitui syndic⁹.c.vno.de synd.& ibi no.doc.

¶Nec

¶Nec obstat ꝙ nõ possit causas ecclesiasticas tractare. hoc verum suo nomine, sed nomine clerici nõ prohibetur, sicut filiusfamilias non potest esse in judicio suo nomine cõtra patrem.l.lis nulla.ff.de judic.tamen nomine alieno,& sic procuratorio potest. Idem in liberto contra patronũ.l.quæsitum.ff.de in ius vocand. Ioan. And.plenè in regula, quòd alicui. de regu.iur.in 6.

¶Nec alia obstát, quia si laicus habet nudũ ministerium exhibere, nec habet reducere ius spirituale ad aliquod esse,& tũc poterit esse procurator, ratio est, quia spiritualia trãseunt per manus laici, tanquã aqua per canale lapideum.c.si iustus.1.q.1.alias contra.no.in d.c.decernimus.per moder. Tutius tamen esset cõstituere clericum secundum Ioan. And.in d. cap. accedens.& ibi Cardi.quæst.3.& sequen. Si tamen laicus sit fidelior, tibi eum eligere poteris.

¶Quartò, an ille qui insinuat tanquã procurator, debeat ostendere literas procuratorij? Videtur quòd cautio de rato sufficiat. l.1.C.de procura.& sic quòd non teneatur exhibere. 97 *Literæ procuratorij, an sint exhibendæ.*

¶Contrarium dicerem, nam qui aliquid facit nomine procuratorio, debet ostendere procuratoriũ. arg.l.hæres.ff.ad Trebel.l. si fundum.vbi Bald.3.oppo.C.de rei vend. Bart.in l.si quis inficiatus.ff.de poss.

¶Vbi dicit quòd quando tu protestaris mihi tãquam procurator, vel tãquam hæres, vt ego soluam tibi, debes mihi facere fidem per instrumentum, quòd sis procurator, vel hæres, alioqui ego non constituor in mora.& hoc sequitur Alexand.consilio 78.viso & diligenter.colum.3.in 5.volumi. Felin.in c.cum contingat.6.conclusio.de rescrip. D.Boer.in addit.ad Mandagot. in tracta.de electio.vlti.parte in forma 6.qualiter per procuratorem appellatio ignorantibus denuncietur, quia reus non tenetur excipere de mandato in extraiudicialibus, sed actor tenetur ostendere. Bald.in rub.C. deposi. & in decisi. Neapolit.q.316. Galiotus,&c.col.1. 98

¶Item procurator promittens indemnitatem, tenetur ostẽdere se esse procuratorem. Bartol.in l.pater.ff. de dot.præleg. Socin. consi.29.visis puncto.col.2.in 3.vol. quia qui dicit se talem, tenetur hoc probare.l.nõ ignorat.C.qui accusa.nõ possunt.& ibi addidi alia ad hanc rem pertinentia,& sic non sufficeret ratihabitio, quia quãdo requiritur consensus certo & determinato tẽpore pro forma actus, ratihabitio postea superueniẽs non ratificat actum.c.auditis.de elec. sed hic requiritur mãdatum ab ini- *Ratihabitio an sufficiat in insinuationibus.*

tio,ergo postea approbatio non valebit, & quia hic debet esse procurator verè,non fictè,de quo plenè Feli.in c.nōnulli. §.fina.col.3.versi.amplia.3.cum seq.de rescrip.vbi etiam videbis in versicu.amplia.quartò,an sufficiat si in instrumento insinuationis dicatur,talis N.procurator insinuauit literas nominationū, & alias pro tali,&c.vide ibi. Et per hoc patet. ꝙ quando procurator requirit beneficium intra sex menses debet ostendere literas sui mandati,si petatur,aliàs non valebit requisitio,sicut nō valet præsentatio facta per procuratorem, qui non ostendit literas intra tempus, quo poterat præsentare. sic in propriis terminis scribit Lappus.allegat.22.an sufficiat.

Practica insinuationis à procuratore facienda.

¶Nam mandatum non præsumitur etiam ex temporis diuturnitate.l.fi.ff.de vsucap.pro empto.Bal. & Salice.in l.1.C.de rebus alie.non alienand.etiam lapsu mille annorum. Bald.in l.2. C.si ex falsis instru.refert Feli.in ca.sicut.column.16.nume.31.de re iudi.doct.in l.sciendum.ff.de verb. obliga. Et ideo cautus nominatus in instrumēto insinuationis facit describere instrumentum procuratorij,sic instrumētum insinuationis dicet,talis procurator talis nominati, cuius procurationis instrumenti tenor talis est,& describetur instrumentum procuratorij ad verbum, demū quomodo insinuauit, & quæ in insinuatione gesta sunt, ista vidi sic dictari,quæ docti notarij extendere sciunt.Vide tamen Auffre.in stilo parlamen.arresto 129,Item nota quòd certa & requisita in instrumento insinuationis, scripsi in glos.insinuare.de colla.in §.teneantur,

Præsente nominato potest per alium fieri insinuatio.

99 ¶Quintò quæro,quidam insinuat nominationes pręsente nominato nihil dicente,an valeat insinuatio? Videtur quòd non, quia per se oportet quòd faciat,vel per procuratorem,quod hic non facit,ergo non valebit. Vnde dominus comparendo cum aliquo in iudicio,quem dicit esse suum procuratorem, nō videtur eum constituere procuratorem, nisi expressè eum cōstituat. Salice.in l.non ideo minus.C.de procu.& Guido papæ in decisio.delphina.q.40.quæritur.

100. ¶Contrarium est verum, nam præsentia personæ cum patientia inducit tacitum mandatum. l.1.§. magistrum.ibi, cæterum si scit,& passus est eum in naue magisterio fungi, ipse eum imposuisse videtur.ff.de exercito.actio.l.1.vbi Aret. C. de errore aduoca.glos.notab.& ibi Bald.in l.1.in princ.de neg.gest. Inno. & alij in c.ex parte decani.de rescrip.decisio. Neapol.308.Franciscus.Bart.& alij in l.sæpe.ff.de re iud. Alexan.consil.157.viso,

col,

col.3.in 2.volu.licet tacitum mandatum non sufficiat ad hoc, sed quia insinuatio fit eo pręsente, dicitur ipse facere, etiam propriè. per tex.in l.certè.§.1.ibi, propriè habere dicor.ff.de preca. & sic præsentia sufficiet, licet viderim multos dubitare. Et fuit latum arrestum valde huic materiæ accommodum Anno 1534. die verò vlt.Iunij. *Arrestum.*

¶Præterea licet tex.dicat per se aut per procuratorem, tamen poterit fieri mixtim, id est per se. & per procuratorem simul.gl. in l.certi condictio.§. quoniam.ff.si cert. peta. & ibi plenè docto.Bal.in consi.270.ad euidentiam.in 1.vol.& alibi dixi.

¶Idem si episcopus nihil dicat quando fit insinuatio, nõ enim minus valebit, instar eorum quæ nota.Bart.Bald.& alij in l.omnium.C.de testa.per illum tex.ibi, nihil de eadem voluntate responderunt.vbi dicit Bar. Nota tu Perusine, quòd sufficit vt testamentum producatur coram iudice causa insinuandi, licet iudices nihil dicant.& ita practicant aduocati Perusini.& ibidem dicit Bald.idem esse in omnibus, in quibus ex forma statuti sufficit sola productio, satis est facere quod dicit statutum. statuta enim tantum disponunt quantum loquuntur, & non plus.Bal. in l.testamentum non ideo.in fi.C.de testa.Ias.cons.51.tota dubitatio.columna tertia in 1.volu. ideo sufficit facere quod dicit concordatum, videlicet insinuare, licet collator nil dicat.vt supra dixi. 101 *Insinuatio valet, & si episcopus nihil dicat.*

¶Sextò, an possit fieri insinuatio per nuncium? Videtur quòd non, quia non est procurator, & per se vel procuratorem debet fieri insinuatio. Sed videtur quòd sic, quia nuntius procurator dicitur per glo.singu.in l.multum interest.C.si quis alteri vel sibi secundum Bald.in Margari.in verbo procurator.55.q.qui actus factus à nuncio postquam est in esse deductus, verè videtur à domino, & non per fictionem celebratus, l. pater.ff.de manu. vindict.Bar.& alij in l.si is qui pro emptore.ff. de vsucap.Bart. in rub.C.de exercito.actio.col.3. 102 *Nũcius an poßit insinuare.*

¶Vnde dicit Bald.in d.l.multum.col.5. quòd procurator dicitur tripliciter, largè, vt contineat omnes administratores, prælatos, & syndicos.nil allegat.adduco tex.in c.2.de donat.ibi.cum episcopus & quilibet prælatus ecclesiasticarum rerum sit procurator, & non dominus, c.fi.12. q.1. Lucas de penna in l.2.col.2. C.de præd.curial.sine decreto non alienand.lib.10. 103 *Procurator dicitur tripliciter.*

¶Secundò, dicitur procurator, vt strictè contineat & procuratores & nuncios, vt d.l.multum.

¶Tertiò, strictissimè, vt contineat procuratores prout differũt à nunciis, nedum à prælatis & syndicis secundum eum. & quis dicatur nuncius, declarat gl. in d. l. multum. & ibi doct. Ias. in l. qui Romæ, §. Callimachus. col. penult. ff. de verbo. obliga. Imo fortius dico in his quæ ad ius referuntur, gesta per nuncium dicuntur per dominum verè & propriè fieri, non fictè. l. 1. §. omnia. C. de veter. iur. enucleand. l. pater. in fine. ibi, cæterum ipse manumittit. ff. de manumissio. Item in his quæ per actus naturales acquiruntur, nil, vel admodum parum differt procurator à nuncio, quia acquisitio dominii & possessionis verè fit mediante procuratore. l. quod meo. §. procurator. ff. de acqui. possessio. in his verò quæ acquiruntur per actum ciuilem, gesta per procuratorem, censentur esse gesta per dominum ex quadam fictione. l. si pater. ff. quæ in fraudem credito. Ioã. Cortus in repe. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. col. 49. & seq.

¶Tamen quia verè procurator non est in forensi iudicio insinuatio nuncij vix reciperetur, nisi à domino mandatum haberet, & ostenderetur, quia text. per se vel per procuratorem dicit, & nuncius propriè non est procurator. vt in d. l. multum. Quanuis contrarium teneat d. Probus in §. statuit. in verb. procuratorem, de colla. in prag. dicens ratihabitionem etiam sufficere. quod non placet, vt supra probaui num. 98. & ipse nihil probat, ideo illi non respon.

104 ¶Septimò, quæro, an per substitutum possit insinuatio fieri? videtur quòd nõ, tex. loquitur tantum de procuratore, & non de substituto procuratoris, ergo substitutus non poterit, quia hoc nõ dicit prætor. tex. ita loquitur in l. si seruum prætor. ff. de acquir. hæred.

Substitutus procuratoris an possit insinuare.

¶Cõtrariũ teneo, quia substitutus à procuratore, cẽsetur procurator. c. 1. §. 1. c. is qui. & c. si duo. de procura. lib. 6. & censetur à domino cõstitutus, quãdo procurator à domino habebat speciale mandatũ substituẽdi, alioqui nõ. de Rota decis. 146. substitutus, in nouis, per tex. in l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vni nomi. & decis. 414. si aliquis in eisdem. & decisio. 454. fuit dubitatũ. ibidem. Sic dicerẽ si procurator nõ haberet potestatẽ substituẽdi à domino, quòd nõ valet insinuatio facta ab isto substituto, cũ nõ possit substituere ante litẽ cõtestatã. d. c. 1. & etiam quia non esset procurator vt requirit cõcordatum.

105 ¶Et an inhabilis possit constitui procurator ad substituẽdum habilem? Super hoc facio sex conclusiones, quarum prima est.

Quãdo in-

Potest

Poteſt conſtitui nuncius inhabilis, vt conſtituat & ſubſtituat procuratorem habilem, quia tantum præbet nudum miniſterium, vt pica & organum. l. qui autem. §. fi. ff. de cóſti. pecu. Bar. in l. 1. §. item acquirimus. in fi. ff. de acqui. poſſeſſ. & quis poteſt facere per alium, quod poteſt facere per ſeipſum. regula, poteſt quis, de reg. iur. in 6.

habilis poſſit conſtitui ad ſubſtituendũ habilem.

¶ Secunda concluſio, quando quis conſtituit procuratoré inhabilem ad ſuſtituendum habilem, & in conſtitutione dicitur ex nunc prout extunc dominus eligit ſubiſtituendum, tunc conſtitútio etiam ab inhabili valebit, quia inhabilis tantum præbet núdum miniſterium. ita Io. Calder. in ca. poſt ceſsionem. in fin. de probat. inferens quòd ſubſtitutio facta hoc caſu per excommunicatum, valebit quia eſt nudus miniſter, & fungitur vice núcij, & non procuratoris, quod non eſt prohibitum. Moder. in d. l. ſi is qui. per c. iudex. de offic. deleg. lib. 6.

¶ Tertia cóclusio, inhabilis procurator cóſtitutus ad ſubſtituendum certum & habilem, poteſt illum ſubſtituere, & ille ſubſtitutus à procuratore, cenſetur à domino ſubſtitutus. l. vnú ex familia. §. ſi de falcidia. ff. de legat. 2. l. pater ex prouincia in fin. ff. de manu vindic. no. in d. c. poſt ceſsioné. Domi. in c. ſi gratioſę. colú. 3. de reſcrip. lib. 6. nam licet quis in codicillis non poſsit hæres inſtitui, tamé ſi inſtituatur in teſtaméto is qui nominabitur in codicillis, valet inſtitutio, quaſi cenſeatur in teſtamento nominatus & inſtitutus, l. inſtitutio. ff. de condi. inſtitu. & vicarius creatus cum poteſtate ſubſtituédi, ſi ſubſtituat, ſubſtitutus céſetur vicarius epiſcopi, nó vicarij. Archid. & Ancha. in d. c. 1. & ſic ſubſtitutus poterit cóferre beneficia ſubſtiténti, cú nullá ab eodem habeat poteſtatem, ſed ab epiſcopo, per ſupra adducta, per ca. nó indiſcretè. de procur. Auriol. in addi. ad mótem Laudunum, in c. fi. de offic. vica. lib. 6. & c. ſuper eo. de præb eo. lib.

¶ Quarta concluſio, procurator habilis conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi, ſi poſtea fiat inhabilis, vtpote excommunicatus, poterit tamé alium ſubſtituere. Aret. in d. c. poſt ceſsionem. quia procuratoris conſtitutio eſt quidam actus extraiudicialis, qui excommunicato non eſt interdictus. cap. ſi verè. de ſenten. excommunic. Innocen. & alij in cap. veritatis. de dolo. Dixi in repet. cap. poſtulaſti. in 1. notab. de cleric. excom. miniſtran. Iſta etiam cóclusio procedit in alio inhabili. l. cum pater. §. hęreditatem. ff. de leg. 2.

¶ Quinta concluſio, quando quis conſtituit procuratorem in-

habilem ad substituédum alium in locum suum, tunc non valebit substitutio, si alius penitus erat inhabilis, secus si habilis, licet per exceptionem potuisset inhabilitari. glo. in cle. religiosus. de procura. Bart. in d.l.1.§. item acquirimus. ff. de acquiren. possess. quia substitutio videtur radicata in persona procuratoris. ideo cum non sit habilis non potest habilem facere in locum suum. d. clem. religiosus. probatur per glo. in l. cam quam. C. de fideicom. vbi incapax non potest hæres institui, vt restituat habili, ex quo institutus semper remaneret hæres. l.1. ff. ad trebel.

¶ Sexta conclusio, procurator inhabilis constitutus simpliciter cum potestate substituendi alium poterit substituere illum, & valebit substitutio. Anton. & Aret. in d.c. post cessioné. Soci. in d. §. item acquirimus, quia electus ab isto à domino censetur electus, & habere mandatum, non à substituente. l. item eorum, §. 1. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. glo. in ca. 1. de procura. in 6.

106 ¶ Octauò, an persona cóiuncta possit insinuare? Videtur quòd sic, quia eas impetrare potest. gloss. in ca. ad aures. & c. nonnulli. de rescri. gl. in §. statuit, in verbo procuratoré. de colla. in prag. & quia non inuenitur prohibitum, ergo permissum. arg. l. præcipimus. C. de appellatio. & coniunctus procuratori æquiparatur. l. exigédi. C. de pcura. & summa est æquitas, vt hoc possit.

Persona cō iuncta an possit insinuare.

¶ Contrarium teneo, cum tex. in d. §. teneantur, & etiam ordina. regiæ supra allegatæ velint. vt per se vel per procuratorem insinuet. ergo excludit coniunctú, quia lex non facit hunc procuratorem. imò sicut in nominatione est diuersitas, sic & diuersitatis effectus. Bal. in c. ex parte decani. col. 3. de rescript. l. si codicilli. C. de codicil. & licet cóiuncta persona admittitur ad agendum pro coniuncta. l. exigendi. C. de procurat. non est tamen procurator. l. 3. §. 1. ff. iud. solui. vbi Bar. & Panor. in c. pe. col. 2. q. 4. de re iudic. quia non vult lex eam cóiunctam personam facere procuratorem, quoniam procurator à solo domino constituitur. Bald. in l. 1. col. 2. C. quibus res iudi. non nocet. sed insinuatio debet fieri per procuratorem. ergo non poterit fieri per coniunctam personam, cum non sit procurator, & coniunctio sanguinis non supplet speciales defectus mádati. l. patri. ff. de minor. Inno. & Panor. in c. accedens. de præben. Feli. in ca. nonnulli. §. fi. col. 1. & 12. de rescript.

¶ Item lex loquens in vna persona, non extenditur ad aliam. glo. & ibi. doct. in l. pen. ff. de in ius vocan.

¶ Præterea hoc dixissent conditores, si voluissent. c. ad audientiam,

tiam, de decimis. & quia tantum expresserunt per se vel per procuratorem, ergo illi expressioni stabo. Fallit quando consuetudo vel statutum vellet & statueret, quòd coniuncta persona esset procurator: tunc quia habet mandatum à lege, posset. Bald. in dict. l. 1. quod dicit esse valde notandum. vide eundem Bal. in c. insuper. notab. 2. de testi.

¶ Idem dico in amico, etiam si maxima amicitia esset cum amico nominato iunctus, vt non possit insinuare, quia non habet mandatū, nec est procurator, quod requiritur in d. §. teneantur, licet amicus multa possit facere sine mādato, quæ tradit Alex. Iacob. & Ias. & alij in d. l. exigendi. & in l. cum alienam. C. de legat. Feli. in c. coram, colum. 2. de offic. deleg. quæ scripsi in scholastic. priuileg. 104. etiam si diceret se insinuare tanquam procurator, quia per cautelam verborum non potest rerū natura immutari. Bal. in c. licet. de vitanda. de elect. Ias. cons. 136. præsupponitur. col. 3. in 4. volu. 107 *Amicus pro amico non insinuat.*

¶ Item dicerē de negotiorū gestore, quia nō est procurator, qui negotia mandato domini administrat. l. 1. ff. de procurato. Feli. & alij in c. cū M. de cōstitutio. negotiorū gestor mandatum nō habet, & licet in spiritualibus possit interuenire. gl. in verbo petere, in c. quā sit. de elect. lib. 6. & dominus poterit habere ratū suo nomine gestum intra tēpus, intra quod actus poterat fieri. l. bonorum. ff. rem ratā haberi. Panor. in d. c. accedens. de præb. tamen hic non sufficit ratihabitio nominati vel graduati post insinuationē per supradictas personas factā, quia vbi requiritur mandatum præcedere, ita quòd hoc sic statutū pro forma actus ibi ratificatio nil operatur. l. si verò non remunerandi. §. si verò post creditā. ff. manda. quia est præposteratio quæ vitiat. l. si quis mihi bona. §. iussū. ff. de acquirend. hæred. Bal. in c. ex parte decani. col. 3. de rescript. Item forma non procedit in casu ficto. ideo licet ratihabitio retrotrahatur, & mandato comparetur. reg. ratihabitionem. de regu. iur. in 6. nō tamen est mandatum, quod requirit tam concordatum, quàm ordinationes regiæ. & quando est aliquid pro forma introductum, vel quando sunt expressæ certæ personæ, non procedit casus fictus. Albert. Brunus in tract. de forma & solennita. actus. rubr. ex quibus consistant forma & solēnitas. q. 45. licet de æquitate fortè posset contraria opinio sustineri. sed non quo ad insinuationem. 108 *Negotiorū gestor an insinuare possit.*

¶ Nonò, ego tradidi literas gradus & nominationis alicui, qui insinuat sine alio mandato, an valeat? Videtur quod sic, quia tra- 109 *Habens li-*

teras sine mandato non insinuat, licet mãdatum censeatur habere. ditio literarum habet vim taciti mandati: ideo qui habet literas gradus, & nominationum, præsumitur habere mandatum. glo.singul.in l.fi.C.de pact.conuen. vbi maritus habens instrumentum bonorum paraphernaliũ vxoris, præsumitur eius procurator:& qui habet instrumentum causæ penes se, præsumitur procurator. Bart.in l.vulgo.per illum tex.ff.de administ. tutor. Guido papæ.cõs.68.circa processum.col.1. vbi cõcludit, quòd si quis dederit rescriptum regium alicui, videtur dedisse potestatem petendi interinationem illius, ac verificationem & executionem, maximè quando probat instrumenta ab ipso domino tradita.nã illa probatio traditionis inducit probationem mandati.Rom.cons.446.primus propositæ.in 2.q.

¶Contrarium teneo, quia non sufficit tacitum in insinuationibus istis mandatum, sed requiritur expressum: & quia is qui habet tacitum mandatum, non est procurator, ergo non potest insinuare. & licet traditio instrumentorum præsumat tacitum mandatum, vt supra probatum extitit, tamen illud non sufficit.

110 ¶Bene fateor quòd si procurator constitutus à nominato deferret instrumentum procurationis, & obiiceretur eidem, quòd non esset is, de quo instrumentum loquitur, certè præsumeretur esse ille, de quo cantat instrumẽtum, postquam defert literas nominationis, & aliàs.arg.l.si qua per calumniam.& ibi Bal. in fi. C.de episc.& cleric. sicut quando nuncius literas iudicis portat, præsumitur nuncius illius. Soc.in tract.de citationib.art. 24. q. 5.in fi.ad hoc vt non possit contra eum opponi, quòd non sit seruiens illius iudicis.ita loquitur glo.prædictæ.l.fi.& doct. supra allega.Cepola cons.11.casus.in 2.q.Boer. in decisi. Burdeg. quæst.154.aliud ortum fuit.in fine.

Literas deferẽs præsumitur is de quo loquitur.

111 ¶Decimò, an procurator insinuãs videatur suo, aut procuratorio nomine insinuare? Respon.si semel ostenderit literas procurationis, cẽsetur procuratorio nomine intimare, licet non dicat se facere nomine alterius. Nam si dico ego procurator insinuo, sequitur quòd procuratorio nomine. vt no.in l.qua ratione. ff.de procura.hoc docet Bald.in c.edoceri.nu.2.de rescript. Idem si dicat, insinuo pro tali.l.post dotem.in verbo filiæ.volũtate.& ibi Imol.ff.solu.matrim.l.1.§.nunciatio.& ibi Bar. & alij.de operis noui nũcia.& l.si ibi stipulatus.§.Grysogonus. de verbor.obliga.Soc.in c.1.in 7.arti.q.7.de libelli oblatio. Alberi.in l.1.in fi.ff.de administra.tutor.Bal.in l.si patruus.col. 2. C. communia vtriusque iudi.vbi concludunt docto.quòd quando actus

Procurator an censeatur nomine procuratorio insinuare.

actus potest intelligi gestus duplici nomine, tunc præsumitur gestus eo nomine, secundum quod poterit valere, vt actus potius valeat, quàm pereat. l. quotiés. 2. ff. de re dub. Fel. in c. cum ex officij. de prescrip. post Panor. in c. nisi. de præb. & si posit valere pro vtroque, in dubio inspiciemus literas duplicatas, vel nomen & cognomen quod dedit si non appareret, nomine suo videtur insinuare. arg. l. de eo. ff. de iure fisci. Guido papæ singu. 700. agendo. vbi dicit quòd agendo simpliciter dicitur nomine suo agere. vide tex. sing. in l. fi. ff. quando ex facto tutor. l. titium. §. præfectus. ff. de administr. tutor. & Signorel. cons. 190. in nomine, &c. & Alciat. in tracta. præsump. fol. 280. in 24. præsumpt. 2. regulæ. 3. partis vbi tractat, & istud probatur. Instar legati, qui si conferat in dubio vt legatus, & legationis authoritate videtur conferre. c. hi qui. & ibi Philip. Fran. de præb. in 6. & item probata insinuatione facta per procuratorem, præsumitur facta expensis facientis. Bal. in l. fi. §. in computatione. no. 2. C. de iure delibera. Guido sing. 702. probato. & ad vtilitatem constituentis. l. penul. ff. si quis cautio.

¶ Vndecimò nominatus cõstituit procuratorẽ ad præsentandũ literas gradus & noĩationis, & ad acceptãdũ, & ad resignandũ, postea collatũ fuit isti nominato beneficiũ, an illud posit procurator ratione huius procuratorij resignare? Et breui respõdẽt do. de Rota decisio. 529. vtrũ posit, in antiq. quòd non, dicentes nõ valere procuratoriũ ad acceptandũ, & postea permutandũ, quia constituens nõ erat dominus beneficij tẽpore constitutionis. Ideo nõ firmatur, quod de iure ab initio nõ subsistit, reg. nõ firmatur, de reg. iur. in 6. & nõ potest quis priuari beneficio, quod nõ habet. l. traditio. ff. de acqui. rerũ dominio. Bar. in l. si vniuersę. C. de lega. priuatio enim præsupponit habitum. l. decẽ ff. de verb. oblig. §. seruus. insti. de c. diminutio. Et etiam quia ad renunciãdũ debet interuenire speciale mandatũ certi beneficij. cle. vna de renũciatio. facit l. si quis mihi bona. §. sed vtrũ. ff. de acqui. hæred. vbi iussus debet esse specialis de adeundo certã hæreditatẽ: sic in repudiando. ita in propriis terminis tenet Ioan. Dayma supra in procemio cõcord. in verbo adiunctũ. fol. 104. col. 4. & fol. seq. & ibi plus dicit, non valere constitutionẽ procuratoris, si est constitutus ad acceptandum, vel præsentãdum ad beneficium viuentis, ne captãdæ mortis occasio præbeatur, c. ne captandæ. de concess. præbend. in 6. nam sicut non valet repudiatio hæreditatis superstitis. l. qui superstitis. ff. de acqui.

112 *De procuratore dato ad acceptãdum & resignandum vt facta acceptatione non posit resignare.*

hæred. Et is potest repudiare qui potest acquirere. l.is potest.ibidem plenè Iaſ.in l.his qui hæres.ibidem.ita non valet constitutio procuratoris, vt quis repudiet, quod nó habet: & sic postea habito & acceptato beneficio requiritur aliud speciale mandatum ad resignandum, vel permutandum. Et sicut hæres constitutus sub conditione si repudiat, interim nil agit, ita & iste procurator, sine nouo mandato.l.is qui hæres. in princip.ff. de acquirend.hæred.& si sub conditione vel ex die certa nobis legatum sit, ante conditionem vel diem certum, repudiare non possumus: nam nec pertinet ad nos, antequam dies veniat, vel conditio existat.l.si ita scriptum.§.1.ff.de lega.2. gloss. & doct. in c.3.de deci.nec valet concessio religioso facta ad consentiendum electioni faciendæ.cle.si.de elect.

¶ Nam sicut non posset resignare de præsenti beneficium sibi acquirendum, ita non potest constituere procuratorem, vt resignet illud, quod non habet, nec potest fieri verè, nec per fictionem, quæ requirit duo extrema habilia. Barto.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.& extremũ à quo nó est habile, ideo non potest fingi, & secundũ hãc opinionem fuit iudicatũ in magno cósilio in præsentia domini cancellarij, & plurium magistrorũ libellorũ relatore domino Molinerio cósiliario Tholosæ, anno 1536.die.20.Ianuarij, ꝓ prębéda Agené.& ita etiã fuit iudicatum in supremo Burdega.senatu, vt testatur Boer.in decisio. suis, quæst.308.vtrũ quis posset.népe quod quis, si velit habere nó potest, id repudiare nó potest.l.qui nó potest facere. in fi.ff. de reg.iur.Item si procuratori conferatur beneficiũ, & is petat sibi fieri instrumentũ, nó ob hoc videtur acceptare, quia cótradicens potest petere sibi fieri instrumentũ.Calder.cósi.2.de pręb. nec probat hoc esse quod ab hoc cótingit abesse.l.neq; natales. C.de probatio.& pulchrè tradit D.Bonet.in repeti.illius legis.

Arrestum.

Excommunicatus an pro se vel alio insinuare possit.

¶ Duodecimò, an excommunicatus insinuare possit literas gradus & alias? Videtur quòd non, quia cómunio prohibetur cum eo.c.2.de exceptio.Cótrarium respondeo, quia per insinuationé nihil iuris quæritur graduato aut nominato in certo beneficio, ante vacationé, ergo nominatus poterit insinuare, tam per se quàm pro alio, & talis insinuatio valebit, per ea quæ scripsi in §.si quis verò.in verbo disposuerit.de col.in concorda. imò fortius poterit nominatus, vel graduatus vacans beneficium acceptare, & valebit hæc acceptatio facta per excommunicatum cum non sit nisi quædam voluntatis declaratio quam excom

munica-

municatus non perdit, vt concludit. de Rota decis. vlt. de sen-tē. excō. & Card. in consi. 103. casus super quo. col. 4. plenè di-xi in repetit. c. postulastis. 2. not. de cleric. excōmunica. ministra.
¶ Decimotertiò quidam constituit procuratorem ad insinuan-dum literas gradus, & nominationis, non expresit literas tem-poris studij, an valeat insinuatio facta per istum procuratorem? breui dicerem non valere, quia non est constitutus ad hoc, nec est procurator, nisi ad insinuandum duas literas expressas, ergo ad alia nō reperitur constitutus, nihil enim limitato & expresso addi debet. l. in agris. ff. de acqui. rerum. do. & cōstitutus in vno non est in alio constitutus, imò vnū exprimēdo aliud prohibe-re videtur, arg. l. cum prætor. ff. de iud. nisi dixisset, & alias lite-ras ad hoc necessarias, quod semper debet conscribi à notario.

Insinuatio facta ab eo qui non habet potestatē non valet.

113 ¶ Vltimò quæritur, quidam asserit se habere mandatum præsen-tandi nominationes, & alias literas, cum nullum mandatum ha-beat, qua pœna veniat plectendus? Respon. pœna falsi. text. & ibi doc. not. in l. si autem. §. itē si fundum. ff. de neg. gestis. hoc expressè decidit Roma. consi. 446. primus. col. 1.

Asserens se habere mādatū quod non habet falsi tenetur.

114 ¶ Nota vnū singulare dictū, quòd si statutū dicat quòd aliquis puniatur tāquam falsarius, tamen non debet puniri pœna legis Corneliæ de falsis, sed alia pœna arbitrio iudicis. Bal. & Fel. in c. nōnulli. §. sunt & alij. de rescri. & Fel. in c. solitæ. col. 2. de ma-iorita. & obedien. Refert & sequitur Hippoly. sing. 236. dictio tanquam. & ita intelligitur ordi. regia. rub. *des notaires*, art. 12. ibi, *comme faulsaires*, & ibi plenè dixi asignando rationem.

115 ¶ Vndecimò, videndum est quotiens insinuādum sit. Respond. semel tantum literæ gradus, nominationum, certificatoriæ tem-poris studij, & nobilitatis. tex. in §. præfati, 2. ibi, semel ante va-cationē. de colla. in cōcord. facit tex. in l. titia seio. §. vsuras. ibi, quam sufficit semel interuenisse. ff. de leg. 2. l. cum procurator. §. 1. ibi, nam & ipsi domino, cum semel nunciauit, non permittitur iterū nunciare. de oper. no. nuncia. l. 3. §. illud sciendum. ibi, sed semel inter initia facta, quod vi aut clam. l. fi. §. & hæc quidē. in fine. ibi, semel enim & non sæpius eam peti cōcedimus. C. de iu re deli. & si hæc non sufficiant, alia tradit Mathe. de afflictis in tract. de iure prothomiseos. §. vt infra triginta. col. 5. & Ias. in l. si duobus. §. si ei qui. & l. qui per salutem. ff. de iureiurā. & l. prę-tor. §. deinde. de operis noui nuncia. omitto. l. boues. §. hoc ser-mone, de verb. sign. & c. nō potest. & quæ ibi vtrobique addidi, de præb. in 6. & l. videamus. ff. q̄ met. caus. & quæ tradit. Geor.

Semel insinuādum est.

Natam in repet.cle.sæpe.in princ.col.53. de verb.signi. & quæ dixi in 1.notab.l.vnicæ.C.de senten.quæ pro eo quod interest. Et quòd sufficit semel profiteri in vna religione, nec tenetur iterú facere professionem.si ad aliam religionem transfertur, vt concludit Feder. in cons.5.quidam monachus. q.1.ꝙ est intelligendum quo ad hoc vt monachus fiat alterius monasterij.secus quo ad substantiam regulæ. Dec.in c.præterea.de præb.

¶ Amplia quòd nisi semel non est insinuandum etiam successori,in ordina.regiis rub.*des graduez simples*.artic.3.in fin. ibi, *En faisant vne fois apparoir ausdictz collateurs, ou patrons d'icelle noblesse*.& quamuis loquatur de instrumento nobilitatis, idem tamen est in aliis nec debet diuerso iure cēseri.l. eum qui.ff.de vsucap. & supra dixi,& an si canonici qui elegerunt, moriantur antequam electus per eos cōfirmetur, successores teneantur electum confirmare,vide Rofred.in q.sabbati.q.5.

116 ¶ Primò,fallit quādo prima insinuatio non esset ritè facta,vtpote extra tempus quadragesimæ, tunc iterum debet ritè fieri, quia ꝙ nullú est,habetúr ac si factum non esset.l.quotiés.ff.qui satis.cogā.& quando testes non sunt ritè examinati,potest peti iterú eos examinari,licet sint publicati.tex.sing.in l.veluti.ff.de edēdo.secundum Bal.in Marg.in verb.testis,in 8.q.& additio nō ritè facta,habetur pro non facta. Ias.cons.127. dubitatur.in 4.vol.multa dixi in l.4.§.condennatum.ff.de re iudica.

Casus in quibus vltra semel insinuandum est.

¶ Secundò fallit ex causa.nam edi iterum iubet prętor ex causa,vtpote si dicat collator perdidisse literas duplicatas. l. si quis ex argentariis. §.fi.cum l.seq.ff.de eden.l. fi. de bonis aucto.iudi.possi.& ibi Bar.Dec.in c.1.col.30.de prob.versi. circa prædicta duo no.

¶ Tertiò limitatur, quando plures impetrarent nominationes,vtpote in singulos annos, vt fit in hac patria consuetudinaria,tunc etiam in singulos annos post impetrationem tenetur eas exhibere collatoribus,etiam semel tantum: & hoc probatur in d.§.teneantur.

¶ Quartò,non procedit in nomine & cognomine,quòd in singulos annos debeat insinuari.d.§.teneantur,vt collator videat diligentes , & illos qui non renunciauerunt suis nominationibus,vt sunt multi,tam per matrimonium,quàm per alia,de quibus in vlti.q.dicetur inferius.

117 ¶ Duodecimò , an collatoribus scientibus insinuentur nominationis,gradus,& aliæ literæ? Videtur quòd non , quia certus non

Collatori-

non debet certiorari.l.1.in fi.de acti.emp.Regula, eum qui certus.de reg.iur.in 6.

¶ Contrarium est verius, quia quando insinuatio est de forma, non sufficit scientia.d.reg.eum qui.Bart.in l.denunciasse. ff. de adul.sed ista insinuatio est de forma: quia vbicunque decretum annullatiuum est positum,ibi est data forma. Bal.& alij in l.1.ff. de liber.& posthu. Ancha.in reg.ea quæ fiũt.de reg.iur.in 6.sed decretum annullatiuum est positum in d.§.teneantur,in fine,videlicet vt nominatus non possit acceptare beneficium illo anno,quo insinuationem omisit,& si acceptauerit, acceptatio nullius est momenti : & ideo consensus partium nihil operaretur. glo.in verbo committatur.c.statutum.de rescrip.lib.6.Fel.in c. cum dilecta.col.7.in 5.signo,illo titu.

bus scienti bus an insinuandum sit.

118 ¶ Nec obstat quòd denunciatio in dubio non presumitur esse de substãtia,sed de sciẽtia. quia denũciationes & insinuationes fiunt ad certiorandum.l.item veniunt.§.petitam. ff.de peti. hæred.l.aut qui aliter.§.& si fortè.quòd vi aut clam.& ideo in dubio sola scientia sufficit.Dy.in d.regula eum qui certus est.Cy. in l.emptor.C.de euict.hoc tamen non procedit,quãdo lex requirens denunciationem procederet vltra:dicens actum factum aliter non valere,vt in concord. quia tunc denunciatio erit de substantia.& non sufficiet sciẽtia.Bal.in l.1.ff.de liber. & posthu.& in c.1.col.2.si de feudo vassal⁹ ab aliquo interpella.fuerit, vt refert Alex.cõs.27.viso themate,col.1.in 6.volu.vbi dicit, ꝙ quando lex exigit denunciationẽ,non sufficit sola sciẽtia, quia tunc est de forma.secus si requirat tantum scientiam,quia tunc scienti non est denunciandũ.vide plenius cõs.138. viso puncto. in 7.vol.Colle.in c.dilectus,2. col.2. de præb. quia vbicunque denunciatio fit nõ ad certiorandũ modo,sed vt aliquid fiat vel non fiat,tunc debet etiã fieri scienti.Bar.& alij in l.non solũ.§. morte.ff.de operis noui nũcia.Panor.& alij in c.cũ M. de cõstitu.Feli.in c.cũ contingat.col.5.conclu.4.cũ seq.de rescrip. Sed ista intimatio fit nõ solũ vt collator sciat nominationes, sed vt in tẽpore cõferat.ergo debet fieri etiam sciẽti.hoc tradit expressè glos.in verbo exhibere.in §.statuit,de coll.in prag. Dom.& Fran.in c.si capitulo.& seq.de cõces.præb. lib.6. vbi requiritur quòd fiat præsentatio ei cui mandatum dirigitur etiam si sciat.

Denunciatio quando scienti sit facienda.

119 ¶ Et quando presbyter scit peccata sui parochiani,vtpote quia vidit committi,tamẽ adhuc requiritur confessio.not.beat. Thomas,in 4.senten.distin.17.quæst.3.artic.2. ante medium, per ca.

Presbytero est cõfiten-

dum etiam si is viderit peccata cōmitti.

si sacerdos.de offi.ordi.dixi.in c.omnis vtriusque sexus.de pœnit.& remiss.Sic dicitur de iudice,quando scit vt priuatus,adhuc est eidem probatio facienda.c.1.de offi.ordi.&.c.1.de re iudi.in 6.Alex.cons.27.viso.in 6. volu. & sic licet collator apponeretur testis in gradu,vel nominationibus,adhuc esset eidē facienda insinuatio,per prædicta.facit gloss.in l.nomen.C.quæ res pigno.obli.possunt.vbi dicit debitori esse denunciandum, etiam si esset certus.

¶Fallit quando scirent per scientiam insinuationis, quæ fuisset facta vicario collatoris, tunc non teneretur collatori iterū insinuare,nisi in casibus quos in proxima quæstio.supra scripsi.

Literæ nominationū an coram collatore sint legendæ.

120 ¶Decimotertiò,an insinuans debeat literas gradus & aliàs aperire & legere coram collatore, dum eas illi insinuat? Videtur quòd sic,vt patet in d.§.præfati.ibi,per patentes literas. de collat.in cōcord.& glo. videtur innuere in §. statuit. in verbo exhibere.de colla.in prag.vbi dicit exhibere, id est præsentare, vt legant & videant.tex.& in cle.causam.de elec.ibi, vel perlecto.

¶Contrarium videtur verius,& sic tenendum.argu.tex.in c.appellatio.de appel.lib.6.vbi sic dicitur. Appellatio,quam in scriptis iudici à quo appellare volebas,te porrexisse proponis, non potest ex eo quòd coram ipso lecta nō fuerit,rationabiliter impugnari.& text.in d.cle.causam.ibi,in princ. porrecto, vel perlecto.de electio.vbi glos.in verbo perlecto,dicit,per hoc patet, quòd primo casu cùm porrigitur,non est legi necesse,per illam alternatiuam,vel in tex.positam,sic nec in hoc casu.

121 ¶Idem crederem in mandato de prouidendo,cùm iisdem ferè regulis determinetur.nam sufficit quòd detur exemplum mandati,vel quòd legatur.& quando non traditur exemplum , tunc debet legi,vel non debet stare per mandatarium quo minus legat.quod probat Soci.in tract.fallen. regu. 79. vbi dicit quòd cessionarius exhibens instrumētum debitori,debet illud legere. not,doct.in l.non solùm.§.morte.ff.de operis noui nuncia.

Literæ patentes quæ dicantur.

¶Nec obstat d.§.præfati.2.ibi,per patentes literas, quia debet exponi,id est publicas.nam quod publicum est, omnibus patet. §.consequens.instit.de suspec.tuto. literæ publicæ & authenticæ.licet sint clausæ , patentes dicuntur, & faciunt fidem, quando sigillum nō est fractum,vel remotum.Io.And.post Host. in c.patentibus literis.de priuileg.Card.in cle vna.§. nos itaq;. 6. not.de iureiuran.& patētes literæ principis probant.cle.vna.§. porrò.& ibi Imol. col.2. de iureiuran. sic & patētes literæ episcopi

ſcopi.ca.1.de tempo.ordina. in 6. ad hæc canonicorum patentibus literis creditur.cap.ſi canonici.de offi. ordina. in 6.ſic & patentibus literis vniuerſitatis ſtabitur.

¶ Et per hoc dicerem non valere inſinuationem de exemplo, 122
ſiue tranſumpto nominationum,& aliarum literarum,cùm non *Non valet*
ſint literæ patentes,niſi originale inſinuetur. l.ſancimus. vt au- *inſinuatio*
thentica ipſa,atque originalia reſcripta,non exempla eorum in- *de exem-*
ſinuentur.C.de diuerſ.reſcrip.& illa lex eſt canonizata in c. di- *plo facta.*
cēti.§.ſancimus.25.q.2.ſequitur patruus meus Rebuffus,& Platea in l.probatorias.C.de diuerſ.offi.lib.12.Alex.conſi.95. viſis proceſſibus.col.pen.in 2.volu.verſi.ſupereſt.nam vbicunque aliquid intimatur præceſſiſſe alicui, propter ꝗ tenetur ad alicuius actus explicationem,tunc ſemper ei cui fit intimatio, debet fieri per originale,& authenticum inſtrumentū,alioqui inſinuatio cenſetur illegitima.iſta eſt regula tradita in d.§. morte, per doct.& expreſsè per Roma. conſi.336.circa, in fin.Præterea fidem nominati & graduati collatoribus de ſuis literis facere tenentur.d.§.teneantur.quam non facerét per tranſumptum,ſiue exemplum.l.2.ff.de fide inſtru.quia intelligitur,fidé,ſcilicet plenam.tex.iuncta glo.in cle.conſtitutionem.de elect. Alex.conſil. 147.viſis.in 6.vol. Dec.& alij in rub.de probatio.in decreta.

¶ Vel poteſt exponi,patentes, id eſt apparentes , quia ſi nominatus eas inſinuaret,non debet eas operire,ſicut nec monachus ſuum habitum: alioqui dicitur apoſtata,glo.ſing.in cle.2.in verbo extrinſeci. de vita & honeſta.cleri.

¶ Ex hoc infertur,parum valere inſinuationem factam per no- 123
minatum vel graduatum ſic,inſinuo literas gradus,nominatio- *Inſinuatio*
nis,& alias,prout in hoc ſacco continentur,niſi eas poſtea oſtē- *literarum,*
derit collatori.& hoc per doctrinam Barto. in l. cum ſeruus.ff. *prout ī ſac*
de condi. & demonſtrationi . vbi dicit non valere oblationem *co contine-*
pecuniæ factam clauſo marſupio, Bal.& alij in l. acceptam.C. *tur,non va-*
de vſur.Barba.conſi.8.ſcribitur.colum.penult.in 1.volu.vbi di- *let.*
cit non valere productionem à parte factam, ſi ſaccum ſcripturarum producat.& hoc verum ſi pars opponat.& ſi pars confiteatur poſitionem , prout in tali inſtrumento continetur , ſi in illo inſtrumento non ſic continetur, illa confeſſio non valebit. tex.in l.2.C.de errore aduoc. & ibi Bald. ſic pulchrè conſuluit Alexand.conſi.8.viſis.col.4.nume.13.in 3.volu.

¶ Item ſi quiſpiam habeat terminum ad excipiendum,& producendum iura ſua,& poſtea ea producat,prout in ſacco cōtinen-

tur, in illis punctis quæ pro eo faciunt, nõ valet. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de instrumen. editio. §. videndum restat. vers. ité nõ exhibeas. Anto. & alij in c. imputari. de fide instru. Ias. in l. Titiæ textores. col. 2. ff. de legat. 1. sic nec insinuatio nominationum vel gradus, quod est notãdum. igitur non sic insinues.

124 ¶ Vltimò, quomodo puniantur non insinuantes? Breui respõ. tex. in d. §. teneantur, quòd eo anno, quo præfatam insinuationem facere omiserint, beneficium in vim gradus, aut nominationis petere non possunt. & idem dicitur in ordina. regiis, rub. *des graduez simples*. arti. 3. & 9. quòd ob insinuationem omissam in vno anno, non perditur prioritas, vel alia priuilegia, si sequentibus annis insinuet. nam sicut si statuto dictante insinuatio donationis debeat fieri intra mensem, & non fiat donatio, caret effectu. l. fin. C. de dona. ante nuptias. Bald. in l. vniuersa. de precibus imperato. offerend. Anto. de cana. in tract. de insinuatio. q. 28. sic & gradus & nominationum insinuatio si non fiat tempore quadragesimæ, illo anno quo non est facta, caret effectu, quia non satisfit iuri requirenti insinuationem, & concordatis factis inter papam & regem.

Qua pœna puniãtur nõ insinuãtes.

125 ¶ Idem si insinuauerit, sed non tempore quadragesimæ. quia sicut agri sator obseruare anni tempora debet, aliàs perdit semen suum, & ager non fructificat, verba sunt not. Bal. in c. 1. col. pen. de postu. præla. Sic & nominatus: alioqui nominationes eidem non afferunt fructum. Item sicut medicus obseruat tempora, sic & iurisperitus. Bal. in l. vna. in prin. in 2. col. C. de caduc. tollen. Et quando lex vel dispositio apponit tempus, qui non obseruat tempus, non seruat formam. Bald. in authenti. quæ supplicatio. circa finem. C. de precib. imperat. offer. per tex. in l. scire. §. consequens. ff. de excusat. tuto. ibi, non aliter audiri, si non fuerit cõseruatum constitutum tempus. Feli. in ca. cum contingat. col. 8. de rescrip. Paul in l. si in lege. in fine princ. ff. locati. Albert. Bru. in tract. de forma & solenni. actus. rub. ex quibus consistant forma & solennitas. versi. 27. & superius fusius scripsi.

Iurisperitus & medici obseruant tempora.

126 ¶ Quæro an idem sit in graduatis, vel his qui volunt obtinere villam muratam, seu beneficia in villa murata? & glos. in §. statuit. in verbo hoc, de collatio. in pragma. tenet quòd sic, alioqui quomodo sciret collator aliquem graduatum esse, nisi eidem insinuaretur? vide quæ dico infra, quæst. 16. & in §. statuimus. 2. de colla. in concord.

Pro villis muratis habẽdis an sit insinuãdũ.

127 ¶ Quæro, beneficium vacauit in mense Iulio, is nominatus qui insinuaue-

insinuauerat,non requisiuit intra sex menses,quare per ordinarium cuidam graduato , qui non insinuauerat , fuit facta collatio,an valeat? Breui respondeo quòd sic,quia paria sunt non esse insinuatum,& nó apparere.l.duo sunt Titij. ff. de testa.tutel. sed is qui insinuauit,non apparet,cum non veniat intra sex mé ses.ergo collatio alteri facta valebit.

¶ Nec obstat quòd quandiu est aliquis qui insinuauit, non debet alij non insinuanti beneficium conferri , quia hoc fateor, quando alius qui insinuauit, requisiuisset,aliàs secus. nam sicut post sex menses potest conferri beneficium vacans in mensibus præstitutis nominatis non nominato , sic & multo fortius in hoc casu.

¶ Decimaquinta quæstio principalis.

Decimoquintò,principaliter quæritur,quæ beneficia in nominationibus comprehendantur.& quæ non?quia cognito vno contrariorum,cognoscetur & reliquum.l.1.ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.& institu.illo titu.in prin.docto.in rub. ff.de acquiren.possess.Barb.consi.23.scripsit.q.3.volu.1. 1 *Quæ beneficia in nominationibus cópre hendantur.*

¶ Ideo videamus quæ beneficia non afficiantur nominatis,nec graduatis,vigore nominationum,vel gradus,&c.

¶ Primò,dico non comprehendi beneficium spectans ad præsentationem patroni laici,quia tex.in d.§.præfati.1.de collat.in concord.loquitur tantum de patrono ecclesiastico.ideo laicum patronum videtur excludere,argum.ca.nonne.de præsumptio. Ita tenet glo.in §.item quòd ad dictas. in verbo ecclesiastico. & in §.statuit.in verbo præsentatio.de colla. in pragma . Facit quod notant docto. in cap. 2. de præbend. in 6. vbi beneficia spectantia ad patronos laicos in curia non dicuntur vacare.Panormi.in cap.dilecta.de maiori.& obedien. Barb. in cap. dilectus. de offic.leg.quia laici retraherentur à fundationibus ecclesiarum. Archidia.in cap.2.de præbend. in 6. Imò ex consuetudine Franciæ receptum est , vt etiam papa hæc beneficia non conferat, per rationem supradictam. 2 *Beneficia patroni laici nó debentur nóīatis nec graduatis,nec mādatariis.*

¶ Idem in mandato apostolico vt non comprehendat hæc beneficia.not.in c.cum dilectus.de iure patro.D.Rusæus in tract. de manda.Aposto.in 2.parte. vide quæ dixi supra.q.8.nu.22. 3

¶ Secundò, nó comprehenditur beneficium affectum mádatario,nam vacante beneficio etiam in mensibus nominatis præstitutis,debetur mandatario excluso nominato.in tit.de mandat. aposto.in concor.vbi ita fuit inter sanctissimum papam & regé 4 *Mādatario nominato præfertur.*

nostrum Christianissimum concordatum, quia hi qui authoritate apostolica veniunt, vt sunt mandatarij, omnibus aliis sunt præferendi. c. eũ cui. & c. hi qui, de præb. in 6. Itẽ certa forma in hoc Franciæ regno cõstituta fuit ad mãdata impetrãda. quia de iure plures sunt formæ: vt dixi in rub. de mãd. in verbo ĩ forma.

5 ¶ Ideo si quis impetrauerit mandatum non seruata forma concordati, mandatum erit nullum. ita affixi conclusionem, & sustinui. de qua dico in forma manda, apostolo. supra.

Mãdatum omissa forma est nullum.

6 ¶ Tertiò, non comprehenduntur beneficia quorum præsentatio spectat ad clericum & laicum simul, sicut nec in mandatis apostolicis, quia clericus habens præsentationem cum laico, gaudebit priuilegio laici, argu. l. si communem. ff. quemadmodum seruit. amitta. vbi non præscribitur maiori propter minorem. facit glo. ca. 1. in fin. de iure patro. lib. 6. vbi si laicus habeat ius patronatus cum clerico, habebit sex menses ad præsentandum ratione clerici. Panor. in ca. transmissæ. & in ca. cam te. de iure patro. Roch. curt. in tract. de iure patro. in verb. ius. in 7. q. D. Sainson in consue. Turonen. in rub. *de successions des roturiers.* arti. 5. facit ca. per tuas, de arbitris. Bauer, in §. testes, colum. 6. insti. de testa. & sicut vniuersitates non possunt grauare beneficia spectantia ad præsentationem laici tantum, sic nec quando spectant ad clericum & laicum simul, quia non debet fieri deterior conditio laici propter clericum. ca. sacris, de sepult.

Beneficium sub patronatu laici non cõprehenditur.

7 ¶ Sic nec legatus poterit illud conferre. c. cum dilectus. de iure patro. Panor. & Bar. in ca. dilectus. de offi. leg. Et hoc tenet expressè Maleret. in tract. de elect. fol. 16. ver. 4. amplia. & quia nominationes respectu collatorum sunt odiosæ, sicut gratiæ expectatiuæ, & sic restringendæ. regula, odia. de reg. iur. li. 6. gl. in §. item quod ad dictas. in verbo ecclesiastico. & in §. item ꝙ omnia. in verbo faciẽdæ. de coll. in prag. ita expressè tenet Brunel, in tract. de digni. lega. in cõclu. 23. in 3. declar. ratio est vltra eũ, quia præiudicaretur præsentationi laici & clerici simul, sed mixtum & compositum assumit naturam illius speciei, secundũ quã iuri minus derogatur. Panor. in c. super quęstionũ. §. si verò. vl. notab. de offic. deleg. ergo ista assumetur. videlicet vt nõ cõprehẽdãtur beneficia ad p̃sentationẽ laici, & clerici simul spectãtia.

8 ¶ Quartò, non comprehenduntur beneficia iure regali conferenda. glo. in §. item quod ad dictas. in verbo ecclesiastico. de collat. in prag. & in §. item quod dicta. in verbo regaliæ. de annat. ibidem. quia regi tanquam laico competit collatio. in c. generali.

Beneficium quod iure regali con-

nerali.not.de elect.lib.6.& supra dixi beneficia laicorum in nominationibus non comprehendi.facit quod habetur per Ioan. Gallum in quæstio.per arresta.q.113.item inter.

fertur, non comprehēditur in noīationibus.

¶Vbi beneficia quæ sunt sub iure regaliorum.non confert papa, etiam si vacent in curia. de Selua in tract. de benefic.in 2. parte.q.23.Maleret.in tract. de elect.fol.23. versic.3.infertur.& istam declarationem habuit rex, anno 1339. vt citat Do. Ruseus in tract.de iure regalio.in 9.priuileg.nec in mandatis apostolicis comprehenduntur,vt in d.cap.2.de præbend.& propter regis prærogatiuam, qui est ecclesiarum regni protector. teste Ioan. Feral. in tract. de iuribus & priuilegiis regis Franciæ, in 8. priuilegio. 9

Papa non confert hæc beneficia.

¶Et quando fuerit concessum istud ius regaliorum, vide per Gagui.in vita Philipp.pulchri.fol.123.& sequen. versic.eodem tempore.Benedic.in repet.ca. Raynutius. in verbo & vxorem. num.370.cum seq.de testa.Aufre.in repet.cle.1.de offi.ordi.nec habet rex illud ius regaliorum in omnibus ecclesiis regni,sed in illis quas fundauit, & in ecclesiis quæ sunt citra Ligerim, *Loire*, loquendo apud Parisios,ita à quibusdam notę viris accepi esse declaratum in camera computorum Parisien. No. tamē quòd quanuis laicus habeat ius conferendi beneficia ecclesiastica ex priuilegio papæ.iuxta ca. Adrianus.63. distin.tamen conferendo beneficium,non tribuit aliquod ius spirituale,quia ipse non habet, sed inuestitus consequitur.ius spirituale à confirmatore,vel ab alio ministro ecclesiastico,quod est not.pro rege Franciæ secundum Bonifa.in cle.vna.col.pen.de concess.pręb.Ioan. And.in ca.accedens.col.1.de præbē.an quando episcopus promouetur in Cardinalem, vacent sua priora beneficia in regali. tradit.collecta.in ca.fin.col.1.de concess.pręb.quòd sic.& idem quando eligitur ad summum pontificatum,vt dicit euenisse tēpore Clementis sexti.quod est notandum. 10

De iure regaliorū,& in quibus ecclesiis cōsistat.

Episcopus pmotus in cardinalē facit iure regali vt vacent beneficia, & aliis modis vt his.

¶Idem quando habet prouisionem alterius episcopatus. argu. ca.nisi cum pridem.de renunciatio. Idem dicunt si hostis sit & rebellis regi, & regni inimicus,in illis ecclesiis in quibus ius regaliorum datur regi.

¶Quintò,non cōprehenditur officium vel beneficium,ꝙ cadit in laicum.de quo per glo.in c.cum M.in verbo receperunt, de consti.vel si per laicū est regi consuetū,quia postquam scribitur pro clerico,presumitur mandari de beneficio ecclesiastico.in §. insuper.in verb.beneficia ecclesiast.de coll.in cōcor.Fel.in c.in 11

Beneficium laico debitū nō cōprehendūt nominationes

noſtra correla.22.de reſcrip.Barb.in cle.cauſam.col. 51.de elect. vbi declarat quando dicatur beneficium eccleſiaſticum,& dico in tract.de pacifi.poſſeſ.in.limita.10.nam hæc nó cóprehédũtur in aliis gratiis.Ioan. And.& alij in d.c.quia ſępe.de preb.lib.6. de Rota deci.320.nota ꝙ vbi,in antiq.gl.in verbo officium.de pacifi.poſſ.in prag. ná exprimuntur beneficia eccleſiaſtica,ergo alia nó comprehenduntur,nec officia.text.in §.præfati.& in §. ſi quis verò.in verb.beneficiis eccleſiaſticis.de col. in cócorda. tex.in c.ſi quis epiſcopus.ibi,aliqua officia eccleſiaſtica.1.q.3.c. ſaluator.ibidem.gloſſ.in §.in dignitatibus.in verbo officiis.de colla.in pragma.

12 ¶Sextò, non comprehenduntur hoſpitalia.cle. per literas. de præb.quia nó ſunt beneficia eccleſiaſtica,licet ſint religioſa.cle. quia.de religio.domi.& ibi Bonif. notab.17. nam hoſpitalarius dicitur habere officium,nó beneficiũ, inſtar tutoris.l. orphanotrophos.C.de epiſco.& cle.glo.in verbo beneficiis. in cle.diſpẽdioſam.de iudic.Bal.in l.beneficium.col.vlt. ff.de conſtit.prin. & quia bona eorum ſunt deputata pauperibus, & ſic ad alium vſum non debent transferri.l.1.ff. de adminiſt. rerum, & laicis debent committi.d.cle.quia.ergo non ſunt adminiſtrationes eccleſiaſticæ.c.bene quidem.96.diſtin.c.decernimus. de iud.Calderi.conſil.vno.de ſupplen. neglig. prælat. hoc expreſsè tenuit glo.in ca.ſi pauper.de præbend.in 6.& gloſ.in §.ſi autem illi,in verbo beneficiorum.de colla.in prag . ſequitur de Selua in tracta.de beneficio.in 3.parte.q.57. Do. Tiraquel.in tracta.de legib.cõnubia.in verbo expres.limita.8.Brunel. in tract.de digni. leg.cóclusio.19.in 4.declaratio.Feli.in c.de quarta. de præſcriptio.etiam ſi in eis eſſet clauſula non obſtantibus. Decius conſil.165.viſo tenore.vbi concludit habentem hoſpitale non teneri ad ſoluendum decimas papales,ſi mandentur ſolui de beneficiis eccleſiaſticis.licet hodie exactores neminem reſpiciant in animarum ſuarum perniciem.itaque hoſpitalia non comprehéduntur, etiam ſi eſſet clauſula motus proprij.gl. & ibi docto.in d.cle.2.de præb.dicentes,idem in mandato apoſtolico , & literis datis in forma pauperum ſecũdum prædictos. Vide Barb.in ca.nulli.colum.2.de reb.eccleſ.non alienan.& Franciſqui.Curt. conſil.20.præſupponitur.in fine.

Hoſpitalia nominatis non debentur.

Hoſpitalia ad decimas non tenentur.

¶Primò fallit quando hoſpitalia concederétur in titulum,quia tunc vt beneficia reguntur, & beneficia ſunt. Ioann. Franciſ.in tract.de offi.& poteſtate capi. ſede vacan.in 1.q.2.partis.& tex. in d.

in d.cle.quia.§.vt autem. tamen vt melius prouideatur istis locis,statutum est ex speciali prouisione, vt non comprehendantur per literas generales.d.cle.2. & ita tenet Bonif.ibi,colum.2. post Paulum & alios.& sic nisi expressa facta esset métio in mãdatis,vel nominationibus, non deberentur etiam hoc casu,per gloss.in d.clem.2.in verbo prouideri.

¶ Secundò,fallit quando ecclesiæ esset vnitum.arg.c.super eo. 14
de præbend.in 6.de Selua in tract. de beneficio.in 1.parte.q.4. nu.9.& Ioan.de pauinis in d.q.1. secundæ partis.col.3.vbi dicit quòd quando non apparet an sit hospitale,vel beneficium,præsumi debet hospitale.gloss.in clem. si de beneficio.de præb. vel attendetur vltimus status.argu.c. consultationibus. de iure patro.c.cum de beneficio. de præb.lib. 6. vel si appareat possessio & denominatio,præsumetur hospitale, quia sic nominatur,secus si ecclesia denominetur.glo.& docto.in cle.2.in verb.ecclesias.de præben.vide plenè Francisqui.Curtium, consi.20. præsupponitur,&c.

An præsumatur hospitale.

¶ Limita quando essent vnita ecclesiæ iure principalitatis, hoc est,quòd vtrunque esset principale,& vnum non accederet alteri.argu.l.generaliter.ff.de fideiusso. not.Bonifac.in d. cle.2.colum.2.& ibi dicit impetrantem teneri ad probandum esse vnitum iure accessionis.Vide Feder. consil.111. quæstio talis est,an diœcesanus.& cons.280.casus talis,&c.Barb.in c.ex literis,col. 3.cum seq.de consuet.& quæ addidi in d.clem. per literas.multas quæstiones tradit Archiepiscopus Floren.in 3.parte summę, tit.11.c.2.& de Selua.in 11.q.3.partis,in 11.qualita.& q.57.

¶ Septimò,non comprehendũtur leprosariæ nec elemosynariæ 15
quæ ad hoc fundatæ sunt,vt pauperes lepra infecti ibidem recipiantur,& de prouentibus alantur.tex.in cle.quia contingit.de religio.domi.& quia nomine beneficij non veniunt. De Rota decisio.265.nota quòd vbi. & decisio.584. quidã,in antiq.not. in cle.fin.de decim. Sed instar tutoris & curatoris sunt gubernatores illorũ locorum.d.cle.quia.§.1.nec faciunt fructus suos, sed tenentur de eis reddere rationem.Cardin.in cle.per literas. col.2.& scripsi in d.cle.quia contingit.hodie multi viuunt ex lepra pauperum,& eos fame perire patiũtur,vt vidi in multis ciuitatibus,quibus lepra Naamã adhęrebit,& semini eorũ inęternũ

Leprosarias nominati nõ acceptant.

¶ Fallit quando esset vnitum officio vel beneficio ecclesiæ cathedralis,aut alteri beneficio ecclesiastico, vt proximè dixi.& tenet de Bella mera in decisio.387.si contra petentem.

¶ Secundò, limitatur quando essent cósueta conferri religiosis in titulum, vel aliis, tunc etiam nominatis deberi possent. Rota decisio. 265. nota quòd vbi. sequitur de Selua in trac. de benefi. in 1. parte. q. 4. nume. 9. & in 3. parte. q. 57. per c. cum de beneficio. de præbend. in 6. & dicta clem. quia. §. vt autem.

16 ¶ Octauò, non veniũt in nominationibus Præceptoriæ sancti Ioannis Hierosolymitani, licet dicantur beneficia ecclesiastica. Barba. in cle. causam, col. 51. de elect. vide eum in c. in nostra. de rescrip. nu. 80. & in istis militibus non habet locum. c. auaritiæ. de elect. in 6. quia priores electi in administrationibus sine confirmatione administrant, teste Domi. consil. 15. reuerende. col. 3. & 6. Doct. in c. transmissam. de elect. nec præceptoriæ sancti spiritus, vt audiui sæpius à multis, licet parũ iure fundetur, si essent fratres illius ordinis, alioqui non, quia regularibus sunt conferenda. §. volumus. de colla. in concor. facit cle. quia contingit. §. præmissa. de religio. domi. vbi ista excipiuntur ab aliis.

Præceptoria sancti Ioannis nominatis nõ debentur.

17 ¶ Nonò, non cõprehẽduntur altaria seu capellaniæ nó spiritualizatæ, vt dicunt nostri. de Selua in tracta. de beneficio. in d. 3. parte. q. 57. cle. 2. de iud. cle. vlt. de deci. nec beneficia propriè dicũtur ecclesiastica, sed legata pia ante approbationẽ episcopi. Feli. in c. ex parte. S. col. 1. de rescrip. vide tradita per Petrũ Subertum in trac. de cultu vineæ domini. 4. parte. art. 12. de Butrio consi. 3. & consi. 51. supposita. & doct. in cle. fi. de deci. vide Feli. in c. cum venerabilis. col. 11. & seq. de excep. de Milis in verbo beneficiũ. §. 49. & plenè Paul. de Citadi. in tracta. de iure patr. in 3. parte. quæst. 32. dicentem idem in oratorio. Bonifa. in cle. fina. col. 1. de rescrip. & quando capellania possit conferri in titulum, vide per Decium consil. 135. ad iustificationem.

Altaria & legata pia non debentur.

18 ¶ Decimò, non venit operaria. in quibusdam enim ecclesiis præficitur vnus, qui vocatur magister operariæ, & hoc officium nõ est nominationibus subiectum, quia in hac eadem ratio est, sicut in hospitali, & in elemosynaria, & quia ad nutum traditur, & beneficia sunt perpetua. c. præcepta. 55. distinct. & mens pontificis summi & regis fuit prouidendi graduatis & nominatis, de beneficiis quæ perpetuò durent. Ioá. And. & Perus. in cap. quia sæpe. de præbend. in 6.

De operaria vt non comprehendatur, vide hic.

¶ Item operarius tenetur reddere rationem instar tutoris & curatoris. gloss. in cle. 2. de iudic. nec datur operaria nomine beneficij, sed diligens paterfa. eligitur. Card. in d. cle. 2. col. penul. & potest esse quòd nominatus vel graduatus non esset eiusdem quali-

qualitatis,& sic eisdem non debebitur, per ea quæ infra dicam. & not.in ca.ei cui.de præbend.in 6.

¶ Item laicus potest esse operarius ecclesiæ. Dec.in c.decernimus.nu.11.versicu.2.quæritur. de iudi. & si consuetum fuerit in ecclesia per quinquaginta annos, vt laicus sit operarius vnius ecclesię,an clericus possit eligi,quòd sic,no.Calde consil.1.rub. de consuetu.& consil.12.Rub. de concessio. præbend. idem in fabricis ecclesiæ,etiam vt non comprehendantur. declarat glo. in cle.2.in verb.elemosynariis.de præbend. 19

Laicus potest esse ecclesiæ operarius.

¶ Vndecimò, non comprehenduntur in nominationibus loca collegialia,quæ ad tempus scholaribus dãtur ratione studij, vt audiant iura,sicut fit in Montepessulano, Tholosæ,Auenione, & Caturci,& hic Parisiis vt studeant grammaticam, & in scientiis primitiuis,quia non sunt perpetua, sicut beneficia ecclesiastica.ca.præcepta.55.distinc.c.1. de cappel. mona.lib.6.& mens conditorum fuit,vt supra dixi,prouidendi graduatis & nominatis de perpetuo beneficio, postquam amore scientiæ exhauserũt totum suum patrimonium, tam in victu quàm in libris,& aliis expensis.de quibus dico in priuilegiis scholarium.Item quia nõ dicuntur beneficia ecclesiastica de quibus loquitur concordatum,vt proximè dixi. 20

Loca collegialia nominatis nõ sunt affecta.

¶ Fallit in locis collegialibus, quæ dantur in titulum,quæ sunt perpetua,vt in ecclesia sancti Saluatoris in suburbiis Mõtispessulani sita,& in ecclesia sanctæ Trinitatis Maguelonæ, & aliis similibus,si aliud non sit quod repugnet, si nominatus qualitates habeat requisitas, quin comprehendantur. argu.l.si quæramus.ff.de testamentis.

¶ Decimò,non comprehendi beneficia regularia in nominationibus clerici secularis, etiam prætextu dispensationis papalis,receptum est:quia regularia regularibus sunt conferenda.§. volumus.de colla.in concord.facit c. cũ de beneficio. de præb. in 6.plenè Felin.in c.in nostra,correla.vlti. de rescrip.de Selua in tract.de beneficio.3 parte.quæst. 58. & idẽ cõtra,vt in regula cancella.41.gl.in propriis terminis in §.visum.in verbo legatorum,de colla.in prag.Idem in mandato aposto.d.c.cũ de beneficio.& tradit D.Rusc.in tract.de mãda.apostol. in 2.parte.nu. 29.nec etiam in d.§.volumus,prohibetur,quia vnus non potest à contractu inuito altero discedere.l.1.& per totum.C.quando liceat ab emptio.discede. & per hoc respondi cuidam, qui habuerat nominationem à rege cuiusdam abbatiæ regularis in 21

Beneficia regularia non cõprehenduntur in nominationibus secularium.

commendam vſque ad annum,& intra annũ debebat ſumere habitum,& poſtea abbatiam habebat in titulum,non valere diſpẽſationem à ſolo papa,vt nõ teneatur ſumere habitum.alia multa dixi,quæ cũ operæpretiũ fuerit tradam. ſi tamen tempore nominationis erat ſecularis,& tempore vacationis regularis, vide glo.in §.illi verò,in verbo religioſis.de colla.in prag. & in c.ei cui.de præb.in 6.

De beneficio conſueto regi per ſeculares.

22 ¶Decimotertiò,non comprehenditur beneficium cõſuetum regi per ſeculares in nominationibus regularium, vel contra.c.cũ de beneficio.de præb.in 6.vbi in mandato de prouidendo conceſſo ſecularibus,non veniunt beneficia conſueta regi per regulares,vel contra.

Quæ beneficia dicantur regularia.

23 ¶Et dicuntur beneficia regularia illa, in quibus in fundatione dictum eſt,ac ſtatutũ quòd regantur per religioſos,vel ſunt conſueta regi per religioſos,per quadraginta annos.d.c.cum de beneficio.gloſ.in §. & idem ordo. in verbo regularibus. de colla. in prag.Fallit ſi idonei non reperirentur.c.inter quatuor.de religio.do.Panor.in c.relatum. ne cleri.l. vt gradatim.ff. de mun. & hono.

De beneficiis cauſa permutationis vacantibus.

24 ¶Decimoquartò, non comprehenduntur beneficia cauſa permutationis vacantia.§.volumus.de colla.in concor. quia aliis extra permutantes conferri non debent.c.vno, de rerum permuta.lib.6.glo.in §.item quod omnia.in verbo permutationis.de coll.in prag. vbi limitat ſi permutatio eſſet fraudulenta.c. ſi.de renuncia.in 6.&.c.vno,de rerum permuta.eod.lib.vide Ioan.de Selua.in tract.de benefi.in 3.parte.q.54.

¶Secundò,ſi papa mãdet prouideri alicui de certo beneficio,ſi vacat,vel quáprimum vacabit,certè ſi beneficiatus, de cuius beneficio eſt ſcriptum,reſignet,etiam cauſa permutationis,nihilominus poterit prouideri impetranti,cum vacet, & ſit affectum, & ſic ius quæſitum eſt impetranti, quod non debet auferri per permutationẽ iſtius.arg.glo.in c. quãuis,2. in verb.in genere.de præb.in 6.hoc expreſſius not.Staphil.in tract. de literis gratiæ, fol.64.quod nõ obſeruaretur in Frãcia,cum ſit excepta permutatio,& reſignatio. vide clauſulam quæ ſolet in permutationibus apponi,in regula cancell. 38. & ſcripſi in praxi benefici. in reſcripto permuta.

Permutans an teneatur oſtendere titulum ſui prædeceſſoris.

¶Item beneficia permutata non poſſunt optari. Feder.cõſi.62. verius.quod declara.vt per Imol.in c.ſi.nu.40.verſ.2. quæritur. de rerum permuta,& ſi collator præſumat vacare ſimpliciter,& confe-

cõferat nominato, non valebit collatio. Feder. consi.164. licet semper. quia sunt affecta permutantibus. d.c. vno, de rerum permuta. in 6.

¶ Nec requiritur quòd permutãs habeat titulũ illius qui secum permutauit, sed sufficit de permutatione fidem facere, cum sit canonicus titulus. c.1. de rerum permu. in 6. cle. vna. illo tit. Calde. cõsi. 10. an sufficiat. rub. de rerũ permu. quod est verum, quando compermutans fuerit in possessione pacifica beneficij, & habitus & reputatus pro vero beneficiato. Panor. & Felin. in c. illud de præsump. Auffr. in decis. Thol. q. 467. Item, &c. an agẽti. Roma. consi. 465. in re præsenti. Boer. in decisio. Burdegal. q. 265. tractatus de permutandis. 25

¶ Decimoquintò, non comprehenduntur beneficia vere electiua. §. monasteriis. de regia ad prælat. nomi. faci. in concorda. facit c. cum in illis. §. cum autem. de præb. lib. 6. cle. 1. illo tit. glos. in §. in dignitatibus. in verbo dictarum. de colla. in prag. dicens expresse non cadere sub nominationibus, vel sub gradu, quia de beneficiis collatiuis intelligitur cõcordatum velle prouideri, & non de illis ecclesiis, in quibus electiones canonicæ, & seruata forma. c. quia propter. de electio. fieri debent. Fel. in c. in nostra correla. 32. de rescript. Tamen ad præbendas quibus prouidetur etiam per electionem, absque confirmatione nominationes ac mandata bene referuntur, per quarũ vacationẽ ecclesia nõ dicitur viduata, quia potius collatiuæ quàm electiuæ dicẽdę sunt. tex. in c. cum nostris. de cõcessio. præb. vbi episcopo & capitulo Lausan. ecclesiæ spectabat electio præpositurae in illa ecclesia, & tamẽ papa mãdat vt conferant. glo. in cle. quia contingit, in verbo electionem. de religio. domi. glos. in d. §. in dignitatibus. in verbo dignitatibus. de colla. in prag. Oldra. cõsi. 146. factũ tale. col. 2. vnde glos. in d. cle. quia contingit. in §. vt autẽ. de religio. domi. quã sequitur de Ripa. in lib. 2. Respon. de rescri. c. 34. vbi etiã firmat quòd beneficia dicũtur propriè electiua, quãdo proceditur in eis per electionẽ, quæ requirit confirmationem superioris, per gl. in d. cle. quia contingit. & illa non cõprehendũtur in nominationibus. Alia beneficia dãtur per viam electionis nõ tamen requiritur confirmatio, & tunc dicuntur collatiua, & in nominationibus cõprehenduntur & gradu. Rota decis. 124. no. quod vocetur. in antiq. Io. Dayma in proœmio concor. in ver. electiua. fol. 78. & ibi ego ipse etiam scripsi. declarat Felin. in d. c. in nostra, correla. 31. de rescrip. 26

Electiua non debentur nominatis.

n

¶ Idem in mandatis, vt non comprehendant beneficia electiua per supradicta, quia in electiuis contrahitur matrimonium. c. inter. de transla. episcopi. & sicut ex rescripto principis non fit matrimoniũ carnale. l. 1. C. si nuptiæ ex rescripto petãtur, ita nec spirituale, ne inuitę detur sponsus. c. nullus. 61. dist. ne deterius inde contingat. c. 2. de sponsa.

27 ¶ Decimosextò, non comprehenduntur in nominationibus beneficia vacantia in curia, quia illa solus Roma. põtifex confert. c. 2. de præb. lib. 6. propter reseruationem factam ibidem. & si reseruationes regulariter in Francia sunt sublatæ, vt in concord. in tit. de reseruatio. Tamen illa reseruatio. c. 2. nõ est sublata: & ideo nominatis beneficium nõ est affectum sic vacans, sed liberè papa cõfert, etiam non graduatis, vt dico in tit. de mãda. apostol. vbi videre licet. Et tunc censentur vacare in curia, siue ibi moriatur is, qui obtinet beneficium, siue nõ moriatur, sed remanens in dicta curia nõ est promotus intra annum. Collecta. in c. fi. in fi. de sortileg. Imo si decesserit is cui absenti facta est collatio, antequam veniat ad suam notitiam, beneficium, adhuc dicetur in curia vacare, quia non prouidit cum effectu. Collecta. vbi supra. col. 3. Secus si cõtulerit etiam inhabili, qui acceptauit. tũc redit potestas ad ordinarium, tum quia suum est sortita effectũ. c. si tibi. de præb. in 6. quãtum ad papã attinet in effectu dicitur cõtulisse per acceptationem, & reseruatio illa est odiosa, vt collatio papæ reseruetur, & reseruationes in regno sunt odiosæ. vt dixi in rub. de reseruatio. in concordatis, huius sententiæ est Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 72. & glo. in verbo causa. de elec. & reseruatio. in prag. & Ruseus de iure regalio. in 3. priuileg.

In curia vacãtia nõ debentur nominatis.

28 ¶ Fallit quando ordinarius post mẽsem cõferret beneficiũ, quod tẽpore præstituto nominatis vel graduatis vacasset, quia tũc illis esset conferendum. c. statutum. de præb. in 6. iuncta cle. 1. de sup. negli. præla. quia is qui confert iure deuoluto, tenetur conferre cum illis qualitatibus, quæ illi beneficio inhærebant, per d. cle. & §. si quis verò cuiuscunque. glos. in §. item quod omnia. in verbo scilicet. de colla. in prag.

¶ Item quia in d. §. præfati. & d. §. si quis verò. omnia beneficia spectantia ad collationem ordinariorum collatorum, sunt affecta illis, si vacent tempore præstituto eisdem.

¶ Secundò, fallit in c. si apostolica, de præb. in 6. vbi ordinarius potest conferre beneficia vacãtia in curia sede vacante. & si non

fuerit

fuerit prouisum ante pontificis obitum. sed illa decretalis debet intelligi vt cōferre teneatur qualificatis, si vacét in mésibus illis præstitutis, quia non est nouum vt priores leges ad posteriores trahantur. l. non est nouum. ff. de legib. & quia hic casus non est exceptus in cōcordatis, imo omnia beneficia tépore præstituto vacātia, eisdé nominatis & graduatis sunt cōferéda per §. præfati primum, & §. si quis verò cuiuscūque. de colla. in concord. & etiam si vacarent alio tempore, & hoc si erat ecclesia parochialis sita in villa murata, vt in d. §. statuimus.

¶ Tertiò fallit, quando in curia vacarent in fraudem, quia tunc etiam ordinarius potest conferre, vt concludit Oldra. cons. 324. factum. col. 4. versic. nec obstat quod dicitur. asserens d. c. 2. debere intelligi, quando vacant in curia sine fraude. arg. l. res quę. §. lites. ff. de iur. fisci. nec calumniæ facultatem ex principali maiestate capi oportet. l. penul. ff. de hæredi. insti. pulcher text. in l. idem. §. fi. de excusa. tutor.

¶ Decimoseptimò, nō veniūt beneficia qualitatibus annexa, vel ex statuto, vel ex cōsuetudine, vel alio quouis modo, quia habéti tantū illam qualitatem debétur. c. cum in ecclesia. de præben. in 6. nam non intendit concordatum huic priuilegio vel cōsuetudini seu statuto derogare. §. per præmissa. de reg. ad præla. nomina. facienda. in d. concord. vbi nōn intendit derogare statutis & cōsuetudinibus ecclesiarum quo ad ius eligédi, secus tamé est in aliis, vt in rub. de firma & irreuoca. concord. stabili. 29 *Annexa nominati non possūt acceptare.*

¶ Ideo si ex statuto ecclesiarum præbédæ, seu alia beneficia debeantur nobilibus, non debentur nominato ignobili, non habéti illam qualitatem, per supradicta: nec potest episcopus dispésare contra institutionem. ideo nō posset vna ecclesia etiam cum authoritate papæ afficere certa beneficia cātoribus, aut aliis in præiudicium qualificatorū. vt scripsi in verb. dispésationis. §. volumus. de col. in cōcorda. & ita fuit iudicatū in magno consi. cōtra ecclesiā Thol. pro domino de Sarta. fallit quādo nominatus esset doctor, quia doctor iudicatur nobilis. Bart. in l. iudices. de dignita. C. lib. 12. Bonus de Curtili in tract. nobili. in 3. parte. nu 97. facit l. prouidendum. C. de postula. glos. in l. societas. ff. pro socio. & quæ ibi addidi. dixi in priuilegiis scholarium. Et ista sunt notanda, quia sæpius vidi dubitari in palatio. 30 *Nominatus non nobilis an beneficia nobilibus debita acceptare possit.* *Arrestum.*

¶ Idem si sacerdotalis præbenda vacet, & nominatus non sit sacerdos, si tamen hoc ex fundatione requiritur, tunc non debebitur nisi sacerdoti. c. cui. de non sacerdotali. de præbend. in 6.

¶ Idem puto in mãdato apostolico intelligendum, vt no. Feli. in c. nonnulli. col. 26. versi. 9. conclusio, de rescrip. quia propter officium datur beneficium. c. fi. de rescrip. lib. 6. & iste non potest exercere officium presbyteri, ergo non dabitur ei beneficiũ nisi per clausulas mãdatorum esset fundationibus derogatum. nec posset episcopus contra institutionem beneficij dispensare, vel eam immutare, vt tradit Feli. post Cald. in c. cũ accessissent. col. 7. nume. 17. de constitu. Rochus Curtius in tracta. de iure patro. in verbo honorificum. q. 4. in fi.

31 ¶ Decimooctauò, non comprehenduntur beneficia vnita mensæ episcopali, vel capituli, quia mortuo vicario non vacant. cle. vna. versi. quidam etiam. de excessib. prælato. Idem si alio modo vnita sint, quia debentur ei, qui beneficium obtinet, cui sunt vnita de iure, vel de consuetudine, nec dicuntur vacare, ideo acceptari non possunt, vel requiri per nominatum. c. cum accessissent. de constitutio. glo. in verbo vacauerint. in §. itẽ quod omnia. de colla. in prag. Fede. consil. 187. casus talis est, dominus. & consil. 200. quod permutatio. nam vbi beneficium est vnitũ alteri perdit nomen beneficij, & exemptionis, si vniatur non exempto. Domi. in c. cum personæ. §. fi. col. vlti. de priuileg. in 6. sequitur Fel. in c. in nostra. correl. 33. de rescrip. Si tamen fieret vnio de beneficio, quod vacauit in mensibus præstitutis nominatis, adhuc posset nominatus vti suo iure, per glo. in d. verbo vacauerint. quia ius erat iam nominato acquisitũ, saltem affectum erat illi beneficium, ideo non poterat vniri per episcopum. Idẽ si non erat legitimè vnitum. Vide tamen quæ dixi in c. sicut vnire. de excessib. præla. & in praxi beneficiali in rescripto vnionib. & Pereum de Perus. in tract. de vnio. beneficio. Item quando vacaret beneficium per mortem rectoris in cuius fauorem est facta vnio in mensibus nominatorum, posset nominatus illud requirere, & veniret vtrumque. glo. sing. in c. gratia. in verbo de iure. de rescri. in 6. glo. in regula cancel. 11. & etiã vicaria perpetua posset acceptari, vt supra dixi.

Vnita mẽsæ nominatis non debentur.

32 ¶ Decimononò, non debentur beneficia post datam nominationũ creata. cle. de rescript. quia non erat intẽtio mandatoris, dicit tex. in c. mandatũ. de rescrip. c. quia sæpe. & c. cum in illis. de præb. in 6. Nam forsitan fundatores ab illis creandis retraherentur, si simul atque creata essent, deberentur, vt dicit glo. in d. cle. fi. & quia non erant in rerum natura tempore nominationum. l. si à colono. in fine. ff. de verbo. oblig. l. Aurelius. §. testamen-

Post nominationum datã creata nõ sunt nominatu affecta.

mento.ff.de libera.lega.nec erant beneficia tempore datæ nominationum. Ideo non entis nullæ sunt qualitates, & qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.l.in delictis.§.1.ff.de noxa. Imò etiam si tempore nominationum erat ordinatum per testatorem,vel alium,& nondum confirmatum, & approbatum per episcopum,adhuc non deberetur nominato vel graduato ante confirmationẽ.ita expressè tenent D.de Rota decis.545.quidam patronus.in antiq.arg.l. cum syllanianum. C.ad sylla.quia ante cõfirmationẽ episcopi nõ potest dici beneficiũ ecclesiasticũ.c.nemo.1.de consecra.dist.1.c.ad hæc.de religiós.domi. Felin.in c.cum adeo.col.3.de rescrip.de Rota decis. 17.quidã patronus.rub.de præb.Præterea rescriptũ nõ extenditur ad lites futuras.c.fi.de rescrip.nec alia rescripta ad beneficia futura,sicut nec priuilegium concessum monasterio vel ecclesiis extẽditur ad ecclesias postmodum acquisitas.c. cum capella.de priuile. Alex.cõsi.178.in occurrẽti.in 2.col.vol.2.& si papa concedat alicui,vt conferat primum beneficiũ vacaturũ, nõ poterit conferre beneficium de nouo creatum.Collecta.in c.in nostra, col.1.de rescrip. Nec in donatione omnium bonorum veniunt futura. Bar.& alij in l.stipulatio hoc modo.ff. de verbo.obliga. & l.fina.C.de pact.facit l. nam & Seruius. §. si viuo.ff.de neg. gest.cle.1.in fin.de censi.Geminia.consi'. 69. Dominus noster.

¶Sed postquam beneficium fuerit auctoritate episcopi approbatũ,debebitur his,qui postea nominationes sument, quia beneficium est.& tertia pars beneficiorum est affecta graduatis & nominatis.§.præfatíque graduati,de colla.in concorda.

¶Item nominationes bene comprehendunt beneficia,quæ vacauerãt in mensibus statis graduatis & nominatis,si erant vacãtia tempore quo nominationes cõcessæ fuerunt. gl.in §.si autẽ. in verbo inane.de coll.in prag.Brunel.vbi supra declarat.vl.cõclusio.19. Alexan.& Ias.in l. Titius.§. Lucius.nu.11.ff.de liber.& posthu.Soci.in l.si iã facta.ff.de conditio.& demõstra.tum quia nõ desinit vacatio,& sic verificatur verbũ vacãtia,vel vacatura, seu dũ vacabit,quia verbum futuri tẽporis includit præsens & præteritum.l.verbum oportebit.ff.de verb.significa. quia vacãs nunc,etiam vacabit de futuro,nisi conferatur. tum etiam quia gratia facta de beneficio vacaturo,cõprehendit etiã beneficium id temporis vacans,quod facilius papa cõcessisset,quàm ius daret ad vacatura.gl.nota. in c.si postquã de præbend. in 6.& ibi Perus.eam notat.& glo.in cap.si capitulo.in verbo capitulo.de

33 *Beneficiũ vacans tẽpore nominationis, an debeatur nominatis.*

concess.præbend.eod.lib.gloss.est alia in clemen. vna.in verbo notitia.de concess.præbend.

34 ¶Imò si habẽs beneficium curatũ obtineat aliud simile, & postea à papa impetrauerit dispensationem, vt duo curata possit tenere, talis dispensatio proderit etiam in beneficiis obtentis ante datam dispẽsationis. Paul.in propriis terminis.in l.& militibus. C.de test.milit.per l.si quis filio.§.irritum.ff.de iniusto rupt.testa.de quo plenè Spec.in tit.de lapsis.§.dicendum.versi.sed pone.de quo Ias.dubitat, licet plures decisiones tradat in l.quo minus in 21.q.Bart.ff.de flu. Ego sic conciliarem quòd dispensatio simplex non facta mentione illorum beneficiorum, quæ habet, non extenderetur ad illa beneficia iam obtẽta, per scripta à Panor.& aliis in c.ad aures.col. pen. & per Feli.in c.postulasti. circa fi.de rescrip.nam legitimatio sobolis non firmat electionẽ illegitimè electi aliàs nati, nec purgatur vitium eligentium, quia non trahitur retro. Bal.in Marg.in verbo legitimatio.q.15.probatur. in c.si gratiosè. in verbo retinere.de rescrip.in 6.

Dispensatio an prosit in iam obtentis.

¶Si autem verba dispẽsationis etiam habeant mẽtionẽ de obtentis, & non obstante quòd illa habeas, tecum dispẽsatur, tunc dispẽsatio etiam prodesset super obtentis, & ita intelligitur opinio Paul.Castren.in l.si iam.ff.de condit.& demõstra. Anch.in c.non potest.de præb.in 6.& sic respondendum erit secundum verba dispensationis & illis visis, quia si de futuris tantũ intelligantur, vtpote quia in dispensatione dicitur, quòd deinceps, vel postea possit duo recipere beneficia, & ea retinere, tunc ad obtenta non extendetur, aliàs secus, si mens pontificis possit elici, vt etiam super obtentis dispensauerit, quod est notandum. Intelligo tamen quando nullus alius erat graduatus, vel nominatus, alioqui alteri qui insinuauit, debebitur. per §.præfatíque ordinarij.& ibi dixi in glo.ante vacationem.de col.in concord.

35 ¶Et quid si beneficiũ tẽpore datę nominationũ erat suppresũ, & postea fuit reparatum, an debeatur nominato? vide Barba.in c.cum accessissent.nu.89.versic.circa istud.de constit. & Bonifa.in d.cle.fin.col.3. concludentes quòd sic.per d.c. cum accessissent.quia reficere non est de nouo facere.l.1. ff. de riuis.l.3.§. reficere.de itinere actúque priua. intellige prout notat Bart. & alij in l.1.§.si quis ædificium.ff. de noui operis nuncia. & Feli. post alios in c.consuluit.de Iudæis.Ias.in d.l.quo minus.in fin. Allego glos.in c.de monachis.18. q.2.dicentem in reparatione ecclesiæ non requiri consensum episçopi, sicut si de nouo con-

struæ

ſtruatur.faciunt nota.per Soci.in d.l.ſi iam facta.colum.vlti. & quod tradit.d.Ruſ.in tract.regalio.in 8.priuilegio, vbi concludit ſufficere tempore vacationis beneficium eſſe, ad hoc vt ſub iure regaliorum comprehendatur.

¶Vigeſimò,nõ cõprehenduntur beneficia, quæ poſſunt optari 36 per antiquiorem vigore cõſuetudinis,vel ſtatuti.c.vl.de cõſuet. lib. 6. quia in nominationibus non tolluntur cõſuetudines aut ſtatuta eccleſiarum,nec in eis dicitur,nõ obſtãtibus ſtatutis,vel conſuetudinibus,ſicut in mandatis,in quibus etiam nõ comprehenduntur,vt ibi.& in c.cum in eccleſia.de præb.in 6.Rota tamen deciſ.300. ſi mãdetur. in no. dicit per clauſulas derogatorias tolli conſuetudinem optandi. Vltima tamen non optata remanebit affecta nominato,vel graduato. gloſ. in §. Item quod omnia.in verbo vacauerunt. de colla.in prag.ſicut eſt in mãdato de prouidendo,vt in d.c. fi.de conſuet. Sic eſt dicendum in reſignatione ſimplici,vt nõ impediat optionem.c.fi.de præb.in 6.ibi cum dicit tex. dum vacant. ſed vacare dicuntur etiam per reſignationem.tex.expreſſus in cap. ſuſceptum. de reſcrip.in 6. glo. in c.ſi propter. ibidem,etiam ſi fuerit admiſſa per legatum, quia non potuit derogare ſtatutis eccleſiarum à papa confirmatis.glo.& docto.in c.pro illorum.de præbend.quia inferior nõ tollit legem ſuperioris.clemen.ne Romani.de elect.nam quando fit reſignatio cauſa permutationis ad vtilitatem partiũ, adhuc optio procedit teſte Peruſ.in d.c.fina.poſt.Imol.in cap. fi. nume. 40. de rerum permuta. ſecus ſi ad vtilitatem eccleſiæ, vt ibi.ſi tamen duo beneficia conformia nihil differentiæ in illa eccleſia in qua eſt ius optandi vacarent,non poterit tũc antiquior optare. Roma.ſingul. 487. legat teſtator. vbi dicit ſe lucratum fuiſſe pluſquam ſexaginta ducatos. & hoc per text. mirabilem & ſing.in l.cum aurum.§.ſed ſi argenti.& ibi gloſ. & Barto. ff. de auro & argento leg.multa addidi.in d.c.fi.ibi videre licebit, vbi iſtud non paſſim approbo.

Beneficia quæ optari poſſunt vigore cõſuetudinis nominatis minimè ſunt affecta.

¶Vigeſimoprimò,non comprehenditur beneficium ꝙ vnus ca 37 nonicus confert ratione ſuæ præbendæ ſpeciatim, niſi nomine capituli cõferret,vel niſi in nominationibus apponatur.R.decano & capitulo Pariſien. ſinguliſque canonicis,& perſonis eccleſiæ,tam coniunctim quàm diuiſim. ſicut in mãdatis apoſtol. dicit tex.in c.mandatum.de præb.lib.6.gl. in §.ſtatuit in verbo ſpectat.de colla.in prag. Bald.conſil.242.factum.in 3.vol.vbi ſi mandetur prouideri de beneficio ſpectante ad collationem ca-

Beneficiũ quod confert vnus canonicus non cõprehenditur.

pituli, non comprehenditur is qui iure speciali cõfert:quia quę sunt vniuersitatis,non sunt singulorum.l.in tantum.§.vniuersitatis.ff.de rerum diuisio.l. 2.& l. sicut quòd cuiusque vniuersita.no. Et tunc etiam non comprehenderetur beneficium in nominationibus,si collator tria non habebat beneficia. §. præfatíque ordinarij.de colla.in concord.nec in mandatis nisi haberet decem.§.1.de manda.ibidem.

38 ¶ Vigesimosecundò, non comprehenduntur dignitates ecclesiarum cathedralium, quia ex cõsuetudine huius regni debẽtur tantum canonicis illarum ecclesiarũ.gl.in §.quòd si quis cuiuscunque,in verbo similiter.& in §. item cẽsuit.in verbo requireret.de colla.in pragma.de Selua in tract.de beneficio.in 3. parte.q.49.Benedic.in repet.c.Raynutius.in verb.si absque. 2.nu. 10.in substitutio.fideicõmissa.de test. Extra tamen consuetudinem, vel statutum à papa confirmatum, deberentur graduatis, & nominatis,si vacarẽt in tempore illis præstituto: vt tenet gl. in §.item placuit.in verbo parochialibus.de colla.in prag.

Dignitates ecclesiarum cathedraliũ nominatis obstante cõsuetudine non debentur.

39 ¶ Fallit, quãdo esset creatus canonicus à papa ad illum effectũ, scilicet obtinendi dignitates. & istud fit à cautis nominatis, vt possint dignitates cõsequi.& hoc sibi retinuit Roma.pontifex. vt patet in cõcor.in rub.de reseruatio.§.in cathedralibus.& ibi dixi quid facere posit ille canonicus. sic papa etiam de iure potest,in c.duobus.de rescrip.lib.6.c.eum cui.&.c.hi qui, de præben.illo lib. Etiam potest creare canonicum in ecclesiis,vbi rex iure regali confert.quia ita concordatum est in d.§.si.de reserua.& quia hoc tẽdit potius in cõmodũ regis,quam in præiudicium,vt plures habiles & idoneos habeat,quibus conferat. adhæc licet papa non intendat illa conferre, tamen ad illa habilitare potest. & magna differentia est inter hæc, vt dico in simili repet.l.quòd iussit.in 6.q.Bar.ff.de re iudi.& postquam hic erit canonicus ad effectum creatus à papa, rex nõ tenebitur ob hoc eidem prouidere sed si velit,plurium habebit optionem. sic dicunt doct.in c.1. de filiis presby. lib.6. quòd papa posit legitimare naturalem tantum,vt posit habere beneficia etiã spectantia ad præsentationem laici, quia laicus non ob hoc tenebitur illum sic legitimatum præsentare,& sic erit potius commodum patroni, quàm præiudicium. Benedict.in repet.c. Raynutius.in verbo & vxorem.nume.198.de testa.quod est notandum.

Papa in ecclesiis vbi rex habet ius regaliorum an possit creare canonicũ.

40 ¶ Et valet illa cõsuetudo, vt canonicis tantũ conferãtur dignitates in ecclesiis cathedralibus. Perus.in c. si is cui. per illũ text. in vlti.

Valet con-

in vlti.nota.de præb.in 6.Barb.in c.cum consuetudinis.in prin. de consuetu. imò si simpliciter mandetur prouideri in ecclesia cathedrali non comprehēduntur canonicatus, si alia sint beneficia,& non sit in literis expressum de canonicatibus,& hoc propter honorem illius.c.quáuis.de præb.in 6.Feli.in c.1. col.4. & seq.de rescrip.de Selua.q.3. primæ partis sui tractatus de beneficio.& sic in mandatis apostolicis cōcessis secularibus ad beneficia secularia & dignitates, solet creari à papa mandatarius canonicus ad effectum, vt patet in forma māda.aposto. alioqui idem esset vt supra dixi, nec valeret ibi impetratio dignitatis, nisi illius statuti vel consuetudinis effectum exprimeret. Ioan. Colo. in c.si is cui.de præb.in 6.quod est notandum. *suetudo, vt tantum canonicis conferātur dignitates.*

¶Vigesimotertiò, non comprehenditur vnicum beneficium, quando tantum quis illius solius habet collationem.§.præfati. 1.de colla.in concor.vbi dicitur quòd tertia pars beneficiorum debetur nominatis & graduatis, & in vno non dicitur tertia pars, ergo vnum non debetur. 41 *Habens vnicum beneficiū in sua collatione non potest grauari nominationib⁹.*

¶Item nō est verisimile conditores voluisse priuare illū qui tantū vnius beneficij habet collationē, seu præsentationē, quia fortè in vita semel tātū vacabit.gl.in §.itē quòd parochialis.in verbo trienniū.de colla.in prag.Domi.cons.36. casus talis. Nicol. Milius in verbo gratia.q.48.Feli.in c.1.nu.9. & in c.in nostra, correla.24.de rescri. Archi. & alij in c. si pro clericis. de præb. in 6.gl.in cle.1.in verbo incerta. illo tit. Et ibi Bonifa. dicit sic fuisse iudicatum in audientia sua memoria, licet multa in contrarium allegata fuissent: ne tenuis vitæ homines vnico lumine priuētur.l.illicitas.§.ne tenuis.ff.de offi.pręsid.licet Catellia. Cotta.in 2.parte memoralis, in verbo limen. dicat ibi legēdum limine. Si tamē habenti tria beneficia, vel decē, directæ fuerint nominationes, vel mandatum, licet postea vnum illorum sit vnitum, tamen non nocebit impetranti, quia tempus datæ debet inspici in hoc.c.si eo tēpore.de rescrip.in 6. & factum legitimè nō debet retractari.regula, factum.de regu.iur. in 6. sic concludit Imol.in clem. 1.in fi.de præb. Et ita iudicauit senatus anno 1514.die 2.Iunij pro Renato du Voirie, cōtra Stephanū Boisrond.super ecclesia parochiali de Haubert. Cenoman. diœces. *Arrestum.*

¶Quid si vnū tantum habeat in regno, plura extra regnum, an nominationes possint dirigi ad illud? Videtur ꝙ sic, quia plura habet beneficia, nec curandū est vbicunq; sint. In cōtrariū tamē videtur, tum quia duplici onere grauaretur, nēpe in regno gra- 42 *Si vnum habet in regno, et plu*

ra extra, an nominationibus poßit grauari.

uatur nominationibus,& in beneficiis regni,& in illo quod est in regno,censetur monoculum:& si in illo grauaretur, duplici onere grauaretur. Item cumulatio summarum non fit, quando agitur de exclusione iurisdictionis,& si quando est odiosum.l.si idem.in prin.ff.de iuridict.om.iudic.sed istud esset odiosum, ergo non fiet cumulatio. Hæc quæstio fuit mihi petita in palatio. & ita respondi,dum erit operæpretium,decidam. Interim cogitandum est, quia sicut grauamen videtur respicere totum patrimonium.l.si fideicommissum.§.1.ff.de iudi.sic & hoc grauamẽ beneficiorum respicit omnia beneficia. & sic illud beneficium regni non censebitur monoculum. Videtur contrarium tenere glos.in §.placuit in verbo tollerentur.de colla.in prag.vbi dicit nominationes non posse concedi, quando gratiæ expectatiuæ, nec contra,ne nimium grauentur ordinarij: & sic requiritur ꝙ collator habeat saltem beneficia in regno tria,vt sit tertia pars.

Grauari nõĩationibus potest collator etiam extra regnũ existens ad beneficia regni.

§.præfatíque ordinarij. de colla. Et sic licet abbatia vel episcopatus sit extra regnum,dummodo beneficia sint in regno, poterunt grauari collatores, quia affecta est tertia pars beneficiorum,quæ in regno est. §.præfatíque ordinarij. de colla.& ideo nõ curo vbi sit collator,dummodo beneficia in regno sita sint. tendant ergo retia sua nominati, id est nominationes ad quoscunque collatores etiam extra regnum, dum tamẽ modo in regno sita sint beneficia.nã qui in vno alleuiatur, in alio grauari potest,vel ecõtrario.l.cum qui.ff.de iure iur.sed hic collator est alleuiatus expectatiuis.ergo nominationibus grauari poterit.

¶Et per prędicta putarem nominationes posse dirigi abbati habenti collationes decem beneficiorum,inter quę sunt duo regularia,& octo secularia,vt regularis nominatus dirigere posit illi nominationes,licet nõ habeat tria regularia, quia postquam habet vltra tria,tam regularia quàm secularia,poterit nominationibus grauari tã à regularibus quàm à secularibus, vt dixi in mandatis,in verbo decem.in §.1.de manda.aposto.cum tex. in d.§.præfati.non distinguat,& quia tertia pars quæcunque sit afficitur tam nominatis quàm graduatis,quando vacat in tempore illis præstituto, ideo si illa regularia vacent in tẽpore eisdem stato,illis conferri debebunt,quod est notandum.

De beneficiis extra regnũ sitis.

43 ¶Vigesimoquartò, nõ cõprehenduntur beneficia extra regnũ sita, cũ cõcordata ad ea non extendantur,& nominationes ad ea non possint dirigi.vt dixi supra.q.8.etiam si beneficia eis annexa essent in regno cum omnibus parochianis. nã postquam

principale

principale est extra regnú, nó debetur nominatis nec graduatis in vim nominationú vel gradus.hoc expresse tradit D. Chassa. in consuet.Burg.rub.*des censes*.§. 1.gl.*retenue*.nu.6.vide Rom.in consl.361. in casu vbi concludit legatum Franciæ posse conferre beneficia in Francia sita, etiam si collatores essent in Hispania. Item quia bonum est argumentum de personis ad locum.l.2.§. eadem.ff.ne quis eum qui in ius voc.est,vi eximat.Ias.in l.vinú. in notab.in fi.ff.si cert.pet.& consil.185. in ista col.4. vol.2. sed persona extra non potest habere beneficia in regno. sic nominationes regni non comprehédent beneneficia extra regnum, & extra locum limitatum.

¶Vigesimoquintò, non comprehenduntur beneficia quæ per mortem vnius ex collitigantibus vacant,quia lite pendente cóferri nó possunt.c.si hi.vt lite penden.in 6.clc.1.illo tit.& ibi Bonifa.deRota.deci.582.vtrú.c.si hi qui.in antiq. Hodie crederé deberi cum lite pendente conferri posśint in Francia, nec seruantur illa iura, vt sæpius vidi:& ideo si ille collitigans mortuus sit in tempore graduatis præstituto, vel nominatis, & habebat ius in illo beneficio,debet nominato conferri,si requirat, & euentus litis demonstrabit,qui est dubius.l.quod debetur. ff. de peculio. Vide quæ dixi in glo.comprehésa.§.declarantes.de manda.apostoli.in concord.videlicet an beneficium litigiosum sit affectum mandatario. 44

Beneficia per mortẽ vnius ex collitigantibus vacantia, nominatis an debeantur.

¶Vigesimosextò, non comprehenduntur beneficia spectantia ad collationem duorum si vni tantum nominationes directæ sint.c.cum in illis.§.fi.de præb.in 6. Rota decisio.271.nota. gl. in antiq.quia nominationes quádo dirigútur episcopo Magalon.nolunt grauare alium episcopum:ideo si collatio spectet ad episcopum Magalonen. cum alio non comprehenditur illud beneficium.facit l.legatis.ff.de leg.2.vbi legatum factum vxori de his quæ parata erant ad ipsius vsum, non intelligitur de paratis ad communem vsum ipsius & viri.Idem in mandatis apostolicis.per d.§.fin.doct.ibi tenent.Tamen si mandetur prouideri de beneficio spectante ad collationem episcopi Parisiésis, poterit prouidere de beneficio quod ipse confert cum consensu capituli.not.in c.vno.ne sede vacante.in 6. 45

Quãdo collatio spectat ad duos, vni tantum nõ sunt nominationes dirigendæ.

¶Vigesimoseptimò,non comprehenduntur præbendæ quádo in ecclesia non est certus numerus.Bal.consl.472.in causa in 2. vol.not.in c.constitutus. de rescrip.text. in c. ex parte.de concesl.præb.Dom.in c.si propter.col.3. versi.sed an habeat locum 46

Ecclesia cui non est certus præ-

bendarum numer⁹ nō diriguntur nominationes. de præbend.in 6.quia in illis non datur vacatio.cap.dilecto.de præben.Item quando aliquid impetratur,vel conceditur,quod in rerum natura non habet formam esse,nec speratur habere,dispositio est pro non scripta , quia non habet subiectum in quo fundetur.l.non moriturum.C. de contrahend. & committend. stipula. & not. Bald.in d. consil.472. At communius in regno præbendarum & canonicorum est certus numerus constitutus, alioqui fatuus esset nominatus tendere sua retia in illa ecclesia, cum obtinere ibi præbendam non possit.vnde melius faceret,si se sumptibus inanibus non vexaret, cum obtinere spem non laboret.l.1.ff.de inoffic. testa.

47 *De beneficio ad archiepiscopū liberè deuoluto.* ¶ Vigesimooctauò, non debentur nominatis beneficia per negligentiam ad episcopum deuoluta, quæ in suis mensibus vacauerunt, & nunc liberè ad eum deuoluuntur.nam liberè cui vult potest conferre.glo.in §.item quod omnia. in verbo conferenda,de coll.in prag.quia postquam nominati illa in suis vacantia mensibus non requisiuerunt , perdiderunt ius quod habuerunt,& libera dispositio deuoluta est ad superiorem,ac si nullus esset nominatus.nec obstat §. si quis verò. quòd fiat deuolutio similis qualitatis,quia hoc verū est quando nominatus primum requisiuit , sed quando non requisiuit, liberè poterat primus collator conferre,sic & is ad quem deuoluta est potestas.An secundus nominatus habeat alios sex menses intra quos denuò possit petere, infra dicetur,quæst.17.nume.15.

48 *Vicariæ tēporales nō subiiciūtur nominationibus.* ¶ Vigesimononò, non comprehenduntur vicariæ temporales, licet in perpetuis sit secus.cle.vna de offi.vica.cap.extirpandæ. §.qui verò.de præben.temporales in titulum non dantur.d.ca. G.perpetuus.de fide instr.Anto.de But.consi.3.in facto.alioqui duorum esset ecclesia.quod reprobat text.in ca. cum non ignores.de præben.& de his vicariis vide in d.ca.extirpandæ. §.qui verò.de præb.Et quæ plenè dicit D.Aurioli in addit. ad Guilelm.de monte laudu. in ca.super eo.illo titu.in 6.vbi plenè discutit ille miles Tholosanus. & Aegid.bella mera,consi.38.scri-

49 psi in tract.de congrua portione.

Pēsiones nō possūt impetrari vigore nominationum. ¶ Trigesimò,non comprehenduntur pensiones, quæ cum persona habentis extinguuntur.not.in ca.ad audientiam, 2. de rescrip.cap.nisi.de præbend.ca.quanuis,illo tit.in 6.dixi in tract. de pacifi.possesso, in 8.amplia.

50 *Per simpli-* ¶ Trigesimoprimò , non debentur beneficia vacantia per simplicem resignationem , sed per ordinarium liberè conferri possunt,

sunt.§.volumus.de colla.in concor.& in prag.in §.item quòd omnia.& hoc quia expressum est non comprehendi. *cẽ resignatione vacãtia non cõprehendũt noĩationes*

¶ Secus ergo in mandato apostolico, vt etiam beneficium vacans per resignationem simplicem debeatur mandatario.ca.dudum de præbend.in 6.ca.vno.de rerum permu.eo.lib.ca. suscceptum. de rescript.eo.lib. Collect.in ca.ex tenore.colum.vltim. 51
de concess.præben.quod est intelligendum nisi tales resignationes fierent in fraudem.cap.vno.de renun.in 6.& ibi declaratur quomodo probetur illa fraus,vide quæ plenè dixi in glo.vacantia.§.volumus.de coll.supra.bonum esset tamen & æquum, ne etiam in mandatis comprehenderentur propter fraudes, quas in dies faciunt ordinarij. Et ita declarauit Leo decimus, quòd beneficia per obitum duntaxat, & non aliàs vacantia, mandatariis affecta sint anno domini millesimo quingétesimo quarto,decimotertio Kalend.Octobris, pontificatus sui anno 2.& arresto fuit decisum pro collatione legati facta alij quàm mandatario de beneficio vacante per resignationem pro præbenda Carnoten. anno 1537.in vigilia Penthecostes. *Arrestum.*

¶ Trigesimosecundò, non veniunt beneficia curialium etiam 52
extra curiam vacantia, cum dicantur esse reseruata collationi papæ extrauag.ad regimen. de præbend.in communibus.& regula 5. Innoc.8.& regula 1.Cle.papæ moder. & regula 62.& si desierint esse curiales, an comprehendantur,vide Philip.Peruss. in ca. statutum.colum. 2.de præbend. in 6. *Beneficia curialiũ curialibus reseruantur.*

¶ Trigesimotertiò,non debétur oratoria nominatis, ita quòd 53
sint eis per concordata affecta,quia non dicuntur beneficia ecclesiastica. cap authoritate.de priuil.in 6. siue sint publica, siue priuata. de quibus per Card.consi.11.quædam societas.col.2.dixi in tracta.de pacifi.possesso.decima limita.nume.286.

¶ Trigesimoquartò,non comprehenduntur quando vacassent in mense Iunio, vel alio libero: nam si collata fuerint absenti, qui in mense Iulio recusauit, non debebuntur nominatis, cum de nouo non vacent recusando acceptare, text.& ibi docto. in cap.si tibi absenti.de præbend.in 6.glos. in verbo comprehensa.§.declarantes.de manda, aposto.in concord.

¶ Trigesimoquintò, non debentur beneficia, quæ per cessum canonicorum, vel decessum supprimi deberent, vt si ex viginti præbẽdis statutũ fuit quòd fierent quindecim, tunc nominatus illas præbendas non acceptabit, quia sunt suppressæ, & quod non est,non debetur.ca.dilecto.de præben.c.ad dissoluendum.

de desponsatio. impub. Nec illa beneficia impetrari possunt. Tamen si in fraudem nominatorum hoc fieret, deberentur illa beneficia.vt scripsi in §. volumus.in fin.de colla.

54 ¶ Vltimò,non comprehenduntur beneficia reseruata per extrauag.execrabilis,vel alia reseruatione.Roma. consi. 342.quo ad primum.in primo dubio, vbi dicit beneficia vacantia in curia, vel aliter reseruata non comprehendi sub gratiis expectatiuis. Sic dicerem in nominationibus, & sub gradu etiam non comprehendi.alia multa inuenies, quæ hic addere poteris, hæc tamen sunt vtilia & principalia.

Reseruata per extraua.execrabilis,nominatis nõ afficiuntur.

¶ Decimasexta quæstio principalis.

1 DEcimosextò, principaliter quæritur quo tempore beneficia vacantia nominatis vel graduatis affecta sint? Respõ. breui, si vacent in mensibus Ianuarij & Iulij nominatis debentur:si verò in mensibus Aprilis & Octobris, graduatis simplicibus.& hoc habetur in concor.rub.de regia faculta. &c. Dixi in repet.l.vnicæ,notab.vlt.C.de sentẽt.quæ pro eo quod interest. Et hæc est optima & clara prouisio quã optauit glo.prag.sanct. in §.item placuit.in verbo ordo.in fi.de colla.nam turnus turbabat & collatores,& nominatos,hodie verò ista tertia pars tẽporis est clara.Inter nominatos tantũ & graduatos cõtrouersa.

Quo tẽporẽ vacãtia graduatis & noĩatis affecta sint.

2 ¶ Et hoc tempus cõputatur à media nocte vltimi diei Decembris vsque ad mediam noctem vltimi diei Ianuarij.l.more Romano.ff.de feriis.& quod vacauit ad mediam noctẽ vltimæ diei Aprilis,debetur graduatis simplicibus.not.in c.consuluit. de offic.deleg.& Bald.in cap.2.de feriis. & sic qui iurauit soluere die dominica,potest soluere vsque ad mediam noctem.Bal.& Feli. in c.ego N.de iureiuran.Vide Catellia.Cottam in 2.parte memoralium. in verbo diem. Tamen solutionem de nocte poterit recusare creditor si damnum aliquod prætenderet,& fuisset paratus dilationem prorogare in diem crastinum. glo.sing.in d.l. more.secundum Bald.in Marga.in verbo oblatio.q.2.& Ias.in l.non solum.§. morte.nu.43.ff. de noui operis nunciat.

Quomodo computetur tempus mẽsium nominatorum.

3 ¶ Fallit in præbenda theologali,quæ est conferenda theologo, quocunque tempore vacet,cum §.primus,de colla.in concord. non præfigat tempus,sed afficiat præbendam.ergo quocunque tempore vacet,quia ecclesia cathedralis debet semper habere theologum. cap. super specula.de magist. quem non haberet si præbenda liberè posset per ordinarios conferri.

Præbenda theologalis quocũq; tẽpore vacet, theologis est affecta.

¶ Secundò,

¶ Secundò, fallit in ecclesiis parochialibus in ciuitatibus existẽtibus, aut in villis muratis, per §. statuimus. 2. de colla. in concorda, qui non repetit qualitatem mensium. ergo quocunque tempore vacent, nominatis, seu graduatis, aut illis qui saltem per triennium in theologia, vel in altero, aut in vtroque iurium studuerunt, vel magistris artium debentur. Item hæc decisio. §. statuimus, est negatiua, videlicet vt non conferantur nisi graduatis, & supra expressis, quæ totum negat. glo. in l. hoc genus. ff. de conditio. & demonstrat. nam quando lex vel statutum loquitur vniuersaliter negatiuè, tunc omnia excludit, etiam actum pium, & aliàs fauorabilem. l. obligari. ibi, ex hoc autem quod pupillus nullam rem sine tutoris auctoritate alienare potest, apparet, nec manumittere eũ sine tutoris auctoritate posse. ff. de auctoritate tuto. Ias. consi. 182. in præsenti. col. 1. volu. 2. ergo à contrario illis est conferendum, quocunque etiam tempore vacent. 4

Ecclesiæ parochiales in villis muratis sita qualificatis debentur.

¶ Tertiò, subrogatum debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. sed concordatum est subrogatum in locum prag. sanct. vt patet in procemio concord. Franciscus. ibi, saltem vice illius. & postea ibi, pragm. sanctio. vicem. & in fine ibi, Ita vt sanctionis vicem, instárque plenum habeant. & in rub. de approbatione conuentorum, ibi, loco prag. sanctio. & in aliis locis: sed in prag. præbenda theologalis & ecclesia parochialis non faciebant turnũ, sed vltra tertiam partem conferri debebant graduatis. glo. in §. insuper. & in §. item placuit. de colla. in prag. Sic vltra tertiam partem temporis in concord. graduatis præstituti eis debent cõferri hæc beneficia, & sic quocunque tempore vacent. Tertiò, ratio d. §. statuimus. est vt prouideatur literatis de hac ecclesia parochiali, & vt instruatur populus, qui est maior & idoneior in ciuitatibus & villis muratis, quàm ruri. ideo debent eis præfici viri scientia & moribus præditi, qui possint eos instruere: & tales præsumũtur esse huiusmodi qualificati. & si nõ conferrentur quocunque tempore graduatis, cessaret ratio concordatorum. nam præfici possent ignari in illis ecclesiis, ergo, &c. ita tenet gloss. in §. in ecclesiis. in verbo parochialibus. de colla. in prag.

¶ Ideo affixi conclusionem, & defendi sic, beneficia quocunque tempore vacent, nominatis aut graduatis debentur. intellige vt proximè dixi, videlicet sita in villis muratis, & quando sunt ecclesiæ parochiales, vel præbendæ theologales. 5

Conclusio. Beneficia quocunque tẽpore va-

¶ Item episcopi & alij collatores tenentur conferre beneficia

cet, graduatis aut nominatis debentur.

idoneis. cap. graue. de præbend. & idoneus dicitur, qui est idoneus moribus, scientia, & ætate. ca. cum in cunctis. in princip. de elect. vt maximè sunt graduati. ergo eis debentur beneficia de iure, quocunque tempore vacent, non tamen sunt illis affecta per concordata, nisi vacent in quatuor mensibus supra designatis. & sic potest intelligi conclusio. vide text. iuncta gloss. in cap. 1. de sponsa. impuber.

Regula de bñficio villa murata.

6 ¶ Regula ergo est, quòd ecclesiæ parochiales in villis muratis, seu ciuitatibus existentes, debentur viris qualificatis, seu graduatis, aut saltem qui per tres annos in theologia, vel altero iurium studuerint, vel magistris artium. d. §. statuimus. quocunque tempore vacent, quia ibidem commorantes sunt maioris intellectus capaces ad instruendum, quàm alij rusticani: ideo habere debent peritiores, qui eos instruere possint. cap. statutum. in princip. de rescript. in 6. & supra dixi.

Quæ dicatur ecclesia parochialis & quomodo cognoscatur.

7 ¶ Sciendum est quòd ecclesia parochialis dicitur, quæ habet parochiam ad eius curam deputatam. Panor. in ca. extirpandæ. §. qui verò. de præben. in repet. col. 3. versic. venio nunc ad aliquas. Vel parochiales dicuntur, id est curam habentes. Cardi. in cap. quia. col. 2. q. 3. de cleri. non residen. quod non est verum simpliciter, vt dico in d. §. statuimus. 2. in glo. parochiales.

8 ¶ Et cognoscitur, quando quis in ea tenetur ministrare, vel recipere sacramenta ecclesiastica, vt baptizare, confiteri, sepeliri, & alia. Panorm. in cap. de multa. colum. penult. de præbend. per glo. in verbo impendant. in cle. dudum. de sepult. Et vt parochiani diebus dominicis missam audiant. ca. vt dominicis. de parochiis. & ex aliis quæ docto. tradunt in rub. illius titu. & Roma. consi. 356. circa primum consultationis. colum. 1. Et fuerunt diuisæ per Dionysium papam, anno 266. ca. 1. 13. quæst. 1. ca. pastoralis, de his quæ fiunt à prælat.

Ciuitas quæ dicatur, vel villa murata.

9 ¶ Item dicitur ciuitas, quæ habet episcopum. ca. episcopi. 80. distinct. ca. 1. de priuileg. & villa muratata accipitur pro loco populoso muris circundato, vt glo. tradit in d. §. in ecclesiis. in verbo, villis. & sic beneficia municipiorum, & vt vulgò dicitur villagiorum, etiam muris circundatorum, non debentur graduatis. vt ibidem dicit gloss. quia in eis cessat ratio tex.

Graduati extra regnum non

10 ¶ Amplia, siue sit graduatus in regno, siue extra, cum d. §. statuimus tantum requirat gradum, studium vel qualificationem, & lex generaliter loquens generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. l. 3. de offic. præsid. gloss. in regula can-

la cancella. Iulij secundi. in 3. parte. dummodo sint promoti in vniuersitatibus. secus si sub bulla. Item quia vna & eadem est ratio in illo, ergo & iuris decisio procedet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. vt dico supra in q. 10. princ. vbi licet plenius videre. circa finem. *possunt has parochiales ecclesias habere.*

¶ Secundo, extende siue dictæ ecclesiæ parochiales sint intra 11 ciuitates, siue extra in suburbiis, quia est eadem ratio, & quia appellatione vrbis & suburbia continentur. l. 2. ff. de verb. signific. not. in c. si ciuitas. de senten. excom. in 6. & glo. in §. in ecclesiis. in verbo existunt. de colla. in prag. dicit interuenisse arrestum pro ecclesia sancti Laurentij in suburbiis Parisiorum existente. facit quòd statutum ciuitatis simpliciter disponens, extenditur ad totum comitatum. sic permulta consuluit Panor. consi. 52. in quæstione. col. 2. volu. 2. quia ecclesiæ quæ sunt in continentibus ciuitatis, in ciuitate esse videntur. l. ædificia. vbi scripsi. ff. de verb. signific. siue resideant vel maior pars intra ciuitatem siue extra, dum tamen iuxta ciuitatem in continentibus ædificiis, quia rationes supradictæ in istis habent locum. nam sunt capaces doctrinæ illi qui resident in suburbiis ciuitatis, ita sicut ciues. secus in rusticis longè distantibus à ciuitate, & ita respondissent conditores, si de hoc fuissent interrogati, insequendo rationem legis, ita & nos debemus dicere. glo. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. & ista etiam tendunt in commodum episcoporum, vt graduatis idoneis conferant, & animabus suis prouideant. *In suburbiis existentes graduatis debētur.*

¶ Tertiò, amplià, etiam si muri essent bello vel alia ex causa in- 12 ista destructi, quia tunc non cessat ratio, nec dispositio legis cessabit: secus si authoritate superioris fuerint destructi ob delictum. Lucas de penna in l. fin. C. de quib. munerib. li. 10. vbi videbis 26. quæstiones in materia murorū publicorum notabiles. Vide glos. hoc expressè decidentem in d. §. in ecclesiis. in verbo existunt. vbi dicit quòd quando facto tyranni, vel hostiū, muri ciuitatis destruuntur, non perdit priuilegia, secus si per delictum destruantur. Idem si muri ceciderunt, vel maior pars ob vetustatem, vt Melgorij iuxta Montempessulanum, quia istud priuilegium non conceditur propter muros, sed ob frequentem populum ibidem inhabitantem: & dicitur quòd locus non facit villā muratam, sed materia, arg. l. vrbana, 2. ff. de verb. signifi. & bonū esset quòd declararetur expressè de villa murata. quia sæpius in lingua Occitana dubitatur propter burgos muris vallatos. *Quādo muri sunt ob bellum destructi.*

¶ In dubio debet potius iudicari villa murata, vbi muris est circundatus locus, & numerus magnus populi, quàm non, quia *In dubio an villa*

debeat murata iudicari. hoc fauorabile est, vt doctis committantur & idoneis ecclesiæ parochiales.ca.graue.de præben.& supra in procemio concordat.& in dubio fauendum est tam graduatis, vt fieri debet.authen.habita.vbi scripsi.C.ne filius pro patre,quàm parochianis, vt dixi in d. §.statuimus.

13 ¶Quartò,extende etiam in vicariis perpetuis ecclesiarum, cum regantur eodem iure quo parochiales,& illis æquiparentur.cle. vna.de off.vica.glo.in verbo parochialibus.d.§.in ecclesiis.facit quod not. Rota decisio. 273. fuit dubitatum in nouis, vbi dicit quòd sicut episcopus non dispensat cum rectore super ætate,ita nec cum perpetuo vicario.

Vicariæ perpetuæ ciuitatum graduatis debẽtur, & in quibus cõparẽtur beneficiis curatis.

¶Item per adeptionem secundę vicarię,vacat prima.d.cle.vna. de offic.vicar. etiam ibi dicitur, quòd ætas requisita in curato, & in vicario requiritur.& hic tenetur intra annum promoueri. iuxta ca.licet.de elect.in 6.etiam tenetur residere.c.fi.de officio vica. Nec potest destitui mortuo priore.ca.adhæc.de offic. vica.& cum illis potest episcopus dispensare secundum formam. ca.cum ex eo.de elect.in 6.Feli.in d.ca.G.perpetuus.de fide instru.& debetur eis quarta canonica.Cardi.in cle.dudum. §.verum.q.22.de sepultu.& potest ordinari ad titulum suæ vicarię. ca.postulastis.de rescri.Card.in d.cle.vna.quæst.8.& æquiparatur vero rectori.ca.constitutus.&.c.Michael.de filiis presbytero. sed an rector vel vicarius sit fundatus de iure communi super decimis & oblationibus.vide ca.ex transmissa.de rescrip.c. in nostra.de sepultu.glo.in constitutio. Angliæ.rub.de institu. vicar.in 1.glos.& Aegid.consil.30.colum.13.& an prior dicatur habere curam. cle.ne in agro. §. cæterum de statu monach. de Rota decis.28.in antiq.plenè nota.in ca.extirpandæ. §.qui verò. de præben.scripsi in trac.de congrua portione. quæst.vlt.

14 ¶Tamen non requiritur,quòd ille qui habet prioratum,sit graduatus,vel qualificatus, quia non habet curam nisi habitu. Panor.in ca.extirpandæ.in repet.§.qui verò.colum.4.versic.quæro penes quem.de præben. & infra in 5. limita. dico ecclesiam habentem curam habitu, non comprehendi.vide tamen Fel. in ca.postulasti.colum.2.& seq.de rescrip.

Prioratus an requirat qualificationem.

15 ¶Quintò, amplia etiam in oppidis muris circundatis, cum sit eadem ratio.de quibus in l.pupillus.ff.de verb.signific.Alexan. in l.1.§.siue autem.de noui operis nuncia. glo. in verbo Lombardiæ.in extrau.qui sint rebelles.& Feli.in cap. Rodulphus.de rescri. quia ex communi vsu loquendi etiam villa murata dicitur

tur qui debet attendi.l.librorum.§. quod tamen Cassius. ff. de leg.3.l.labeo.de suppel.leg. & d.§. statuimus. loquitur de villa & de ciuitate. aliqui tenent non dici villam muratam, nisi sint ibi nundinæ, aut mercatum.quod non est verum,sed frequentia populi cum muris facit villam muratam.

16 ¶Sextò,amplia etiam in plebania. Feder. consil.80. factum est tale,legatus.vide eum consi.86.casus talis est, prior. in fine allegat tex.in cap.1.ne cler.vel monac.in 6. vbi sicut habens ecclesiam parochialem non potest audire iura ciuilia, ita nec plebanus.ca.super specula.nec cler.vel monach.quod intellige quando illa plebania esset intra ciuitatem,& esset parochialis,& curata,vt plebania sancti Firmini in Montepessulano,alioqui cõtra. quia §. statuimus. loquitur de parochialibus ecclesiis tantum, & plebania dicitur quæ sub se habet capellas in quibus instituuntur clerici perpetui.text.in ca.1.in fin.ne cleri. vel mona. in 6.plenè Paul. de citad.in tracta. de iure patro.in.3. parte.q. 32.in 1.causa acquirendi.

De plebania.

17 ¶Septimò, procedit, siue ille qui studuit triennium, sit baccalaureus,siue non,cum d. §. statuimus. hoc non exprimat, ergo nec ego debeo addere. nam primò dicit quòd conferantur modo pręmisso qualificatis,scilicet graduatis vel nominatis,si sint. si verò tales non reperiantur,saltem his,qui studuerint per triẽnium. & sic dictio saltem (vt infra dicam) diminuit, & etiam quia non repetit gradum.præterea quia supra statuit quinquennium ad assumendum gradum.in §.præterea.& §. tempus competens: ergo hic non intelligit quòd sit graduatus ante tempus quinquennij competens,quia nihil prodesset quo ad impetrandum nominationes, vt celerius impetrentur,nec poterit beneficia in vim gradus habere aliis qualificatis existentibus, etiam per gratificationem.d.§.statuimus.2.

Gradus an requiratur semper in villis muratis etiã his qui triennium studuerint.

¶Item hoc dixisset text.si voluisset.tamen contrarium tenet gl. in verbo qui si sit.in §. in ecclesiis. de colla. in prag. quæ fortè potuisset procedere per verba prag. secus per hæc verba concordatorum. Fallit in magistro artium, qui habere debet gradum.d.§.statuimus. nec sufficeret studuisse etiam per quinque annos sine gradu.

18 ¶Primò,limita quando vnus non insinuasset,& alius sic: tunc ille qui insinuauit,præferri debet.d.§.statuimus. ibi modo præmisso qualificatis,& ibi dixi in gl. & supra. q.14.in fi. At si nulli essent qui insinuauerint, tamen tempore vacationis vnus ac-

Insinuatio an requiratur ad ha-

bēda beneficia in villa murata. ceptat, illi dicerem tunc deberi propter illam alternatiuam, aut, & illam dictionem saltem in d. §. statuimus positam. dum tamen probaret se triennium studuisse quia melius est vt his etiā non graduatis aut qualificatis conferantur, quàm aliis ignaris. Et ista videtur mens concordatorum, vt literatis prouideatur. quod optimè fiet, si procedatur vt dixi. & etiam quia in d. §. non repetit qualificationes, sed tantum studium.

19 ¶ Et sic affixi conclusionem. Quod episcopus & alius collator beneficia nominatis affecta, etiam si non eidem insinuauerint conferre tenetur. intellige, vt dixi, vel quando insinuauit prædecessori, vt etiam supra dictum extitit, vel quando confert iure deuoluto, quia beneficia deuoluuntur cum illa qualitate, vt graduatis & nominatis conferantur. §. si quis vero. de colla. in concord. cle. vna. de supplen. negl. prælato. vel intellige in præbenda theologali nullo theologo existente qui insinuauerit, licet regulariter insinuare debeant graduati, ac nominati, vt supra dixi.

Conclusio. Episcopus tenetur cōferre beneficia noīatis etiam si nō eidem insinuauerint.

20 ¶ Secundò, fallit quando esset mandatarius, quia ille præfertur etiam in ecclesia parochiali in villa murata existente secundum quosdam. rub. de mand. apost. §. 1. in concord. quia apostolicus alteri præferri debet. ca. hi. de præben. in 6. & hoc probatur ibi, quomodocunque qualificata. quod ibidem reprobaui per multas rationes, quas ibidem vide, si lubet.

Papa per mandatum vel prauentionem cōfert nō qualificato.

21 ¶ Tertiò, restringe quando papa præueniendo confert non graduato, vel non qualificato, quia hoc sibi retinuit. in d. tit. de mandat. apostc. §. declarantes. sed ibi in glo. qualificatis relinqui cogitandum, quia videtur peruerti status ecclesiæ Gallicanæ, quem statum papa cum rege constituit ecclesiis parochialibus villarum muratarum. Ideo per alterum non potest immutari & istud videtur esse iustum, & æquum.

22 ¶ Quartò, limita, quando beneficium simplex esset intra ciuitatem, aut aliqua cappellania, tunc non comprehenderetur. quia vbi verba & mens non conueniunt, non conuenit eius dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. & text. in d. §. statuimus. loquitur de ecclesiis parochialibus, non de beneficiis simplicibus in quibus cessat ratio. d. §. statuimus. Idem in præbendis in ciuitatibus existentibus, vel in villis muratis, vt non debeantur graduatis, quia text. in d. §. statuimus, tantum loquitur in ecclesiis parochialibus, & sic non habet locum in præbendis. Fallit quando vna esset deputata curæ, tunc graduato esset

Simplex beneficium & præbenda, an qualificatis debeantur.

con-

conferenda, vt hic patet, cum ratio supra assignata in hoc casu procedat. quod est verum principaliter, secus si accessoriè. ca. super eo. de præbend. lib. 6.

¶Quintò, fallit quando esset parochialis habitu, vtpote quia ibi nullus remansit parochianus. nam tunc cessat ratio dicti §. statuimus. ergo & dispositio cessabit. ca. cum cessante. de appellatio. glo. in d. §. in ecclesiis. in verbo parochialibus. hoc in propriis terminis tenet. & communiter approbatur, quia deficientibus personis collegij desinit esse collegium. Sic deficientibus parochianis, desinit esse parochialis ecclesia. nota. in l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersita. nomi. Archid. & alij in c. licet canon. de elect. in 6. vbi concluditur, quòd habens istam ecclesiam, nõ tenetur promoueri intra annum. gl. in extrauag. execrabilis. Io. 22. in principio in verbo habentia. de præbend. Panor. & Dec. in c. pastoralis. §. fin. de rescrip. Barb. in consi. 17. præclare. col. 5. in 1. volum. vbi dicit istam opinionem esse communem, per ea quæ notantur per illum tex. in cle. vna de offic. vicar. inquantum loquitur de ecclesiis curam animarum habentibus, quia illud dicitur haberi, quod cum effectu habetur. l. nomen filiarũ. §. habere. ff. de verbo. signific. Etiam dicitur quòd verba accipi debent cum effectu. l. 1. §. 1. ff. quod quisque iuris. de Bella mera consi. 38. supposito. col. 3. versiculo, nec obstat quod benedicet, &c. & pro hac opinione facit text. in l. vinaria. ibi, tandiu in ea causa esse, quandiu vinum haberent. cum sine vino esse cœperint, desinerent in eo numero esse. ff. de verbo. significa. Archid. in cap. si apostolica. de præbend. in 6. nisi esset verisimile quòd parochiani breui essent reuersuri, vtpote quia superstites erant in alio loco, & domus eorum remanebant adhuc constructæ in loco curæ. secus si erant dirutæ. Collect. in c. de multa. col. 1. de præbend. argu. cap. pastoralis. 7. quæst. 1. 23

Parochialis actu debet esse antequam debeatur qualificato.

¶Sextò, fallit quando esset graduatus sub bulla, quia text. in d. §. statuimus, dicit in vniuersitate priuilegiata, ergo non possent habere illam ecclesiam hoc genus graduati, quia non sunt in vniuersitate promoti. Item quia non sunt promoti in vniuersitate famosa, de qua tex. intelligitur. & quia non gaudent priuilegiis aliorum in hoc regno. vt infra dico. quæst. vltim. & supra dixi. quæst. 10. plenius. 24

¶Septimò, fallit in licentiato in artibus, vel in illo qui studuerit triennium in medicina, cum tantum exprimatur in d. §. statuimus. ille qui studuit in theologia, vel in altero iurium, & magi- 25

ſter artium, ergo alij excluduntur, arg. l. cum prætor. ff. de iudi.

26 ¶ Octauò, non procedit, quando ecclesia parochialis esset accessoriè annexa alteri nō existenti in villa murata, vel in ciuitate, tunc qui est capax principalis, erit etiam capax accessorij, nec conferri debet, vt hic. argu. tex. in ca. super eo. de præbend. in 6. hoc expressè tenet glo. in d. §. in ecclesiis. in verbo parochialibus. in fine. quia accessorium sequi naturam principalis conuenit. l. cum principalis. ff. de regu. iur. & dicta regu. accessorium.

Parochialis annexa non debetur.

27 ¶ Facit quòd si episcopus dispensaret cum illegitimo ad beneficium simplex, si illi esset annexum curatum, erit dispensatus capax & annexi. Domi. & Perus. in cap. 1. de filiis presbyter. quia vbi beneficium est vnitum alteri, illud annexum perdit nomen beneficij. Rota decis. 370. nota quòd vbi. in antiq. nec in eo tenetur rector residere, nec ad sacerdotium intra annum promoueri. cap. extirpandæ. §. qui verò. & ibi dixi. de præbend. Nicol. Milius in verbo ecclesia parochialis. vlti. Si tamen vniretur in fraudem nominatorum, posset nominatus post mortem possessoris illam requirere, & acceptare. per not. in cap. fina. de rebus eccles. non alienand.

28 ¶ Nonò, limitatur quando esset ecclesia parochialis collegiata, tunc non procederet. quod hic dicitur per cap. statutum. iuncto cap. licet canon. de elect. in 6. & ibi multa addidi. tum quia sunt diuersa, tum quia nominando minus, non comprehendit maius, siue dignius. cap. sedes. de rescrip. glo. in verbo parochialibus. in fin. in dicto §. in ecclesiis.

29 ¶ Decimò, non procedit quando vacaret in curia, quia tunc liberè solus papa confert. cap. 2. de præbend. in 6. limita. vt dico supra quæst. 15. nume. 27. & sequen,

30 ¶ Vndecimò, fallit quando conferretur ex causa permutationis non qualificato, dum tamen modo sit graduatus iure. nam tunc sufficiet, quia vbi est eadem ratio, & idem ius est statuendum. l. illud. ff. ad leg. Aquil. sed eadem ratio procedit in hoc casu, quando confertur graduatis, etiam qui non insinuauerunt, quæ in aliis qui insinuauerint. nam insinuatio nil addit ad doctrinam: ergo sufficiet conferre beneficium in villa murata ex causa permutationis ritè graduatis. Secundò, beneficia vacantia causa permutationis sunt excepta in §. volumus. supra de colla. ergo. & in §. statuimus. immediatè seq. excipientur, videlicet vt conferri possint graduatis tantum, etiam non insinuatis.

¶ Tertiò, fortè nō maior fauor parochianorum erit habere nō

insinua-

insinuatum, quàm eum qui insinuauit, dummodo vterq; sit graduatus. nam populū vno tenore vnus & alter instruere poterit.
¶ Quartò, beneficia nō possunt conferri aliis quàm permutantibus. c. vno. & clem. vna. de rerum permu. in c. inter. & ibi docto. de præben. si ergo quis permutet cum ritè graduato, illi est conferenda ecclesia parochialis villæ muratæ. & maximè à papa.
¶ Non obstat quòd non sit præmisso modo qualificatus, quia per æquipollés potest dici modo præmisso qualificatus, vt tradit gl. in §. in ecclesiis. in verbo qualificatę. de colla. in prag. vbi exponit tex. vt supra qualificatę, puta magistri, aut doctores, vel licentiati in theologia, in iure, vel medicina, & nil dicit de insinuatione. vel etiam potest dici quòd illa qualificatio nō requiritur in beneficio vacante ex causa permutationis, idem dico in theologo, vt possit permutare cum licentiato vel baccalaureo formato, etiam non insinuato, postquam permutat cum idoneo & capace. vt etiam notatur in §. 1. in glo. alteri. de colla.
¶ Duodecimò, regula perdit officium suum, si dicta parochialis 31
ecclesia vacaret in mensibus ordinariorū, quia tunc poterit ordinarius conferre graduato, etiam non insinuato, per §. pręfatíque ordinarij. ibi, liberè conferantur. de colla. alioqui non diceretur ordinarius liberè conferre, quod concedit eidem tex. Item ibi dicit, possint liberè, ergo illa potestas omnino non videtur sublata. Secundò, conferendo graduatis etiam nō insinuatis, satisfit rationi legis, satisfit & graduatis, & parochianis, & ordinariis, ergo iste intellectus conformis omnibus, debet teneri. Tertiò, per hæc concordata intendunt conditores grauare ordinarios minus quàm possunt, arg. tex. in l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de lega. 2. Ias. consi. 109. in 2. volumi. sed minus grauantur in hoc casu, quando in suis mensibus vacant. vt liberè conferant, graduato tamen, & eligere ex pluribus possunt vnum. Quintò, in §. statuimus. primo. de collatio. dicitur, quòd ordinarius poterit conferre his qui insinuauerint, quo ad beneficia in mensibus eis deputatis vacantia. ergo in mensibus ordinariorum poterunt conferre idoneo, & capaci, licet nō insinuauerit, quia capax est istorum beneficiorum graduatus.
¶ Vltimò, fallit quando non appareret beneficium vacasse tempore stato nominatis & qualificatis, paria enim sunt nō esse, & nō apparere. l. duo. ff. de testa. tutel. & nominatus qui fundat se in tēpore, dicēs beneficiū suo tēpore vacasse, debet hoc probare, l. eum actum. ff. de neg. gest. & supra dixi in 14. q. nu. 9. & seq.

Recredentia an debeat adiudicari nominato, etiamsi negetur beneficium vacasse tempore eisdē affecto.

nisi fuerit ecclesia parochialis, quæ, vt supra dixi, debetur graduatis quocunque vacet tempore. Ex quo infertur, q̄ si negaretur beneficium vacasse in tempore nominatis & graduatis præstituto, tūc qualificatus hoc tenebitur probare, & sic cum in recredentia nō admittantur probationes, sed ex titulis adiudicatur, nominatus non obtinebit recredentiam, nisi probaret literatoriè, vt docet ordinatio regia ex publica. 1539. artic. 50. quod est verum, quando collationes factæ fuerunt, & requisitiones in tempore libero, tunc præsumitur quòd eo tempore vacauerit, vtpote in mense Maio, vel alio non affecto qualificatis, secus quando nominatus requisiuit beneficium sibi conferri vacans in mense eis affecto, & collator responderit prouidisse, tūc qualificatus plures habet pro se præsumptiones, quàm non qualificatus, ideo probare non tenebitur quo ad recredentiam. Prima præsumptio qualificati est requisitio, non enim præsumitur delictum. l. merito. ff. pro socio & sic non præsumitur quòd nominatus deliquerit requirendo beneficium viuentis. Secunda est præsumptio scientiæ, non enim est malum præsumendū in graduato. quis enim de facili crederet, quòd vir præditus scientia literarum propriæ salutis oblitus ad eam passionis ignominiam se conuerteret, vt beneficium viuentis requireret? tex. in cap. penul. de presumpt. cap. in nostra. de procurat. Tertia præsumptio est confessio episcopi, quæ dicit prouidisse, non debemus præsumere, quòd episcopus dixisset, si non esset verum, cùm viri sint prouidi & honesti. c. nisi essent. de præb. licet contrarium soliti sint aliqui facere. Quarta præsumptio est, quando collatio facta est in tempore affecto qualificatis, non præsumetur quòd episcopus contulerit beneficium viuentis, & non vacans, cum à iure sit prohibitum. cap. 1. de conceſſ. præbend. Nec ad recredētiam adiudicandam nominato, vel graduato requiruntur omnes istæ præsumptiones, sed sufficit vna, vel duæ pro arbitrio iudicis. argum. l. 1. ff. de iure deliber. Alioqui si contrarium diceremus, daretur materia delinquēdi, quia prouisus ab ordinario semper negaret beneficium vacasse tempore affecto nominatis, & semper recredentiam haberet, ideo iudices super hoc debent aduertere, & in dubio literatis fauere, per ea quæ dico in glos. nominatis. in versicu. 8. differunt supra. de manda. apostol. Imò acceptatio beneficij præsumitur facta intra tempus debitum, quia præsumptio est, quòd quilibet velit sibi acquirere. argu. l. si defunctus. C. arbitrium tutel. iuncta. l. cum de indebito. ff. de probat. hoc expres.

expressim sentit Roch.Curt.in trac.iuris patro. in verbo hono rificum.q.49. Et ad regulam, quòd quis semper præsumatur viuere, facit l.2.§.si dubitetur.ff.quemadmodũ testa. aperiant.vbi glo.quam limitat Soci.in l.si inter virum.& l.penult.ff.de rebus dub.vbi videbis multa.& in praxi benefi.quam edidi.

¶ Decimaseptima quæstio principalis.

1 DEcimoseptimò principaliter quæritur, quid agere debeant nominati, vel graduati, dum beneficia vacant in tempore eisdẽ assignato? Respon.debent requirere illa beneficia sibi conferri intra sex menses, à die vacationis cõputandos, & vt dicunt summare collatorem, vel eo absente suum vicarium, vt eisdem conferat tale beneficium vacans.§.teneantur. in fi.de colla.qui si conferre recusauerit ad superiorem immediatum debet accedere, & ab eodem collationem petere sibi fieri iure deuoluto. hanc practicam tradit gl.non ita planè tamẽ in §. quòd si quis cuiuscunque.de coll.in verbo eo ipso.in prag. Et si ille superior recusauerit conferre, accedat gradatim ad alium proximum superiorem, & postea ad legatum, vel ad papam. hoc tradit tex.in §.si quis verò cuiuscunque.de colla.in concord.vbi dixi papam posse adiri omni tempore iure concursus.

Nominati quid agere debeant, dum beneficia vacãt in tempore eisdem assignato.

¶ Aduertendum est tamen, ꝙ si nominatus requirat sibi cõferri iure deuoluto, licet non sic vacaret, & archiepiscopus sic confert, nõ valebit collatio, etiam si ex alio capite illam collationẽ facere potuisset.tex.not.& ibi Panor.& alij in c.ex parte.de cõcess.præb. Dec.consil.129.& pro tenui.col.3. vbi dicit ꝙ quando episcopus facit actũ ex iure sibi deuoluto, & illud nõ sit verum, ille actus nullus, etiamsi ex alio capite illũ actũ facere potuisset.vide tamen ibi, quia hodie in singulis collationibus solet apponi clausula, vel aliàs quouismodo vacet, & sic cessat dubiũ.

¶ Quæro, intra quod tẽpus nominatus vel graduatus debeat petere sibi cõferri beneficium? Videtur ꝙ simul atque scit vacare. arg.l.in omnibus obligationibus in quibus dies nõ apponitur, præsenti die debetur.ff.de reg.iur. Et sic statim debet acceptare & requirere, saltem intra mensem, cle.vna.de concess.præbend. 2

¶ Item quia ecclesiarum vacatio diutina est dispẽdiosa.c.quam sit.de elect.

¶ Contrariũ est verius, ꝙ possit requirere & acceptare intra sex mẽses, intra quos ordinarius potest cõferre, vel patronus præsen

Intra quod tempus nominatus vel graduatus debeat petere sibi cõferri beneficium.

tare.c.vno.de iure patr.in 6.c.2.de concess.pręb.quia postquam in concordatis tempus requirendi nõ est statutũ, erit arbitrariũ. arg.c.si clericus.de præb.in 6.gl.in verbo scilicet. §.item quòd omnia.de colla.in prag.Et ita debet arbitrari, vt infra tempus quo potest per ordinarium cõferri,requiratur.Brunel.in tracta. de dignit.leg.19.conclusio.in 6.declara. alioqui collatio ad superiorem liberè deuoluitur.Et ita communiter tenetur.nam sicut bonorum possessio competens alicui, debet intra tempus à iure statutum peti, alioqui repellitur is qui vult petere.l. penult. ff.quis ordo in bono.possess.seruet.& l.2. C. qui admitti.sic erit in requisitione nominati & graduati. nec obstat quòd in contrarium allegatur,videlicet d.l.in omnibus.quæ loquitur in cõtractu,in quo aliquis promisit decem,vel aliam rem,tunc enim videtur voluisse dare statim,quia in potestate sua erat exprimendi aliud tempus,si voluisset.l.veteribus.ff.de pact.nec obstat d. cle.vna.quia loquitur in expectante apostolico cum clausula acceptandi.nam illi datur tantum mensis.hic de alio expectante, vtpote de nominato vel graduato.Nec obest quòd vacatio sit dispendiosa,quia permittitur vsque ad sex menses,postquam illud tempus est præstitutum à iure ad conferendum.

¶Quid in exemptis?vide glo.in d.§.q si cuiuscunque.in verbo gradatim,in prag.& in c.cupientes.de elect.& ibi not.plenè dixi in §.si quis verò.in verbo ad alium superioré. de coll.supra.

Collatio ab archiepiscopo facta nõ requisito prius episcopo non valet.

3 ¶Secũdò quęro,pone quòd nominatus iuit ad archiepiscopũ, non facta requisitione primi conferentis,& facta est eidem collatio,ordinarius contulit alteri, vtra collatio valeat?Videtur q superioris, propter eius prærogatiuam.c. si à sede. de præbend. in 6.Item quia in collationibus attenditur tempus datæ.c.eam te.de rescrip.c.si eo tempore.illo titu.in 6.

¶In contrarium me trahit tex.in d.§.si quis verò cuiuscunque. vbi primò requirendus est primus conferens, quia nõ dicitur facta deuolutio ad superiorem antequam primus recuset,vel malè conferat,vel tempus sex mẽsium sit elapsum. Sed non recusauit qui non fuit requisitus, nec malè contulit,ergo non fuit intra sex menses facta deuolutio. quia ibi non est mora, vbi nec petitio.l.eius qui.ff.si certum petatur.hic non erat mora per ordinarium primum, quia non fuit ab eo petitum. ergo non valet,nec potest dici deuolutum. Facit quod dicit Baldus in l.prima.§.magistratibus.ff.de magistr.conuenien. vbi dicit, quòd si per statutum puniatur potestas non inquirens,excusatur tamen si ne-

Excusatur magistratus non puniens delictum non sibi notificatum.

ſi nemo eidem denunciauerit. ſequitur Iaſ.conſil. 168.ſtatuto. col.1.in 2.vol.hoc etiam eſt introductum in fauorem ordinario rum,vt conferát antiquiori,& ei qui inſinuauit,quod non perquirit is qui iure deuoluto confert, ſed primo petenti regulariter confert,& ſic anfractibus & expenſis onerantur nominati, quod ius reprobat in ca.diſpendia.de reſcrip.in 6.imò etiam ſi notoriè conſtet,quòd epiſcopus contulit alicui,adhuc debet re quiri,vt tenet glo.in §.quod ſi quis cuiuſcunque.in verbo,eo ip ſo.de colla.in prag.dicens ita teneri de cóſuetudine, quæ eſt optima legum interpres.l.ſi de interpretatione.ff.de legi.ſequitur Brunel.in trac.de dignitate legati.19.conclu. in 6.declara.quia ſi contulerit indigno,& non nominato, poterit nunc conferre nominato ſecundum eos.

¶Sed contrarium infra dicam,ergo eſt requirendus. Non eſſet tamen os ponere in cœlum,dicere,quádo notorium eſſet collationem eſſe factam à primo collatore qualificato indigno,vel quando probatur fuiſſe factam, an ſe archiepiſcopi requiſitionem,collationem archiepiſcopi valere, & requiſitionem primi non requiri,tum quia in notoriis non requiritur citatio, ergo minus requiſitio. Deci.in l.fi.ff.de iuriſdict. om.iudic.&.c. cum ſit Romana.de appella.poſt Bald.in marga.in verbo citatio.q. 69.& Nico.de Milis in verbo citatio.q.86.Barb.conſil.70.columna quinta,in 4.vol.tum etiam quia ſi primus collator conferret iſti ſecundo nominato requirenti,iſta collatio eidem non prodeſſet,ergo fruſtra requireret,ideo non eſſet malum in noto riis adire ſuperiorem, etiam ſine requiſitione primi collatoris. nam concordatum non aſtringit nos ad hoc faciendum,ſed requirit tantum quod primus diſpoſuerat,ſufficit, quia deuoluta erat poteſtas ad ſuperiorem, & ſic potuit conferre iure. & hoc in his caſibus,in quibus non poteſt variare, alioqui contra,vt proximè ſequitur.tutius eſt ante factum,ne proceſſibus inuolua ris,vt primum requiras collatorem, poſt factum nó annullarem collationem habitam ſine requiſitione,ſi iam erat facta collatio à primo,quia hoc eſt æquum.

In notoriis requiſitio non requiritur.

4

¶Tertiò quæro, quid ſi epiſcopus beneficium vacans in tempore debito nominatis vel graduatis, conferat non nominato, vel nó graduato,an poſtea nominato requirenti poſſit conferre,vel graduato? Videtur quòd non. variatio enim eſt prohibita,maximè epiſcopis & perſonis eccleſiaſticis.cle.vna.de renũç. ergo non variabit alteri conferendo.

Ordinarius conferens nominato, an poſſit variare.

¶ Secundò facit, quia nemo potest mutare consilium suum in alterius iniuriam. reg. nemo potest mutare. ff. de reg. iuris. sed per collationem est quęsitum ius illi, cui est collatio facta etiam absenti. c. si tibi. de præb. in 6. ergo in præiudicium illius non mutabitur collatio illi facta.
¶ Tertiò, collator conferendo incapaci functus est officio suo, sicut iudex quando iudicat, siue bene, siue malè iudicet. c. in literis de offic. deleg. dixi in repet. l. quod iussit. ff. de re iud.
¶ Quartò, prima collatio impedit secundam, donec prima sit irrita & annullata. c. post electionem. de conceff. pręb. ergo & hic c. nosti. &. c. considerauimus. de elect.
¶ Quintò, collatio facta post deuolutionem potestatis ad superiorem, vbi deuolutio fit ipso facto, vt in hoc casu, est nulla. c. licet. &. c. fin. de supplen. negli. prælato. sed deuolutio fit ipso facto, per §. si quis verò. de colla. in concor. igitur, &c.
¶ Sextò, per collationem confertur ius ei, cui confertur beneficiũ. ꝓbatur per locũ à speciali, in c. si tibi absenti. de pręb. in 6. c. gratia. de rescrip. eo. lib. vbi nõ acquiritur ius absenti, vt suum dicere posit ante acceptationem: ergo præsenti sic. sumẽdo argumentum à contrario sensu, quod est validum. l. 1. ff. de offi. eius. sic qui cõtulit nõ nominato postea nominato, cõferre nõ poterit. alioqui quotidie sic variaret, & infinitas collationes faceret: & nominatos processibus inuolueret, quod maximè est vitãdũ.
¶ In contrarium videtur. c. fi. de iure patro. vbi capitulum Eboracen. contulit eccesiam eligendo, & quia ad eos spectabat tantum ius patronatus, post appellationẽ factã voluerunt præsentare. quod concedit ibi papa, sic etiam hic concedendum est, vt si collatio fuerit facta non qualificato, ꝙ fiat postea qualificato.
¶ Secũdò facit, quòd melius est seipsum corrigere, quàm ab alio corrigi spectare. §. 1. in authen. de nup. colla. 4. & sapientis est in melius mutare consilium. glo. in l. nonnunquam. ff. de colla. bono. ac magnæ sapientiæ est reuocare quod malè egeris. cap. magnæ. 22. q. 4. dixi plenè in rationibus dubitandi in repet. l. quod iussit. ff. de re iudi.
¶ Item non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. reg. non præstat. de reg. iur. in 6. sed hæc prima collatio est nulla ratione decreti positi in concord. in §. si quis verò prosequente nominato. ergo non præstabit impedimentum ad secundam collationem faciendam. Probatur etiam in §. fin. de colla. in cõcord. vbi astringit collatores ad cõferendum nominatis

natis vel graduatis, sub pœna suspensionis, quando ipsi requirent, vel quando constat aliquos esse nominatos. sed quãdo primus collator contulit, non apparebat eidem esse aliquem nominatum qui vellet beneficium. ergo quando constabit, poterit conferre, quia de nouo peruenit ad notitiam suam esse aliquos nominatos, vel nominatum, & illa notitia multum prodest. c. vt circa. de elect. in 6. c. pastoralis. de excep.

¶ Insuper quando non est adiecta dies, potest mora purgari, vel quando est adiecta ante dici lapsum. l. celsus. ff. de arbit. l. & si post tres. si quis cautio. l. si insulam. de ver. oblig. ideo vt euitet pœnam collator, poterit ritè conferre nunc, licet primò defecerit alteri conferendo, quia executor mandati apostolici si contulerit beneficium nõ debitum mihi, poterit iterum cõferre etiam sine nouo mãdato ei cui debebatur. Ita Card. in c. capitulum. q. 18. de rescript. sic & collator in casu isto.

¶ Idem puto dicendum si collator cõtulerit beneficium coram eo resignatum, quia si postea nõ vixerit resignans per 20. dies, poterit ordinarius illud beneficiũ alteri de nouo conferre, cum alio iure vacet, videlicet per mortem. & quando sine culpa collatoris collatio irrita fit, vel electio, tunc reuertitur ad eosdem. & possunt variare, & eligere alium. tex. est expressus in c. si com promissarius. de elec. in 6. sed ista collatio prius facta de beneficio coram eis resignato est nulla per regulam cancella. disponẽtem beneficium vacare per mortem, si resignãs ante 20. dies moriatur. ergo, &c. 5

Beneficium resignatũ si collatũ sit et resignãs moriatur ante viginti dies, potest iterum conferri.

¶ Præterea facit d. c. nõ præstat. de reg. iur. in 6. & dicit Domi. in c. si tibi absenti. de præb. in 6. quòd si ordinarius contulerit Bernardo beneficium, & is recusauit, quòd ordinarius poterit iterum alteri conferre. sic & in hoc casu dico, vt Io. de Selua in trac. de beneficio, in 3. par. q. 33. refert. & sic ordinarius qui in mẽse Iulio contulit beneficium vacans per resignationem non nominato, si resignãs moriatur ante 20. dies, in dicto mense Iulio, poterit iterum & debebit conferre nominato. si verò contulerit in mense Augusti beneficium vacans per resignationem, & resignans moriatur ante 20. dies poterit idem ordinarius alteri conferre, vel eidem beneficium illud quod nunc vacat per mortem, per prædicta.

¶ Nec refragatur cõsilium Dec. 224. in casu. in fin. satis leuiter datũ, vbi dicit illam regulam cancel. 18. non habere locum in ordinario, quia regulæ cancellariæ non sunt leges generales, sed

An regula de 20. diebus habeat

locũ in ordinario. tantum ligant resignátes coram papa. nam in pontifice est maior præsumptio subreptionis, quàm in ordinario. allegat clc. 1. de offic. ordina. debet allegare cle. vlt. ibidem. ergo in papa tantum habebit locum. Contrarium teneo, videlicet quòd illa regula habet etiam locum in ordinario, quia regulæ cancellariæ extractæ ex rationibus iuris naturalis, ciuilis, vel canonici, à populo receptæ, habent vim legis, & ligant omnes, sicut ratio legis, etiam si non esset regula: & sunt seruandæ, præsertim viuéte earum conditore. vbi non sunt iuri contrariæ, nec decretis sanctorum patrum. Io. And. in regula nemo potest. de regu. iur. lib. 6. in Mercuria. vt refert Aufre. in decis. capel. Tholosa. q. 444. an regulæ. & sapiunt naturam legis. Ioan. Francis. in præfati. ad extrauag. Ioan. 22. & ligant omnes. c. 1. de constitu. ne ordinarius sit melioris cõditionis quàm papa, etiam in ordinario procedet. d. regula. Ideo concludit de Ripa in ca. 2. in fi. de rescrip. regulam de verisimili notitia habere locũ etiam in ordinario, quia extracta fuit de corpore iuris, videlicet de c. detestáda. de concess. præb. dixi in gl. iure præuentionis, in §. declarantes. de manda. aposto. Item hæc regula de 20. diebus est extracta à c. 1. de præb. ergo habebit locum etiam in ordinario, ne in beneficiis fiat testamentum, & ne successio detur in illis. nec aliquid facit surreptio, quia non agitur de surreptione in illa regula. & Gomes. in procemio reg. cancel. q. 2. vbi multis modis,

¶ Item si regulæ cancellariæ loquantur de actu expediendo in curia non habebunt locum extra curiam, sed quando loquuntur simpliciter. sic Feli. in d. c. 2. col. penu. sed ista regula loquitur simpliciter, ergo habebit locum tam in curia quàm extra, & tam in papa, legato, quàm in ordinario.

¶ Preterea est facta ab obuiandum malitiis & suasionibus illorum, qui inducũt aliquos semimortuos ad resignádum, & quodammodo ad faciendum testamentum de suo beneficio, quod secum moriendo ferre non possunt, vt tenet gl. in d. regula. & licet curiales dederint causam faciendi, tamen non minus habebit locum in aliis. l. 1. ff. de postulan. & sic recepta est à parlamentis. & ad euitandum istas opiniones papa modernus Paul. 3. addidit dictæ regulæ, quauis authoritate conseratur. Et sic hodie non est amplius dubitandum, quin habeat etiá locum in ordinario, & ita teneo, quanuis multi dubitent. & sic fuit iudicatum

Arrestum. pro magistro Francisco de Borges contra Bricon, anno 1539. in vigilia assumptionis diuæ Virginis, & prolatum in senatu

Parisien.

Parisien.ita quòd hodie non est dubium, quanuis multa super hoc scribat D.Gomes.in commentar. huius regulæ.q.17. & q. 26. vbi mecum conuenit. & ita etiam dicit fuisse in Rota iudicatum.& Cassado.in decis.31.super regulis cancel.tamen dubitat quando beneficium est sub præsentatione, & dicit non habere locum:sed tamé eadem est ratio in vtroque casu.& sic fuit judicatum in hoc senatu,anno 1536. die 2.Iunij, pro magistro Gofrido *le tainsturier* defensore, cótra peregrinum Rossellet actorem,super capella in ecclesia sancti Andreæ Cassiduni.Procedit etiam in collationibus factis à rege, vt fuit in senatu conclusum, anno 1495. die prima Decemb. in processu super possessorio pendente super capella sancti Laurétij in ecclesia Melden.vt à quodam fide digno accepi.Non obstant supra allegata,videlicet quòd variatio sit prohibita.nam quando tendit ad bonum non prohibetur.d.c. magnæ. nec dicitur variare, qui à facto quod notoriè non valet,recedit.d.cap.cum terra. per l.2. ff.de optio.lega.Panor in ca.causam.de electio. nec dicitur collator variare in iniuriam non nominati,quia eidem non poterat fieri collatio prosequente nominato. ideo quando apparebit nominatus, & prosequetur collatio erit irrita: ideo mutabit consilium in commodum nominati, lege hoc dictante. & maius esset incommodum non qualificato,si prosequeretur collationem nullam.nam superior etiam cóferret si ordinarius primus recusaret.

Arrestum.

Arrestum.

¶ Nec obstat quòd prima collatio impedit secúdá,quia verum est,quando ambæ collationes fierent ab eodé ordinario,& eodem iure.sed prima fit iure ordinario.secunda fit coactè,videlicet respectu nominationis,vel gradus.ideo prima nulla non impediet secundam.gl.in d.c.considerauimus.de electio.& d.c.super eo.vbi etiam collatio nulla non impedit, quin secunda fiat etiá prima nó annullata.Panor.in c.auditis.col.2. de elect.text. in c.dudũ.& ibi Perus.in 4.nota.de præb. in 6. & idem quãdo collatio secúda fiebat à diuerso collatore.& censetur etiá diuersus,quando vnus diuerso iure cófert,quia prima nó impedit secundá.c. quia diuersitaté. de cócess.præb. hoc firmat in propriis terminis gl.in §.ꝙ si quis cuiuscúque.in verbo eo ipso. de coll. in prag.quam ad verbum tráscribit Selua in tracta. de benefic. in 3.parte.quæst.47.& infra dicetur. Vel nó obstat quòd nó valeat secunda collatio,vel electio prima non cassata.Respon.verum esse quando non cóstabat notoriè primá viribus non sub-

Prima collatio an impediat secundam.

sistere.& ita intelliguntur iura prædicta.secus si constaret primá esse nullam, quia tunc electio secunda fieri potest vel collatio, etiam non cassata prima.c.cum terra.in fi.ibi tandiu in electione,&c.&.c.auditis.de elect.c.illud.& ibi Ancha.1.no.de iure patro. Vnde,quando collatum fuit ignoranter beneficiũ indigno, tunc quia notoriè non constat de illa indignitate, & ignorãter conferens non est priuatus potestate conferendi, vel eligendi, ideo pendente illo dubio nõ potest iterum cõferre, vel eligere, & sic loquitur d.c.inter dilectos.& ibi Panor.col.3.dicit istum esse verum & clarum intellectum.sed in hoc casu notoriè constat collationem primam, vel electioné factam per resignationem esse nullam ratione regulæ cancel.quia ius est certũ & notorium.l.ornamẽtorum.ff.de au.& arg. leg. & etiá extrauagans recepta,ca. pastoralis. de fide instru. vbi nota.& idem in regula cancel.recepta,quæ pro iure habetur,vt supra dictum est.

¶Ideo si primò præsentatio fiat vicario non habenti potestatem instituẽdi, secundò fit episcopo,valebit secunda prẹsentatio,cum prima sit notoriè nulla.no.in c.1.de iure patro. Item litis contestatio coram iudice incompetenti facta, pro non facta habetur.l.si pater.C.ne de statu defuncto.& ibi glo.& Barb. in c.Raynaldus,col.35. de testa. Item iudex ordinarius postquam sententia est nulla,denuò cognoscit.l.si vt proponis.1. C. quomodo & quando iudex.l.si accusatoribus. de accusa. Quando contractus super vna re initus est nullus, potest super dicta re contractus vtilis & efficax celebrari etiam in persona eiusdem, & dicitur possidere ex secunda concessione.text. in c.continebatur.& ibi Ancha.4.no.de his quæ fiunt à prælat. Et si prima collatio vel electio sit ipso iure nulla,valet secunda electio, nõ tanquam secunda,sed tanquam sola:quia quod nullum est,nullius est authoritatis vel ordinis. Bald.in d.c.considerauimus. in princi.& prima collatio nõ dicitur prima,sed nulla. c. factus,7. quæstio.1.ibi,nam non secundus,sed nullus est.dixi in gl. duobus.de manda.aposto.§.1.

¶Nec obest quòd functus erat officio suo, quod est verũ quando iure contulit,secus si nulliter,quia non præstat,&c. vt supra dixi. Item patronus clericus potest variare quãdo nulliter præsentauit,licet aliàs nũ possit.Card.& Imol. in clemen.1. de iure patro.quos refert & sequitur Roch.curt.in tracta de iure patro. in verbo honorificum.q.9.ver.3.Sic & ordinarius poterit conferre quando prior collatio est nulla.

¶Vltimò,

¶Vltimò respondetur in glo. disposuerit, & glo. dispositiones. de colla. supra. an si vicarius episcopi vnum inhabilem præsentauerit, & postea die sequenti episcopus alterum, valeat ne præsentatio prima, vel secunda, decidit gloss. in §. Item voluit in verb. vicario, fo. 101. & seq. de collatio. in pragma. vide Rochum. q. 9. in verb. honorificum.

¶Quartò, queritur si collator cõtulit secundo nominato postea primus requirit, & facit fidem de prioritate, an possit conferre idem ordinarius isti antiquiori nominato? Et breui respõ. videri quòd non, quia hoc casu non confert diuerso iure, ergo non potest. vt in c. postulastis. de conces. præb. ideo primo non debet conferre, nisi appareat de antiquitate & prioritate nominati. Et sic bonũ est quòd collator videat omnes nominatos, qui insinuauerunt illo anno, & collationem in aliquod tempus extrahat, vt postea iuxta antiquitatem eorum illis prouideat. & hoc modo faciunt cauti collatores. vide quæ dixi in d. §. si quis verò. in verbo dispositiones, &c. 6 *Si contulit secundo, an idem possit primo conferre.*

¶Fallit etiam quando collator vellet conferre iterum sine requisitione qualificati, quia tunc non posset, cum collationem suam nõ posit reuocare, nisi instigante nominato. probatur in ca. 2. de prec. & ibi Barb. in fi. dicit per illum tex. quòd contrahens cum ecclesia non potest petere rescindi contractum inualidum, si ecclesia hoc nolit, quia cum ecclesiæ beneficio sit nullus, non potest contrahens vti illo beneficio contra ecclesiam, per l. si iudex. ff. de minor. sic nec ordinarius collator poterit cõferre alteri etiam qualificato, non petente nominato. quod est bene notandum. & facit l. 2. ff. de lege commisso. *Ordinarius non confert secundo sine requisitione qualificati.*

¶Quinto, quæro, quid si in mensibus graduatorum semel elegit vnum, & gratificauit, ac illi cõtulit, an posit alium eligere, & conferre? Respond. non, argu. l. serui electione legata, semel optare possumus. ff. de leg. 1. quia ius est iam illi quæsitum: ideo non poterit in illius præiudicium reuocari. Notant doct. per illum tex. in c. si compromissarius. de elect. in 6. *Electionem factam variare non licet.*

¶Item facit c. duobus. cum gl. de rescri. in 6. vbi si duo impetrãt eodem exemplo canonicatum in ecclesia Parisien. & cõcurrunt in præsentãdo, capitulum vel alius collator poterit eligere alterum, & semel facta electione non poterunt postea alterũ eligere. & hoc approbãt ibi docto. & plenè Ancha. consi. 214. Franciscus, & doct. in c. gratia. de rescrip. in 6. & qui semel elegit vnã actionem, non potest habere regressum ad aliam. l. quod in hæ-

redem. §.eligere.ff.de tributo.actio.

7 ¶Sextò,quæro,an sufficiat requirere vicarium generalem,& in refutationem illius ad superiorem accedere? Breui,respon.quod non,quia is non debet requiri,qui non potest cõferre,quia frustra peteretur ab eo,cum nõ possit dare,quod nõ habet.c.quòd autem.de iure patro.c.Daybertum.1. q.7. sed ipse vicarius etiã generalis non potest conferre.c.fin. de offic.vica.ergo refutatio vicarij non habentis specialem potestatem conferendi,non deuoluet potestatem conferendi ad superiorem,quia cõtrariorum eadem est disciplina.l.1. ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. & vbi nulla est petitio,ibi nulla est refutatio.l.si pupillus.ff.de verbo.obliga.l.nulla intelligitur,de reg.iur. priuatio præsupponit habitum.l.decem.ff.de verb.obliga.ca.ad dissoluendum. de desponsa.impub. ita tenuit gl.in §.item voluit. in verbo vicario. de collatio.in prag.

Refutatio vicarij an sufficiat.

¶Imò dicerem refutationem vicarij generalis etiam cum potestate conferendi,nõ valere,quando episcopus esset præsens,vel commodè posset eius præsentia haberi , intra ciuitatem , vel in continentibus ædificiis , quia prius esset collator requirendus, quàm vicarius : nam potestas vicarij cessat præsente episcopo. Ideo nõ fiet per hanc requisitionem ad superiorem deuolutio. cum tex.in d. §.si quis verò , loquatur de episcopis & aliis collatoribus:ideo ad illos primò opus est accedere, quando commodè haberi possunt,quia sunt in ciuitate.c.cum in ecclesiis.de præbend.in 6. Si tamen nominatus requisierit illum vicarium, & in requisitione ignorauerit defectum potestatis conferendi, & nil eidem fuerit dictum per vicarium,tunc dicerem collationem iure deuoluto factam nominato,posse sustineri,ne via detur fraudibus,& etiam illa ignorantia est probabilis.l.fi. ff. pro suo. si communiter habebatur pro vicario habente potestatem conferendi,vel si alius non erat.

8 ¶Septimò,quid si antiquior nominatus requisiuit abbatẽ, qui recusauit conferre , postea deuolutio fiebat ad episcopum, ipse adiuit archiepiscopũ,& obtinuit ab eo collationẽ,an valeat? Videtur quòd sic,postquam primus collator fuit requisitus. Contrarium est verius,quia gradatim debet fieri requisitio,sicut deuolutio.d.§.si quis verò. Ideo dũ abbas recusauit , ad episcopũ immediatum superiorem erat facta deuolutio, & non ad archiepiscopum.quare archiepiscopus non potuit conferre, quia ad cũ nõ erat potestas deuoluta.igitur collatio ab eo facta,est nulla,&

Requisitio graduatim fieri debet.

la,& quia non est seruata forma requisitionis, quæ facit actum corruere.l.cum hi.§.si prætor.ff.de transact.dixi in gl.disposuerit.§.si quis.de colla.supra.

¶Octauò,quidā requisiuit prima die Iulij beneficium sibi con ferri ab episcopo ordinario,qui recusauit.postea hic nominatus permisit labi tempus octo mensiū, vt videret an aliquis eo esset antiquior.vidés neminem, vadit ad archiepiscopū iure deuoluto,à quo obtinuit collationem.opponitur eidē,quod sunt lapsi octo menses à die requisitionis,& sic archiepiscopus nō potuit conferre,sed erat iam deuolutum ius ad superiorē archiepiscopi.quid iuris? Videtur collationem esse validam,nec ista diligentia nominati tollit,quin episcopus habeat sex menses ad conferendum,quia indultum à iure beneficium, nemini est auferendum.regula,indultum.de regu.iur.in 6. nisi episcopus conferat, quia tunc statim erit facta deuolutio ad archiepiscopum, si nominatus voluerit,& collationē ab eo impetrauerit,sed nō impetrauit,nisi postquam sciebat ad eum de iure esse deuolutum ius, videlicet post sex menses,ergo valuit. Item poterat nominatus iterum requirere ordinarium eundem, & ordinarius poterat variare,vt dixi supra.Ideo expectauit nominatus vt secundò requireret istum collatorem,& vt videret an mutasset propositum.sicut ergo episcopus potuit postea conferre intra tempus iuris,si nominatus non iuit ad superiorem: ita ergo nominatus potuit ad illū ire,& sic à die primæ requisitionis nominato nolente nō est ius deuolutum,vt dico in §.si quis verò.de colla.supra. Nec ibi dicitur,quòd statim à die requisitionis fiat deuolutio,sed intelligi debet deuoluatur intra terminum iuris.alioqui nō posset episcopus variare,nec bis requiri.istud etiam in odium nominatorum & graduatorum retorqueretur, licet in fauorem eorum esset introductum,contra leg.quod fauore.C.de leg.& diligentia nominati esset ei nociua,quando requisiuit ante sex menses, primum ordinarium,quod non est dicendum. 9 *A quo tempore fiat deuolutio.*

¶Intelligerem prædicta quando vnus tātum nominatus requisierit,vel graduatus, secus si plures, quia deuolutio cēsetur facta ad superiorem à requisitione primi nominati, aut graduati,aliàs superior haberet decem,vel vndecim menses ad conferendum, quod non est dicendum.

¶Item & quando episcopus,qui contulit,posset variare.de quo scripsi in d.§.si quis vero. Nam si primo ordinarius contulisset nominato,vel graduato,postea nō potest variare, nec requirēti

conferre, ergo deuoluta erit tunc potestas ad superiorem, quod cit notandum. Fuit enim in senatu iudicatum à tempore refutationis sex menses currere, in vna præbenda sepulchri Parisien. Etiam inter M. Stephanum Alard, & Christopho. Guyet appellantes, & Nico. le vasseur, intimatum, & idem in magno consilio iudicatum fuit, & hoc obseruatur in praxi.

Arrestum.

10 ¶ Nonò, facta est collatio non nominato de beneficio vacante in mense Iulio, nominatus non prosequitur, an illa collatio valeat? Videtur quòd non, per l. si seruo. ff. qui & à quib. manu. liber. non fiant. vbi si quis dedit libertatem seruo alieno, licet postea succedat domino serui, non confirmatur illa libertas. Sed collatio facta non nominato, non debet confirmari tempore quo debebat nominato conferri. Secundò, nominationes concernunt præbendam nulli de iure debitam, sicut alia gratia. cap. si postquam. de præb. in 6. interim ergo cum dubium est an nominatus velit acceptare, conferri non potuit non nominato, quia non erat sibi debitum beneficium, ex quo erat debitum qualificato.

Non prosequẽte nominato an collatio alteri facta valeat.

¶ Tertiò, facit c. si tibi absenti, de præben. in sexto. vbi si collatio fiat absenti, ius quæritur ei, donec constet, quòd non vult acceptare, & tamen si collatio interim fiat alteri, non valet, vt ibidem dicitur, ergo nec hic.

¶ Quartò, facit c. quodam. illo tit. in 6. ibi, prima enim collatio post & contra decretum interpositum facta, licet ab ignorantibus, etiam ignoranti, non obtinet firmitatem.

¶ Quintò, collatio est actus legitimus, qui in pendenti non potest esse. regu. actus legitimi. de reg. iur. & ibi doct. cap. 2. de electio. & ibi glo. nam ecclesia, quæ est sine macula, diu vota sua eludi non est passa. l. 2. C. de sponsa. Ioan. Monach. in d. c. 2. de elec. in 6. sed si fiat collatio non nominato, incertum est & dubium, videlicet an primus requiret, necne. ergo, &c.

¶ Vltimò est tex. in cle. vna. de conces. præbendæ. & ibi doct. vbi dicitur quòd collatio facta secundo intra mensem acceptãdi non valet. facit l. 1. §. quod ait prætor. 2. ff. quorum legato.

¶ Contrarium tenuit gloss. in l. §. quòd si quis cuiuscunque. de colla. in pragma. in verbo eo ipso: & in verbo irritum. quam sequitur D. Auriolus in additioni. Ad Guillel. de monte Laudo. in c. si tibi absenti. de prẹb. in 6. & idem Brunel. in tract. de dignita. leg. conclu. 19. in 5. declar.

11 ¶ Quia collatio facta spreto patrono, licet sit nulla eo prosequente.

quente.c.decernimus.16.q.7. tamen si patronus non præsentet intra tempus à iure statutum, vel consentiat collationi, ea valebit.l.1.§.prodest.ff.quorũ legato.Feli.in c. cum Bertoldus. col. 5.de re iudi.de Selua in tract.de benifi.in 1.parte.q.6.nu.10.Latè D.Probus in addit.ad Ioan.Monachum.in cap.statutum.de præb.in 6.qui contrarium videntur tenere.& Do. Steph. Bertrand.in consi.38.in 3.vol. Aegid.consi.10.in 6.dubio.Bertachi. in tract.de episcopo.lib.4.parte 2.q.26. Tamen prima opinio seruata & aꝑbata fuit sępius in curia, vt valeat collatio intra tempus quo patronus poterat præsentare, si postea ipse nõ præsentet, vel inhabilem præsentauerit.& fuit cõclusum & in mente curiæ retentum in processu moto inter Ioannem l'espine appellantem à præposito Paris.& Belangerium intimatum.

Collatio spreto patrono quãdo valeat.

Arrestum.

¶Secundò, si archiepiscopus contulerit beneficium vni antequam sit potestas ad eum deuoluta, facta deuolutione, non potest alteri conferre, sed illa collatio conualidatur, quando ad eũ fuit deuoluta potestas. Panor.& Feli.in cap.cum ex officij.col. penulti.de præscri.per l.si rem alienam, 2.ff.de pig.actio. hoc tamen non firmo, licet adducant ea quæ not.Bar. in l.cum vir. ff. de vsucap. vbi si quispiam vendiderit rem alienam ecclesiæ, & venditor succedat domino, statim transit vtile dominium in ecclesiam.ratio, quia ibi non requiritur traditio.l.fin.C.de sacrosan. ecclesi. & intererat venditoris contractum confirmari cum ex suo contractu obligatus esset, &c.Imò fuit iudicatum in senatu Burdegalen. collationem primam tanquam nullam tractu temporis non ratificari, vt firmat D.Boer.in decis. Burdegal.q.70.quæritur. & ista seruatur. 12

Collatio ante deuolutionẽ an cõfirmetur.

Arrestum.

¶Tertiò, facit, quòd si pater legauerit seruum qui erat in peculio castrensi filij, & postea filius moritur, & ei pater succedit, antequam filius contradixerit, valebit legatum patris.l.seruum filij.1.respon.ff.de leg.1.facit l.proponebatur.§.idem. de castren. pecu. Item si sit optio seruorũ legata alicui, & antequam legatarius optet, vnus seruus sit manumissus, si postea alius optatur, remanet ille liber.l.si cum optio.ff.de optio.lega. not. in ca. si.de consuet.in 6.facit l.seruus.C.de pac.

¶Quartò, facit quod notat Ioan.Monachus in c.2.de præb. in sexto.vbi si ordinarius conferat beneficium intra mẽsem, quod fuit specialiter impetratum cum clausula decreti, & inhibitionis tenet collatio, si impetrans sua non vtatur gratia, & si habens clausulam anteferri, ei renũciet, valebit collatio prius facta, quia

eo repulso sublatum est impedimentum, quo ad primum. Ioan. And. in c. pen. de concess. præb. in 6. glos. in verbo irritum. in §. quòd si quis cuiuscunque. de colla. in pragma. Soci. consil. 117. in facto. in 3. volumi.

13 ¶ Quintò, processus iudicis à quo non tenet, si appellans prosequutus fuerit appellationem: at si renunciauerit appellationi, tenet processus. c. vt super. de appella. lib. 6. & emphyteota priuati non solués canonem intra triennium. priuatur iure suo, si dominus voluerit. l. 2. & ibi Ias. & omnes. C. de iure emphyt. Etiam testamentum in quo filius est præteritus, est nullum, si filius hoc velit & prosequatur. l. filio præterito. ff. de iniusto rupt.

Emphyteota priuatur iure si dominus velit.

¶ Sextò, si infra decennium fiat executio, licet fieri non deberet, si postea non appelletur, remanet valida. gloss. in ca. venerabilibus. §. porrò. de sentent. excommu. lib. 6. quam sequitur Feli. in c. quòd ad cósultationem. conclu. 5. de re iudic. facit l. obseruare. §. fi. ff. de offic. proconsul.

¶ Vltimò, extat regula cácel. Bonifacij octaui, facta anno quinto sui pótificatus, vbi ordinauit, quòd si sint duo vel plures expectantes in eadem ecclesia, omnes possunt beneficium vacans intra mensem vigore gratiæ acceptare à die notitiæ vacationis beneficij, & sibi de illo prouideri facere, saluo iure prioritatis, scilicet quòd ille qui est in iure prior, si acceptauerit, & sibi conferri fecerit, posterioribus in assecutione beneficij præferetur. & hanc regulam non viderat Cardin. qui contrarium tenet in ca. dilectus. 2. nume. 16. de præben. & vide respon. ad contraria in sequenti quæstio.

14 ¶ Decimò, dubitatur vacás beneficiú in tempore assignato nominatis, episcopus confert secundo nominato, & tamen debebat conferre primo, & antiquiori, an valeat? Si antiquior nó requirat, videtur ꝙ non, quia actus gestus tempore incógruo tali incongruitate, quæ resistit substátiæ actus, est ipso iure nullus, etiam si superueniat temporis habilitas. l. 1. §. fin. & l. vnde. §. si quis. ff. de itinere actúque priuato, sed collatio facta secundo, est facta tempore incongruo, vtpote intra tempus quo poterat antiquior requirere beneficium, & acceptare. ergo collatio est nulla: & sic postquam est ab initio nulla, non potest tractu temporis conualescere. regula non firmatur. de regu. iur. in 6.

Collatio facta secū do nominato, an valeat non prosequente primo.

¶ Secundò, gesta pendente aliquo obstaculo, ꝙ postea tollitur non ex hoc reddútur valida. vnde sententia excómunicationis lata pendente appellatione valida, licet postea deseratur, nó ꝑpterea

pterea redditur valida.ca.licet.de senten. excom.in 6. & tamen per desertionem fingitur appellans retro non appellasse, adeo ꝙ dánatus furti,si appellationé non prosequatur, retro notatur infamia.l.furti.ff. de his qui notá.infamia. Sic collatio facta secúdo nominato pẽdẽte obstaculo primi,est nulla,nec validatur,licet ex post facto appareat de nó prosecutione antiquioris.

¶ Tertiò,sicut hæreditas nó conceditur ad tempus.l. hæreditas ex die.ff.de hæred.insti.sic nec beneficia.ca.præcepta.55.dist.ca. si gratiosæ.de rescrip.in 6. sed si antiquior nominatus intra sex mẽses acceptet illud beneficium,& petat sibi conferri, collatio facta secúdo reuocabitur. postquam ergo tenuit medio tẽpore, ad tempus fuit illi iuniori datum beneficium,quod est prohibitum,vt supra dixi.sequitur Card.consi.105.super præmisso casu.

¶ Contrarium tenetur,quia quotiens pluribus gradatim competit ius circa idem, altero non vtente valet, quod interim fit per alium.ca.si qua.12.q.2.ca.Lugdunen.9.q.2. cle.sæpe.de appel.l.proinde. ff. si cert. pet. igitur valebit collatio facta secundo,si primus nó requirat,nec prosequatur, sicut reuocantur attentata post sententiam intra tempus appellandi, si aliquis appellet:secus si non appellet.ca.non solùm.de appel.in 6.

¶ Secundò facit ca.si clericus.de præb.in 6.& quod not.Ioan. And.in c.penul.ibidem. vbi dicit quòd si habens clausulam anteferri,non velit ea vti,primus habebit præbendam,etiam si primo derogaretur per illam clausulam, vt supra dixi. facit l.si iudex.ff.de minori. Ancha.in cle.vna.q.2.de conceß.præbend.

¶ Tertiò,facit quod dicit Roma.& alij in l.fin.C.qui admitti, vbi dicit ꝙ si existens in secúdo gradu properantius agnouerit bonorum possessionem intra tẽpus primi,si contingat primum repudiare,illa agnitio secundi valebit,acsi esset suis curriculis facta,per tex.in l.1.§.quibus.ff.de succeß.edicto. nam quando primus repudiat,fingitur,acsi ex eo numero non esset:ergo acceptatio secundi debet conualidari.& ita expressè tenet glo.in d. verbo irritum.de coll.in prag. Et de mandatariis duobus loquuntur doct.in d.l.fi.sic consuluit Ias. cósil.104.circa quatuor.in 1. volum.Card.consi.105.super.& Bertrand.consi.38.in 3.volu.

¶ Quartò,quando quis remouetur alicuius contemplatione,illi debet acquiri,cuius contemplatione remouetur.l.seruo legato.§.si testator.ff. de leg. 1.l.post legatum.§.amittere. ff.de his quib.vt indignis.l.2.§.fi.de colla.bono.l.si legatarius. C. de lega.Ias.pulchrè in consi.61.nobils.col.penul.versi.confirmatur,

in 3. volu. Sed hoc in casu primus remouetur contemplatione secundi, qui prosecutus est ius suũ, ergo illi acquiretur, si primus non fuerit prosecutus. Ias. d. consi. 104. circa. in fi. vol. 1. facit gl. pen. in ca. fi. de cõsue. in 6. & Bella mera in decis. 468. si primus. ¶ Nec obstant iura in contrarium adducta, quia loquuntur in casibus dissimilibus. nam hæ qualificationes sunt introductæ in fauorem nominatorum, ergo illi fauori poterunt renunciare. l. penul. C. de pact. ca. ad apostolicam. de regula. nam clausula decreti apposita in d. §. si quis verò. intelligitur si nominatus ea vti velit. Inno. in cap. 1. de concess. præb. in 6. glo. in d. verbo irritum. si ergo non vtatur, habetur ac si non esset qualificatus, & sic collatio secundò facta tenuit, quia sublatum est impedimentum quo ad ordinarium, ergo valebit sua collatio, nec requiretur noua collatio, postquam secundus est exclusus. Vnde dicit Benedict. in repe. ca. Raynutius, in verbo, in eodem testamento. 1. nu. 89. & seq. de testa. de episcopo, cui papa dederat facultaté acceptandi, & retinendi beneficia vacatura vsque ad certá summam in sua diœcesi, & vt ea posset retinere tanquá vnita mensæ suæ episcopali propter reparationes, quas fecerat ibidé, prouiso tamen, quòd intra sex menses à die acceptationis annatam soluat cameræ apostolicæ. aliàs tempore elapso dissoluta esset dicta vnio, & pro non facta habeatur. contigit quòd episcopus aliqua beneficia acceptauit, & eis pacificè gauisus fuit, in vita tamen minimè soluit annatam, an beneficia vacét per mortem episcopi, vel per priuationem factam, eo quod non soluit annatam? & respondet per mortem vacare. cùm papa non declarauerat pœnam priuationis, quæ erat in fauorem suum introducta, per ea quæ notantur in l. fin. C. de reuocand. dona. Nec obstat, quòd beneficium datum erat ad tempus secundo, quia non est verum. nam illud censetur esse perpetuum, quando potest esse perpetuum, licet dubitetur an erit temporale, an perpetuum. l. sufficit. ff. de condictio. indebi. glo. in d. c. si gratiose. vide Ioan. de Selua in tracta. de beneficio. in 3. parte. quæst. 9.

Omnia nomina an simul sex mẽses habere debeant.

15 ¶ Vndecimò quæro, plures sunt nominati, an omnes ad requirendum beneficium habeant simul sex menses, an verò primus nominatus sex, secundus alios sex menses, & sic deinceps? Responde quòd tantum dantur sex menses omnibus nominatis, & non singulis. quod probatur in clemen. vna de concess. præbend. vbi quando sunt plures expectantes apostolici cum clausula acceptandi, omnes habent vnum mensem tantum. quod

sequitur

ſequitur Ioan. And. in addi. ad Specul. rubr. de conceſſ. præben. vbi plenè diſputat. & in cap. ſi pluribus. de præbend. in 6.

¶ Item omnes mandatarij vnum tantum habent menſem. Do. de Rota deciſ. 323. nota. Paulus. in antiq. plenè Ancha. in clem. vna. per illum text. quæſt. 3. de conceſſ. præbend. Collecta. in ca. cum noſtris. in fin. de conceſſ. præbend. quod non procedit in Francia. ibi ſex menſes dantur mandatariis.

¶ Item ad optandum dantur viginti dies, ſiue ſint plures optare volentes, ſiue vnus. cap. fin. de conſuetu. in 6.

¶ Item conſanguineis omnibus ad retrahendum datur annus, vel tempus à conſuetudine taxatum, teſte domi. Boer. in §. 2. de conſuetu. retract. in conſuetu. Biturig.

¶ Inſuper annus, qui datur ad petendum tutorem pupillo, currit omnibus, qui ad ſucceſſionem pupilli vocantur. l. ſciant. C. de legitimis hæredi. Lucas de penna in l. 1. colum. 2. de agent. in rebus. libr. 12. & multa addidi ad dictam l. ſciant. Et hoc eſt ratione diutinæ vacationis, quæ eſſet, ſi cuilibet darentur ſex menſes, & eſſet valde periculoſa. cap. quanuis. de elect. in 6. Vide Card. conſi. 103. & ſeq. quia quilibet poteſt acceptare, ſi ſibi iure debeatur, vt glo. vltim. in cap. 2. de reſcript. in 6. ſcribit.

¶ Duodecimò quæro, aliquis nominatus habuit collationem à legato, de beneficio vacante in menſe Iulio, vel altero menſe deputato nominatis, non requiſito tamen ordinario, qui ordinarius contulit nominato antiquiori, vel fortè alteri, vter præferri debeat? Reſpon. videtur quòd prouiſus ab ordinario, quia poſtquam non apparebat de primo nominato, potuit ordinarius conferre ſecundò nominato, ac ſi nullum habuiſſet qualificatum alium, quia de his quæ non ſunt, & non apparent, idem eſt iudicium. l. duo ſunt. ff. de teſt. tute. ideo collatio facta à legato contra qualificationes, non valuit: ergo collatio facta ab ordinario tenuit. arg. l. Pomponius. §. ſed & his. ff. de procu. etiam ſi ſecundo nominato facta fuerit. nam poteſtas conferendi non erat deuoluta ad legatum nulla facta requiſitione ordinarij. & legatus in hoc Franciæ regno non habet præuentionem in iſtis beneficiis qualificatis. nam ſolam præuentionem ſibi in his papa retinuit, vt patet in rubrica de mãdat. apoſtoli. Receptus eſt enim ſaluis modificationibus regni: ſed non eſſent ſaluæ, ſi ſic conferret, nam in dies conferret non qualificatis. ergo, &c. 16

Collatio facta non requiſito primo collatore, an valeat.

¶ Item valde diminueretur poteſtas ordinariorum. nam qualificati ſemper adirent legatum neglectis ordinariis, & ſic confun-

deretur ordo,cū sua iurisdictio cuilibet non seruaretur,dicit ca. peruenit. 11.q.1. & nunquam antiquiori prouideretur per legatum,sed primò venięti,& sic elusorium videretur cócordatum.

Legatus in mensibus graduatorū, an possit gratificare.

¶Item eodem tenore dubitari potest,an legatus possit in mensibus præstitutis graduatis gratificare? videtur quòd non , quia contra ordinem concordatorum , & ipsorum mentem venire non potest,vt supra dixi quæst.8.& §.si quis.de colla.sed veniret contra ordinem positum supra in §.si quis verò.ergo,&c.

¶Secundò,requisitio facienda est à primo antequam fiat deuolutio.d.§. si quis verò . & ante requisitionem primi non fit deuolutio,ergo collatio fieri non poterit per legatum.

¶Tertiò , collatoribus ordinariis datur gratificatio. §. statuimus.1.de collatio. sed legatus non est collator ordinarius,ergo gratificare non poterit,quia eorum potestas licet sit ordinaria, cap. 2. de offic. legati. in 6. tamen est extra ordinem inuenta. gloss.in cle.vltim.de offic.ordina. Multa ad hanc rem facientia tradit d. Renal. Chandonius, iuris vtriusque egregius doctor, in suo respon. de facultatibus legati.

¶Quartò, si legatus posset gratificare in his mensibus , semper prouideret suis, & pauperes graduati in suis studiis existétes nil haberent,& sic concordatum quo ad graduatos redderetur illusoriū,q̄ non debet permittere senatus.arg.l.si prætor.ff.de iud.

¶Quintò,etiam ordinarij collatores priuarentur ista gratificatione,quæ est eis commodo,quia dicitur esse in fructu.gloss. in cap.cum olim.de maior. & obedient.in quantum possunt prouidere suis graduatis idoneis:quod non facerent.

¶In contrarium facit, quia legatus in regno Franciæ potest conferre beneficia regni saluis modificationibus , alioqui inanis ferè & friuola esset sua potestas , sed quando confert graduatis, debitè insinuatis, & gratificat, confert saluis regni modificationibus,ergo collatio valere debet.

Legatus cōcurrit cum ordinario.

¶Secundò,legatus concurrit cum ordinario conferendo beneficia spectantia ad collationem ordinariorū. c.si à sede.de præben.in 6.Intantum,quòd dicit Panor.in c.fi.col.2.de cófirma. vtili.legatū in legatione sua concurrere cum quolibet ordinario suæ legationis, siue ille collator sit archiepiscopus, siue episcopus,siue abbas, siue quicunque alius , ita quòd quicquid isti possunt in iurisdictionibus,tam ex iure cómuni,quàm ex cósuetudine,poterit & legatus. Ergo poterit concurrere conferendo qualificatis,& insequēdo leges regni, quia nō derogatur legato,

nisi

nisi in qualificatione, ergo eam insequendo poterit conferre. Bertrand.consil.73.legatus.volu.1.secundum not.impressio.

¶ Tertiò, concordata ista, videlicet vt prouideatur graduatis, facta sunt in fauorem graduatorum & literatorum, vt dixi supra. sed iste est fauor graduatorum regni, quòd eis conferatur, ergo iis poterit conferri etiam per legatum. & etiam est in fauorem regni, ne pecuniæ à regno extrahantur, & ne res nummaria (quibus veluti neruis respublica subnixa est) exhauriatur, vt supra in procemio patet.

¶ Quartò, quod non mutatur, cur stare prohibetur? l. sancimus. C.de testa. sed non mutatur in legato, nisi vt præuentiones non faciat non graduatis, ergo vt faciat graduatis & qualificatis vel nominatis antiquioribus, videtur æquum, & iuri conforme, ergo & antiquiori nominato, & graduato ritè qualificato poterit conferre tam in mensibus nominatis præstitutis, quàm graduatis, & etiam ecclesias parochiales in villis muratis sitas qualificatis conferre poterit per supradicta. & quòd legatus possit conferre & gratificare graduato, qualificato iudicauit sacrum regis magnum consilium pro magistro Petro de Polestron, contra Ioannem pichon, & alios, Anno 1540. die 17. Augusti. etiam si prius idem legatus contulisset non qualificato, vt sic fuit conclusum 22. Febfuarij. 1537. in hoc senatu, inter D. de Gouy præsidem inquisitionum cameræ, & Ioannem girardum, & idem dictum fuit eodem anno, die 7. Septembris, in causa præbendæ sanctæ Radegundis Pictauen. pro magistro Germano Cornuto, contra Tristandum Fretart, & quid in papa, vide in §.statuimus. 1. in glos. gratificare. de collat. in concorda. Et an legatus facta requisitione primi collatoris possit omisso medio conferre? dixi in §.si quis verò, in verbo ad alium. de colla. supra. *Arresta.*

¶ Decimotertiò quæro, duo nominati requirunt simul episcopũ, is ipse ignorat vter sit antiquior, quid agere debeat? Respó. faciat sibi exhiberi literas nominationum ab vtrisque. Card. in ca. mandatum. col. 5. q. 9. de rescrip. vbi dicit, quòd si duo habét mandata de prouidédo eiusdem datæ, & petũt idé beneficium, tunc prouisores facta eis copia de iuribus vtriusque, consulent peritos, & conferent ius habenti, & si est dubium, parebunt mãdatis vtriusque cum protestationibus. Imò possunt recipere ad præbendam vnum sine præiudicio alterius, & pro hoc facit ca. cum contingat. de rescript. sic episcopus facta sibi exhibitione 17

Episcopus quid agere debeat qñ duo nominati simul requirunt.

nominationum conferet antiquiori, tamen cum episcopus habeat exemplum omnium nominationum, non potest iure prætendere ignorantiam prioritatis, vel posterioritatis, posset tamẽ supradicta facere, vide tamen quæ dixi superius.q.14.nu.82.

¶ Decimoquartò, vacauit beneficium tempore nominatis pręstituto, secundò nominatus acceptauit, & requisiuit ordinariũ,
18 qui contulit non nominato, papa alteri, demum archiepiscopus isti secundo nominato iure deuoluto. Primus nominatus requirit, & ei fit collatio per superiorẽ, quis habeat ius in beneficio? Resp. primus nominatus beneficio requisitionis secũdi nominati poterit venire, sicut filius in potestate beneficio filij præteriti admittitur. argu.l.filium.ff.de bono. possess. contra tabul.l.3.§. planè.iuncta glo.ibidem. sicut insinuatio vnius aliquando prodest alteri.tex.in l.cum quidam. §.simili. C.de iure dotium. sic & requisitio. vide Auriol.in c.penult.de concessio. præbend.in 6.& ita fuit prolatũ (vt accepi) arrestum Parisiis, per l.si mater. in fine.C.de inoffic.testamẽ. Sic ergo in casu isto dicimus, quia postquam secundus nominatus requisiuerat, non poterat papa (vt supra dixi) præuenire, ideo antiquior nominatus præfertur secundò nominato, & secundò nominatus apostolico, ergo & primus nominatus præferetur apostolico, per illam regulam, si vinco vincentem te, à fortiori vincã te.c.penul.de concess.præbend.in 6.nam vincens, cui prima facta fuit collatio, succedit in ius victi.glo.in l.vsucapio.C.de pignor. Refert & sequitur Soci.consil.28.fuit quidam.num.4.in 4.volu. & iurisconsul.ait, cũ ego te superaturus sum, multò magis aduersus te obtinere debeo.l.de accessionibus.ff.de diuers.& tempor.pręscriptio.& idẽ si papa vni contulerit sine derogatione indulti cardinalium.& postea cardinalis, demum nominatus requirat, postquam secundus vincit apostolicum, & graduatus secundum, ergo graduatus vincet apostolicum per prædicta, & idem si collatio primò fuerit à cardinali facta non graduato, & papa alteri, & graduatus vltimò veniens istis etiam præferetur, vt in seq.dicetur.

Requisitio iunioris nominati prodest antiquiori.

¶ Nec obstat quòd collatio prima est annullanda prosequente primo nominato, & sic collatio papæ valere debet: nam illud non est verum, quia in fauorem antiquioris nominati est introductum, vt non valeat prima collatio, & sic non debet retorqueri in eius odium.l.quod fauore. C.de legibus. quod fieret si collatio papæ valeret. Idem dicerem si primus nominatus inhabilis requireret, & postea aliquis nominatus à papa impetraret,

deinde

deinde nominatus secundus habilis ab archiepiscopo collationem obtineret, vt ista collatio secundo nominato facta valeat, per supradicta.

¶ Decimoquintò, quæro, vacans beneficium in mēse Ianuarij 19
episcopus cōtulit non nominato, papa alteri, nominatus postea *Collatio in*
intra 6. mēses requirit, & obtinet iure deuoluto collationē. quę- *ualida præ*
nam istarū valeat? Respōdeo, collatio facta nominato est pręfe- *uenit papā.*
renda. per illā regulam, si vinco vincentem te, à fortiori vincam te. in d. c. penul. de cōcessio. præb. in 6. gl. in authen. licet. C. de natura. libe. Nam nominatus vincit primū non graduatum, nec qualificatum, & primus vincit apostolicū, quia licet papa possit præuenire, vt supra dixi, in rub. de mād. apostoli. in gl. iure præuentionis, tamen hic non præuenit, quia collatio erat facta per ordinariū non nominato, ergo papa nō potuit cōferre iure præuentionis, quia locus erat repletus, & ipse erat præuētus per or-
dinarium. Nā præuentio dicitur si fiat collatio ante papam, vel *Quando di*
papa ante ordinarium, vt est hic, sicut fit præuentio per citatio- *catur præ-*
nem. in l. si quis postea. ff. de iudi. c. proposuisti. & ibi plenè So- *uentio.*
ci. de foro cōpeten. dico in rub. de mandatis apostolicis, in verbo iure præuentionis. Item quia collatio facta per ordinarium erat valida respectu apostolici, sed ratione nominati erat nulla quod potest esse vt probatur in l. vir & vxor. ff. ad vellia.

¶ Si tamen secundus nominatus vel graduatus obtineat colla- *Collatio fa*
tionem ab ordinario, & à papa ante requisitionem primi nomi *cta & ab*
nati, non excludetur per antiquiorem nominatum postea ve- *ordinario*
niētem, quia ius habet duplex, & duo vincula sunt vno fortio- *& à papa*
ra. c. 1. de treug. & pace dūmodo vtranque collationem habue- *secundo no*
rit ante graduati vel nominati requisitionem. *minato, va*

¶ Et quia ordinatio regia dicit isti nominato vel graduato re- *let facta*
quirenti non fieri præiudiciū per præuentionem, & sic nō vult *ante colla-*
excludere, quod iste requirens non possit præuenire, nempe quæ *tionem pri*
inducta sunt in fauorem illius, nō debent in odium retorqueri. *mi.*
l. quod fauore. C. de legib. Et ita fuit decisum in hoc senatu, anno 1544. & in vigilia purificationis virginis Marię pronunciatum. vide Boer. in decis. Burdeg. q. 308. vtrum quis, &c.

¶ Decimosextò, quæro. vacante beneficio in mēse graduatorū, 20
tutor vult præsentare vnum, eo quòd omnes fructus bonorum *Pupillus*
pupilli ex cōsuetudine lucratur, pupillus alium, quid iuris? Duæ *vel tutor*
sunt quæstiones, prima, an tutor præsentare debeat, an pupillus. *an debeat*
Secunda quæstio est, an stāte consuetudine quòd tutor lucretur *præsētare.*

fructus bonorum pupilli durante tutela, possit idem tutor præsentare excluso pupillo. Ad primam concludit Panor. in c. fin. de conceß. præbend. quòd tutor præsentabit, si pupillus sit minor septem annis. Idem tenet Ioan. Andr. in c. ex eo. de electio. in 6. Panor. in c. 1. de iure patronat.

¶ Si verò pupillus sit maior infante, poterit presẽtare pupillus. & si tutor & pupillus præsentant diuersos, prefertur presentatus à pupillo, per glos. in d. c. ex eo. Archi. in c. decernimus. 16. q. 7. tum quia pupillus potest facere cõditionem suam meliorem sine tutore. institu. de auctoritate tutor. in princip. & quando est discordia inter tutòrem & pupillum, quo ad illam non habetur pro tutore, quia sua res agitur, ideo datur curator. §. fin. insti. de auctoritate tutor, Feder. cõsi. 102. nobilis. De Rota decis. 321. in antiq. Cæsar Lambert. in tracta. de iur. patro. in 9. arti. 2. q. prin. primæ partis. 2. libri. in fi. & arti. seq.

¶ Imò etiam poterit hic pupillus maior infante præsentare sine tutoris auctoritate. teste de Butrio consi. 29. visis puncto. in fine. Tum quòd pupillus sit dominus illius iuris patronatus, tum etiam quia ille pupillus potest contrahere sponsalia. c. literas. & per totum. de desponsa. impube.

¶ Item potest assumi ad beneficium simplex sine tutore. ca. si eo tempore. de rescrip. in 6. ca. super inordinata. de præbend. Hoc tenet Roch. Curt. in tracta. de iure patro. in verbo competens. quæst. 3. & seq. vbi plenè videre licet.

¶ Nec obstat c. ex eo. de electio. in 6. vbi nõ potest eligere, quia licet sponsalia contrahere poßit, non tamen matrimonium. instit. de nup. in princip. sed per electionem contrahitur matrimonium spirituale. c. inter corporalia. de trans. episcopi. quod est in præsentatione secus. c. quod autem. in verbo inchoatum. de iure patro. Paul. de citad. in tracta. de iure patro. in 6. parte, articu. 3. q. 40.

Stante cõsuetudine quòd tutor faciat fructus suos, an poßit præsẽtare.

21 ¶ Quæro, stante consuetudine quod tutor faciat fructus suos durante tutela pupilli, vt est in consuetudi. Biturig. in §. 11. de cõsuetud. iuris & status persona. An tunc possit præsentare? Et videtur quòd non, quia creditor nõ potest præsentare. c. cum Bertholdus. de re iud. etiam si faceret fructus suos; vt ibi Panor. & in c. contingit. col. 5. de dolo asserit.

¶ Secũdò, quia tutor nõ est verus patronus, & qui ecclesias obtinent sine patrono, eas restituere debent. ca. ex insinuatione. de iure patro.

¶ Ter-

¶ Tertiò, malę fidei possessor, qui habet rei alienæ conscientiá, non lucratur fructus. c. consultationibus. de iure patro. prout est in isto tutore, & nota. in l. quemadmodú. C. de agricolis & censitis. lib. 11.

¶ Quartò, conductor ad modicum tempus non potest præsentare. c. ex literis. de iure patro. multo magis hic tutor, qui nil iuris habet, nisi regimen tantum in bonis pupilli, & persona.

¶ In contrarium videtur, quia quádo quis lucratur fructus, sicut bonæ fidei possessor, vt in dict. c. consultationibus. & c. cum ecclesia. de caus. possess. tunc nó tenetur ad restitutionem, sicut in hoc tutore dicitur. §. si quis à nó domino. insti. de rerú diuisio. c. grauis. de restitu. spolia. & tunc poterit præsentare tutor, quia præsentare est fructus iuris patronatus. d. c. consultationibus. & d. c. cum Bertholdus. & c. ex literis, & præsentare dicitur fructus industrialis: quia requiritur industria hominis in eligendo idoneum. c. decernimus. 16. q. 7. & intra præstitutum tempus. c. 1. de iure patro. lib. 6. Paul. de citad. in d. trac. de iure patro. in 6. parte. q. 38. articu. 3. decisi. Rotæ. 268. collatio. in nouis.

¶ Item nil vel parum prodesset consuetudo volés, vt omnes fructus lucraretur tutor, nisi & eos haberet, cum etiam & vxor relicta vsufructuaria hos habeat, & potest pręsentare, vt docet Paul. Piccus in repet. l. titia. §. titia. q. 39. ff. de lega. 2. & Rochus vbi supra. q. 28. ergo & hic tutor, licet contrarium teneat Ioan. Crotus in repet. l. frater. quæst. 23. ff. de condictio. indebiti. 22 *Vxor relicta vsufructuaria an possit præsentare.*

¶ Item ad maritum spectat ius præsentandi, cum sit dominus rerum dotalium. l. doce ancillam. C. de rei vend. & quia percipit fructus rei dotalis. c. per vestras. de donat. inter virú & vxorem. c. salubriter. de vsur. Panor. in d. c. fin. de concess. præbend. lib. 6. Feli. in c. quoniá. in fi. de testib. Rochus Curt. in verbo ipse vel is. q. 28. & Ioan. Lupus in repe. c. per vestras. fol. 76. §. 43. de dona. inter virum & vxorem. vide plenè Paul. de leazariis in q. 4. 23 *Maritus præsentare potest ratione bonorum quæ habet ab vxore.*

¶ Præterea tutor est dominus bonorú pupilli. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empto. & ex consuetudine lucratur fructus, ergo poterit præsentare, cú pręsétatio in fructu cósistat, vt supra dixi.

¶ Nec obstat quòd ius patronatus sit quidam honor, & nó fructus proportionabilis, vel cómoditas, quam habere debeat tutor, quia cum consuetudo loquatur generaliter de omni fructu, de isto etiam intelligi debet, cum transeat cum vniuersitate bonorum. d. c. ex literis. quam habet tutor, & dicitur verus possessor, ergo faciet fructus suos, sicut maritus.

¶ Nec obest de creditore, quia non facit fructus suos, sed extenuant sortem, & debent in sortem computari. c. 1. & per totum, de vsur. c. illo vos. de pigno. sed ratione cõsuetudinis tutor facit fructus suos, ideo eos non tenetur restituere, & diuersus est à tutore creditor hic.

¶ Nec refragatur quòd non sit verus patronus, imò respondeo esse verum quo ad hoc. nam inuenio possessorem bonorum posse præsentare, quando lucratur fructus. sic & iste tutor, vt d. c. cõsultationibus. & d. c. ex literis. & c. cum ecclesia sutrina. de causa possess.

¶ Præterea nil facit dum dicitur quòd malæ fidei possessor non lucratur fructus. quia hic non potest dici malæ fidei, cum vigore consuetudinis faciat fructus suos.

¶ Nec est æquiparatio bona de conductore ad modicum tempus, ad istum tutorem: sed sicut ad longum tépus conductor præsentare potest, ita & hic tutor, vt in d. c. ex literis. Ex his conclu-cluditur, quòd tutor qui vigore consuetudinis, vt in nobilibus communiter est consuetum, lucratur fructus, poterit præsentare, & non pupillus. quod est notandum, quia fuit à me petitum sæpius in palatio, & sic respondi. cogitandum tamen relinquo.

Præsentatus quãdo præsentationem docere teneatur, & resignatarius procuratorium.

¶ Sed an præsentatus suam præsentationem ostendere teneatur? Dicebatur quòd non, postquam ostendit institutionem, quia non est verisimile quòd episcopus instituisset nullo præsentante, imò verius contulisset pleno iure, per nota. in c. authoritate. de institutio. quod est verum parti prætendenti habere ius ex impetratione, vel aliàs quàm ex alia præsentatione patroni, nam si ex patroni præsentatione negantis se præsentasse, eo quòd sua interest, & non alterius, ob id ostendere tenebitur patrono, vel alteri instituto. per not. in authen. si quis in aliquo. C. de edendo. nec dicitur pars tituli præsentatio, potest enim episcopus conferre sine præsentatione, & valebit collatio patrono non reclamáte. c. illud. de iure patro. sicut dicitur de illo, qui dicit procuratorium esse falsum datum ad resignandum, nempe si is qui dicitur resignasse opponat, & dicat falsum, debet produci, quia sua interest, secus si tertius hoc dicat, quia tunc tantum sufficiet exhibere prothocollum notarij, & non procuratorium, quod Romæ remansit, si tamen illud ostenderit, nõ tenetur notam & aliud originale producere, vt fuit dictum in senatu pro Raudim, Anno 1531. die 4. Decembris, contra Chiuard, qui dicebat se non resignasse.

Originale procuratorium quando quis teneatur ostẽdere.

Arrestum.

¶ Deci-

¶Decimoseptimò, quærò, vacante beneficio in mése nomina- 24
torũ episcopus confert nó nominato, postea nominatus requirit, episcopus recusat conferre, dicens se fecisse quod in se erat, nominatus requirit vicariũ existẽtem in vrbe, vbi erat episcopus qui vicarius ignarus collationis factæ ab episcopo, confert nominato, postea aliquis impetrat à papa, quis istorum prçferatur? Videtur quòd primus, quia in collationibus attenditur tempus datæ. c. eam te. de rescript.

¶Imò videtur ꝙ apostolicus, quia papa potest præuenire ordinarios, & cõferre. c. 2. de præb. & hic videtur prçuenisse, postquam collatio prima non valebat prosequente nominato.

¶Itẽ non valebat secunda facta per vicariũ, per l. pen. ff. de offi. procõsul. vbi procõsul deputatus ad regẽdã prouinciã, simul atque vrbẽ ingreditur, deponit imperiũ, propter principis præsentiã & reuerentiã. facit c. volentes. & ibi gl. de offi. lega. glo. in §. visum. in verbo absentia. de collatio. in prag. vbi propter prçsentiam episcopi vicarius non potest conferre, nec alios actus iurisdictionis facere. nam facta collatione per episcopum erat facta deuolutio ad superiorem. §. si quis verò. de colla. in concordat. ergo non potuit vicarius conferre.

¶In contrarium tamẽ quòd valeat collatio facta per vicarium, patet, quia vicarius authoritate concordatorũ confert, nam vicarij sunt executores concordatorum. §. teneantur. de colla. supra. ergo bene cõferendo poterunt supplere moram domini episcopi, nam licet vicarius non possit expedire ea quæ sunt meræ gratiæ, potest tamen expedire ea quæ sunt iustitiæ, & necessitatis. Güil. de monte Laudu. in cle. vna. de offic. vica. & doct. in c. fi. illo titu. in 6. sed ista collatio nominatis facienda est necessaria, ergo poterit per vicarium episcopi fieri. gl. in §. visum. in verbo vicario. de col. in prag. item quia episcopus poterat iterum conferre, vt supra dixi. sic & eius vicarius.

Collatio facta à vicario an valeat, si qualificato fiat, licet ab episcopo alteri facta sit.

¶Et huic sentẽtiæ acquiesco, nec refragatur, quòd episcopus cõferendo videatur eum in hoc reuocare. quia esto sanè, licet reuocata sit ordinaria potestás, non tamen apostolica: postquam ergo vicarius authoritate apostolica cõfert, vt in d. §. teneãtur. de colla. in cõcord. valebit sua collatio, habet enim in collatione istorum beneficiorum duplex ius, videlicet ordinariũ & apostolicum, quod est notandum.

¶Idem putarẽ si ordinarius cõtulisset iuniori nominato, & vicarius antiquiori, vt collatio antiquiori facta à vicario valeat

per prædicta, quia est eadem ratio, & sic eadem debet esse dispositio. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Non refragatur ꝙ episcopus nó potest. Respon. verum esse, quia suo functus est officio, sed vicarius non, quia nemini contulit. igitur quia tanquam cócordatorum executor est superior suo episcopo. argu. c. cum aliquibus. de rescrip. in 6. & sic conferre poterit: ad euitandum tamen dubia, assumas semper à superiore collationé, & hoc erit tutius, vel à papa signaturam, & bono signaberis iure.

¶ Hæc quæstio in palatio fuit mihi petita, & nil eius causa recepi, ideo eam cogitandá relinquo. Vide etiá de duplici acceptatione domini & procuratoris, vtra præsumatur præcessisse, per Roma. consil. 353. quo ad primum. in princ.

25 ¶ Decimooctauò vidi dubitari, nominatus acceptauit beneficiũ, & requisiuit sibi conferri, dicens vacare per obitũ Petri, & tamen vacabat per mortem Ioannis, an valeat illa acceptatio? Videtur quòd nó, quia nó valet impetratio, si hoc modo fiat, videlicet, quidá impetrauit beneficiũ vacás per morté Ioannis, tamé vacabat per morté Petri, etiási apponeretur clausula, & quouis alio modo vacet, tamen non debetur impetranti, quando vacat per alteram personam, quàm expressam, ná expresso vno modo vacádi, alius non venit. c. susceptum, de rescri. in 6. nec expresso vno loco venit alius, vt si dicatur in Montepessulano obiit. nec vna persona expressa venit alia, quia mors vni⁹ nó est mors alterius, nec mors vno loco & tépore, est mors alio loco & tépore.

Error in acceptatione an vitiet.

26 ¶ Ideo illa clausula quouis modo, concernit omnes modos, & vacationes, sed nó qualitates modorũ. Rota decisio. 27. fuit dubitatũ. in addi. & decis. seq. in nou. quia sicut modus vacationis expressus, & locus, & tempus referuntur ad personá expressam. arg. not. in c. abbate sanè. de re iud. in 6. ita & illa clausula quouis modo vacet, refertur ad personá expressam, & nó ad extrinsecá. l. si ita stipulatus. §. Grysogonus. ff. de verborũ oblig. de bella mera decis. 610. licet palatium. argu. l. fi. §. 2. ff. de trit. vino & oleo leg. Bonif. in cle. vlti. col. 2. de senten. excõ. Card. consi. 30. in hac col. 2. & istud seruatur ex stilo curiæ Ro. vt patet in Prouinciali. fol. 54. Et ideo inuéta est practica in curia Romana, ad tollendũ istam dubitationé, videlicet vt in impetrationibus exprimatur, siue alio quouis modo vacet, vel ex alterius cuiuscunque persona, seu loco vel tépore, vel alio quocunque genere vacationis. Pan. & alij in c. ex parte. col. 3. de conces. præb. Ita tradit Perus. in c. susceptum. col. 3. de rescrip. in 6. gl. in §. visum. in ver-

De clausula quouis modo.

Practica curiæ Romanæ.

verbo aliàs quouis modo.de causis.in prag. Milius in verbo gratia.§.secundo. Rota decisio.12. incipien.papa. de præb. dixi in forma manda.apostol.in gl.aliam quamcunque dispositionem.

¶ Contrarium teneo,videlicet acceptationẽ nominati,vel graduati,quando cõstat de corpore beneficij, valere, quia falsa demonstratio,quãdo constat de corpore,nõ vitiat.l. demõstratio. de cõditio.& demõst.l. si quis in fundi vocabulo.ff. de leg.1.§. si quis in nomine.instit.de lega.nã quando in corpus,quod traditur consentimus,in causis verò dissentimus,non animaduerto cur inefficax sit traditio.l.cum in corpus.ff.de acquir. rerum domi.& Domi.consil.119.punctus,&c.

¶ Hanc opinionem tenuit gl.in §.itẽ quod ad dictas. in verbo nominatorum.de coll.in prag. Rota in decis.133.error.in no.& decisio.219.licet in no.& decisio 407. si expectans,in eisdem.& decis.97.no.ꝙ.c.susceptũ.in antiq. & decis.413.not.impetrans. & decis.582.quidam.in eisdẽ. Feli.in c.significante.col.1. de rescrip.vbi licet videre limitationes,idem tenuit Nicol. Milius in verbo beneficium.§.62.

¶ Non obstant supra allegata, quia loquũtur in prouisione,secus in acceptatione,quæ non est nisi quædam voluntatis declaratio.& tendit ad executionem gratię.Ideo non mirum,si erretur in modo vacationis, quod non impediatur acceptatio,dũmodo sequatur postea vera & effectualis prouisio, quæ dat ius. c.si tibi.de præb.in 6.decis. Rotæ 219.licet impetrans, in nouis. nempe si nulla fieret collatio, acceptatio non afferret fructum per reg.primam.de regu.iur.in 6.præsertim quando nominatus acceptaret beneficium in certo loco constitutum,vtpote beneficium vacans in tali ciuitate, vel in tali loco, sic nuncupatum, tunc quia satis constat de corpore beneficij acceptati,cum nullum aliud ibidem vacauerit,dicetur certum, & valebit collatio, per l.certum.ff.si certum peta.Ioan.Monach.in c.si tibi absenti. de præben.in 6.declara.vt per Feli.in d.c.significante.Quamuis Probus in d.gl.nominatorum,dicat me aliud hic scripsisse, tamen si me intellexisset,hoc non scripsisset. lex fortè aliud habebat in libro suo,quid si in vno die fuerit erratum, vide Calder. consil.1.rub.de fide instru.

¶ Decimonono,quæro an teneatur nominatus probare titulũ sui prædecessoris. Respon.nõ,sed sufficit quòd probet illũ prædecessorem in possessione beneficij decessisse, & quod in vita reputabatur verus beneficiatus,& erat possessor beneficij pacifi- 27 *Nominatus titulũ sui prædecessoris pro*

bare nō tenetur. cus.aliàs secus. Panorm.& alij in ca. illud.de præsumpt.Cassad. decis.2.& seq.de causa posses.abundantius supra dixi.Panor.& Felin.in c.cum venerabilis.de exceptio.allego text. vltra eos in cle.1.vt lite penden.vbi Imol.no.quòd ex possessione præsumitur titulus,nedum in fauorem possessoris, sed & tertij. possessor enim præsumitur dominus.l.fi.C.de rei vend.Feder.consi.13.clericus.col.2.vbi pulchrè tradit.illum videto,& gl.in verbo inquirant.de pacif.possess.in prag.Lappus allega. 89.in dei nomine, &c.col.7.versi.sed quicquid sit.& alias fuit in senatu decisum.

28 ¶ Vigesimò quæro, quid si nominatus vel graduatus requirat collatorem, vt sibi conferat beneficium in præstitutis vacans mensibus,opponendo se ne alteri conferat, vel appellando,an non obstante oppositione possit collator alteri conferre? Responde quòd sic, quia episcopus non debet priuari sua possessione conferendi propter oppositionem nominati vel graduati,sicut nec lite pendente. c.1.vt lite penden.nec etiam appellatio extraiudicialis impedit potestatem ordinarij collatoris,vt tenet glo.in c.non solum.de appella.in 6.doct.in c.bonæ.illo tit. Expresse Panor.in c.pen.col.2.in glos.1.de causa posse. vbi tenet quòd si canonici appellarent ne episcopus conferret,non tenetur episcopus supersedere,quia appellatio non tollit effectum possessionis,vt not.in ca.fi.de supplen.neg.prælat.vide Panor. & alios in c.significauerunt.de exceptio.& maximè D. Paris.in 4.not. *Nominatus an possit se opponere vel appellare ne episcopus conferat.*

29 ¶ Et notandum est quòd licet in beneficialibus appellatio deuoluat ad superiorem potestatem cognoscendi, & retractandi grauamen,& irritandi attenta,tamen nunquam deuoluit potestatem eligendi vel conferendi, etiam si pronuntiaret appellationem legitimam.not.Ioann.And.in c.cum M.de constit.Innoc.in c.dudum.2.de electio.provt refert eos Perus. in c.bonæ. nu.32.cum sequenti.de appella.vbi licet videre fusius. dicam in tract.de appella.in constitutio.reg.3.tomo.

30 ¶ Item curia Romana non solet concedere literas facta collatione cõtra episcopum qui cõtulit, quia functus est officio suo, sed contra eum cui collatio facta est.sic not. Collecta.in ca.pastoralis.in prin.de iure patro.

Legatus an primo venienti cōferre de- ¶ Vltimò,quid si legatus resignationẽ factam in mensibus graduatis & nominatis,vel aliis,admittere nolit, vtpote quia est episcopus,& suos habet nominatos propicios,quibus vult prouidere,si vacet per mortem,vel habet famulos nominatos & gradua-

dua-

duatos,quibus vult conferre,vel aliis,vel non vult dispensare regulæ de viginti,vt per mortem suis conferat,quomodo succurretur.glo.in §.quod si quis,in verbo pontificem. de collatio.in prag.dicit,quòd nominatus obtinebit collationem iure deuoluto tacita qualificatione,dicēdo quòd beneficium tanto tempore vacauit,quòd eius collatio est ad sedem apostolicam deuoluta,vel quòd collator male procedit,aut incapaci , & tūc valebit collatio,sed loquitur in papa,nihil dicit de legato, ideo ego dicerem ex æquitate beneficium esse affectū deferenti resignationē,ita quòd si legatus nolit admittere resignationē,vel derogare regulæ,quòd is facta diligentia de habēdo collationē ab eodem,poterit postea ire ad papā.& ista collatio papę,licet sit vltima,quia forte is,cuius resignationem deferebat,interim sit mortuus,tamē eo quia erat affectū primo deferēti resignationē,ideò alteri non potuit conferri , hoc probo sequentibus rationibus. *beat & dispensare.*

¶Primò,vt obuietur fraudibus & malitiis, quibus maximè est obuiādū.l.in fraudē.ff.de rei vend.c.sedes.de rescri. Et maximè debet obuiare sacratissimus senatus,qui abusus reformat in hoc regno,adeò malitiis obuiāt iura,vt aduersus malitiā possit quis se defendere etiam cū calumnia.glo.sing. in c.cupientes.in verbo malignantiū.de elec.in 6.tex.in l.cum pater.§.Titio ibi,nec dolo videtur fecisse,cum fraudem excluserit.ff.de lega.2.Imò si decem mutuasti,quæ tibi secreto restitui iterum petis, potero iurare me nihil habuisse,quin soluerim. teste de Butrio.in ca.1.de mutuis petitio. multa adducit Hippol. sing.177.malitiis,multò fortius poterit suprema curia illis malitiis legati obuiare. *Iurare an possit se nō habuisse si qui restituit pecuniam.*

¶Secundò,videtur legatus quasi contrahere, quia recipiēdo legationē & iuramentum in Francia,videtur promittere se executurum suam potestatē,ergo tenetur ex quasi cōtracta expedire, quod promisit.arg.l.vnicæ.ibi,promissa restituāt.C.de suffra.& bonum esset,quādo in Francia legati recipiuntur, quòd sub ista modificatione reciperentur,videlicet vt omnibus & primò venientibus conferant habilibus,& quòd illud iuraret aliàs suis reseruabunt. *Legatus in Francia quasi contrahit.*

¶Tertiò,aliàs daretur materia delinquendi,& resignādi omnia beneficia regni,contra titulum de reseruatio. quas reseruationes Galli tam exosas habent, vt nullam velint nō in corpore iuris clausam admittere,sed si ista paterētur, legatus conferret omnia beneficia viuentium ad eum suis consanguineis & famulis, quæ res est pessimi exempli.

¶ Quartò, multi ad inopiá venirét, qui ad eum magno sumptu currerent, & ipse postea reseruaret illud beneficium. & diceret, Dũ tu sectaris apros, ego retia seruo. interest reipublicæ vt subiecti sint locupletes. §. fi. insti. quibus manumittere licet, vel nó.

Abusus legati curia reformat.

¶ Quintò, interest etiam reipublicæ ne quis re sua malè vtatur, vt ibidem scribitur, sed legatus sic faciendo malè vteretur potestate sibi data, ergo senatus debet reseruare, alioqui paruus abusus in principio erit maximus in fine, si non extirpetur antequá alij sic vtantur.

¶ Sextò, prohibentur prelati ad questum trahere suam prelaturam. c. irrefragabili. §. prouideant. de offic. ordi. Et super his vidi prouidere per metuendissimum senatum, sic etiam poterit super aliis abusibus legati, alioqui omnia beneficia regni ad quæstum famulorum legati trahentur.

¶ Septimò, cóstitutio reformatur quádo infert grauamé notorium suis subditis. c. fin. de reb. eccles. non alie. c. cum omnes, de constitutio. sed ista gesta per legatum inferunt notabile grauamen subditis, ergo sunt reuocanda, nam in bonis beneficiis semper datarius diceret prouidisse, licet non esset prouisum.

¶ Octauò, turbaretur status vniuersalis Francie, quia nullus extra famulos legati posset habere beneficia in legatione, & quando turbatur status vniuersalis potest etiam summus pontifex reformari, à fortiori & legatus, & quòd summus pontifex posset, glo. est ab omnibus approbata, in c. proposuit. de concess. præben. & in c. si papa. 40. dist.

¶ Nonò, legatus contrarium faciens venit cótra mẽtem papæ, qui eum commisit, nam papa constituit eum legatum ad conferendum beneficia legationis non expresis personis, igitur noluit quòd ipse reseruaret suis famulis.

Cautela pro petentibus collationẽ à legato qui recusauit.

¶ Decimò, acceptationem in euangelio prohibitam, & in c. nouit. de iudic. papa approbare noluit, ergo voluit vt beneficia petentibus idoneis conferrẽtur, & ideo putaré dicendum, ꝙ si legatus nollet conferre primò requiréti, vel regulæ de viginti derogare videtur illud beneficiũ sibi reseruare, vel suis, & quasi có tractum frangere, nam sic receptus censetur in Francia, ob id si post requisitionem beneficia per legatum conferantur famulis suis, vel eodé die præsumitur facta potius requisitio, & illa collatio annullabitur, & is qui primo requisiuit à legato, cui legatus conferre recusauit, si postea obtineat à papa collationé, præferri debet etiam primo prouiso per legatum per supradicta. &

alia

alia quæ dum operæpretium fuerit, adducam.

¶ Dicet quis, non prouidebitur famulis legatorum, nec consanguineis, cui respondeo melius esse nõ prouidere, quàm si eisdem ex rapto, vel cum præiudicio alterius prouideretur, quod fieret, si supradicta sustinerentur, nec refragatur quod nõ tenetur quis facere gratiam, nam nõ est mera gratia resignationes recipere, ca. vno. de rerum permuta. in 6. imò causa existente peccat prælatus non dispensando, licet subditi non habeant ius cogendi. arg. 2. q. 5. c. quanto ita expresè tenet Siluester. in verbo dispésatio. q. 1. glo. in c. domino. 50. dist. Barba. cons. 40. col. 3. in 4. volu. Perus. in c. licet. 3. no. de electio. in 6. alia non scribo. ne excitem crabrones.

Resignationes recipere nõ est mera gratia, & peccat prælatus interdũ si non dispensat.

¶ Decimaoctaua principalis quæstio.

DEcimooctauò, principaliter queritur, an collationes beneficiorum vacantium temporibus nominatis & graduatis præstitutis factæ aliis extra eosdem valeant? tex. in §. si quis verò cuiuscunque. de colla. in concor. dicit ꝙ nõ valent ipso iure collationes, prouisiones, vel dispositiones illorum, sed ad immediatum superiorẽ deuoluuntur, qui eisdem personis modo præmisso qualificatis prouidere tenetur, vt ibidem patet, & dixi supra. 8. q. princi. versi. 7. quæro. & si ille superior cõtrauenerit, ad alium superiorẽ fit deuolutio, donec ad sedem apostolicã fiat. 1

Collationes beneficiorũ vacãtiũ tẽporibus nominatis et graduatis prestitutis factæ aliis extra eosdem an valeant.

¶ Et si patronus ecclesiasticus cui directę sunt noĩationes, præsentet nõ nominatum ad instituentẽ deuoluitur ius instituendi, siue sit diœcesanus, siue alius qui tenebitur instituere nominatum. tex. & glo. sing. in cle. 1. in verbo dispositionem. de supplẽ. negli. præla. quam sing. dicit Card. & Panor. ibi. & Panor. in c. 1. nu. 10. de elect. & c. 2. de cõcess. præb. Roch. Curtius in tracta. de iure patro. in verbo honorificũ. q. 33. glo. in regu. cancel. 40. rãtio est, quia quando lex vel statutum aliquid requirit ad actũ, & vlterius procedit annullando, illud cẽsetur esse traditum pro forma, adeò quòd actus est nullus ex defectu eius quod requiritur ad actũ. Bal. Imol. & Alex. in l. 1. ff. de liber. & posthu. Bal. & Salic. per illum tex. in l. statutis. C. de senten. ex libel. recitãd. Albert. Brunus in tract. de forma & solẽnitate act. rub. quid & quando aliquid censeatur esse traditum pro forma. in princi. (2)

A patrono ad instituẽtem fit deuolutio,

¶ Primò, amplia siue fuerit collator exẽptus, siue nõ, quia semper fiet deuolutio ad immediatum superiorem, & non valebit prouisio. dict. §. si quis verò. & probatur in cle. vna. de supplęn. 3

Deuolutio ad quẽ fiat

in exemptis. negligen.prælato.& collator immediatus exemptorum quis dicatur,vide quæ dixi in glos.vlti.§. si quis verò cuiuscunque. de colla.in concord.

4 *Collatio facta alteri quàm nominato etiã in tẽpore non præstituto non valet.* ¶Secundò,amplia etiam si beneficium conferret in mense non deputato nominato,vel graduato , quia postquam beneficium vacauit in tempore eisdem præstituto, aliis non potuit cõferri, etiam tempore permisso.arg.l,quod sponsæ.C.de donatio.ante nup.& quia res transit cum sua causa, & onere suo, vulgatis iuribus.l.alienatio.ff.de contrahen.emptio.cap.cum non sit.de deci.

(5) ¶Fallit in casibus traditis supra in 15. quæst, quia postquam in nominationibus non comprehenduntur, ideo collatio alteri facta valet.

6 *Papa iure præuentionis confert.* ¶Vlterius fallit,quãdo fieret collatio per papam. nam ipse sibi hoc retinuit,in titu.de mandat. apost. ideo iure præuẽtionis in præstitutis mensibus vacãtia confert etiam aliis quàm nominatis,vel graduatis.gl.in §. item quòd omnia. in verbo scilicet.de colla.in prag.quæ idem dicit in legato,quam opinionem tãdiu secutus sum, quandiu contrarium verius viderim. & si potuisset procedere tẽpore prag.non tamen hoc tempore,tum quia concordata ligarẽt Rom.pontificem,nec fortè potuisset præuenire alios nisi sibi retinuisset,cum cõtractus vim habeant, vt patet in procemio concord.& contractus ligant etiam papam, & principes,imò Deum ipsum,vt est tex.& ibi Barb.post alios in c.1.de proba.& dixi in præfa.ad rub. de colla.tum etiam quia legatus est receptus modificationibus regni saluis , vt patet in sua receptione.ergo legibus regni derogare non potest, nec parlamenta admitterent,vt concordatis derogaret:& sic non potest iure præuentionis non qualificato conferre saltem iure. restringe quando papa conferret beneficium post requisionem nominati seu graduati,cum eisdem censeatur affectum.

7 ¶Et papa iuri iam quæsito non videtur velle derogare.c.quanuis.& cap. tibi. de rescript. in 6.& etiam quia non dicitur præuenisse,& non confert nisi iure præuentionis.d.rubri. de mandat.apost.& concursus.vide in rub,*des preuentions apostoliques*,in ordina.reg.& sic debent iudicare iudices regni seculares. Idem de clausula, dummodo alteri non sit ius quæsitum, vt nó tollat ius ex acceptatione prætensum. Rota decis.244.in no,Fel.in c. nostra correl.18.&.c.capitulum,de rescrip.

8 ¶Intellige valere collationem papæ iure præuentionis,quãdo

erat

erat verisimile quod impetrans potuit à die mortis vel resignationis accessisse ad papam, aliàs non. vt regula cancella. 28. & dixi in §. declarantes. rubri. de mandat. apostol. in verbo iure præuentionis. nec admittitur derogatio illius regulæ etiã à papa in Francia, vt aliàs fuit conclusum, & in mente curiæ retentum, vt dicitur tempore legati de Ambasia. die vlti. Aprilis, anno 1513. nisi in vim resignationis Romam iuisset, quia tunc sufficit tempus esse verisimile à die resignationis, regulæ derogando. secus si nulla sit resignatio, quia tunc à die mortis computabitur, & derogatio nil faciet quo minus tempus debeat esse verisimile à die mortis ad collationem papæ, quod est not. *De clausula de verisimili notitia quãdo ei derogare possit.*

¶ Fallit, quando nominatus nollet vti sua nominatione, vtpote quia beneficium est tenue, & contemnit illud acceptare, tunc collatio alteri, non nominato vel graduato facta tenet. gloss. in §. quod si quis cuiuscunque. in verbo irritum. de colla. in prag. priuilegio enim in fauorem suum introducto potest renũciare. cap. si diligenti. de foro competen. l. penult. C. de pact. intelligitur enim beneficium esse nominato affectum, si is ipse velit. §. finali. ibi, nominatis illa prosequentibus. de colla. in concorda. & ibi dixi, & in ordina. regiis. rub. *des graduez simples*, articu. 14. gloss. in §. ordinarij. in verbo alio. de colla. in prag. Do. Aurioli. in c. si tibi absenti. de præbend. lib. 6. inuito enim non datur beneficium. l. inuito. ff. de regu. iur. potest renunciare beneficio iam acquisito. cã. admonet. ca. quod in dubiis, de renunciatio. Fortius & acquirendo. cle. gratiæ. de rescript. de Selua in tracta. de benefic. q. 48. partis tertiæ. sic valebit collatio beneficij facta primo. quando secundus habens clausulam antefer ri renunciauerit ante collationem factam primo. Ioan. Andr. in c. statutum, de præbend. in 6. in nota. & in c. penult. de concess. præbend. eodem lib. gloss. in §. cui rei. in verbo antelationem. de colla. in prag. 9 *Nominatus potest beneficium vacans dimittere.*

¶ Item si papa transtulerit episcopum absentẽ, & absoluat eundem à vinculo priori, tamen non vacat prior ecclesia, si translatus nolit, quia illa absolutio non est pura, sed conditionalis, si translatus consenserit. Io. Monach. in c. in generali. col. penult. de elect. in 6. vbi dicit semper intelligendã conditionem si placuerit, seu voluerit, per c. si tibi absenti. de præb. in 6. facit l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de lega. 1. l. inuitum. C. de contrahen. emptio. l. nec emere. de reg. iur. sic expressè tenet Dec. in c. cum in cunctis. §. cum verò. col. 2. de electio. 10 *Trãslatus an sit à primo monasterio absolutus.*

11 ¶ Vlterius, fallit quãdo nominatus esset inhabilis, & indignus, de quibus satis supérque dixi in tract. de pacifi. possess. in 4. limita. vbi enumeraui triginta personas inhabiles.

12 ¶ Fallit etiam quando non haberet qualitatẽ requisitam in beneficio, vt in c. ei cui. de præb. in 6. & dixi supra. Et an cum non habente eam qualitatem possit fieri permutatio, vide glo. in verbo alio. §. ordinariis. de colla. in prag. de Selua in tracta. de beneficio. in 3. parte. q. 54. & quæ scripsi in §. statuimus. 2. de colla. in concorda.

13 ¶ Item fallit quãdo prouisio fieret vigore mandati de prouidẽdo, quia mandatarij præferuntur nominatis, ideo collatio eisdẽ facta valet. rub. de mãda. apost. §. 1. vbi dicitur procedere quando mandatarij prosequebantur sua mandata, alioqui contra.

14 ¶ Præterea limitatur quãdo nullus nominatorum eo anno insinuasset, tunc collatio alteri facta valet. §. teneantur. ver. & si collatoribus. de colla. in concord. nisi esset ecclesia parochialis in ciuitate, vel in villa murata, vt superius in 16. q. dixi.

¶ Decimanona quæstio principalis.

Quibus pœnis collatores nominatis non conferentes afficiantur.

1 DEcimononò, principaliter quæritur, Quomodò puniãtur collatores alteri quã nominato vel graduato conferentes beneficia temporibus eisdem assignatis vacantia? Respond. ¶ Primò, collatio est nulla, vt supra dixi. & quando annullatur actus in odium personæ facientis contra præceptum sibi factũ, dicitur pœna. c. si religiosus. de elect. in 6. tex. iuncta glo. in ca. decet. de immu. eccle. in 6. glo. & ibi doct. in c. 2. de constit. Bal. & alij in l. non dubium. C. de legib. Perus. & alij. in c. fi. col. 1. & seq. de elect. in 6. Maleret. in tract. de elect. fo. 52. col. 2. ver. vtrũ nullitas actus. Ias. & alij in l. non dubium. C. de legi. Soci. cons. 112. quod collatio. in 3. volu. dixi in glo. nullitatis pœnam, in §. monemus. de colla. in concorda.

Conferens euicto beneficio tenetur prouidere ei à quo est euictum.

2 ¶ Secũdò, quia remoto beneficio à nõ nominato, cui collatum erat in mensibus assignatis qualificatis, tenebitur is, qui contulit, eidem prouidere de alio, per tex. sing. in c. inter cętera. in fin. de præb. Auffre. in deci. Tholos. q. 71. si Titius. & Ias. in l. si domus. §. de euictione. col. 3. ff. de lega. 1. vbi dicit esse casum mirabilẽ, in quo donator tenetur de euictione, licet regulariter cõtra, vt in l. Aristo. ff. de donatio. nam vulgò dicitur, equi donati dẽtes respicere noli. l. ad res donatas. ff. de ædilit. edict. gl. in cle. 2. in verb. gratiosæ. de cẽsib. Ias. in l. quoties. nu. 13. C. de rei vẽd.

¶ Intellige

¶Intellige nisi episcopus ignorasset.vtpote quia insinuatio ei- 3
dem facta non fuisset, sed prædecessori, vel vicario in episcopi absentia, quia tunc non teneretur episcopus prouidere illi, cui contulerat beneficio euicto.Panor.& Imol.d.c.inter.glos. not. in §.statuit in verbo inane,de colla.in prag.quia cessaret fraus, quando esset ignorans,& scientiam.& non ignorantiam volumus obligari.l.generali.C.de tabul.lib.10.& ignorans non delinquit.glo,no.in l.ex maleficiis.ff.de actio. & obliga. in verb. ignorans.quam auream not.Bald.in l.1.C.qui accusa.non possunt.vt refert Ias.in l. si mora.col.6.ff.solut. mat. & Decius in cap.2.de exceptio Barba.consi.51.illud.colum.2.in 3.vol.& consil.51.illud.col.1.in 4.volu.ac consi.62,Paulus.col.7. ibidem. & consil.74.scripsit.col.7. & consil.seq. col. penult.& consil. 77 col.pen. ibidem.

Ignorãs nõ delinquit.

¶Fallit quando ignorãtia esset crassa,quia tunc paria sunt scire,vel scire debere.l.quod te.ff.si certum peta. & semper collatores allegarent ignorantiam. hodie quia tot sunt nominati & vbique, vt ignorare non possint se habere. nam vulgò dicitur: Gargara quot segetes, tot templum nominatos, atque indoctos doctis prætulit hic.similis adhuc posset episcopus ignorare insinuationem factam, quæ etiam vix excusaret eum, & caueat ab ignorantia affectata.c.2.de tempo.ordinan.in 6. 4

¶Tertio tenetur collator alteri quàm nominato conferens be- 5
neficia eidẽ debita,prouidere in singulos annos illi de suis prouẽtibus,donec de beneficio nominato prouideat. c.dilectus filius in 1.& 2.de præben.& hoc est iustum & rationabile vt puniatur in quo deliquit.ca.postulastis,vbi dixi de clerico excommunica.ministrante.vide latè Feder.consil.290.quia in parte in fin.& docto in d.c.delectus.in 2.q.8.& postquam malitiosè idoneum recusauit admittere.text.in c.pastoralis.in fin.de iure patro. & ibi glo. & doct. tradunt quando præsumatur malitia in episcopo recusante nominatum idoneum,quod vix posset obtineri,cùm prosequente nominato collatio sit nulla, vt superius dixi,& vide Siluestr.de prierio in sua summa. in verbo beneficium in 2.q.8.

Collator de prouentibus tenetur nominato prouidere.

¶Quartò,priuatur potestate conferendi per octo mẽses, quos 6
liberos ad collationem habebat.§.fina.de colla.in cõcord. dixi fusius in 4.notab.in repet.d.c.postulastis.& in d.§.fin.

¶Quintò,qui sine causa noluit implere mãdatũ papæ, in præiu 7
dicium impetrantis,crimine stellionatus tenetur.l.1.ff. de crimi.

Stelliona-

tus crimine tenetur collator. stellio. & l. 1. de pignor. action. & accusationem criminalem, vel denunciationem ciuilem prosequitur impetrans. Innocen. & alij in d.cap.dilectus. 2. in fin. quia pro hoc crimine non est expressa pœna in iure canonico, licet possit ampliari pœna. cap. nulli. de rebus eccl. non alienand. l. iubemus. §. œconomus. C. de sacrosanct. eccle. ideo relinquetur arbitrio iudicis. l. 1. ff. de effract. declaratur in concord. rub. de pœna temere venientium contra concord.

8 ¶ Sextò, indignationem summi pontificis incurrit, vt patet in concord. rub. de conclusio. Latera. concilij. in fin. & in aliis pluribus locis, & qui principis incurrit indignationem, debet feudo quod ab eo tenet, priuari. glos. in §. porro. versic. sed si delator. in verbo perdet. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. & ibi Bald. dicit, quòd qui incurrit indignationem papæ, meretur priuari beneficiis ecclesiasticis. quem sequitur ibidem Aluaro. Idem tenet Bald. ibi, & Ioan. Baptista. in repet. l. cunctos populos. C. de summa trinita. Feli. in ca. veniens. col. 1. de præscrip. Soci. consil. 87. visis inuestitura. colum. 3. in 3. volu. text. in §. item qui dominum. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. l. 2. C. de petitis bono. sublat. lib. 10. cle. fina. de celebra. missa. Iacob. in tracta. de feud. in verbo dictique vassali. in 13. causa. Do. Ioan. Sainson in consuetud. Turonen. rubr. *des amendes*, artic. 2. vbi extendit ad murmurantes contra indulgentias. ideo hic non conferendo nominato vel graduato tempore eis præstituto, collator incurrit indignationem tam papæ quàm regis, ergo & beneficiis debet priuari, & feudo spectante ad regem, licet Bart. in extra. qui sint rebelles. in fine. dicat se huius clausulæ, indignationem se, &c. nullum effectum inuenire. quem sequitur Ias. in l. 1. ff. quis ius dicen. non obtempera. not. tamen quæ supra dixi, est etiam excommunicatus qui non seruat constitutiones papæ. cap. generali. 25. quæst. 1.

De indignationem papæ incurrente.

9 ¶ Septimò, sunt periuri. nam veniunt contra iuramentum quo seruare constitutiones & præcepta Roma. pontificis promiserunt. cap. ego N. de iureiur. & ibi Fel. col. 3. & periurus est infamis. l. si quis maior. C. de transa. gloss. tamen distinguit in l. Lucius. ff. de his qui notant. infamia. Bald. in marga. in verb. infamis. quæst. 11. Bart. & alij in l. quotiens. C. de dignita. li. 12. Paul. in l. iusiurandum quod. §. fin. ff. de iureiur. Domi. & alij. in cap. generali. de elect. in 6. text. expressus in cap. infames. 6. quæst. 1. qui sic loquitur, Infames esse eas personas dicimus, quæ pro ali-

Periuri an sint infames.

qua culpa notantur infamia, id est omnes qui christianæ legis normam abiiciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt. facit text. in ca. si autem. 11. quæst. 3. cuius verba sunt, si autem nobis episcopis non obedierint omnes presbyteri, & reliqui clerici tam maioris ordinis, quàm minoris, atque reliqui populi, non solũ infames, sed etiã extorres à regno dei, & cõsortio fidelium, & à liminibus sanctæ dei ecclesiæ alieni erunt. Barb. in rub. de iureiur. in clem. colũ. 5. & propter periurium clericus saltem est suo priuandus beneficio. text. in cap. 2. de rescrip. cap. querelam. de iureiuran. sic & collatores qui beneficia nominatis & graduatis debita non conferunt. dixi in tracta. de pacific. possess. in 4. limita. versicu. 23. periurus, &c.

¶ Octauò, peccant mortaliter, quia non obtemperant mandatis papæ, nec regis, & dicitur ad Rom. 13. c. Qui autem resistunt ipsis, sibi damnationem acquirunt. cap. qui resistit. 11. quæst. 3. ca. quod præcipitur. 14. q. 1. summa Angel. in verb. lex. §. 3. & ibi Siluester. quæst. 8. Panorm. & alij latè in ca. nam concupiscentiam. de constitu. Asten. in sua summa. titu. 20. rubr. de partibus iustitiæ. articu. vltim. gloss. in ca. 2. de constitu. in 6. Panor. & alij in ca. clerici officia. de vita & honesta. cleri. & cap. nulli phas sit sine status sui periculo, vel diuinas constitutiones, vel apostolicæ sedis decreta temerare. 25. quæst. 1. & qui hoc facit, blasphemat in spiritum sanctum. ca. violatores. ibidem. 10 *Nõ obtemperãs mandatis papæ vel regis, quomodo puniatur.*

¶ Nonò, qui contemneret seruare canones, & papæ præcepta ex malitia, dicens papam non habere potestatem statuendi, nec ligandi, puniri deberet tanquam hæreticus. gloss. singu. in cap. generali. in verbo inhibemus. de elec. in 6. per text. in d. ca. nulli phas. 19. distinct. sequuntur docto. in ca. 1. de constitu. gloss. penult. in extrauagan. execrabilis. Ioan. 22. Barb. in ca. quod quibusdam. de fideiusso. clem. 2. colum. 41. de electio. tex. in ca. sunt quidam. 25. quæst. 1. Castellio. in disputa. incipiente, statuto ciuitatis. Ias. in l. 1. colum. 1. ff. si quis ius dicen. non obtempe. & ille dicitur contemnere, qui contrauenit sine causa. glos. in cap. Metropolitanam. 3. quæst. 7. Feli. in d. cap. ego N. colum. 2. Item infidelis est. Hierony. in ca. si apud. 23. quæst. 5. ibi, quomodo enim potest fidelis esse in substantia dei, qui carnali domino fidem exhibere non potuit? cap. fina. 25. quæst. 1. & de dolo tenetur. l. 1. in princip. ff. de dolo. 11 *Hæreticus est qui asserit ecclesiã non habere potestatẽ.*

¶ Decimò, sine spe veniæ est deponendus. ca. omnia. 25. q. 1. cuius verba insero, omnia decreta prædecessorum nostrorum cõ- 13 *Deponẽdus*

collator nõ cõferens nominatis. stituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus & canonum sunt promulgata disciplinis, ita ab omnibus episcopis ac sacerdotibus generaliter custodiri debere mãdamus, vt si quiddam in illa cõmiserint, veniam sibi honoris deinceps nouerint denegari.

13 ¶ Vndecimò, morte debent plecti. Deutero. cap. 17. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur homo ille. ca. absit. 11. quæst. 3. & qui non obedierit principi, morte moriatur. ca. 2. de maior. vbi dicunt doct. posse etiam excommunicari. ca. si quis omnem. 1. q. 7. Ad quod aduertãt collatores ordinarij, & nominatis & graduatis, vt tenentur prouideant. etiam in hoc recusantes consiliarij animaduertere debent, vt pœna vnius sit metus multorum. l. 1. C. ad leg. Iuliã repetund. vnde dicit Bald. consil. 271. quæritur. in 2. volu. quòd contemptor mandati regis est capitaliter puniendus, tanquam violator legis. l. fina. C. de veter. numisma. potestate. libr. 11. & glos. in verb. immortalitate. rubr. de legib. in lib. placitorum seu constitu. neapolita. Et 1. Esdræ. ca. 7. in fi. & omnis qui non fecerit legem regis, diligenter iudicium erit de illo, siue in mortẽ, siue in exilium, siue in condemnationẽ substantiæ eius, vel certè in carcerem. Incurrit etiam sacrilegij crimen. l. 1. & 2. C. de crimine sacrileg. & idem Bald. consil. 159. super eo. colum. penult. in 3. volu. & consil. 367. venerabilis. colum. 2. in eo. volu.

Nõ obediẽs mandatis principis morte plectitur.

14 ¶ Vltimò, dico collatores teneri ad omnes expensas, damna, & interesse, quæ nominatus passus est, vel exposuit, eo quia non est eidem facta collatio, probatur in §. fin. de colla. in concord. vbi dicitur nominatum teneri ad interesse, damna, & expensas, si ordinarium molestauerit. Idem dici debet si collator molestauerit nominatum, correlatiuè. per. l. fina. C. de indicta vidui. tollend. hoc etiam suadeo ex d. §. fin. ibi, eodem vinculo collatores, &c. & §. domino. si de feudo contẽ. sit inter do. & agnat. vassa. & §. dominus. de forma fideli. vbi si dominus delictum commiserit, propter quod vassallus, si in dominum commisisset, perderet feudum, debet feudo priuari ratione correlationis. d. l. fin. C. de indicta vidui. tollend. & ista decisio est sancta, & iusta. secundum Bald. & Aluaro. ibidem Barb. consi. 62. illud in medium. col. 13. in 1. volu. text. & ibi glo. in cap. de forma. 22. q. 5. Iacobi. in tracta. de feud. in verbo qui quidem inuestit. col. 4. ver. sed nunquid econtra. facit text. in l. fi. C. de fructi. & litium expensis. vbi si quis habet priuilegium super expensis litis non soluendis, extendetur ad aduersarium propter æqualitatem. facit

Collatores ad expẽsas tenẽtur quãdo nõ prouident nominatis.

text.

text. iuncta glo.in cap.2.in verbo reus.de confess. in 6.vbi dicit Domi. quòd lex pœnalis loquens in reo, extenditur ad actorem:& qui obtinet aduersarium compelli ad iudicium venire personaliter,idem pariter tenetur.c.1.de iud.in 6. Rota decisio. 2.de dolo. Domi.in ca.1.col.2.de dolo.lib.6.ca.2.& ibi Feli.latè de mutuis petitio.l.1.& ibi docto.ff. quod quisque iuris.

¶ Ergo sicut nominatus si molestet ordinarium,punietur ad expensas, damna & interesse, ita & ordinarius molestans nominatum.& hanc opinionem tenet Ioan.Andr. & Imol.in ca.dilectus,2.de præbend.arg.ca.sanè.& ca.veniens. de renunciatio. vbi dicunt quòd ille, cui non est collatum beneficium sibi debitum,potest agere contra conferentem ad omnes impensas, & maximè in conscientia, in qua damnum quod tua causa patior, teneris mihi sarcire.Exodi 21.ca.& dico in præfa.ad l. vnam. q. 1.C.de senten.quæ pro eo quod interest proferuntur,si non potuero exigere ab eo cui collatum erat collitigante.Et sic aduertant ordinarij, vt graduatis & nominatis conferant temporibus eisdem præstitutis,& non suis inhabilibus.vide Card.in ca. mandatum.quæst.28.& sequen.& quæst.33.de rescrip.alias pœnas impræsentiarum missas facio,ne irritem crabrones.

¶ Vigesima quæstio principalis.

VIgesimò,principaliter quæritur,intra quod tempus debeat nominatus & graduatus petere beneficium vacans sibi conferri, & illud requirere, & acceptare? Respond. per glos.in §.item quod omnia.in verbo scilicet. de colla.in pragm. quòd non inuenitur à iure tempus præstitutum,ideo arbitrio boni viri relinquendum est.argu.l.1.ff.de iure deliberand.ca.si clericus. de præbend. in 6.bonus autem iudex arbitraretur quòd petere debeat intra sex menses, intra quot ordinarius potest conferre. ca.2.de concessio.præbend.& patronus clericus habet sex menses ad præsentandum,laicus quatuor.cap. vno.de iure patro.in 6. Igitur si nominatus non petat intra sex menses, reputabitur negligens quo ad illud beneficium, ideo non poterit illud postea petere, etiam à superiore, ad quem est ius deuolutum, vt nota.in cap.tibi qui.in fine.de rescrip.in 6. de Selua in tracta. de beneficio.in 3.parte,quæst.64.& Brunel.in d.conclu.19.decla.6.& ita se habet consuetudo secundum eos. 1 *Noĩat^o intra quod tẽpus beneficiũ petere debeat.*

¶ Fallit quando fuisset absens,vel fortè captus per sex mẽses,& procurator medio tempore, quem dimiserat, mortuus fuerat:

tunc cum non dicatur negligens, non perdit beneficium sibi debitum, arg.cap. quia diuersitatem.de concessio.præbend. ita expresse tenet, glo.in dict. versic.scilicet,in fine.quæ est not. & glo.& doct.in cap.si clericus.de præb.in 6.dixi supra. vltra non prosequor. Quia vix eidem hoc casu succurreretur,nisi de industria collator nominatum in carceres detruserit, vel eo procurante factum sit.

¶Vigesima prima quæstio principalis.

1 *Inter plures noīatos quis præferatur.* Vigesimaprima principalis quæstio est, pluribus nominatis concurrentibus quis præferatur? Regula est quòd antiquior.§.statuimus.de colla.in concorda.quia in rescriptis tempus datæ attenditur.cap.eam te.de rescrip. & ca. si eo tempore illo titu.in 6.facit.l.si permittente. C.ad Macedo. & qui prior est tempore,in dignitate debet esse potior,regula, qui prior. de reg.iur.in 6.l.qui balneum. in princip.& l.qui potior.ff.qui potiores in pigno.habean. vnde dicit Bald.in l.si plures.colum.1. C.de conditio.insert.quòd qui habet primum esse, habeat primum frui, & primum gaudere.refert Ias.consil.192. exorta.colum.4. versicu.3. facit.in 2.volum. Et pulchrè Anto. Negusantius in tractatu de pigno. & hypothe. in secundo membro quintæ partis.

2 *Apud antiquiorē claues esse debent.* ¶Item valde absurdum est quòd iuuenes antiquis præferantur.ca.statuimus.61.distin. & apud antiquiorem debent esse claues,& remanere.l.procurator.& ibi doct.C.de eden.

3 ¶Item antiquior aduocatus præfertur iuniori.l.prouidendum. C.de postuland.quia dicitur melior in practica,licet sit minoris interdum scientiæ, secundum Alber. ibi dicentem cauendum esse à medico iuuene,quia est pestis in patria.

Aduocatus antiquus præcedit iuuenē, fallit vt hic. ¶Si tamē iunior aduocatus fuerit doctor,debet præcedere antiquiorem aduocatum,non doctorem. text.in l.vna.versicu. ad istum.ibi,& vir illustris ex magisterio, & iuris doctor in hac alma vrbe Theophilus, viri etiam disertissimi togati amplissimi fori tuæ sublimitatis Dioscorus.&c.C.de Iustinia.Cod.confirman. vbi sumendo argumentum ab ordine literæ, hoc probatur, quia ibi prius nominatur doctor quàm aduocatus. & hoc expressè dicit Signorel.Homodeus consi.129. colum. antepenult.per illum text.clamans contra aduocatos antiquos volentes præcedere doctores.

¶Notandum est,quòd quādo confertur antiquiori nominato, vel al-

vel alteri, debet exprimi, tibi graduato & nominato cõferimus. vel tibi tanquam nominato & graduato, aut aliud æquipollés. alias non valet collatio, quia voluntas & potestas non videntur concurrere, vt ius requirit in ca. cum super. de offi. deleg. sed voluntas conferendi graduato, nominato non apparet, cum quælibet collatio soleat fieri tibi tanquam idoneo, ergo non valebit. Item hoc est introductum partim in fauorem aliorum nominatorum, ne eis per istas collationes fiat preiudiciũ: & vt si videant non sic esse factam collationem, requirant sibi conferri, partim etiam, vt iudices regij protectores cõcordatorum sciant an sit concordatis satisfactum. nec admittetur probatio istius qualitatis per testes, si non esset in literis collationis expressum, arg. tex. in ca. si motu proprio. de præb. in 6. Alioqui indies cogitaretur materia fabricandi falsum, & inueniẽdi testes hoc deponentes. In mensibus tamen graduatorum, quia episcopus potest gratificare vnum ex graduatis, sufficit si episcopus conferat tibi idoneo, quia alter graduatus non potest quæri, licet nõ expresserit illam clausulam, tibi tanquam graduato, si ille cui facta est collatio, erat graduatus, & ritè qualificatus. & idem si conferatur beneficium parochiale in villa murata existens extra menses nominatorum. ita arresto conclusum extitit ab hoc venerando senatu in causa magistri Guillelmi Esclisson appellantis contra magistrum Leonardum Marin, hoc anno 1536. circa festum Penthecostes. ideo iuribus nõ aliter probabo, quia mihi sufficit tanti authoritas senatus. Quod est verum nisi collatio se referret ad certum, vtpote ad instrumentum refutationis, vel diceretur, prout requisisti, conferimus, vel alias, vt iudicauit senatus, anno 1549. die 7. Decembris, pro Thoma Cuelly cõtra Beguier. in 2. inquisitionum camera: quia paria sunt aliquid exprimere, vel se referre ad aliud certum. l. ait prætor. §. fin. ff. de re iudic.

Collatio nominato quō fieri debeat & graduato.

Arrestum.

Arrestum.

¶ Et antiquior dicitur non ætate maior. §. ordinatione. in authen. de monach. colla. 1. alioqui quilibet diceret se antiquiorẽ, & plures annos quã haberet. Nec gradu, videlicet vt qui prius sumpsit gradum, is præferatur. sed tempore, id est qui prius fuit nominatus. tex. in ca. fin. 17. distinct. & ibi glo. dicit generale esse, vt qui prius dignitatem receperunt, aliis præferantur. glos. in verbo antiquiores, in ca. fi. de consuetud. in 6. ca. episcoporum. 74. distin. l. 1. & l. penult. C. de dignita. lib. 12. l. 1. de præpo. sacri. cubicu. eod. lib. Brunel. in tracta. de dignitate leg. in conclu. 22. quod est verum si omnes sint præsentes, alioqui ille dicitur an- 4

Antiquior quis dicatur.

tiquior inter præsentes, qui prius institutus & receptus est, licet alius absens fuerit prius institutus, quàm iste præsens. & sic fuit declaratum in hoc senatu, anno 1537. die 26. Iulij. pro capitulo Carnoten. & inter doctores eiusdem professionis ille præferri debet, qui prius fuit effectus doctor. Bart. in l. 1. ff. de obsequiis. & d. l. 1. C. de digni. & l. fin. C. de tyro. lib. 12. Et conuocatio capituli spectat ad antiquiorem de collegio deficiente rectore, vel priore, seu decano. Bart. in l. 1. ff. de albo scrib. per text. in l. 2. C. de decur. lib. 10. Ias. in l. cum quid. in 2. lectura. colum. penult. & vltim. ff. si cert. peta.

Attestum.

5 ¶ Et antiquior consiliarius vel canonicus dicitur, qui primò receptus est, licet sit ætate iunior. Bar. in l. qui ad tempus. ff. de decur. Dec. consil. 161. pro domino præposito. Idem in militibus ordinis sancti Michaelis, vt præferatur is qui prius à rege habuerit ordinem. quod fallit in regibus, & ducibus. hi enim ordinem præteritum ob dignitatis eminentiam habebunt, vt vidi statutũ in ordina. ordinis sancti Michaelis à rege Ludouico editis.

Cõsiliarius antiquior quis dicatur, & miles sancti Michaelis.

6 ¶ Amplia etiam si vltimus nominatus esset doctor, primus verò esset tantũ baccalaureus, vel artium magister, quia illa qualitas nil facit nisi in data concurrentibus, arg. c. si à sede. de præb. in 6. glos. in §. ita tamen. in verbo quibuscunque. de collat. in prag. etiam si esset doctor in theologia, vel in vtroq;. quia text. tantum præfert antiquiorem, ergo quemlibet, cum non distinguat. arg. l. de precio. ff. de publ. in rem. act. glo. in 6. parte regulæ Iulij secundi. Ideo sustinui conclusionem, quæ est 22. meæ secũdæ repetitionis, quæ sic dicit, Magistri artium theologis, quo ad sacerdotia, præferri debent. quæ conclusio debet intelligi vt supra dixi, quãdo magister artium est antiquior, nam ex tempore ius est isti acquisitum, ideò non potest tolli per theologum postea venientem. secus diceré quo ad honores, in quibus theologus precedit artium magistrum, etiam si esset centum annorũ. doct. in c. clerici. de iudic. & in l. cum quid. ff. si cert. pet. Idem in mandatis arbitror vt antiquior præferatur. c. duobus. de rescri. Idem si sint eiusdem datæ mandatorũ, sed artium magister prius præsentauit. ibidem dicitur esse præferendum. & hæc conclusio mouit bilem quibusdam theologis eam non intelligẽtibus.

Conclusio. Magistri artiũ theologis quo ad sacerdotia præferri debent.

¶ Postea in conclusione sequenti dicebatur: Imò his præferendos esse medicos iure constat, quæ debet intelligi, quando medicus insinuasset illo anno, & theologus non, nec magister artium, tunc medicus præferetur. §. teneantur. de colla. in concor.

¶ Idem

¶ Idem etiam dicendum est, quando medicus & theologus impetrassent mandata eodem die, & essent æquales: tunc si medicus prius præsentauerit, erit præferendus theologo quo ad sacerdotia. d. ca duobus.

¶ Idem si theologus erat inhabilis, quia paria sunt non esse, & inhabilem esse. l. quotiens. ff. qui satisda. cogan. glo. in l. si plagij. C. ad leg. flauiam. de plagia.

¶ Secundò, etiam si vltimus prius nominationes præsentasset. 7
ca. eum cui. de præben. in 6. ca. tibi qui. de rescript. eo. lib. glo. in §. ita tamen. in verbo præferri. de colla in prag. quia non attenditur præsentatio, vbi data est potior.

Præsentatio prius facta non nocet antiquiori, nec receptio.

¶ Tertiò, procedit etiam si vltimus esset receptus in canonicum sub expectatione præbendæ. d. ca. eum cui. & d. ca. tibi. Feli. in ca. capitulum. colum. 3. de rescrip. Innoc. in cap. statuimus. de maior. & obedien. vbi dicit iniustum esse, si per secundos pri- 8
mi ius amitterent. ca. duobus. de rescript. in 6. aliàs quotidie fieret fraus, & antiquiori nunquam prouideretur. Perus. & alij in cap. quia sæpe. de præbend. in 6.

¶ Quartò, auge procedere etiamsi posterior esset nepos colla- 9
toris filius gallinæ albæ, quod per se magnum est, vel filius Baronis, Comitis, aut alterius principis. tex. & ibi Bald. in l. si fundus. C. qui potior. in pignor. habean. quia tunc omnino excluderetur, quia licet data paritate nobilis præferatur ignobili. Panor. in cap. venerabilis. de præbend. Bald. in l. nemini. C. de aduoca. diuerso. iudic. Feli. in cap. super eo. colum. 3. de testi. tamen non procedit quando non est paritas, vt ibi per eosdem licet videre. glo. in regula Iulij secundi. in vltima parte.

Nepos collatoris nõ præfertur antiquiori nominato.

¶ Quintò etiam ampliatur, si collatio esset facta intra sex men- 10
ses posteriori, quia primo prosequente annullabitur, quatenus de facto processit, vt supra dixi. nec ius à primo ob illam abortiuam collationem auferetur. alioqui collatores quotidie illam fraudem exercerent. Perus. in cap. executor. de concess. præben. etiamsi ille primus possedisset quatuor menses. Bald. consi. 182. ad euidentiam. in 2. volu.

Collatio facta posteriori nõ nocet antiquiori.

¶ Sextò, extende etiam si iunior esset excellentis doctrinæ, quo 11
casu scholaris præcedit doctorem indoctum. gl. in l. 1. C. de anno ciui. lib. 11. Panor. & alij in c. clerici. de iud. Barba. in proœmio. cle. in 2. lectura. colum. 12. Feli. in ca. pastoralis. col. 1. de offic. deleg. & in rub. de magist. colum. vlti. Ias. in l. cum quid. ff. si cert. pet. Bonus de curtili. in tract. nobilita. in 3. parte. num. 109.

12 ¶Et talis doctor indoctus non debet gaudere priuilegiis doctorum. Panor. & alij, in d.c. clerici & ille dicitur doctus, quem auditores doctum referunt. l. cum scriptum. ibi, Seruij auditores retulere. ff. de dote prælegat. l. quæsitum. in princip. de fund. instructo. latè dico in interpreta. authen. habita. C. ne filius pro patre. Imo si doctor publicè legens secum facit intrare famulos, vtpote quia non habet scholares, est infamis secundum Angel. in l. vna. C. de stud. libera. vrb. Romæ, lib. 11. refert Valac. in repet. l. imperium. colum. 27. ff. de iurisdict. omni. iud. & tales inutiliter legentes scholaribus possunt reprobari. l. grammaticus. C. de professo. & medic. lib. 10. & vellet deus quòd iterum examinarentur, & reprobarentur, si idonei non essent, vt vult Bart. in l. sed & reprobari. ff. de excusa. tutor. hi enim sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur. 2. Petri. 2. ca. & asinæ Balaam comparantur. ca. secuti. 2. quæst. 7. Floren. in 3. parte summæ in titu. 5. cap. 2. §. 10. doloresque dicuntur, vel doctores in culina, tamen in his nominationibus antiquiores, quia præsumitur quod sint doctiores, præferuntur etiam si non sit ita. glo. in regu. cancella. 15. in 2. prærogatiua. Barb. in ca. clerici. colum. 4. de iud.

Contra doctores indoctos.

13 ¶Septimò, amplia etiam si episcopus, aut alius collator iurasset conferre primum secundo nominato, quia tunc illud iuramentum non ligabit eum quin teneatur conferre antiquiori: nam debet intelligi de primo libero, quod liberè episcopus poterit conferre, videlicet in beneficio vacante extra menses nominatis deputatos. nam semper intelligitur excepta auctoritas superis. cap. venientes. de iureiurand. glo. in l. fin. ff. qui satisda. cogant. & auctoritas superioris est in concordatis, vt antiquiori conferantur beneficia in mensibus nominatis deputatis vacantia, ergo illa censentur excepta. alioqui istam fraudem cogitarent, ac fortè collatores exercerent, quibus est obuiandum.

Iurans conferre primũ, non tenetur cõferre nõĩatis debitum.

14 ¶Octauò, etiam si secundus esset nobilis, aut diues, etiam si diuitias Midæ vel Crœsi haberet nempe hoc casu nil vtilitatis afferunt diuitiæ, sed potius nocumento sunt, quia non beneficiatus præfertur beneficiato, & pauper diuiti. reg. cancella. 15. & not. Fel. in cap. capitulum. de rescript. & doct. in cap. cum secundum. de præbend. quod est verum de iure. sed hodie habenti, & diuiti datur.

15 ¶Nonò, etiam procedit si secundus esset presbyter Andreas, & san-

& sanctus, quia propter sanctitatem vnius non debet alteri iniuria inferri.& vnum altare non debet euelli, vt alterum cooperiatur.l.assiduis.C.qui potior. in pignor.hab.cap. cum olim.& ibi Bald.de consuet.facit cap.ex parte.de foro competent.cap. cum causam. de præbend. quanuis in multis casibus derogetur regulis iuris propter viri sanctitatem & honestatem.cap.nisi essent.& ibi dixi.de præbend.multos casus congerit Hippol.consil.1.circa finem. ibi cernere licet. *Sanctitas viri nõ derogat antiquitati.*

¶ Decimò,amplia etiam si vltimus esset nominatus in vniuersitate Parisien.primus in alia vniuersitate non ita famosa, cum nulla sit sub cœlo tam famosa, quo ad theologiam & artes, tamen cum omnes vniuersitates regni quo ad nominandum sint æquè priuilegiatæ,non fiet aliqua differentia, glos.in §. ita tamen.in verbo non teneantur.de colla. in prag. sequitur domi. Chassa. in cathalo. gloriæ mundi, in decima parte, considera. 32.istæ enim qualitates non tollunt temporis prærogatiuam. Innoc.in cap.statuimus.de maior.& obedien. Bart.in l.1. ff. de obseq. Dec.in cap.clerici.colum.5. de iud. 16 *Vna vniuersitas nõ est, quo ad noĩationes magis priuilegiata quàm alia*

¶ Licet promotus in vniuersitate famosa,& sub doctore famoso, maiorem habeat primo aspectu scientiæ præsumptionem. Ioan.de Ana.in rub.de tornea.referunt moder. in procemio.ff. & bonum est habere doctorem famosum,quem imiteris. 17 *Promotus sub doctore famoso præsumitur doctus.*

¶ Vndecimò, extende etiam si secundus nominatus esset filius doctoris,qui & si alios in data pares præcedere debeat. Bald.in l.iubemus.per illum text.C.de aduoca.diuerso. iudic. Alexand. in l.1.C.de dignit.lib.12.Ioan.de platea in l.in filiis, C.de decurio.lib.10.Barb.in procе.cle.in verb.salutem.in 2.lectura, colũ. 13. tamen hic non præcederet antiquiorem.Purpu. in d. l. cum quid.ff.si cert.peta. 18 *Filius doctoris non præcedit antiquiorẽ nominatũ.*

¶ Duodecimò, etiam procedit si vltimus esset factus doctor à papa,rege,vel imperatore, qui licet alios debeat præcedere, vt not. Alexand.in l.1.ff.de albo scriben.Roma.in repet.l.si verò. §.de viro.49.fallen.ff.sol.matr.Fel.in cap.per tuas.colum.1. de maio.& obedien.Ias.in l.2.§.prius.in 3. conclusione. ff.de vulga.& in l.si quis maior.colum.fin.C.de transactio. Dec.in cap. clerici.de iud.tamen non præcedet hunc antiquiorem nominatum quo ad beneficium, quia ei est iam ratione temporis ius quæsitum, cui princeps non videtur velle derogare,argu. l.nec auus.C.de emancipa.libero.l.ex facto.ff.de vulga. etiam si omnes supradicti essent postea nominati,per supradicta. 19 *Doctor factus à papa, alios præcedet,*

20 ¶Primò, regula illa perdit officium suum quando papa iure præuentionis non nominato, vel nominato iuniori contulisset, quia postquam potest conferre non nominato, multò magis iuniori nominato, & secundo nominato, vt not. Io. de Selua in suo tractatu de beneficio in 3. parte. quæst. 29. per §. primum. rubr. de manda. aposto. supra.

Papa confert iuniori nominato.

21 ¶Secundò, limitatur quando primus esset à doctoribus, & ab vniuersitate, gradu & nominationibus, quod rarò euenit, priuatus, & postea per principem fuisset restitutus, tunc nominatus medio tempore, videlicet ante restitutionem, præfertur isti, quia restitutio fit sine præiudicio tertij. cap. quanuis. de rescrip. in 6. Vnde dicit Bart. in l. 2. in prin. ff. de decurio. per illum tex. quòd doctor de collegio expulsus, & postea restitutus, non recuperat locum quem habebat, nec primum gradum, vt tanquam antiquior preferatur in dando primum suffragium, sed habebitur vt quidam de nouo veniens ad collegium. & dicit Bononiæ fuisse practicatum tempore Romei. de papul. & per hæc respondi canonicis Bituric. ecclesiæ, qui tempore infirmitatis resignauerant suas præbendas, quòd si postea reconualuerint, & easdem præbendas obtinuerint per aliam resignationem, quòd nō possunt venire ad loca, quæ primò habebant in ecclesia, sed tāquam venientes de nouo, vltimas sedes habebunt, & tenētur soluere pro ingressu, sicut si de nouo venirent, quia verè de nouo veniunt. & quia hanc decisionem oculo toruo respexerunt, malè fuit mihi solutum, ideo missas feci allegationes alias, eas cum operæpretium fuerit, in medium adducam. interim vide Ioan. de Selua in tracta. de beneficio. in 3. parte. q. 31. & text. in c. quoniam. ibi, de nouo mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis. de symo. de æquitate tamen seruatur contrarium. quia renunciasse non censetur, qui statim reassumit beneficium, vel nunquam dimisit illud. arg. l. diuortium. ff. de diuort. l. quicquid. de regu. iur. Et ita censuit senatus Parisien. anno 1549. die 23. Ianuarij, pro do. Bochetel, canonico in ecclesia cathedrali Bituricen. qui resignauerat in fauorem nepotis, & ipse non acceptauit. Ideo semper resignans canonicus remansit, & quanuis capitulum noluerit illi distribuere fructus, & distributiones, tamē fuit condemnatum ad damna, interesse, & expensas. plenius scripsi in praxi beneficia. in 3. parte. titu. ratione perso. & rei vitiatur resigna. in fine.

Priuatus nōiationibus et postea restitutus perdit prioritatē.

Arrestum.

¶Tertiò, fallit quando primus esset inhabilis, quia tunc idem est,

est,ac si nullus esset,ideo sequens nominatus admittetur.argu.c. suggestum.de iure patro.facit l.quotiens.ff.qui satisda.cogant.l. 4.§.cõdemnatum.ff.de re iud. & ibi ad hanc rem facientia addidi,vel quando primus esset repulsus à suis nominationibus.

¶Et dicitur repulsus,quando duxit vxorem.c.1.de cler.coniug. 23 vel habitum clericalem reiecit.l.professio.C.de munerib.patrimo.lib.10.vel iuri suo renunciauit.c.audita. de restit.spolia. vel lata fuit sententia contra eum,cui acquieuit glo. in c.1.de concess.præben.vel factus est miles.arg.c.1.& seq.51. distin.vel aliis modis de quibus per Cardi.in c.mandatum.q.1.de rescrip.dico in tracta.de pacifi.possess.vbi trado, quando quis dicatur inhabilis.de hac tamen inhabilitate non debet disputari, antequam beneficium acceptauerit.l.non oportet.ff.de leg.2.

Quibus ex causis repulsus dicatur nominatus.

¶Quartò,fallit quãdo primus esset negligens.c.tibi.de rescrip. 24 & quando sit,dixi in præceden.quæst. & in glos. prosequentes. de manda.aposto.

¶Quintò,nõ procedit in beneficiis vacantibus eodem momento,vtpote ab vno qui duo vel plura possidebat,tunc ordinarius 25 conferre poterit melius beneficium secundo nominato , & beneficium tenue antiquiori,& valebit collatio , dum tamen modo primo conferat antiquiori,& postea alteri, argu.cap. si pluribus.de præben.in 6.glo.in §.item quo ad dictas,in verbo nominatorum.de colla.in pragma.Do.in cap. mandato.colum.2. de præbend.in 6.Brunel.conclusi.22. in vltima declaratione in suo tractat.de dignita.leg.Et quia nominationes regulariter ad petitionem,& non motu proprio vniuersitatum conceduntur, vt notoriè patet, licet etiam motu proprio concedi possint secundum eosdem.Sed non est consuetum,& nunquam vidi concedi,licet in tribus Franciæ vniuersitatibus fuerim doctor regẽs, & in aliis fermè iura interpretatus fuerim.vide Alber.in l.fi.col. 2.& seq.ff.de constitu.princ.

Optionem habet ordinarius quãdo eodem momento vacant beneficia.

¶Sextò,flectitur regula quando primo iam fuisset prouisum vs 26 que ad ducentos florenos auri de camera,etiam per aliam viam quàm nominationum.Card.in c.mandatum.col.3.in 1.q.de rescrip.not.in cle.gratiæ.illo titu.§. volumus. de colla.in concor. vel quãdo esset ei collatum beneficium curatum.c. ordinarij.§. in cõferendis.de offic.ordina.in sexto. Tunc sine dispensatione non recipietur ad aliud. cap. ordinarij. §.in conferendis.de offic.ordina.

¶Septimò,restringitur quãdo primus esset nominatus sub con 27

ditione, quæ non esset purificata tempore vacationis beneficij, licet non fiat frequenter, tunc secundus nominatus præfertur. argu.c.si pro te.de rescrip.in 6.Feder.consil. 69. casus talis est. Bindus,&c.col.2.

28 ¶ Octauò,etiam nõ procedit quando primus non insinuasset illo anno,tunc secundus qui insinuauit,est præferendus. §.teneantur.de colla.in concord.& supra latè dixi. Sic dicitur de duobus mandatariis,quòd si secũdus præsentauerit, & non primus, is præferatur primo,quia iniustum esset,vt ante receptionem literarum ligarentur.c.audita.de restit.spoliato. Innoc.& Cardi. in cap.mandatum.de rescrip.intellige tamen secundum text.in cap.tibi qui.de rescrip.in 6.

Iunior præfertur antiquiori, si non insinuauerit.

29 ¶ Nonò,fallit quando primus acceptaret beneficium, & postea statim renunciaret non nominato, quia videtur facere in fraudem secundi,ideo secundus præfertur,argu.cap.fina.de renunc. in 6.Sic fuit prolatum arrestum Tholosæ in vtilitatem do.Ioannis Veyrier,canonici Viuarien.pro quo multa scripsi.nec valeret tunc facta permutatio fraudulosa,aliàs contra.glos.in §.cp si quis ex dictis.in verbo censeatur.de colla.in prag.

Renunciatio primi nominati, an prosit. Arrestum.

30 ¶ Decimò,non procedit quando nominationes primi nominati essent nullæ,quia quod nullum est,nullum debet operari effectum.l.non dubium.C.de legib.Feli.in c.ex tenore. de rescript. Ias.in l.2.§.quòd si in patris.colum.5.ff.solu.matrimo.& l.causas.in fine.C.de transact. Dixi in repetit.l. quòd iussit.in 2.notab.fallen.4.ff.de re iudi.

Nominationes nullæ nullam prioritatẽ inducunt.

31 ¶ Vndecimò,perdit officium suum hæc regu.si primus non haberet qualitatem requisitam, quia fortè beneficium requirebat sacerdotẽ ex fundatione,& secundus erat sacerdos,primus non, nec in ætate 25.annorum,& beneficium erat curatum, tũc præfertur secundus.c.ei cui.de præb.in 6.Feder.consil.69.casus talis,&c.Barb.in c.dilectus.nume.19.de offic. lega. alioqui si beneficium non requirebat sacerdotem,semper præferetur primo receptus.Præposit.in c.si.75.distinct. Item si vacaret præbenda theologalis,& primus nominatus non esset theologus,tũc theologus etiam vltimo nominatus præferri debet,in §.1.de collat. in concorda.vbi dixi.

Antiquior nõ habens qualitatẽ excluditur.

¶ Idem si secundus expressit dignitatem,primus non.c.quia sæpe.de præb.in 6.vel secundus erat canonicus creatus in illa ecclesia ad effectum obtinendi dignitatem, antiquior non, tunc præferetur secundus,per rub.de reserua.supra.& ibi dixi.

¶ Duo,

¶ Duodecimò, fallit quãdo primo nominato esset semel proui sum per eundem episcopũ, licet non vsque ad illam summã ducentorum florenorũ auri de camera, tamẽ quia non videtur bis grauatus, vt vni conferat, præferetur secundus, quia omnis actus debet intelligi de primo, arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. facit quòd nemo videtur bis grauare aliquem. c. mandatum. de rescript. nec bona fides patitur, vt bis ab eodem exigatur. reg. bona fides. ff. de reg. iur. vide quæ scripsi in §. statuimus. & §. volumus. de colla. in concorda. 32

Ordinarius nõ videtur grauatus vt bis vni conferat.

¶ Idem si collator modicũ dederit beneficium primo, vt renunciaret iuri suo in beneficio, quod vacauerat in mensibus nominatorum, cui iuri renunciauit primus. Card. in c. mãdatum. col. 3. q. 1. de rescrip. dicens idem in mandatario primo, qui compulsus miseria, & fatigatus laboribus cessit, vt secundus possit venire. arg. c. si. illo titu. intellige vt dicunt ibi, & dixi in glo. prosequentes. de manda. aposto. in concorda.

¶ Decimotertiò, fallit quãdo primus nominatus promisisset, & iurasset non requirere, nec acceptare beneficium primò vacaturum in præiudicium secundi, tunc illa conuentio valebit, & secundus præferetur primo. Rota deci. 123. nota quod vbi primus. in antiq. glo. & docto. in c. cum inter. de renunciat. quia iuramentum potest seruari sine detrimẽto salutis æternæ, ideo venit seruandum. c. si verò. de iureiurand. & si semel renunciauit, etiam si sit adhuc intra sex menses nõ poterit petere, sed secundus sic. l. 1. §. qui semel. ff. de successo. edic. vbi sic dicitur, qui semel noluit bono. posse. petere, perdidit ius eius, & si tempora largiantur. vbi enim noluit, iam cœpit ad alios pertinere. Idem si primus consenserit, vt conferatur secundo. c. si tibi. ibi, nisi consenseris. de præb. in 6. quod rarò euenit. 33

Primus nominatus iurans non acceptare primũ astrigetur.

¶ Decimoquartò, non procedit, quando antiquior nominatus primo impetrasset illud beneficium nunc vacans, & tamen tempore suæ impetrationis non vacabat, & sic viuentis beneficium impetrauerat. nã tunc est incapax ad illud, quãuis vacet in mensibus nominatorum, & sic iunior nominatus poterit illud beneficium habere. glo. in regula cancel. 20. Innocen. 8. per cap. 1. & ibi nota. de concess. præben. & ibi dixi hoc anno interpretando illum titulum. de hac impetratione beneficij viuentis tradit plenè Ioan. Dayma in proœmio concorda. in glos. adiunctum. Ego abundantius in praxi beneficiali in rescripto resignationis. 34

De impetrante beneficiũ viuentis.

Nominatus procurans mortem beneficiati ab illius beneficio excluditur.

¶ Decimoquintò, fallit quãdo antiquior fuisset causa mortis illius, per cuius obitum vult habere beneficium, tũc enim nõ posset illius beneficium obtinere. sed secundus veniet, argu.l.si ab hostibus.§.fina.ff.solut.matri.vbi maritus occidens vxorem.nõ potest aliquid ex dote lucrari.quod intellige, quando hic nominatus fuisset in causa & in culpa, alioquin contra. Feli.in c.in nostra, correla.37.in fin.de rescrip.

Ordinarius gratificare quãdo possit in villis muratis.

¶ Decimosextò, præfertur secundus nominatus quãdo ordina-
35 rius cum gratificasset conferendo eidem ecclesiam parochialem sitam in ciuitatibus, vel villis muratis, quæ vacauerat in mensibus ordinariorum, quia tunc ipsi liberè possunt conferre, idoneis tamen & qualificatis. §. præfatíque ordinarij. de colla.supra.vbi dixi.& in §.statuimus.2.

¶ Decimoseptimò, limitatur quãdo gradus esset nullus, vtpote quia eo esset priuatus.vt tenet gl.in regula cancel. Iulij secundi.
36 in 3.parte.in fi.vel si esset quasi per satyrã promotus, vt in proœmio ff.habetur in §.& primo quidem.id est per saltum.in §.monemus.de colla.in concorda.c.monachos.16.q.1.

Saltus quid sit.

¶ Et dicitur saltus locus densus siluestris & inuius, vbi arbores in altũ saliunt. Lucas in rub.de fund.rei priua.C.lib.11.l.ex duobus.ff.de neg.gest.& quidam sunt æstiui, quidam hyberni.l.qui saltum.ff.de lega.3.Et custodes saltus dicũtur saltuarij. l.cũ quæreretur.§.fi.ff.de lega.3.l.instrumenta.in fi.de fundo instruc.Itẽ saltus dicuntur actus saliendi à saliendo dicti.gl. in cle.ne in agro.§.porrò.de statu monacho.

Per saltum promotus quis dicatur.

37 ¶ Et tunc dicitur per saltum promotus, quando gradum licentiæ suscepit ante gradum baccalaureatus, vel doctoratum ante licentiam.nam bene saliuit de baccalaureatu ad doctoratum, quia gradatim ascendendum est.l.vt gradatim.ff.de munerib.& honori.l.fina.C.de decurio.lib.10.& l.1. & per totum. C.vt dignitatum ordo seruetur.lib.12. cap. legimus.92. distinct. casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum.cap.sicut.48.distinct. Sic dicitur per saltum promotus qui suscepit ordinem sacerdotij post quatuor minores, vel primum sacrum, vel post subdiaconatum, vt traditur in rub.de clerico per saltum promoto. & ibi declarat Hostien. in summa.& Asten.in summa in rub. de collatio. ordinum.lib. 6.articu.3.

¶ Item sententia dicitur lata per saltum, quando à litis contestatione saltauit ad sententiam omissis mediis. Bald.in l.prolatam.

col.

col.pen.C.de ſenten. & interlo. omnium iudic. & iſta propriè dicuntur per ſaltum fieri.

¶Itē dicitur largè per ſaltum promotus,qui ante tempus quinquennij ſumpſit gradum,vel triennij in nobilibus, licet poſtea ſtuduerit.§.monemus,de collatio.in concor.& in 4.parte.regula cancella.Iulij ſecundi.facit tex.in l.iubemus.verſic.pro ſportulis.ibi,nec decætero quenquam antequam per ſtatuta tempora legum eruditioni noſcatur inhæſiſſe,ſupradicto conſortio ſociari.C.de aduocat.diuerſ.iud.Auriol. in additio. ad Guliel.de monte laudu.in c.cum ex eo.de electio.in 6.& dixi in §. præterea.in gl.ſtuduerint.de coll.in concor.

¶Nec poterit facultas vel vniuerſitas diſpenſare,quòd quis ſumat gradum ante quinquennium,vt expreſsè tenet glo.in verbo ſtuduit.in §.ordinat.de colla.in prag. *Vniuerſitas an poſſit ſuper tēpore diſpēſare.*

¶Nec proderit illa diſpenſatio quo ad nominationes, per ea quæ not.Innoc.& Panor.in c.2.de eo qui furtiuè ordines recepit. Et quid ſi ſenatus decreto cautum ſit,vt quis poſt biennium poſsit ſumere gradum baccalaureatus,an poſsit ſumere nominationes,& an iſte gradus proſit,ex ſupradictis poteris decidere,& ex aliis quæ poteris hic addere,& dixi in §.præterea.in glo.ſtuduerint.de collatio.

¶Item etiam dicitur largè per ſaltū promotus, quando ſtatuta 38 vniuerſitatis non fuerunt ſeruata in ſua promotione. d.§. monemus.in concord.& vniuerſitates tales ſic nominantes puniri debent,quia ad tempus debent ſuſpendi . & quomodo debeat intelligi, vide gloſ.in l.vſuræ. C.de vſur. Barba.in ca.ex literis. col.12.de conſtitu.nu.48.& in conſi.19.col.3. in fin.vol.1. & in ordin.regiis Ludo.12.primò publicatis. arti.14. & dico in d.§. monemus.

¶Et oportet eum qui dicit ſtatuta, vel ſolennitatē ſtatutorum non eſſe ſeruata. probare,per l.2.ff.de proba . quia præſumptio eſt pro nominato.Imò ſufficeret nominato,ſi illa ſolennitas eſſet ſeruata,quæ id temporis obſeruabatur in illa vniuerſitate licet alia eſſet in ſtatutis quæ per cōtrariū vſum tolli potuerūt.vt eſt in proœ.inſtit.in §.igitur.& doc.in l.de quibus. ff.de legib.

¶Si verò nominati ſint in data pares,tunc doctores licentiatis, 39 licentiati baccalaureis, demptis baccalaureis formatis in theologia,qui licentiatis in iure canonico, ciuili,aut medicina,præferuntur. ſi verò eſſet licentiatus in vtroque iure, non præferretur , cum in vno tantum loquatur textus. & non de vtroque, *Quādo nominati ſūt in data pares, que-*

modo beneficia habere debeant. vt baccalaureus formatus eidem præferatur. & in simplicibus, non venit regulariter mixtum.l.2.ff.de verb. oblig. & ibi gloss. Ias.& alij. vide in regula Cancel. Iulij secundi in 4.parte. & in 6.esset tamen in praxi difficile obtinere. baccalaurei iuris canonici, vel ciuilis, magistris artium præferuntur. §.statuimus de colla.in concord.

40 ¶Concurrentibus pluribus doctoribus in diuersis facultatibus doctor theologus est omnibus præferendus aliis, etiam extra præbendam theologalem, quia ratione subiecti dignior reputatur, cum subiectum illius sit deus, vt iidem theologi asserunt in procemio quarti sententiarum. & Tho. in 1.parte summæ. q.1. art.7. quia quæ ibi traduntur, tendunt ad notitiam dei: ideo dicitur quasi sermo de deo. Ioan. de turre crema. in procemió decreto. estque theologia, omnium artium & scientiarum suprema, teste Bald. in cons. 52. literis. col.1. in 5. volu. *Subiectum theologiæ.*

41 ¶Doctor verò iuris canonici doctori iuris ciuilis pfertur, quia habet subiectum nobilius, quod est homo dirigibilis ad deum, & ad bonum publicum. Helias Raynier, in regula possessor. de reg.iur. in 6. vel est bonum ciuilitatis Christianæ. Ioan. de turre crema. vbi supra. Vel bonum humanum ecclesiasticum est subiectũ canonicæ sciẽtiæ, teste Card. in procœ. decreta. & finis huius iuris est dirigere animas ad deum. gl. in c. cum contingat. de iureiuran. Barb. cons. 61. scripsit. col. penul. in 2. vol. ca. Raynaldus. col. 80. & col. 113. de testa. Et non minus prodest ecclesiæ, quàm theologia, Feli. in c. fi. de magist. Estque practica theologiæ, ideo est theologo necessaria. Floren. in 3. parte summæ, tit. 5. c. 2. §. 2. glo. in §. ordinat. in verbo, legere. de colla. in prag. & canonica scientia etiam vocatur diuina. c. peruenit. iuncta glo. de censi. plenè Barba. in c. 1. nu. 32. cum seq. de iura. calum. *Subiectum iuris pontificij.*

42 ¶Doctor iuris ciuilis doctori in medicina, cum etiam subiectum sit nobilius, nam subiectum iuris ciuilis est homo dirigibilis ad bonum publicum. gl. in §. videlicet. in verbo medicina, de collatio. in prag. Subiectum verò medicinæ est, non vt quidam dicunt, stercus & vrina, sed homo ægrotus, & quia legalis sciẽtia bonum respicit publicum, medicina priuatum, ideo præfertur legalis, multa tradit d. Cassa. in cathalog. gloriæ mundi, in 10. parte per totum. *Subiectum in medicinæ.*

43 ¶Idem in licentiatis & baccalaureis seruari debet, vt licentiati (quos Presentatos dicunt in theologia) aliis cuiuslibet faculatis preferãtur licẽtiatis, & baccalaurei baccalaureis, vt sup. dictũ est.

¶Et

¶Et si in eisdem gradu & facultate concurrant, præfertur antiquior graduatus.l.1.ibi antiquissimus quisque prior est.ff. de albo scriben.l.1.C.de consulib.lib.12.& l.2.vt dignitat.ordo. seruet.ibidem.& Io.de platea in l.fin.de Tyro.lib.eodem.Dec.in c.Nicolao.de appella

¶Fallit quãdo vnus esset doctor in vtroque, quia alteri doctori in vno tantum esset præferendus, etiam antiquiori in gradu. quia duo vincula sunt vno fortiora.c.1.de treuga & pace. & sic præfertur frater ex vtroque coniunctus aliis ex vno tantum ad successionem.authen.itaque.C.commun.de successio.Dec.latè cons.161.pro domino præposito.& supra dixi. 44

¶Intellige quòd doctor in vtroque præfertur doctori in altero iure,sed non præfertur doctori in theologia, nec doctor in medicina & in artibus magister, debet præcedere doctorem legum,licet debeat præcedere doctorem in medicina,qui non est artium magister.gl.in sexta parte regularum cancel.Iulij secundi.Barb.in ca.clerici.col.3.de iud.Roma.cons.333. quo ad primum.in fin.

¶Limita quando consuetudo esset vt antiquior præferretur nõ habita ratione facultatis,vt apud Biturig.doctor antiquior, siue sit doctor legum,siue decretorũ,præfertur,quia in his prælationibus consuetudo attendi debet.Bal.in l.obseruare.§. antequam.ff.de offi.proconsul.c.cum olim.de consuet.Deci.in d. c.clerici.ideo Bituris Augustinen.alios fratres præcedunt, quia antiquior fuit eorum fundatio apud eosdem & si de iure fratres prædicatores omnibus aliis præferantur.text.in c.quorundam.de elect.in 6. 45

Consuetudo vt doctor antiquior præferatur.

¶Et si in omnibus concurrant,tunc collator eligere, & gratificare poterit.argu.ca.duobus.de rescrip.in 6.gl.in §.insuper. in verbo medicina.in fine.de colla.in prag.& idoneiorem,argu.l. 2.ff.de popula.actio. 46

Gratificare quos debeat collator.

¶Itẽ poterit gratificare in mensibus Aprilis & Octobris,vt dicitur in §.statuimus.1. de colla.in concord. Non poterit tamen gratificare illum, qui non insinuauit illo anno,vt est in ordi.regiis iam citatis.rub. *des graduez simples.* artic. 13. nec graduatum per saltum, sed habilem & idoneum, quia actus debet intelligi de habili.l.1.C.de sacrosan.eccle. dixi in tract.de pacificis possess. in princip. de hac electione & gratificatione. ideo etiam non posset gratificare illum, qui nuper est graduatus, & adhuc nõ insinuauit,prout etiam dixi in §.præfatique graduati. in gl.

ante vacationem. Et potest gratificare in his mensibus nominatum, si velit, quia graduatus est, vel graduatum simplicem sine nominatione, quia tex. loquitur tantum de graduato, ergo de quocunque graduato, indefinita enim ęquipollet vniuersali. c. vt circa. de electio. in 6. l. si pluribus. ff. de lega. 2.

47 ¶ Aduertendum est, quòd quáuis prælatus collator possit gratificare in mensibus graduatorum, debet tamen non beneficiatum beneficiato, & minus beneficiatum magis beneficiatò prę-ferre. gl. in §. item quod vniuersitates. in verbo numerũ. de colla. in prag. & in regula cancell. Iulij secundi, in 8. parte. & in ordinationibus vide latè qui sint præferendi. Hodie habenti datur, & ei qui nil habet, vel illud quod habet, aufertur, vt dicitur in euangelio Mar. 4. c. facit c. quantumlibet. 47. dist.

¶ Item oriundum non oriundo præferre debet collator. glo. in d. regu. cancella. 15. & 35. bonum & prouidum, ac honestum peruerso, sicut Dauid prætulit bonitatem, & disciplinam, scientiæ. no. in c. nisi. de præbend.

¶ Item doctum debet præferre ignaro, cũ doctis beneficia sint conferenda. ca. cum ex eo. de elect. in 6. cap. de multa. in fin. de præb. Et ab ignaris auferenda. c. fi. de æta. & quali. alioqui peccat, quia episcopus debet esse bonus paterfa. & dispensare bona ecclesiastica cuicunque prout opus est. & sic limitatur cap. relatum de præbend. vbi episcopus habet liberam facultatem in electione personarum. nam hoc procedit data paritate personarum secundum Panor. in c. tuis. in glo. 1. de præbend.

48 ¶ Præterea debet præferre legentem non legenti. l. 2. C. vt dignit. ordo seruet. lib. 12. no. in l. cum quid. ff. si cert. pet.

Legens gratificandus, & is qui libros composuit.

¶ Debet etiam præferre eum qui librum composuit, quod vigiliarum plenum, sudorísque negotium est. Lucas de penna in l. mulieres. col. penu. C. de dignita. lib. 12. qui non solum sibi laborant, sed omnibus exquirentibus veritatem. Ecclesiastici 24.
49 in fine. Et fulgebunt quasi splendor firmaměti. qui ad iustitiam erudiunt multos, & quasi stellæ in perpetuas æternitates. Daniel. c. 12. Súntque lumina ardentia super cădelabrum in domo domini. c. 1. de reliq. & vener. sancto. in 6. Et de his potest dici, Beati qui seminant super aquas. Esaiæ. 32. c. in fine, & cap. cum Marthæ. §. verum. in fin. de celebratio. missar. Semen quippe in chartis satum perpetuò manet, & quilibet lector inde metens potest sumere incrementa, sed quod verbo diffunditur, tanquă naturaliter fluidum, non sic de facili germinat, cum interdum

supra petram,& secus viam,& inter spinas cadat,vt est in euangelio Lucæ octauo.

¶Vnde respód.pro D.Arnaldo.contadis Narbonen. ꝙ postquam cópilauerat tracta. de bono possessio. nó debebat rigorosum examen subire, cum testimoniũ haberet totius populi,c. nullus.23.dist.Panor.in cap.cõstitutus.2. de appella. & seruant Tholosates in extraordinariis & commissis,vt remitãt eis vnũ examen,licet multi precibus, pecuniis, & non meritis admittantur. Item & si statutis vniuersitatum ferme cautũ sit neminem munere regentiæ donari,nisi publicè de iure responderit, si tamé qs cóposuerit libros,potest admitti,etiã si nó disputet, quia testimonium totius populi habet, vt dixi: & quia est satis probatus.& ita videtur tenere Vincen.Cigault in trac.de aliena iusti. Ego verò quáuis repe.in l.diuus.ff.de senatuscó. sylla. & in l.quod iussit.ff.de re iudi. ac in l.vnam. C. de sent. quæ pro eo quod interest, & alia opera in apertum potulissem, iuráque in omnibus ferè Galliæ vniuersitatibus tam canonica quàm ciuilia diu interpretatus fuissem,hic Parisi.tamen de more iuxta senatus decretum publicè semel & iterum de iure respondere nó sum grauatus. In prima repetitione interpretatus fui c.Raynutius. cui dedi nouum intellectum. 72. conclusiones in materia substitutionũ sustinui à sexta hora matutina vsque ad septimã vespertinam,& in secũda interpretatus fui rub.de rescrip.& 50. sustinui conclusiones pariter, & multas hic elucidaui,laus deo.

¶In omnibus tamen collator consideret,vt meliorem secundũ quid præferat.Siluester in sua summa.in verbo restitutio.3.q.12. dist.2.& dixi in repet.d.c. postulastis. in 4.notab. Nam quáuis collator in mensibus graduatis deputatis possit gratificare vnũ ex pluribus graduatis,tamen meliorem,& ecclesię vtiliorem gratificare debet, alioqui dãnationé sibi incurrit, vt dixi,quia magis deo quàm proximo gratificare debet, dicit Bald.in l.2. col. 6.numero.40.C.de seruit.& aqua. 51 *Melior est preferendus.*

¶Nam bonus vir nó vbique reperitur, & vix in quingétesimo anno nascitur,sicut phœnix.Bal.í c.quoniã abbas.col.2.de off. deleg.ita expressè dicit,sed salua pace Bal.quilibet nascit̃ bonus castus,pudicus,& sobri⁹.& ideo hęc qualitas dicit̃ ĩtrinseca quę ꝓsumit̃.gl.in l.si verò.§.fi.ff.q satis.cogã.gl.sing.in c.si forte.de elec.in 6.doct.in l.sciẽdũ.ff.de verb.oblig. dicit etiã Bal. in c.1. de renũc.ꝙ forma vni⁹ boni viri est vmbra gratiss ma, sub qua multi quiescunt. ego ipse multifariam sub tali vmbra quiescere 52 *Bonus vir rarus sicut Phœnix.*

concupiui, sed sub vmbra alarum domini Iesu satiabimur.

53 ¶ Nec obstat verbũ voluerint positum in §. statuimus. de coll. in concor. quod importat liberam volũtatem. l. fideicommissaria libertas. ff. de fideicom. liberta. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo videtur. quomodo in læsæ maiesta. crimi. proceda. doct. in l. si sic. ff. de leg. 1. Respon. quòd non. ob id poterit iniquè agere, nec cẽsentur remissa ea, quæ iuris sunt diuini. Bar. & alij, in l. filiusfamilias. ff. de donat. Geor. Nathã in repe. cle. sæpe. §. nõ sic. col. 17. de verbo. signifi. & hoc probatur in §. beneficia. in d. trac. de col. vbi illa beneficia quæ liberè conferre potest, tamen non potest conferre nisi idoneis, multo fortius alia, in quibus habet tantum opinionem personarum. & istud est in conscientia tenendum, quicquid in foro seculi teneri possit. Vide Dec. in c. dilecti. nu. 5. de iud.

Verbum voluerint quid importet.

54 ¶ Nam & si papa in beneficiis habet plenissimã potestatem. c. 2. de præb. in 6. tamen non potest indiscretè & sine causa disponere. vt notat. in c. quæ in ecclesiarum. de constitut. Et dixi plenè in illa cõclusione, quam nuper sustinui, videlicet plenaria beneficiorũ dispositio ad papam pertinet, in qua plenè scribit Panor. in 1. disputatio. incipien. episcopus. col. 1. Imò rex Franciæ in beneficiis habet plenam potestatem. ne quis miretur in intellectu harum cõclusionum, declaro. de papa non dubitauit quidam theologus ordinis sancti Dominici vtriusque censuræ, etiã professor Lancelotus Politus (vt dicebatur) nuncupatus, qui vehementibus argumentis mecum cõgressus est, & pluribus partim iuris diuini, partim canonici, partim iuriscivilis, cui deo adiutore optimè respond. quin plenariam papa in beneficiis haberet potestatem. per clementi. primam. vt lite pendente. & dicit gloss. in c. consequens, vndecima distinct. papæ potestatem plenam, episcoporum semiplenam. Barba. in c. quod trãslationem. numero 92. cum sequen. de offic. lega. Vnde potest præuenire omnes ordinarios. c. 2. de præben. in 6. c. quia diuersitatem. & ibi Panor. de conceß. præb. Feder. in tracta. permuta. q. 4. Io. de Selua in tract. de beneficio. in 2. parte. q. 1. & in 3. parte. q. 46. & q. 65. quia papa eisdem collatoribus concesit collationem per vim legis, quam reuocare potest, sicut legem. c. 1. de constitutio. in 6. cum tituli beneficiorum sint de iure positiuo. ca. 1. 22. dist. Panor. in c. constituens. de religio. domi. Io. de Selua. in prima parte tractatus de benefi. q. 4. tã plena potestas est, vt posit reseruare beneficiorum collationes. c. dudum. de præb. in 6. in regno

Conclusio. Plenaria beneficiorũ dispositio ad papam pertinet.

In quibus cõsistat plena papæ potestas.

gno

gno tamen Franciæ non reseruat, cum in eo reseruationes sint prohibitæ, vt patet in concord. in rub. de reseruationib. tam generalibus quàm specialibus sublatis. & ibi dixi. Imò sine reseruatione potest concurrere cum omnibus collatoribus. c. si à sede. de præb. in 6. Io. Monach. in c. si eo tempore. de elec. in 6. Bal. in c. 1. in prin. de his qui feu. dare possunt. & in rub. quis sit comes, dux, vel marchio. Et potest ad tempus & sub conditione beneficia conferre, licet alius inferior non possit. c. si gratiose. de rescrip. in 6. & ibi glo. & in c. 2. de elect. in 6. Potest etiam dare ius ad vacatura. c. mandatum. de rescr. cle. gratiæ. illo tit. cle. si Romanus. & ibi Bonifac. in princ. de præb. fundationésque beneficiorú ac hospitalium ex causa immutare & declarare potest tex. in clem. quia cõtingit, & ibi glo. in verbo sedis apostolicæ. de religio. domi. facit c. significatum. de præb. Dec. in c. cum venissent. colum. 2. de iudic.

¶ Item in his beneficiis poterit sententiam ferre contra non citatum ratione plenariæ potestatis. Panor. in cap. inter quatuor. de maior. & obedien. sequitur de selua in trac. de beneficio. in tertia parte. q. 4. nu. 13. quod Gallis & cæteris durum esset. Poterit etiam episcopú suo beneficio priuare, gl. in c. per principalé. 9. q. 3. quia tantum aufert administrationem. c. 2. de dona. omnes verò non posset, quia esset vniuersalem ecclesiam turbare. Do. in c. in istis. 4. dist. c. 1. 10. dist. col. 3. & in c. si gratiose. de rescrip. in 6. Panor. in c. 1. de clerico ægrotan.

¶ Hoc tamen sine causa non debet. c. cõquerente. de restitutio. spoli. nam licet plenariam habeat potestatem, intelligitur suadente causa. Barb. cõsi. 13. à Ioue. col. 5. vol. 3. quia debet esse fidelis seruus & prudens is quem constituit dominus supra familiam suam, vt patet in euãge. Et satis peruersum est (inquit Gregorius) ꝙ voluptatibus quorundam quis suis priuetur officiis, vel beneficiis. c. satis. 56. dist. quia beneficia debent esse perpetua. c. præcepta. 55. dist. & plenissimam habet antequam conferat, postea non vt auferat. Barb. in d. c. quod trãslationem. nu. 121. de offi. leg. per c. inuentum. 16. q. 7. Panor. in c. fi. de confirma. vtilit. gl. in verbo. reseruationes. de reseruatio. in prag. 55 *Sine causa non potest quis priuari beneficiis etiam à papa.*

¶ Nec obstat quòd causa in principe præsumatur. gl. in c. relegati. ff. de pœnis. no. & alij in c. quæ in ecclesiarum, de constitutio. quia hoc debet intelligi cõdendo legé generalé, secus quãdo scribit ad alicuius supplicationé: tunc enim per importunitatem videtur emanasse. l. 1. C. de petitis bonorum sublata. lib. 10. 56 *Causa in principe præsumitur.*

Et quædã est ordinaria potestas, quædã absoluta. de qua Dec. in c. fi. de confirm. vtili. Sustinui etiam conclusionem, videlicet.

57 ¶ Imò rex Franciæ in beneficiis habet plenissimam potestatem. intellige quòd aliud est beneficiũ spirituale, aliud tẽporale. text. in c. fœlicis. §. si qua verò. de pœnis in 6. Et in beneficiis spiritualibus papa habet plenariam potestatẽ, vt supra dixi. in benefi ciis verò tẽporalibus, vt in ducatibus, comitatibus, & baroniis, & aliis feudis, & beneficiis, rex habet plenissimã potestatẽ, quia illa vendere potest. Papa verò non spiritualia. Bald. in d. c. 1. qui feud. dare possunt. Et hæc feuda dicuntur beneficia etiam de iure canonico. c. ad audientiã. in fin. de præscri. c. in sacris. ibi, quidam autem laici, qui vel in propriis vel in beneficiis suas habent Basilicas. 16. q. 1. Bal. in c. ex parte. 1. col. 2. de test. ideo rex potest dare ius ad ista beneficia & officia etiam vacatura, & cõferre & tollere. Io. Fab. in §. cũ autem. col. 2. insti. quib. modis ius patriç potesta. soluit. Bal. in l. rescripta. circa fi. C. de precib. imperato. offeren. & ideo habet rex in his beneficiis, sicut papa in aliis spiritualibus plenam potestatem. Moder. in repet. c. per vestras. in prin. col. 2. de donat. inter virum & vxorem. & verbum istud beneficium, debet intelligi secundum qualitatem personarum, ad quas refertur. l plenum. §. equitij. ff. de vsu & habita. ca. cum de beneficio. de præb. in 6. facit quod no. Bar. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indebiti. Hippol. in rub. de prob. fo. 3. Barba. in c. abbatem. col. penul. nu. 17. de rescri.

Conclusio. Imò rex Franciæ in beneficiis habet plenissimã potestatem.

58 ¶ Vnde nõ obest tex. in c. si quis deinceps episcopatum, vel abbatiam, de manu laici susceperit, nulla audientia ei concedatur, & gratiam beati Petri, & introitum ecclesiæ interdicimus. Idẽ si quis imperatorum vel regum, vel quilibet secularium potestatum inuestituram episcopatus, vel alicuius ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit. c. si quis deinceps. 16. q. 7. nam loquitur quando princeps secularis conferre præsumit propria authoritate. ita loquitur c. massana. c. sacrosancta. & c. quisquis. de elec. tamen secus est si hoc habeat ex priuilegio, vt rex noster Franciæ, & supra dixi in princ. huius tract. & pulchrè do. Rufe. in tracta. de iure regalio. fol. 7. & seq. vbi diem dicit si in fundatione collationẽ sibi retinuerit, & illud approbauerit papa. c. Eleutherius. 18. quæst. 2. c. quando. de censib. & ibi Panor. Do. in c. cum ex eo. in vlti. nota. de elect. in 6. & ista tanquam omnibus nota missa facio.

Laicus beneficia nõ confert.

59 ¶ Vnde dixi regem beneficia hæc, videlicet temporalia vacantia,

tia, etiam in curia conferre posse:& papa ista beneficia conferre non potest.& si papa contulerit, Rex qui est ordinarius, ea conferre iure poterit, quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare.c.quod autem.de iure patro. vel si papa cōtulerit inhabili beneficium etiam spirituale in curia vacans post mensem ordinarius conferre poterit habili.d.c. statutum. Vel etiá potest intelligi, quilibet ordinarius, videlicet in curia existens potest conferre beneficia vacantia, scilicet extra curiam.vt not.Io.Franciscus in tract.de officio & potesta. capituli sede vacante, in 1.q.2. partis. & nota.in d. c.3. Vel post mensem in c.statutum. de præb. in 6. Vel etiam ordinarius vacātia cōfert in curia litigiosa.cle.1.vt lite pend. Et etiam cōfert, vacante sede, vt in c.præsent.&.c.si apostolica.de præb. in 6.& an beneficia in curia vacantia conferat papa, si collatio spectaret ad regem. Castado. quod sic decis.3.vt lite penden. quod vix seruaretur in regno, vt alibi scripsi.

Papa beneficia in curia vacantia non potest conferre.

¶ Sic etiam potest intelligi alia conclusio, videlicet, Laicos beneficiorum esse capaces, iuris non est ambigui, videlicet temporalium, vt supra dixi. potest etiam habere præbendam consistentem in mera temporalitate, nō quádo est annexa canoniæ.gl.& Panor.in c.cum M.in verbo receperunt, de constitutio. & Panor.in c.maioribus.de præb. 60

Conclusio. Laicos capaces esse beneficiorum iuris non est ambigui.

¶ Et hæc beneficia temporalia, puta ducatus, clerici habere non possunt.c.vno an mutus vel imperfectus.ibi, quia ipsum seruire non valet, retinere non potest:& statim atque efficitur clericus, hoc beneficium amittit.§.qui clericus, si de feudo defuncti contentio sit inter do.& agnat.vassal.c.1.de beneficio fœminæ. Alexan.consi.92.in 6.volu.Curt.consi.62.& seq.decis. Neapo. q. 320.Benedic.in verbo & vxorem.nume.522.de testa. Vel etiam intellige clericos coniugatos non posse habere beneficia spiritualia.c.diuersis fallaciis.de cleric.coniuga.& per totum.vel clerici inhabiles, vtpote simoniaci & hæretici, non possunt habere beneficia, vt dico in tracta. de pacific. possesso. in 4.limitatio. Has conclusiones volui declarare, quia quibusdam videbantur falsæ, & eas non potui plenè inter disputádum elucidare. Igitur hæc scripsi, ne ineptæ & terribiles videantur. tu lector boni consule. 61

Conclusio. Imò clerici beneficia habere nō possunt.

¶ Vigesimasecunda & tertia principalis quæstio.

Opponi quæ possint contra nominationes.

1 VIgesimosecundò & tertio, principaliter quæritur, quæ possint opponi contra nominationes & gradus? & quomodo possint illa opposita euitari? Hæ duæ simul quæstiones vno tenore decidentur. Respon. primò præmittendo, quod is qui opponit contra nominationes, debet probare. nam præsumptio est quod vniuersitas legitimè eas concesserit. c. vno. in fi. de syndico. vbi Panor. tradit, quod quando actus habet debitam formam, habilitas personæ præsumitur. tex. notab. in c. in præsentia. & ibi Panor. Decius, & alij de probatio. Bal. per illum text. in l. cum te. col. 1. C. illo tit. & l. 1. circa. finem. de precib. imperat. offe. & omnis contrahens præsumitur esse legitimæ ætatis. text. in l. ab ea parte. ff. de proba. & in l. 1. & ibi Bal. C. si minor se maiorem dixe. vnde producens testamentum factũ à minore 25. annis, non tenetur probare quod esset maior 14. annis ad testamentum enim quilibet habilis præsumitur, nisi probetur inhabilis. authen. omnes peregrini. C. communia. de successio. & ibi Bal. Panor. in c. cum virum. not. 4. de regula.

Nominationes præsumuntur legitimæ.

Facultas non nominat.

2 ¶ Ideo in primis potest opponi ex parte concedentis, videlicet quod nominationes fuerunt concessæ à facultate, & non ab vniuersitate, vt decet, quod probatur in §. præfati. 1. ibi, & per vniuersitates nominatis. & §. monemus ibidem. dixi supra in 6. q. principali. & istud non potest euitari, si probatum fuerit.

3 ¶ Secundò, potest opponi quod fuerunt concessæ nominationes ab vniuersitate suspensa priuilegio nominandi, vt habetur in §. monemus. de colla. in concord.

¶ Et hoc debet probare opponẽs. Nec sufficeret probare, quod vniuersitas concessit nominationes inhabili. nam & si priuilegium mereatur admittere, qui permissa sibi abutitur potestate, c. vt priuilegia. de priuileg. tamen vniuersitas nõ est ipso iure suspensa per concessionem factam inhabili, sed debet suspendi per sententiam. hoc probat verbum suspendemus. d. §. monemus. quod est verbum futuri temporis, denotans per sententiá, glo. in l. in criminali. C. de iurisd. omnium iud. Feli. & alij in ca. Rodulphus. de rescrip. dixi in d. §. monemus. Et hoc non posset euitari, quando verum esset, sed nunquam vidi vniuersitatem sic suspensam, licet comminatio ponatur in concordatis.

4 ¶ Tertiò, opponi potest quod fuerunt concessæ ab vniuersitate extra regnum cui non est datá potestas, vt dixi supra quæstio. 6. & istud etiam non potest euitari, si hoc probetur. Vel etiam potest opponi quòd sunt datæ nominationes ab vniuersitate

uersitate regni, ad beneficia tamen extra regnum: quod non potest esse, arg. c. fin. de constitu. Et istud etiam euitari non potest, vt dico q. 6. supra, si probetur. & ibi poteris alia elicere opponenda ex hac parte. Etiam opponi potest quod extra quadragesimam concessæ sunt, ideo non valent. vt plenè supra visum fuit. q. 7.

¶Quartò, ex parte eius cui sunt cõcessę, opponi potest quòd est graduatus in alia vniuersitate, quàm in illa in qua fuit nominatus, quod nõ debet esse, ne causæ continentia diuidatur. l. nulli. C. de iud. gl. in §. item quod ad dictas. in verbo suorum. de colla. in prag. Vbi expressè tenet, quod graduatus in vna vniuersitate, non potest nominari ab alia. & hoc an possit excusari si sit aggregatus, vt dicitur, vel adoptatus. vide quæ dico infra eodẽ. 5

¶Quintò, opponitur quòd non est graduatus, & non graduatus non est capax nominationum, gl. in §. insuper. in verbo graduatis. de col. in prag. & tex. in conco. in §. teneantur. eo. titu. & istud etiam vitari non potest, si verum sit, & probetur. 6

¶Sextò, opponitur quòd nominatus non est clericus, & sic beneficium non potuit obtinere. cap. cum adeo. & . c. capitulum. & ibi. Card. in 2. nota. de rescrip. & istud non potest euitari quando est verum, & fuit probatum. vide quæ dico in tracta. de pacifi. possesso. nu. 188. 7

¶Septimò, opponitur contra primum nominatum quod iam fuit eidem prouisum ab hoc episcopo, ideo debet permittere vt aliis prouideatur, nam dispositio debet intelligi de vno actu. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signifi. & quia hoc casu collator impleuit mandatum sibi factum. c. ad audientiam. 2. de rescrip. l. 1. ff. qui satisd. cogant. & quia vno beneficio quis debet esse regulariter contentus. c. in nostra. & ibi Card. notab. 1. de rescrip. sed hodie execrabilis ambitio omnes ferè excœcat. 8

¶Saluari potest, quia ei fuit prouisum in vim mandati, seu per viam collationis ordinariæ, quæ nihil commune habere videntur, argu. l. naturaliter. §. nil commune. ff. de acqui. possess. c. mãdatum. ibi, per nostras literas obtinente. de rescrip. dixi supra. q. 21. limita. 12.

¶Sextò, opponitur quòd non expressit beneficia quæ habebat tempore impetrationis, vt debet per §. volumus. de collat. in concord. 9

Exprimi debet beneficium possessum.

¶Saluatur quando non erat beneficium ecclesiasticum, sed oratorium, vel feudum, vel acquisitum post nominationũ impetra-

tionem. tunc ea exprimere non tenebatur in nominationibus, vt dixi in quæst.9.vbi vide quæ sint exprimenda.& si illa in nominationibus non sint expressa, opponas:alioqui melius facies si te inanibus expensis & laboribus nõ vexes, cũ obtinere spem non labores.l.1. ff. de inoffic. testa, & consulo in conscientiam nunquam aliquid opponere,nisi verum esse putes,alioqui periculum animæ incurris. Vel saluatur quando nomine alieno possidebat,vt dico in glo.possessa.in fine.in d.§.volumus.

10 ¶ Nonò,opponitur etiam quòd est eidem prouisum vltra ducentos aureos.§.volumus.eo.titu..in concord.& ibi dixi.

¶ Saluatur,quando post acceptationem beneficij,vigore nominationum factam, vel gradus, fuerunt sibi collata alia beneficia,quia qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.l.in delictis.§.fin. extraneus. ff.de noxa.actio. scripsi plenè in §. volumus.de colla.

11 ¶ Decimò,opponitur quod litigabat super alio beneficio incõpatibili cũ isto,ideo gratiæ suæ renunciare videtur,qui aliud beneficium adeptus est.clem.gratiæ.de rescrip.& ibi dicit glos. & Card.q.3.post Inno.in c.in nostra. de rescrip. quod qui recipit vnam ecclesiam, videtur renunciare liti quam habet super alia. quod euitatur, quando illud beneficium secundum potest retineri cum primo super quo litigat, alioqui non.c. ex parte.in 3. de decimis.vide quæ super hoc docui in d.§.volumus.

¶ Item nõ videtur liti renũciare,si pendente lite super primo beneficio nominatus recepit secundum etiam incompatibile, super quo etiam sibi mouetur lis,cum hoc non sit iure cautũ,quia possessio pacifica requiritur.cap.de multa.de præben. & d. cle. gratiæ. dixi tamen supra.q.9.

¶ Vndecimò,opponitur quòd erat ordinatus ab alio episcopo
12 quàm à suo,& sic ordinatio non valebat.c.sanctorum.&.c.neminem.70.dist.nec in beneficialibus gaudebit sic ordinatus priuilegio clericali.c.1.& seq.de tempore ordina.in 6.& sic vidi iudicari Chassa.prout in cõsuetudinibus Burgun.refert in §.6.gl. *sont creuz*.in fin.per tex.& ibi Panor.in c.nullus.de paroch.& in ca.veniens.col.2.de præscrip.licet contrarium teneat Guido papæ in decis. Delphina.q. 449. vide Agidium Bella mera in ca. cum adeo.col.1.de rescrip.

Ordinatus à non suo episcopo non gaudet priuilegio clericorum.

¶ Potest euitari quando de licẽtia sui episcopi hoc fecit vt scripsi supra in q.14.nu.42.

13 ¶ Item non sufficit esse in possessione clericatus ad iustificationem.

nem. Bald. in ca. dudum. in 1. col. vlti. de electio. nec obstat cap. si iudex laicus. de senten. excommu. in 6. quia non loquitur in isto casu, sed in foro sortiendo, quo casu sufficit vt quis dicatur esse de foro ecclesiastico, quod antea fuerit in possessione clericatus, & tempore deprehensionis, vt ibi. *An sufficiat esse in possessione clericatus.*

¶ Item clericatus potest probari per vnum testem. Bald. & Feli. in cap. licet. in 1. de testib. Guido papæ, quæst. 474. Ias. in repet. l. admonendi. colum. 71. numer. 198. ff. de iureiurand. quod est notandum. dixi superius. 14

¶ Duodecimò, opponitur contra nominatum quòd est inhabilis, vtpote hæreticus, simoniacus, & alia quæ trado in tracta. de pacifi. possess. in 4. limit. nec potest euitari si probatum fuerit. 15 *Inhabilis repellitur.*

¶ Decimotertio, opponitur quòd is qui impetrauit nominationes, erat Italus, vel exterus, & sic non potuit beneficia, vel nominationes in hoc regno impetrare. glos. in verbo exterorum. in procemio prag. dixi supra. quæst. 6. versi. 25. Hoc euitari potest quando literas naturalitatis ante nominationes à rege obtinuerat, vt patet in rubri. *des præsidens*, in ordi. regiis. Adhuc tamé esset cogitãdum, quia hæc priuilegia sunt introducta pro oriũdis regni, vt patet supra in procemio concord. tam in literis summi pontificis, quàm regis, ergo aliis non proderũt, videlicet exteris. 16

¶ Decimoquartò, contra nominatum etiam opponitur quòd non est graduatus, vel ante tempus, & sic per saltum (vt declaraui supra. q. 10. & q. 21.) vel est graduatus sub bulla, cõtra ea quæ dixi in 10. q. principali. per glo. in §. item quòd ad dictas. in verbo suorum. de colla. in prag. Et hæc non possunt euitari, si contrarium non fuerit probatum, videlicet quòd post gradum studuit per tempus requisitum, in §. præterea. de colla. & ibi dixi. vel nisi fuerit graduatus in ista vniuersitate, in qua obtinuit nominationes. & ista est cautela, vt si fueris graduatus in iure ciuili Tholosæ, & vis hic Parisiis sumere nominationes, vt suscipias hic gradũ in iure canonico, & postea facilè impetrabis nominationes, & idem in alia vniuersitate dicendum est. 17 *Cautela notabilis.*

¶ Decimoquintò, opponitur quòd licet fuerit matriculatus, tamen stetit per quinquennium extra studium, & sic perdidit priuilegium. l. fina. de primicer. & not. C. lib. 12. l. 3. de domesti. ibidem. Bart. in l. penult. ff. de testa. milit. & docto. in l. scriniarios. C. illo titu. Aret. & Bauer. in §. sed hactenus. instit. de testa. milit. & sic non studuit continuo. 18

¶ Euitari potest si scholaris ante quinquennium fuerit reuer-

ſus,& iterum continuauerit ſtudium, quia id tempus quo primo ſtuduit, debet cõiungi cum iſto tempore nouiſſimo, per tex. in arg. in l. penul. C. de conſul. Roma. ſing. 336. vbi dicit quòd ſi poſt quinquennium ſcholaris reuertatur, debet reponi iterum in matricula, & nil debet ſoluere, ſic etiam illud tempus poterit iungi, vt ſupra dico, ſiue venerit ante, ſiue poſt computatur tempus, & coniungitur ex conſuetudine ſeruata in Francia.

¶ Item facit gl. in regula, eum qui certus eſt. de reg. iur. in 6. vbi ſi quis ingrediatur religionem, & ibi ſteterit per ſex mẽſes, poſtea egrediatur, ſi poſtea iterum ingrediatur, & ſtet ibi per alios ſex menſes, tunc primi ſex menſes coniunguntur cum vltimis. Specula. in titu. de ſtatu monach. in §. 1. verſic. 38. Alexand. conſil. 54. viſo puncto. colum. 2. in 4. volumi.

¶ Præterea cui conueniunt verba, & diſpoſitio. l. 4. §. totiens. ff. de damno infect. ſed verba concordatorum conueniunt, cum tantum requirant quinquennium, non dicunt continuum, ergo continuum tempus non requiretur.

19 ¶ Decimoſextò, opponitur contra graduatum, & nominatum, quòd non eſt graduatus in vniuerſitate famoſa, quod requiritur in §. præterea. de colla. in concord.

Famoſa vniuerſitas quæ dicatur.

¶ Euitari poteſt ꝙ omnis vniuerſitas regni, in qua publicè iura profitentur, eſt famoſa, vt not. d. Io. Dayma. in verbo famoſa. in rub. de elect. in concord. & dixi ſupra in concor. d. §. præterea.

20 ¶ Decimoſeptimò, opponitur quòd non inſinuauerit illo anno, vt debet fieri, & literas tam gradus quàm nominationum, & temporis ſtudij. §. teneantur. de collat. in concorda. & plena manu ſcripſi. quæſt. 14. & iſtud probatum non poteſt euitari, niſi probaret procuratorem inſinuaſſe.

21 ¶ Decimooctauò, opponitur quòd extra tempus quadrageſimæ inſinuauit. d. §. teneantur. & hoc non vitatur, ſi fuerit probatum, vt dixi. d. quæſt. 14.

22 ¶ Decimononò, quòd inſinuauit ei cui non debuit, & ſic non valet inſinuatio. §. præfati. 2. de colla. in concorda. Saluatur, vt dixi in d. quæſtio. 14. vbi elici poſſunt vltra quinquaginta quæ contra inſinuationes opponi poſſunt.

¶ Vigeſimò, opponi poteſt quòd acceptauit beneficium ante vacationem, ideo factus inhabilis ad illud habendum. cap. 1. de conceſſio. præbend. Guido. conſi. 107. & 189. circa. Dec. conſil. 398. quod euitari poteſt, ſi iuſta ignorãtia deceptus fuit, vtpote quia fama publica erat illum eſſe mortuum. per l. fina. ff. de decret.

cret. ab ordi. facien. Gomes. in regula 20. quæstione 3. scripsi in praxi benefic. in 3. parte titul. de reprobata benefic. vniuersitatis impetratio.

¶ Vltimò, possunt opponi illa triginta quæ dixi in 15. principa- 23
li q. & contra antiquiorem nominatum ea, quæ dixi in q. 21. supra. nam postquam illa beneficia in nominationibus non comprehenduntur, si nominatus acceptauerit illa opponetur contra eum illa sibi non deberi, & vix possunt illa probata euitari. vide ibi alia multa. Adderem hic alia etiam sexcenta, quæ possunt opponi, sed ea de industria missa facio, ne materiam calumniandi & opponendi præbeam. Quicunque viderit quæ supra dixi, poterit rectè oponere, & non rectè opposita vitare. Rogo ne quid contra conscientiam opponas, ne animam perdas, quam Deus optimus maximus suo sanguine precioso redemit, eam ergo illi conseruare debemus. Vide quæ possunt opponi contra prouisiones apostolicas, & dispensationes minoribus cōcessas, per Oldrad. consil. 325. thema. & consil. seq. & pro minoribus. vide consi. 329. has allegationes.

¶ Vltima quæstio principalis.

VLtimò, quæritur, quomodo perdantur nominationes vel 1
gradus? Respon. primò si nominatus aut graduatus in mēsibus deputatis collatoribus beneficium vacans in processu positus fuerit, vel taliter molestauerit ordinarium. §. vltim. de collat. in concorda. vt puniantur in quo deliquerunt, vt dixi in repet. ca. postulastis. in vlti. notab. per illum textum. de cleri. excommu. ministran. licet in ordina. regiis Ludo. 12. primo publica. articu. 10. mitius puniantur, tamen quod hic statuitur, tanquam nouissimum tenendum est.

Nōiationes quot modis perdantur.

¶ Dubitaret quis, quando dicatur positus in processu? Videtur 2
quando sententia est lata. cap. vt super. de appellatio. in 6. Respon. tunc dicitur in processu positus, videlicet per citationem, & litis contestationem, quanuis sententia nō sit lata. Bar. & alij in rub. ff. de in ius vocand. & Paul. in l. libertus. illo titu. vbi dicunt processum non esse inchoatum per citationem, quando actor non comparuit, quia citatio est circunducta. l. & post edictum. §. quòd si is. ff. de iud. & quia actor non comparendo, videtur tali citationi renunciare. Baldus in cap. consuluit. colum. 2. de offic. delegat. & quia citatio non habet suum perfectum esse, secundum eum: si comparuerit, & in causa processerit, tunc processus dicetur inchoatus. nota. in cap. si iudex. de senten. ex-

Quando quis dicatur in processu positus.

cõmunicat.in 6.tamen non dicetur in processu positus ad hoc, vt nominationibus vel gradu sit priuandus, & ideo si nominatus in primo termino liti renunciauerit, non perdit nominationes, quia non dicitur posuisse in processu, sed ponere voluisse, l.amplius. ff.rem ratam haberi. probatur in l. quidam hyberus. & ibi dixi.ff.de ser.vr.præb.vbi si in primo termino quis confiteatur, non debet in expensis condemnari. Feli.in cap.licet Hely.colum.3.de simonia.Ias.in §.sic itaque.de actio. insti. & in l. certi.in princip.ff.si certum peta.& in l.properandum. §.sinautem alterutra.colum.3.in 7.limita.C.de iudi. Licet appellatione processus veniat tam processus iudicis, quàm partis. Bald.in d.cap.consuluit.colum.3.tamen ante litem contestatam non punietur nominatus vel graduatus.Imò dicit text.puniendos, qui vsque ad finem litis oppugnauerunt testamentum, sic dicemus hic.l.edicto.in fine. ff.de iure fisci.

¶ Nec obstat d.cap. vt super. vbi appellatione processus venit sententia diffinitiua, quando profertur in materia, quæ ipsi sententiæ adaptatur.Domi.& alij in d.ca.vt super. per glo. in cle. appellanti.de appella.ca.cum I.& A.vbi Bald.colum.2.de re iudic. Et etiam comprehendit omnia, quæ ante sententiam fiunt. Feli.in ca.quoniam contra.colum.6.de probat.

¶ Item quando in constitutione est facta mentio processus, nõ venit sententia. Dec.per illum textum in ca.prudentiam. in vltim.nota.de offic. delega.

Intellectus ad tex.concorda.in vlti.de colla.

3 ¶ Item in text. concordatorum habetur, & taliter molestauerit: & intelligerem de molestia quæ fit per processum, videlicet si nominatus molestauerit ordinarium per processum, quòd fructu suarum nominationum vel gradus priuetur. Et si nominatus vel graduatus molestauerit ordinarium de facto extra processum, non perdet suas nominationes, secundum hunc intellectum, quia in text.dicitur, in processu posuerit, & taliter molestauerit, videlicet per processum, argu.cap.2.de tempo.ordinan. & cap.ex frequentibus. de institu.

De molestia.

¶ Item si molestauerit etiam per processum, iure tamen, quia impetrauit beneficium inhabili collatum, non priuabitur suo gradu, vel nominationibus, quia hic tex.debet intelligi de molestia facti, & quando nominatus vel graduatus in vim nominationum molestat, vt puniatur in quo deliquit, secus si alia ratione molestaret, quod probatur in cap.in præsentia.de probatio.& l. quidam.ff.de verbo. obligat. per dictum Bald.in l.1. C. de vsufruct.

fruct.vbi si testator priuet hæredem,si molestauerit vxoré suam in vsufructu, nihilominus poterit hæres exigere cautionem ab ea de vtendo fruendo arbitrio boni viri,quia testator de molestia tantú facti intellexit secundum eum. Et Alex.in l.quòd de bonis.§.1.ff.ad leg.falcid.Barb.consi. 56.à Ioue.col.5.in 3.vol.
¶ Idem si hæres priuetur hæreditate,si molestauerit vxorem testatoris,intelligitur de molestia facti,non iuris.Bald.in l.1.C.de his quæ pœnæ nomine.per glo.sing.in l.si seruum.§. prætor.in verb.abstinet.ff.de acquiren.hæred.sequitur Corse.in sing.incipiente, molestia. Sic & in hoc §. intelligitur de molestia facti, ponderando verba dicto.§. si quis autem. de coll. in concord. ibi,in vim gradus,aut nominationis. Ergo si in vim alterius impetrationis,non perdit nominationes, nec gradum.alioqui nullus graduatus posset impetrare beneficia inhabilium, & esset in hoc deterioris conditionis quàm non graduatus. quod non est dicendum,quia in fauorem eorum est introductus gradus,ergo non debet in odium eorum retorqueri.l.quod fauore. C.de legib. Et ideo multa priuilegia confert gradus, quæ licet videre per Barb.in proœmio cle.& per Alexand.in addit.ad Barto.in l.1.C.de dignita.lib.12.Feli.in rub.de magist.Bologni.in repet. authen.habita.C.ne filius pro patre,& per Petrum de lesnauderie, in opusculo de docto.per totum.
¶ Alij habent in eodem §.si quis,& aliter molestauerit.& tunc intelligetur aliter quàm per processum, quia text. dicit, in processu posuerit, & aliter molestauerit, &c. ideo si nominatus de facto expulerit eum, cui ordinarius contulit in suis mensibus, dicens beneficium ratione nominationis sibi deberi, licet male, tunc priuabitur fructu suarum nominationum. probatur in cap.1.& in cap cum seculum.de iure patro. cap.prohibemus.de censib. alia secundum hunc intellectum scripsi in d. §. fin. Aliquando intelligitur de molestia tam iuris quàm facti. l. vna. C.de nundi. Alexand.consil. 52.viso testamento.in 2. volu. & consil.151. viso themate. in fin. eo. volu.& consil. 177.viso testamento. in 5.volu.Ias.in l.vbi.circa fin.C.de transact. & hoc statutum esse reor, vt audacia graduatorum reprimatur tam in iudicio,quàm extra, quia sæpius perpetrant plurima mala & abusus. Nunquam tamen vidi seruari, vt nominati fuerint suis nominationibus priuati, aut graduati suo gradu per hanc molestiam. posset tamen fieri, si bonum videretur, & hoc intellige si in vim gradus vel nominationum, vel in vim vtriusque

in processu poneret ordinarium,per l.certi conditio. §.quoniá. ff.si cer.peta.& d.§.fin.

4 ¶Dicerem etiam,quòd licet nominatus(vt supra dixi)molestá do suas perdat nominationes, vel graduatus suum gradum, tamen nominatus nó perdet suas nominationes,& suum gradum simul.& si tex.dicat à fructibus sui gradus,& nominationis priuandum esse, quia singula sunt singulis referenda, vt videlicet nominatus sua nominatione, graduatus suo gradu priuetur.gl. in l.fin.C.de fideicom.c.cum singula.de præben. in 6.& sic postea nominatus suis nominationibus priuatus beneficia ratione sui gradus adhuc obtinere posset, videlicet beneficia in villis muratis,quia pœnæ molliendæ sunt, & restringendę.l.interpretatione.ff.de pœnis.ea.pœnæ. de pœniten. distinct.1.regula,in pœnis.de regulis iuris.in 6. Domi.consil. 126.Martinus, &c.& quia duplici pœna non debet quis puniri.c. atsi clerici.in fine. de iudi.& ibi gloss.allegat alia iura quæ licet videre. dixi in §. monemus.de colla.in concord.in glos. suspendemus. nec si habeat plures nominationes,omnibus priuabitur, sed tantum illis quibus abusus est,ne pœna extra delictum extendatur.no.in c. fraternitatis.de hæreti.

Nominatus an perdat gradũ cum nominationibus

¶Item talis molestans est priuandus per sententiam, & non est ipso iure priuatus.per tex.in concord.in verbo priuádum,quod denotat sententiam.c.vno.de sagitta,glo. & docto.in l.in criminali.C.de iurisdict.omnium iudi.Feli.in ca. Rodulphus.versic. vlt.de rescrip.& dixi in d.§.fina.

5 ¶Quero an semel priuatus nominationibus(quod raro euenit) alias possit impetrare? Videtur quòd non,ne ludibrio fiat priuatio.cap.commissa. de electio.in 6.cle. ne in agro.§.cæterum.de statu.monacho.facit l.si prætor.ff.de iud.& ne lex verbis imponatur.l.2.C.communia.de lega.

Priuatus semel nominationibus an possit iterũ impetrare.

¶Cótrarium est verius,quod probatur per extraua.execrabilis. §.statuimus.de præbend.in extra. Ioan.22. vbi dicitur, quòd si quis fuerit adeptus beneficium secundum incompatibile cum primo,ipso iure est priuatus primo,ad quod nunquam potest redire sine noua collatione.ergo sumendo argu.à contrario, cum noua collatione poterit redire per c.2.de renuncia. sic & cum nouis nominationibus poterit iterum impetrare beneficia.

¶Item si quis renunciauerit bonis paternis cum iuramento,poterit illa petere non obstante iuramento, si instituatur hæres. Alex.& alij in l.stipulatio hoc modo cócepta.ff. de verb.oblig.

doct.

docto.in l.pactum quod dotali.C.de pact. & de coll.& ca.quá-uis.de pact.in 6.Benedict.in repet.c.Raynutius. in verbo duas. nume.286.cum seq.de test.

¶ Adde etiam quòd priuatus beneficio in vna ecclesia,poterit ad aliud in eadem promoueri.ca.literas,de concessio. præbend. ibi Imol.nota.3.& si quis per subreptionem vel adeptionem priuetur rescripto,tamen postea poterit aliud impetrare,in quo veritaté imprimet.l.2.C.si cótra ius.c.super literis. & ibi no.de rescrip.& rescriptú ab excómunicato impetratú,licet sit nullum c.1.de rescrip.in 6.tamen eo absoluto poterit aliud impetrare, vt ibidem not.Idem ergo in nominato, vt licet suis sit priuatus nominationibus propter molestiam,vt possit alias impetrare,vt vna pœna contenti simus,prout dicitur in c. at si clerici.§.fina. de iud.& dupliciter puniretur, si annullarentur nominationes, & prohiberentur ne amplius impetrarétur,ideo quia hoc nó dicit tex.ergo nó extendetur.l.cum quidam.ff.de liber.& posthu. igitur poterit alias impetrare,licet primis sit priuatus. 6

¶ Nec obstat cap.commissa,de electio.in 6.Quia respon.quòd ista priuatio nó est ludibrio,licet alias nominationes impetret, quia perdet prioritatem téporis,quæ magna est.regu. qui prior. de regu.iur.in sexto.& postea vigore nominationum secundo loco impetratarum forte nunquam obtinebit beneficium,tanquam antiquior.Et sic dicerem,quòd licet quis suis priuetur nominationibus,vel gradu,tamen non perdet beneficium,si quod ex illis aliàs consecutus fuerat, argum.c. tibi,de rescript. in sexto.&.c.si clericus.de præb.eodem lib. vbi quando clericus priuatur gratia propter negligentiam suam,tamen si ratione illius gratiæ fuerit in ecclesia canonicus receptus, illum non perdet, nisi fuerit sibi collatus ad effectum præsentium duntaxat. sic in nominationibus arbitror.facit quod dicit Ancha.in consi.171. casus est talis,quidam.in fi.vbi concludit feudum posse concedi ei qui semel fuit priuatus, propter inuestituram non petitam,vt ibi per eum. 7 *Respon. ad c.cómissa.*

¶ Secundò,priuatur quis suis nominationibus, quádo habet in ecclesia metropolitana,vel cathedrali,seu collegiata, duas præbendas,seu dignitatem cum præbenda, vel vnam præbendam, seu alia beneficia,quorum fructus ascendunt vsque ad ducentos florenos auri de camera.§.volumus.de collat. in concorda. quia gratiæ tuæ renunciare videris, si beneficium pacificè adeptus es.cle.gratiæ.de rescript. & cap. si pauper. de præben.in 6. 8 *Nominationibus priuatur habens duas in ecclesia cathe-*

drali præbendas Nam mens ecclesiæ Gallicanæ, ac etiã papæ, & regis fuit, vt prõuideretur pauperibus scholaribus, qui exhausto suo patrimonio in acquirendo scientiam sumpserunt nominationes & gradus. Et non dicitur pauper, qui in redditibus habet ducentos florenos auri, siue habeat beneficia in titulum, siue in commendã, & ideo honestè ex illis poterit viuere. not. in c. postulasti. de rescri.

9 ¶ Intellige tamen, vt dixi in §. declarantes. in gloss. prosequentes. de mand. apost. supra.

Duas modicas obtinens præbẽdas an aliud beneficium petere possit. ¶ Et intellige quãdo haberet duas præbendas in ecclesia cathedrali, vel metropolitana, etiã si non ascenderent ad valorẽ ducẽtorum aureorum, tamen nõ poterit is nominationes impetrare, nec impetratis vti, vt tenet glo. in §. q si quis ex dictis, in verb. duas. de colla. in pragma. q rarò contingit. Et hoc procedebat per prag. sed per concordatum posset nominationes impetrare, & eis vti, qui duas haberet prębẽdas minoris valoris, vt patet in concorda. in §. si quis verò ex dictis. vbi se refert ad dictã summam tam in præbendis quàm in aliis beneficiis. & hoc probatur in d. §. volumus. ibi, quorũ insimul. & quia ibi est tantum vna clausula. in pragm. secus quod notes, quia multa erant vera tẽpore pragma. quæ nũc non sunt, ideo nõ confidas gl. prag. quę licet bene dicat secundum sua tempora, & tex. cui addidi glosemata, non tamen nunc, & aliàs fecit me errare, dũ sequerer suam doctrinam simpliciter. ideo tu debes videre nunc tex. concordatorum si dissideat à pragm. & secundum tex. iudicare.

10 *Habens quadringẽtos aureos in bonis nominationes impetrat.* ¶ Notãdum est, quòd si quisquam haberet redditus in bonis secularibus vsque ad quadringentos aureos, vel vltra, poterit adhuc impetrare nominationes, & viuere ex fructibus beneficij, licet habeat amplum patrimonium, quia postquam altari seruit, de altari viuere poterit. c. cum secundum. de præben. latè Barb. in tractat. de pręstantia Cardina. in prima parte. q. 6. hic tantum excludit habentem redditus beneficiorum, secus si in patrimonio, vt patet in d. §. volumus.

11 ¶ Tertiò, amittuntur nominationes, si non sint expressa ea, quę debent exprimi. de quibus dixi supra. q. 9. & in d. §. volumus. & idem in mandatis asseritur in c. ad aures. c. in nostra. de rescrip.

12 ¶ Quartò, si nominatus vel graduatus efficitur inhabilis, vel irregularis, quia etiam sic perditur mandatum. Ancha. consil. 58. circunscriptis.

13 *Cõtrahens* ¶ Quintò, quando nominatus contraheret matrimonium, aut sponsalia de præsenti, tunc suis videtur renunciare nominationibus.

nibus.gloss. & doct.in c.vno.de cleric.coniuga.in 6.Panor.in c. 1.illo titu. Aufrer. in suis decisionib. quæst.239.Ias. in l.vbi pactum.col.penulti.C.de transactio. Etiã si sponsalia essent nulla. Quia fecit,quod in se est,& contrarium actum clericatui, ob id renunciauit literis,& quia non debet esse melioris conditionis quàm peritus,c.eum qui.de præbẽ.in 6.Ias.in d.l.vbi. Si tamen contraxerit matrimonium,& non tenuerit,sed spõsalia de præsenti interuenerunt,tunc dicerem beneficium quod obtinet,nõ vacare, per regulam non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.de regu.iur.in 6.& difficilius perditur acquisitum beneficium,quàm acquirendum, & ius in re,quàm ad rem.cle.gratiæ.de rescript. & ibi hoc firmat Cardi.& sic conciliari possent opiniones contrariæ.& in l.causas,in fin.C.illo ti. vide Imol.in clem.gratiæ.col.penul.de rescrip.imo vxore mortua non licet vti mea gratia.Ioann.And.in d.c.vnico.Angel.& alij in §.1.instit.quib.mod.ius patriæ potesta.soluitur. Et his ferè modis amittuntur mãdata apostolica,de quibus vide in trac. de manda.aposto.in vlti.parte,per dom. Ruscũ. dico in rub.de manda.aposto.in concorda.§.declarantes.in gl.prosequentes.

matrimonium an priuetur beneficio, & quando.

¶Sextò,si ex aliqua causa suo priuaretur gradu,quod potest fieri,vt probatur in ca.ex literis.de consti.& ibi plenè traditur per Feli.& alios. 14

¶Septimò,si eas non insinuaret per triginta annos, quia tunc eas videtur habere pro derelicto, & eis renunciare. argu.l.licet. C.de iure deliberan.dixi supra in 14.q.principali,vbi amplè videre licet. 15

¶Octauò,perduntur quando ex causa vniuersitas reuocaret nominationes,quod potest,vt tenet glo.§. item quod ad dictas,in verbo nominare.de collatio.in pragma.sed nõ est solitum fieri, & bonũ est argumentũ à solitis.l.si quis donaturus.ff.de vsufructu.l.certi conditio.§.si nummos,si cer.pet. Ratio est,quia postulãtes re integra à postulatione recedere possunt.c.bonæ.in 2. de postulatio.prælato.Si vniuersitates sine causa nominationes reuocarent,posset ab eis tanquã ab abusu appellari,qui à senatu reformaretur.Itẽ legatus qui reseruauit beneficium pro aliquo, potest reuocare,& alteri prouidere. Hostien. in c.cũ dilectus.de iure patrona.Ioan.And.in ca.præsenti.de offi.leg. in 6.& limitatur tribus modis,per Perus.vt ibi cernere licet.& idem si papa reuocaret mandatum concessum.c.pe.de præbend.in 6.&.c.vlt. de cõcess.præbend.illo libr. vide Hippol.sing. 166.inconstãtia. 16

17 ¶ Nonò, quando nominatus eis renunciauit, vt in cap. audita. de restitut. spoliat. facit tex. in l. filio præterito. ff. de iniusto rup. nam potest quis priuilegio in fauorem suum introducto renunciare. l. si quis in conscribendo. C. de episcopis & cler. & C. de pact. c. si diligenti. de foro competen. Ioan. Andr. in c. penul. de præben. in 6. clem. gratiæ. de rescri. Card. cons. 105. super præmisso. glo. in verbo irritum. §. si quis cuiuscunque. de colla. in prag.

Renunciare nominationibus quis potest expressè et tacitè.

18 ¶ Intellige siue expressè renunciauerit suis nominationibus, siue tacitè, quia hoc casu tantum operatur tacitum sicut expressum. arg. l. cum quid. ff. si cert. pet. & ibi amplè Ias. & aliàs consului pro venerabili viro domino Ioanne de Lausergio sacrista Magalonen. mihi consanguineo colendissimo ac doctissimo, & obtinuit in senatu Tholosano. Et censetur renunciare, quando est sibi prouisum ab vno quo ad illum, quia ille qui semel vni prouidit, non tenetur amplius eidem prouidere. argu. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. significa. & supra dixi. Nec potest eum gratificare alioqui omnia beneficia ei conferret episcopus, & ille ebrius esset, & alij esurirent. & si haberet nepotem graduatum, eidem conferret omnia beneficia, & ille semper ea resignaret, & alij nihil haberent. quod valde est absurdum, vt dico in glo. gratificare. §. statuimus, 1. de collatio. supra.

Tacitè quis dicatur renunciare.

¶ Item tacitè dicitur renunciare, si fuerit effectus miles. argu. 51. distinct. c. 1. & 2. c. eos. 20. q. 3. nam tunc si arma militaria exerceat, perdit priuilegium clericorum, quia facit actum cõtrarium clericatui, quibus conuenit, nobis non licet interficere quenquam. not. Innoc. in c. 1. de aposta. & c. in audientia. de senten. excommunica. Chassa. in consuetudi. Burg. in rub. *des iustices*. §. 5. glo. *s'il n'a grace*. numero 52. & sequen. versicu. 4. fallit. vel habitum clericalem reiecit. cap. 1. de aposta. l. professio. C. de munerib. patrimo. lib. 10. idem si sententia annullans nominationes contra nominatum lata fuit, cui acquieuit gloss. sing. in c. 1. de concessio. præbend. Idem si colludat cum aduersario super vno beneficio, quod poterat obtinere, sed composuit cum illo, tunc quia per eum stetit quominus haberet illud, ei imputatur. l. in iure. ff. de regu. iur. & qui actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur. l. qui actionem. ibid. Panor. in c. ad audientiam, 2. in 4. no. de rescrip. Idem si renunciauerit ius quod per nominationes habet, tunc licet is cui renunciauerit, succumbat, adhuc videtur exclusus. argu. l. quod dictum. §. si compromisero. ff. de euictio. vide quæ scripsi in §. volumus. de collatio. in concord.

Card. in

Card.in c.mandatum.col.3.q.1. de rescript. dicens iisdem ferè modis mandatum amitti,& ideo seruiet ad intellectum tituli de mandatis apostol.in concordatis.vbi scripsi in glos.prosequentes.§. declarantes.& quot modis tacite quis renunciet,docui in praxi benefic.in 3.parte titul.de tacita renuncia.

¶ Decimò,perduntur nominationes,quando forma non est seruata quæ est posita in concordatis, quia factum corruit non seruata forma.c.cum dilecta.de rescrip.l. cum hi. §. si prætor.ff.de transact.Et illa est,quæ dat esse rei,& eam in esse conseruat.l.Iulia.§.1.ff.ad exhibend. Albert.Brunus in tracta. de forma & solénita.actus.fol.3.rub.de generali cognitio.formæ.& rub.de potentia & effectu formæ.fol.44.col.3.cum sequé.sic dixi quando quis impetrauit mandatum non seruata forma, vt sit nullum in forma de manda.aposto. *Forma non seruata corruunt nominationes.*

¶ Vndecimò,quando moritur nominatus. Anch.consi.58.circumscriptis.vbi tradit sex modos finiédi rescriptum, quia mors omnia soluit.§.deinceps.in authen.de nup.collatio.4. Et si velis videre casus in quibus mors soluit,vide per Hippo.in l.fina. nu.30.cum seq.ff.de quæstio.nec dubitatur hoc etiam casu solui mandatum,per prædicta. 20

¶ Duodecimò,quando papa cum rege eas reuocaret, cum coru sit destruere,quorum est condere.l.omni. C.de sacrosanctis ecclesiis.summus pontifex reuocat gratias per eum concessas.cap. penul.& fi.de conceff.prębend.in 6.Vnus verò sine altero non posset,cum concordatum habeat vim cótractus,vt patet in rub. de robore & firmita.cócorda.& vnus altero inuito à contractu non discedit.l.sicut.C.de actio.& obliga. & rub.C.ne liceat ab emptione discedere.tex.sing.in c.1.& ibi omnes doct. de probat.vbi Bal.ampliat etiam ad successorem, vt solus contractum reuocare non possit,iam perfectum.Domi.consil.56.inter.Roma.consil.352.quæritur.colú.penult. & sequen.& consi.325.col. penult.Ias.consil.1.in 1.vol. & consi.227. Carolus in 2. volum. col.5.dico in præfat.ad glos.concord. rub.de collatio. vbi licet fusius videre. 21 *Papa & rex an nominationes possint reuocare.*

¶ Idem est in principe recipiente pecunias pro aliquo officio,vt non possit dantem destituere.c.vno.de natura feudi. Bald.in l. qui se patris.col.8.C. vnde liberi. Boer. in decis.Burdeg.quæst. 149.an rex Franciæ. Barba.in c.1.num.14.de proba.l.3.ff.de obsequiis.Anchar.consil.366.Ias.consil.56.in causa.in fin. volu.1. & consil.105.colú.3.ibidem.Benedict. in repet. c. Raynutius.in 22 *Princeps recipiés pro officio pecunias non potest dan*

Tractatus de Pacificis POSSESSORIBVS, NON tantùm hoc in Regno, verùm toto in orbe frequens ac vtilis, ab eodem Autore D.P. Rebuffo editus.

Et nuper arrestis supremæ Curiæ, & Rotæ decretis auctus, recognitúsque.

AMPLISSIMO VIRO, DO. Francisco à sancto Andrea, in senatu Parisiensi præsidi meritissimo, Petrus Rebufus I. V. doctor, S.

ATheniéses Berosi astronomi sapientiam diu experti, post multa ab eo prædicta, quæ tempus verissima declarauerat, statuam æneam lingua aurea in suo gymnasio ei posuerũt vt quæ oracula verissima protulisset, ex auro velut emanata sibi quisque persuaderet. Quæ cum ego mente mea reuoluo, dignissime præses, quãquam vir ille fuerit clarissimus, cum tamen eum tibi conferre statuo, muscam elephanti comparare videor. Ille enim fortuito vaticinabatur, vt Trasyllus & Ascletarion, vel cacodæmonum aliquo suggerente, & quæ à se prædicta fuerant, ad euentum perducente. Tu verò non casu, sed diuinis ac vtriusque iuris peritia instructus, hactenus vera ex tuis intimis semper deprõpsisti. Dicámne à pueris quàm magnam expectationem omnibus de te præbebas? Quotusquisque enim erat, qui te, vel à prima ætate diuina quadam prouidẽtia genitum, ad hunc dignitatis, & maiorem gradum venturum non iudicauerit? Iudicauerunt & præceptores, qui indies tot scientiæ fercula vix tibi, quĩ memoriæ omnia mandares, porrigere sufficien-

ſufficientia poterant. Iudicarunt (inquam) doctores iurium Tholoſates, quot argumentorum iaculis eos in ſingulos dies impetebas. Quid referam, cum ad iuris nodos explicandos perueniſſes? Non vt Hercules gladio, ſed iure optimo reſponſa prudentum tam facundè, quàm ſubtiliter, & diſertè, omnibus lucida tradebas. Scholaſticos veluti quidam Orpheus, ita alliciebas, vt qui te ſemel audiſſent, à tuis nemo vnus lectionibus diſcedere potuiſſet. Miſſa faciam quanto cum mœrore pubes ſcholaſtica tuum tulerit diſceſſum, & quanto cum gaudio à Pariſien. hominibus receptus fueris. Fuit enim tuus adeo gratus, celebris, & notus aduentus, vt ad aures opt. maxi. principis noſtri celeriter peruenerit, qui te primo quoque tempore ſenatorio munere decorauit. quo in munere collegis, & aliis ita te probaſti, vt omnibus gratiſsima & admiranda eſſet tua fides, integritas, atque iuſtitia. quibus cõmotus princeps, ad te non ambientem neque petentem præſidis officium (quod inquæſtarum dicunt) detulit: demum proſpiciens quanta cum induſtria & peritia id munus gereres, ad præſidatum longè digniorem te extulit, multò maiora tibi debere arbitratus, quæ tempore demonſtrabuntur. hoc enim meretur tua ſingularis atque præclara iuſtitia, quam ſi laudãdam pro dignitate ſuſciperem, ſuccumberem oneri: id tantum dicam, Alexan-

drum magnum quidam summis attollunt laudibus, qui cum in capitalibus causis iudex sederet, accusatori alterā aurē occludebat. rogatus quid illud faceret: alteram, inquit, integram seruo reo. Tu verò pro tua sapientia ambas & actori & reo præbes, vt nihil præcipitatum, nihílque non matura deliberatione decretum ex te prolabatur.

Asclepiadem medicum alij commendant, commendant inquam, quòd aliquem qui pro mortuo ad funus efferebatur, sistere iussit, veræque & pristinæ valetudini restituit. quod Erophilo Clephāti medico etiam contigit. Tu verò quot tua excellenti iuris prudentia pro mortuis habitos restituisti, nemo vnus ignorat, quótve perditos homines pro bonis vulgò habitos profligasti. His igitur impulsus, etsi tua excellens dignitas omnia summa meretur, fretus tamen tua, qua semper erga me vsus es, humanitate, hunc breuem De Pacific. Possesso. tractatum tibi maximè conuenientem nomini tuo nuncupare nō sum veritus: quē si tuendum ab inuidis receperis, & album calculum adiiciendo, æqui boníque cōsulueris, spero complures tuum egregium iudicium secuturos. Vale. Lutetiæ. 17. Cal. Iunij, anno domini sesqui millesimo trigesimo sexto.

TRACTATVS

de Pacificis possessoribus.

REGVLA in hac materia est, quod quicũque possederit beneficium ecclesiasticum triennio, nõ poterit molestari in possessorio nec in petitorio, hoc statutum fuit etiam in prag. eo. tit. & in reg. cancel. 33. & nuper in his concord. isto titu. Et hæc triennalis præscriptio fuit elicita ex concilio Aphricano, de quo in c.1. vbi scripsi de præscriptio. & quia de pacificis loquimur.

¶ Notandum est, quòd secundum theologos pacifici dicuntur tribus modis. Primò, hi qui mandatis Dei obtemperant. ad Roma.5.c. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum, quæ datur hominibus bonæ voluntatis. Luc.2.c. 1 *Pacifici tribus modis apud theologos dicũtur.*

¶ Secundò dicitur etiam pacificus is qui refrenat illicitos motus. Ioã.5.c. Scias quod pacem habeat tabernaculum, id est corpus. & August. super Matt.5.cap. ibi, Beati pacifici, ait, Pacifici sunt in seipsis, qui animi motus & carnales concupiscentias habent edomitas, & rationi subiectas.

¶ Tertiò, qui quærũt pacẽ cũ proximo. ad Rom. 12. c. si fieri potest, quod ex vobis est, cũ omnibus hominibus pacẽ habẽtes. & Chrysost. super Matth.5.c. Pacifici sunt, qui nec odiũt, nec litigãt, sed litigãtes & discordes ad pacẽ reducunt. vt perbelle facis, dignissimè preses, & hi filij Dei vocãtur, quia vnigeniti fuit hoc opus, videlicet cõgregare dispersa, & pacificare inter se præliantia. Dauid Psal.119. Cum his qui oderũt pacem eram pacificus, ita epressè tenet Floren. in 4. parte summæ, tit.7.c.6. Vnde pulchrè dicit August. in c. quisquis. in primo.23.q. 4. Quisquis vel quod potest arguẽdo corrigit, vel quod corrigere nõ potest, saluo pacis vinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere nõ potest, æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus, vnde Christus dicitur rex pacific⁹, quia vt pacẽ doceret, in hunc mundũ venit. & pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos, & modestos. in procœ. decret. rex pacificus. & tex. ĩ c. decet. in prin. de ĩmu. eccl. in 6. plus dicit p os propheta, Psal.36. Custodi ĩnocẽtiã, & vide æquitatẽ, quoniã sunt reliquiæ homini pacifico. Istæ igitur, nobilis & doctissime præ-

ses,tuæ sunt reliquiæ,quas passim ne dicam Parisien. homines, verum & totus Galliæ populus te souere prædicant,Quare pacificus,pacifico,pacificum tractatum tibi dicare nó erubui. Hic tamen loquimur de pacifico possessore beneficij, qui per triennium sine lite possedit beneficium,vt dico infra,nu.164.

2 ¶ Licet videre differentiam inter quietum & pacificum,per Floren. vbi supra.& Bald.in cósi.288. omnis qui rem.in 4. volu.& not.in cle.multorum,de pœnis.&.c.sanctorum.de præscrip.vbi Panor.dicit illum quietè possidere, quando non stimulatur in iudicio,pacificè verò quando non patitur controuersiam iuris, nec facti,nec in iudicio nec extra.glo.& docto.in cle.gratiæ.de rescrip.scripsi infra.nume.164,& seq.

3 ¶ Primò, amplia procedere etiam in muliere,quia verbum quicunque in textu positum,tam masculum quàm fœminam comprehendit. tex.de iure melior & magis expressus in l.ait diuus. ibi, quicunque accipere debemus tam masculum quàm fœminam.ff.de iure fisci.l. quicunque. & ibi Alber. & alij. C. de ser, fugi.& Iohel.2.c.Quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit.& Actuum 2.c.idem Matth,12.c.dicitur.Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror,& mater est,vide glos.in cle.1. in verbo quicunque. de decimis.& in clem.1. de sepultu. text.in l.1. ff.de verb.signifi. & ibi plenè dixi hoc anno interpretando illam legem extraordinariè.gloss.in c.generali.de electio,lib. 6. gloss.in c.1. §.& cum humanæ.in verb.abbatis.eo.tit.in prag. Ias. plenè in omni fere materia. in l.si quis id quod.ff.de iurisdict.om.iudic.& Dec. in regula fœminæ.ff.de reg.iur. & dispositum in monachis & abbatibus,extenditur ad moniales & abbatissas, text. in c. fina.& ibi Panor.de statu monacho.Ias.refert consi.1.in 2.volu.col. 2 quod est.140.in numero impresso.

Fœmina post triennium in beneficiis non debet molestari.

4 ¶ Ratio textus est,quia postquam possunt habere prælaturas & beneficia.c.indénitatibus.de elect.lib.6.c. dilecta. de maior, & obed. Ergo si eas possederint cum colorato titulo per triéniũ, non poterunt super eis molestari quia qui vult antecedés, vult & consequens necessarium ad illud.l.illud ff. de acqui. hæred.l. 1.& ibi Ias.col.2.de transactio.

5 ¶ Præterea masculinum cócipit fœmininum in fauorabilibus, l.qui duos.ff.de lega.3.sed hoc est valde fauorabile,vt patet, & maximè mulieribus,ne in iudicio molestentur.c.mulieres.de iudic.lib.6.& eadé ratio subest in vtroque,imò fortior vt dixi.in mulie-

muliere, ergo & decisio. §. porrò. ibi, si qua fuerit antiquioribus causis, similis, seu maior, quæ fuit pri. causa benefi. amitten.

¶ Et hoc puto verum in beneficiis, quæ mulieres possunt habere. c. indemnitatibus. de electio. in 6. secus in aliis, vt pote in ecclesiis parochialibus, quamobrem putarem, quòd si fœmina parochialem ecclesiam possedisset per centum annos, adhuc clypeo huius decreti iuuari non posset. quod est notandum, vt dico inferius in 4. limita. in fine.

¶ Secundò, intellige procedere etiam si collegium, vel conuentus, seu capitulum beneficium possederit triennio, quia verbum quicũque comprehẽdit etiam collegium, vel capitulum. l. metũ. in magna. §. animaduertendũ. ff. quod met. causa. Alber. expressè. in d. l. quicunque. C. de ser. fug. col. 4. Item quia collegium & capitulum vicẽ personę sustinet. l. mortuo. ff. de fideiusso. tamen quia nõ potest habere in titulum beneficium, & hic tractatus tãtum loquitur de possidente colorato titulo, ideo nõ habebit locum hic tex. quãdo possidetur beneficium iure proprietatis, de quo not. in c. ad quæstiones. de rerum permuta. &. c. cura. de iure patrona. vbi scripsi dando nouum intellectũ ad illum textũ. 6 *Capitulum & conuentus an iuuentur hoc edicto.*

¶ Tertiò, extende vt etiam in foro conscientiæ non teneatur restituere post triennium, is qui sic possedit, alioqui sequeretur quòd forma huius decreti deduceret ad inferos, & conscientia legum magis esset damnata, quã maleficiorũ. ita in propriis terminis dicit Bald. in c. in omni negotio. de testib. c. fin. col. 2. de præscriptio. & in consi. 285. si quis iuris. col. 2. in 3. vol. Maleret. in tracta. de elect. fo. 87. col. 4. Et faciunt ea quæ dixi in cap. postulastis. in glo. nu. 45. cum multis seq. de cleri. excom. minist. 7 *In foro conscietiæ post triennium an quis in beneficiis molestari posśit.*

8 ¶ Secundò, sic suadetur per ea quæ ibidem dixi in glos. 1. vbi cõclusi post pręscriptionem quem non teneri restituere rem etiam in conscientia, contra Alciat. in l. quinque pedum. C. finium regundo. cui respon. ibidem insequendo glos. in cap. vigilanti. de præscriptio. & bonam iurisconsultorum partem.

¶ Sed hic p papã est statutũ tẽpus, intra quod quis possit pręscribere. ergo postea nõ tenebitur restituere in foro cõsciẽtiæ. alioqui papa nõ sic statueret, & tutus authoritate canonis inducentis præscriptionẽ, non debet dubitare de cõscientia. vt pulchrè loquitur Inno. in c. cura. de iure patro. Bal. in §. si quis per triginta. si de feudo fuerit contentio inter do. & agna. vass. col. 1.

¶ Tertiò, non aliter videtur dicendũ in foro iustitiæ, quàm conscientiæ, quia vbi lex ciuilis statuit, tale statutum etiam in foro 9 *Lex ciuilis*

est etiā in conscientia seruanda. canonico causarum,& etiam in foro pœnitentiali seruādum est nisi insit peccatum,& dolus.c.quoniam.de præscrip.sed hoc lex statuit condita tam à papa, qui habet plenam in beneficiis potestat.c.2.de præben.in 6.cle.1.vt lite penden.quàm à rege.

10 ¶Ergo etiam in foro cōscientiæ statutum erit seruandum,vt in simili notant glo.& doct.in c.quæ in ecclesiarum.de consti.vbi est communis conclusio,quòd lex ciuilis iusta obligat etiam in cōscientia.& hoc etiam tenent theologi, fortius hoc decretum à papa conditum.& hoc docet Imol.in proœ.decreta.rex pacificus.in fi.princ.Ias.consil.180.commune.col.vlti. in 2. volu. & in §.sed iste.nume.126.institu.de actio. Felin.in c.1.num.18.ver.4.fallit.de sponsal. Leona.de vtino in sermo.44.de legibus.versi.2.declaratur.facit tex.in c.quo iur.8.distin.&.c. imperatores.9.distin.&.c.de capitulis.sequen.distin.abundè scripsi in prooemio institutio.regia.glo.1.in 1.tomo.

11 ¶Quintò,probatur ex cap.si à sede.de præben.lib.6.vbi si conferatur beneficium duobus à diuersis eodem die, ille qui possidet,est præferendus, licet non habeat fortè meliorem titulum. sic & hic qui triennio possedit,licet non haberet nisi coloratum titulum.

12 ¶Quia papa confirmando hunc coloratum titulum,videtur beneficium eidem de nouo dare post triennium.gl.in reg.cancella.15.in prærogat.3.

Papa confirmando inualidum titulum,videtur de nouo concedere. ¶Et quando papa ex certa scientia confirmat inualidum,videtur validum facere.gl. no.in c.placuit.16.quæst. 6. Sed Roma. pontifex in hoc casu confirmat titulum inuālidum ex certa sciētia, cum exprimat coloratum habentem titulum non posse molestari,ergo facit validum.

13 ¶Nā tollerantia expressa approbationis papæ dat ius in beneficio.c.literas.de supplēd.negli.præla.Io.And. in c.michael. de filiis presby.Panor.in c.nisi.col.2.de præb.facit glo.in c. aqua. de consecr.eccle.vel alta. Imò etiam tollerātia tacita approbationis papæ dat ius in beneficio.Et sufficit quòd de sua volūtate constet.glo.in c.si aliquando.de senten.excommu.cle.si summus,illo titu.Et ibi Io.And.glo.in verbo tollerātes.§. volens. de collat.in prag. Panor. in c.quod circa.de consangui. Maleret.in tracta.de elect.fo.14.ver.consuetudo quippe.Io.de Selua in tracta.de benefic.in 3.parte.q.9.Dec. in c.1. nota.1. de excep-tio.sed hic papa approbat,ergo dat ius beneficio.

Tollerantia papæ an det ius in beneficiis.

14 ¶Quintò,facit c.cura.& ibi glo.& Panor.de iure patrona.ibi, nisi

nisi legitima fuerit præscriptione munitus,&c.gl.in c.possessiones,16.q.4.glo.in regu.cancell.33.

¶ Sextò,facit c.literas.de supplen.neglig. præla.& ibi Bald.no. quòd patiétia papæ dat titulum extúc canonicè possidendi. gl. & doct.in c.contingit.de dolo.

¶ Septimò,probatur,papa potest antiquare titulum beneficij & annullare.c.de multa,cum simil.de præb. sic & coloratum titulum bonum & validū reddere.c.proposuisti.de concesio.pręb. etiam in conscientia,quia datæ sunt ei claues à deo opti.maximo. Matthæi.16.c.Quodcunque ligaueris,&c. 15

Titulum inualidum papa validum facit.

¶ Octauò,facit c.cum ecclesia.& ibi Panor.de cau.possess.&.c. consultationibus.de iure patro.vbi si ille qui erat in possesione eligendi,vel præsentandi,elegerit,vel præsentauerit, licet ius ad eum non pertineret,tamen valebit præsentatio, nec electus destituetur . sic nec hic coloratum habens titulum post triennium etiam in conscientia debet deserere beneficium,nec destitui. 16

Possesionē habens præsentat.

¶ Nonò,cui conceditur vnum,videtur concedi aliud quod sequitur ex illo.l.seruitutes.§.si domo.ff.de seruitu.vrba.præd.& l.item.§.1.de seruit.rusti.glo.in l.quanuis. C. de fideicommissa. Sed hic concedit vt non debeat molestari post triennium,ergo etiam videtur concedere titulum verum. & sic quòd in conscientia posit retinere illud beneficium,alioqui hoc decretum duceret ad inferos,vt dixi supra. 17

¶ Decimò,si papa mandet aliquem non molestari super fructibus & possesione alicuius beneficij, videtur sibi adiudicare beneficium,& ita Rota iudicauit,teste glo.d.regula.33. sed hic mádat non molestari.ergo beneficium post triennium videtur adiudicare habenti coloratum titulum , & sic illa sententia etiam in conscientia est tenenda. not. glos. & docto. in ca.1. de concesio.præbend.& in c.plerique. de immunita . ecclesia. text.in cap.ex parte,1.in fi.ibi, non permittatis exinde molestari. de testib. 18

Papa mandans non molestari an iudicat beneficium

¶ Vndecimò,si ordinarius non præcedente collatione inuestiat aliquem de beneficio,túc talis inuestitura idem est quod collatio. Panor.in c.auctoritate.col.2.de institutio.argu.c.1.de cósuetud.rect.feud.& idem tenet Panor.in c.col.2. penul.de consue.de Selua.in tracta.de beneficio.3.parte. q.10. Fortius est hic in papa,qui vult aliquem nó molestari post triennium , & sic de nouo videtur conferre , vel saltem titulum inualidum facere validum. & sic is qui possedit triennio , in conscientia poterit 19

Inuestitura pro collatione habetur.

illud retinere.facit glo.ca.placuit. in 2.in 16. quæst.3.text.in ca. fin.17. quæst.2.

20 ¶ Non obstat versicu.vltimus de pacifi.possesso. vbi sic dicitur monemus ordinarios,vt diligenter inquirant,ne quis sine titulo beneficium possideat:& si quem sine titulo beneficium possidere repererint, declarent illi ius non competere, cuiusuis temporis detentione non obstante. Quia respondeo loqui de eo, qui nullum habet titulum. Et præscriptio sine titulo regulariter non currit.ca.si diligenti.de præscript.Bald.in l.nec ex vera.C. de acqui.possessio.§.1.institu.de vsucap. hic habet titulum,licet inualidum,scilicet coloratum.

Declaratur paragraphus monemus de pacific. possess.

¶ Et sic per illum tex.ibi,sine titulo,patet quòd ordinarius non potest inquirere contra triennalem possessorem cum colorato titulo,ad effectum, vt possit declarare ius illi non competere,alias posset ab eo à notorio abusu ad senatum appellari:vt vidi in praxi,quamuis contrarium firmet D.Gomes.in hac regula de triennali possessore.quæst.58.contra text.loquens in §.ordinarij,eo.titu.in concorda.Idem respond. ad rub. de eo qui mittitur in posses.videlicet quamuis beneficium non possit haberi sine titulo,secus in possessione.glos.sing.in ca.contingit. de dolo,& ibi dicit Panor.quòd si clericus bona fide titulo colorato possederit beneficium alterius per decennium inter præsentes, & viginti inter absentes,præscribit illud in præiudiciũ rectoris, licet ipse ius prælaturæ sibi non acquisierit.Sequitur Ioan.Frãcis.in tract.de præscrip.in 1.parte.5.partis princip.quæst.10.Minus refragatur regula 1.de reg.iur.lib.6. nam hic non tenet sine canonica institutione large, vt declaratur in mea interpreta. ad cap.postulastis.de cleric. excom.ministran.

Ordinari⁹ post trienniũ nõ inquirit cõtra possessorem beneficij cũ colorato titulo.

21 ¶ Nec obstat quòd traditio possessionis non inducat collationem. quia nec petitio operarum facit indictionem earum antequam indictæ sint.l.si quis hac lege.§. iudicium. ff. de opert. libert. Tamen dicit Compostella. in ca.transmissam. de elect. quem refert Oldra.consil.143.thema tale est,d.b. quòd inuestitura facta ab eo, ad quem pertinet collatio, inducit collationem? quia illi duo actus, videlicet inuestitura, & collatio iuris sunt,& ideo faciliorem functionem recipiunt, & facilius vnum vice alterius fungitur,quia eiusdem sunt generis. l.2,§.1. si cert, pet.ff,l. sed cum patrono.de bono posses. Igitur possessio cum sit facti.l.1.§.si vir.de acquir.posses.in re non tribuit ius, nec est eiusdem generis cum collatione, ideo per eam ius non acquiritur,

Possessio nõ inducit collationem.

tur.secus si fuerit titulus etiam colloratus cum triennali possessione,vt hic.& sic in conscientia post triennium etiam cum colorato titulo possessor est tutus,contra glo.in prag.sanct.quam sequitur Maleret.in tracta.de electio.fol.89. quibus per prædicta luculenter respon.

¶ Ex his infertur,quòd tam in possessorio quàm in petitorio iuuat hoc decretum, cum expressè text. in concord. hoc dicat. & in pragm.sanctio.quanuis D. Gomesius teneat solum in petitorio iuuare.quæst.53. & 59. super regula de triennali possesso. & licet regula cancella. non exprimat, tamen quia in pragma. exprimitur,& ipse dicit,quòd debemus à fonte, id est à pragmatica capere interpretationem, ergo & ipse capere debebat à pragmatica,alioqui si super possessorio ageretur post triênium, semper quis posset in hoc regno molestari, cum ferè semper super possessorio agatur, & istud decretum nihil ferè prodesset gallis,quanuis illis editum sit, nempe quãdo agitur de possessorio, quis molestatur,ergo etiam post triennium super possessorio molestari non debet: imò si molestetur solent impetrari literæ regiæ in forma de pacificis possessoribus,quibus inhibetur molestari,de quibus dixi in praxi benefic. *Iuuatur possessor triennalis tã in possessorio quã in petitorio cõtra Gomes.*

¶ Tertiò, procedit, vt non possit molestari etiam per viam denunciationis euangelicæ, contra glo.in d. verb. molestari. eodem titu.in prag. quia denunciatio euangelica fit quando imminet peccatum.cap.nouit. de iud.sed hic non imminet peccatum,vt proximè probaui,ergo denunciatio euãgelica non procedit. Et ita tenet Panor.in cap.fin.de præscrip. licet ibi Imol. contra.sed ista opinio est vera,& communis,teste Ioanne Francisc.in tracta.de præscrip.in 2.parte.3.partis.quæst.10.colum.37. Bald.consil.133.casus talis. in 5.volu. 22 *Post trienniũ nõ debet molestari etiã per denũciationẽ euãgelicam contra glo.prag.*

¶ Secundò,denunciatio nõ procedit nisi cõtra detinẽtes aliena contra conscientiam.Panor.in c.1.de probat.sed post triênium possessor nõ detinet alienum beneficium, sed suum factũ huius decreti auctoritate.ergo non procedit denunciatio euangelica. 23 *Denunciatio euangelica quibus ex causis fiat.*

¶ Tertiò,denunciatio quiescit,quando denunciatus dicit se nõ habere conscientiam læsam, & allegat causam probabilem: secundum Bald.in authen.ad hæc.C.de vsur. Purpura. in l. si me 24
& titium.ff.si cert.peta.sed ille qui possedit potest allegare causam probabilem, videlicet coloratum titulum, & possesionem triennalem huius decreti auctoritate roboratam,Ergo non poterit denunciari.

25 ¶Quartò,denunciatio euangelica requirit quòd agens probet non tantum suam læsionem,sed etiam conuentum habere conscientiam læsam.Corne.consil.137.placet litera.l.in 2.vol.quod post triennium non potest probari.

26 ¶Quintò,in actione reali est communis opinio ex vtroque iure quòd denunciatio euangelica non procedit post sententiam iniquam in reali latam , quia à primo eradicatur dominium, & attribuitur præscribenti eius effectus. argu. nota.in l.at qui natura.§.cum me absente.ff.de nego.gest.Secus in personali, quæ ossibus inhæret. ideo non potest tolli.gloss.in l.4. ff.pro socio, Bald.in authen.adhæc.colum.4.versic.item dubitatur. de debito.C.de vsur.multò fortius in eo qui triennium possedit beneficium cum colorato titulo.

27 ¶Sextò,tex.prohibet post triennium molestari,sed per denunciationem euangelicam molestaretur,vt patet cuilibet intuenti; ergo denunciari non poterit.facit tex.in ca.ordinarij.§.cæterũ. de offi.ord.in 6.vbi verbum non molestetur, generaliter intelligitur tam in iudicio,quàm extra,tam via actionis,quàm denũciationis euangelicæ . & sic affixi duas conclusiones sequentes, videlicet,Pacificus possessor etiam cũ colorato titulo post triennium in conscientia est tutus.Ex quo infertur nõ posse molestari,etiam per denunciationẽ euangelicam. Quanuis hactenus cõtraria sententia inualuerit,tamen quia ista est vera,ideo tenẽda.

Cõclusiones duæ declarantur.

28 ¶Limitarẽ non procedere,quando mala fide possedisset beneficium per triennium,tunc existimarẽ illum in conscientia nõ tutũ,& sic posse denunciari.Et ita intelligi potest gl.prag.sanctio. secus si bona fide.& intelliguntur supradicta,& gl.& doc.in c. ex frequentibus.de instit.Collect.in ca.cura.col.1. de iure patr. licet D.Gomes.in q.42.contrarium teneat,ea maximè ratione, quia iste tex.de nouo inductus debet aliquid vltra ius commune operari,& tamen nihil operaretur.Secundò,quia non agitur ita de graui præiudicio in hoc titulo sicut in præscriptione,siue vsucapione bonorũ tẽporalium,quia exceptio tantũ hic acquiritur.Tertiò,quia regula duos tãtum casus excipit:ergo vult alios etiam cum mala fide esse tutos.Sed nõ obstant fundamenta D. Gomes.Primum,nam hæc regula vltra ius cõmune operatur,videlicet quòd acquirens beneficium de iure, etiam per decẽ annos,non acquirit titulũ.ca.cõtingit.de dolo.& regula prima.de reg.iur.in 6.ca.cura.de iure patro. & inferius dico:sed ista regula tuetur possessorẽ cum colorato titulo, etiam cõtra habentem

Mala fides non iuuat possessorem in conscientia.contra Gomes.

verum

verum,ergo bene operatur vltra ius commune:nam de iure semper poterat quis molestari, quod est prohibitum per istam regulã,& per hoc edictum. Secundũ.non refragatur,quia imò agitur de maiori præiudicio in beneficialibus,quàm in tẽporalibus:& ideo in eis prohibetur missio in possessionem.ca.vno.de eo qui mittitur in possess.li.6.Nec me mouet tertiũ, quòd regula duos tantum excipiat casus:nã similes non videtur excludere,vt ipsemet Gomes.probat.& inferius fusius explicabitur.& ideo concluderẽ quòd si quis sciuerit suum titulũ inualidũ,& tamen possideat,sciens alium verum habere titulũ, quòd in cõscientia vix esset tutus.Per gloss.& doc.in ca.1.de concesio. præb.& in ca. vigilanti.de præscriptio.iuncto c.fin.ibidẽ. Fateor tamen quòd hic possessor triennalis non tenetur bonam fidem probare.

¶Quoniam bona fides præsumitur ex illo colorato titulo,cum regulariter præsumatur bona fides ex titulo vero , vel putatiuo, etiam ex errore iniusto.l.igitur. §.penulti.ff.de liber.causa.l.penul.C.de euictio.glo.sing. in §.si quis à non domino.de rerum diuisio.in lib.instit. Alexand.consi.134.in causa.col.4.in 2.vol. & sic non expedit probare bonam fidem , quia præsumptio iuris ratione tituli transfert onus probandi in aduersarium. l. ab ea parte.ff.de probat.plenè doct.in l.celsus.de vsucap.& cap. si diligenti.de præscrip.vbi concludunt bonam fidem saltem debere allegari.arg. l.si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. ff.ad leg. Iuliam. de adult. aliàs non præsumitur. Ias. in l. non hoc,colum.vltim. C. vnde cogna. 29

Bona fidẽs præsumitur si allegatur.

¶Quæro an triennalis possessor habens tantum coloratum titulum agere posit,etiam contra habentem verum titulum,tam ad fructuum repetitionem beneficij,quàm ad ipsum beneficiũ,si ab alio detineretur? Et breui respondeo quòd sic, tum quòd aliàs hoc remedium pene esset inutile : tum etiam quia est introductum ad iuris augmentum.& ad augmentum inducta,nõ debent diminutionem operari.l.legata.ff.de lega.1.

Agere triẽnalis possessor coloratus an posit.

¶Item hic tex.post triennium prohibet istum triennalem possessorem molestari,sed nõ prohibet quòd ipse agat, & alios molestet, ergo non prohibebitur. quia non vult auferre actionem, sed vult vltra quòd non molestetur.

¶Item quilibet potest agere , nisi à iure prohibeatur , Azo in summa de in ius vocan.colum.1.Sed hic triennalis non reperitur prohibitus.Ergo permissus.iuxta l.cum prætor.ff.de iudi. & per totum titulum.ff.& C.de in ius vocand.

¶ Præterea si possessor triennalis nõ posset agere, semper saltem extra iudicium molestaretur, nam vnus nunc occuparet vnam beneficij rem, alter alteram. Et alius postea subtili medio occuparet beneficium, si tunc non posset agere, quid ei prodesset triennalis possesio & præscriptio? Certè parum, & illud est notorium. Et molestare quis dicitur alium tam in iudicio, quàm extra. l. vna. C. de nundi. cap. dilectus. 1. de symo. cap. suam. de pœnis. Inno. & alij in capitu. in præsentia. de probat. Barba. plenè in cap. in nostra. nume. 29. de rescrip. vide Cassad. in decis. 6. palatium. rub. de rescrip. Adhæc postquam papa non vult, vt quis post triennium molestetur, confirmat titulum coloratum, & reddit illum validum, vt suprá probaui, & alium titulum reddit inualidum propter suam negligentiam, aliàs lex papæ damnaret aliquem, vt prædixi, quod non est dicendum.

Molestare quãdo quis dicatur.

¶ Item regulariter is qui potest excipere, potest agere. per tex. in l. statuas. ff. de acqui. rerum do. & in l. si contendat. vbi gloss. & Bart. ff. de fideiusso. Angel. in rub. de exceptio. in instit. col. 24. versic. 4. in 14. q. princi. Fel. & Dec. in ca. si autem. de rescrip. Et sic possessor triennalis, qui habet exceptionem, si posfideat, poterit saltem vt agat officium iudicis implorare. Insuper, *is qui* præscripsit agere potest, tex. est expresius in ca. placuit. 2. §. præscriptionum. 16. q. 3. sic dicens, si verò aliquo casu à possesione ceciderit, etiam aduersus verum dominum vtiliter rem vendicare poterit. & inquit D. Gomes. q. 58. quòd triennalis possessor eadem securitate gaudere debet, qua præscribens per quadraginta annos gaudere solet. & sic agere poterit sicut præscribens. vt abundè scripsi in noua interpr. ad rub. de præscrip.

Præscribẽs post rẽ acquisitam agit.

¶ Nec refragatur doctrina Bar. in l. vna. col. 2. ff. de cõdi. ex lege, vbi quando lex vetat in alicuius commodum, tunc non cõpetit nisi exceptio. igitur ex isto titulo de pacif. pos. & ex iis verbis nequeat molestari, non orietur nisi exceptio, & huius est sententiæ Do. Gomes. in q. 60. super regula de trienna. possesso. Sed ego respondeo, quòd quanuis per illa verba nequeat molestari, non induceretur actio, tamen ex iudicis æquitate ius agendi oriretur, & ex aliis iuribus. l. Aurelius. §. centum. ff. de libera. lega. & hoc firmat Barto. in d. l. vnica. nu. 5. Igitur cum possessor triennalis extra iudiciũ molestatur, quia res beneficij, vel ipsum beneficium retinetur, poterit agere, non ex illis verbis nequeat molestari, sed quia verus est beneficij procurator in rem suam. iuxta ca. 2. de donatio. Et ius habet in illo beneficio, & ex aliis

Declaratur qñ oriatur actio ex lege contra Gomes.

iuribus

iuribus, quæ volunt quòd beneficiatus agere possit.ca.edoceri. cum similibus.de rescrip.Et sic poterit agere aduersus omnes iurium beneficij detentores,etiam aduersus illum,qui verum ante triénium habebat titulũ,tam in possessorio, quàm in petitorio, quanuis contrarium concludat D. Gomes.d. quæst.69.cui per prædicta respon. Et ista sunt notanda, quia in negotiis quidem perfectis & exceptionem,& actionem competere, vt hic,in imperfectis solam exceptionem scribit iurisc. in l. metum . mana. §.sed quod prætor.ff.quod met.causa.

¶Imò quando vna dispositio fit alicuius contemplatione,licet expressè verba ad illum non dirigantur , tamen ei competit actio.l.seruo legato.§.si testator.ff.de lega.1.l.fideicom. §.interdum.de leg.3.refert Bar.in l.2.in fi.ff.ad tertul. sed hoc remediũ de pacifi.posse.est inuentum contemplatione posidentium beneficia pacificè,vt est omnibus obuium,igitur illis competet actio. Albert.Bru.in tract.de statu exclud.fœmi. arti.13.q.1.

¶Quartò,extende siue habeat titulum verum, siue coloratum. 30
habens enim verum titulum non est molestandus etiam ante triennium,quia iustè posidet.l.iustè.ff. de acq. possess. Fortius ergo post triennium per hoc decretum.

¶Imò post triénium habens coloratum titulum præfertur habenti verum,per supra adducta in proxima ampliatione & seq. Cassad.in decis.3.rub.de causa possess.

¶Item hoc est introductum ob bonum publicum , ne lites su- 31
per beneficiis sint immortales. ca.finem.de dolo.ca. dispendia. de rescrip.in 6.& ne sint in incerto ea posidentes. arg.l.1.ff.de vsuca.ac propter libertatem subditorum,ne de iure suo semper dubitent.glo.sing.in auth.de tempo.nõ solut.pecu.§.1.in verb. diligentia.collat.7.quam approbat Bald. in §.si quis per triginta.colum.2.si de feu.fuerit content.inter do.& agnat.vassa.

Decretũ de pacif.posse. quare inuẽtum sit.

¶Item ne beneficiati propter lites prosequendas cogantur deserere ecclesias,sicut quandoque patriam.in authen.vt differen. iudices.col.9. Et ne interim gregé dominicũ lupus rapax inuadat.c. ne pro defectu.de elect. per hoc dixi quòd hoc decretum omnibus obest,etiam si vnus nõ possederit nisi vnum annum, vtpote titius vnum annũ tacuit,& postea renunciauit Gaio,qui altero anno etiam tacuit, demum hic Gaius resignauit Ioanni, qui tacuit etiam per annum,postea vult me inquietare, qui hoc toto triennio possedi,dico nõ posse,alioqui duraret hoc decretum per centum annos, quia ego cùm in fine triennij essem al-

Decretum hoc omnibus obest.

teri resignarem,& ille similiter:ideo is qui triennio possedit pacificè, iuuari potest hoc decreto. sic & iste, nam secundus est subrogatus in locum primi,ergo eodem iure vti debet.l.si eum. §.qui iniuriarum.ff.si quis cautio, & quod in vna persona statuitur, & in pluribus locum habet.l.1. ff. quod falso tuto.auto. pest. si contra vnum possedissem totum triennium pacificè,hoc decreto iuuarer. sic & aduersus duos & plures.& sic fuit iudicatum in magno regis concilio,quod est notandum.

Arrestum.

32 ¶Quæro quando titulus dicatur coloratus? glos.in verb.coloratum,eo.titu.in prag. plenè declarat, nec indiget suppletione. Nota tamen quod coloratus dicitur titulus, quando est habitus ab eo qui habet potestatem conferendi seu eligendi,siue de iure communi, siue speciali, & nisi obstitisset aliquod impedimentum,fuisset iustus.& dicitur coloratus,id est figuratus, quia tantum habet figuram tituli.sic exponit text.in l.fin. C.manda. nam quod in princ.dixerat coloratam donationem,postea vocat figuratam. Vel dicitur coloratus habens aliquem colorem, l.hoc colore.ff.de inoffi.testa.& l.iubemus.§.scientes.ibi,beneficij colorati.C.de sacrosanct.eccle.reg.cancella.33. vel coloratus,id est fucatus. Bonifa.in cle.1.col.2.not.5. de senten.excom. Incoloratus, quando non habet aliquam causam seu titulum.l. minor autem.§.1.in verb. incolorato.ff.de minorib.glo.in cap. auaritiæ.in verb.colore.de elect.in 6.& ideo collatio facta à capitulo non est colorata,nisi possit probare ad se spectare collationem,& idem in collatione facta à vicario generali concludit glo.in verbo coloratum.in pragm.eo.titu. si non habeat conferendi potestatem.ca.fin. de offic.vica.in 6.

Coloratus quãdo dicatur titulus.

¶Item dicitur coloratus quãdo probatur institutio per episcopum facta, licet non probetur præsentatio. Nicol. de Milis in verb.possessio.q.101.& Domi.consi.117.in quæstione.col.3. Et sufficit præsentatio à laico si agat possessorio ad colorandam suam possessionem docere de institutione omissa præsentatione,teste Auffre.in decis. Tholo.q.431.Item,&c.aliquis fuit electus,&c. Vel coloratus dicitur quando habet titulum à collatore ordinario, licet inutilem, vtpote quia eius manus erant affectæ. Antho.& Imol.in ca.proposuit.col.2. de concessio. præb. Et breui dicendum est coloratum dici titulum,dum tamen quis ex apostolica, vel ordinaria collatione, aut electione, aut electionis huiusmodi confirmatione, seu præsentatione & institutione illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, &

Institutio an sufficiat.

proui-

prouisio, electio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertinet, obtineat, vt declaratur in reg. 33. cancel. licet ob aliquod vitium titulus non dicatur iustus, vt in d. glo. coloratum. & Gomes. in quæst. 27. & seq. super hac regula cancel. plenè scribit.

¶ Vbi vide latius quòd post triennium non tenebitur possessor 33
probare coloratum titulum, nisi contra possessorem aliquid probetur, vel ad iudicis instantiam. per l. cogi. C. de peti. hære. Et Feli. in ca. licet Hæly. de symo. vel nisi ius possidenti resisteret, vtpote quia habet duo beneficia incompatibilia, c. ordinarij. §. 1. de offic. ordi. lib. 6. glo. in verbo coloratum. eod. titu. in prag. Et potest dici titulus coloratus quando non est nullus ipso iure, sed venit annullandus. & quando est nullus, dici potest incoloratus. Feli. in ca. in nostra, correla. 36. versic. 9. not. de rescri.

Probare quis teneatur post triennium coloratum titulum.

¶ Requiritur tamen quòd habeat titulum & coloratum à principio, quia si in initio haberet incoloratum, & postea superueniret titulus coloratus, non prodesset ante illum titulum habitum, cum præscriptio ista triennalis incipiat currere ab illo tempore, quo habuit titulum coloratum. l. certe. §. pen. ibi, incipiet. ff. de preca. Etiam quia antequam habuerit titulum saltem coloratum, est violentus, seu intrusus. glo. in d. verb. coloratum. circa fi. in prag. qui omni tépore possunt molestari, vt infra dicetur. 34

¶ Quintò, extende, siue habuerit beneficium in titulum siue in commendam ad vitam. glo. in prag. in verb. titulum. vbi dicit titulum largè accipi pro quolibet modo obtinendi beneficia à iure approbato. Sequitur D. Boer. in addit. ad Dy. in regula. 1. de regu. iur. lib. 6. 35

¶ Nam commenda censetur canonicus titulus. ca. dudum. in 2. de elect. ca. qui plures. 21. q. 1. Archi. in ca. si propter. in fin. de rescrip. lib. 6. ca. nemo. de elect. eo. lib. Feder. in tract. de permutatio. beneficio. quæst. 15. Nico. Milius in verb. beneficium. §. 25. Guido papæ in decis. Delphina. quæst. 152. quinta conclusio. & ita tenetur in Francia, & sic fuit prolatum arrestum Parisiis, vt refert Io. Gallus in quæst. per arresta. quæst. 18. cum seq. vbi dicit: Quando commenda fit ad vitam dicitur verus titulus. 36

De cõmẽda hic multa.

Arrestum.

¶ Quod sic probatur, commendatarius potest constituere procuratorem ante litem contestatam, sicut is qui habet titulum. Mathesil. notab. 191. nota quòd licet procurator. 37

¶ Et potest permutare beneficium commendatum cum alio dato in titulum. ca. fin. & ibi plenè Imol. de rerum permuta. 38

¶ Item potest ex redditibus beneficij commendati viuere, sicut 37

Cōmēdatario abbati vel priori succedūt cō sanguinei. Arrestum.

is qui habet in titulum.d.ca.nemo.Imò licet de iure posset succedere abbas suo monacho, priori, vel aliud beneficium haben ti, tamen priori commendatario non succedit, sed hæredes ab intestato, quod est durum abbati Cluniacen. seruandum tamen l.prospexit.ff.qui & à quibus. arresto senatus ita pronunciatum extitit, anno 1515. die 11. Maij, quod potest esse valde vtile hodie hæredibus protonotariorum habentium istos prioratus, si fructus (vt solent) non consumpserint, & hodie etiam magni episcopi vix habent hæredes, quia bona tam viuorum quàm mortuorum consumunt.

40 ¶ Et commendatarius super illis redditibus transigere, ac eos vendere potest. Domi.consil. 17.pro declaratione in fine.autho. Capyt.in decis. Neapol.quæst.3.in causa.

41 ¶ Et habet liberam potestatem in temporalibus & spiritualibus. Panor.in ca.cum nobis olim.notab.vlti.de elect.

Cōmēdatarius abbatiæ est verus abbas.

42 ¶ Item commendatarius abbatiæ censetur verus abbas, ideo potest illi delegari causa à Rom.pontifice, sicut abbati titulario, & habet locum.c.quoniam abbas.de offi.deleg. teste Barb.consi. 2.sapienter.col.vlt.in 2.vol. Quod in Francia obseruatur, teste Chassa.in consuet.Burg.in rub.*des successions des bastards.* §.3.nu. 58.in consi.ibidem posito.& sicut tenetur intra annum promoueri is qui habet curatum beneficium in titulum, ita is qui à papa habet in commendam prioratum curatum, quia magis adstringitur hic, quam ille.d.c.nemo.vide glo.in ca.licet.in verbo causa.de elect.in prag. quod probatur etiam in cle. ne in agro. §.cæterum. de statu monach. vbi loquitur de his qui prioratus habuerint, vel commissi vel collati eis fuerint, sed per commendam committuntur, ergo comprehenduntur ibi.& in d.ca.licet canon. dicitur cui commissa fuerit ecclesia parrochialis, quod per commendam dicitur.c.nemo.de elec.in 6.abundè scripsi in praxi benefi.in rescri.de non promouēdo. nec refragatur, quòd papa dispensauit, vt secularis haberet prioratum regularem, ergo vt promoueri non teneatur, quia respon.dispensationem esse stricti iuris.ca.1.de filiis presbyterorum.in 6. & ca.seq. & sic non extendam, licet soleat extendi ad accessoria necessaria, vt docet glo.sing.in c.quia intantum. de præb.quam sequitur Fel. in c.postulasti.col.12. de rescri. Itaque dum papa concedit minori beneficium curatum non secum dispensat, vt non teneatur promoueri, quando erit ætatis legitimæ, imò si non promoueatur, priuabitur, per d.c.licet canon.& ca.cum ex eo. & ca.commissa.

Cōmēdatarius intra annū promoueri tenetur.

missa.de elect.in 6.Bonif.in d.§.cæterum. col.vlt.sic in seculari dispensato, vt habeat prioratum regularem, dicemus, vt non censeatur dispensatus de non promouendo, dum erit ætatis legitimæ,ne duo specialia concurrant.l.1. C. de dotis promissio.

¶Et ideo in commendis à Roma. pontific. factis solent hæc verba inseri,talem N.prioratum cum omnibus iuribus & pertinentiis suis tibi authoritate apostolica commendamus, per te quandiu vixeris,& dictum prioratum N.obtinebis, tenendum, & etiam gubernandum, ita quòd durante commenda huiusmodi,de fructibus, redditibus, & prouentibus ipsius prioratus N. disponere & ordinare valeas,sicut veri priores ipsius prioratus, qui fuerunt pro tempore,ordinare, & disponere potuerunt, & etiam debuerunt, &c. En ergo quomodo papa æquiparat cōs habentibus titulum,ergo eodem iure vti debent.ca.de multa.de præbend.licet glo.in reg.cancel.33.contra teneat. 43 *Practica no.in commendis.*

¶Imò hodie in Francia vacant beneficia per mortem commendatarij, & sic impetrantur, ac si in titulum haberentur: licet de iure quidam teneant contra.vt Feder.in tract.perm.q.15. Et per commendam habet quis ius in beneficio commendato. glo.in ca.licet.in verbo causa.de elect.in prag.ideo postquam non habens principio plenum ius in beneficio, vtpote habens coloratum titulum non debet molestari post triennium, fortius is qui habet ius prætextu commendæ, vt dixi. Et an commenda temporalis possit ab inferiore episcopo fieri?quod sic docet Panor. in cap.si constiterit. de accusa. & ea durante potest ordinarius conferre,vt plenè scribit Roma.consi. 350. in casu.& ego consului in consi.incipien. ex facto.& Roma.consil.350.in casu.an possit commenda reuocari. 44 *Commēda an possit fieri ab inferiore episcopo, & an ad vitam.*

¶Nec obstat quòd beneficia non debent commendari nisi vsque ad sex menses.d.c.nemo.& iste tex.debet intelligi de beneficiis perpetuis,vt infra dicam.ca.sanctorum.70.dist.ca.præcepta.55.dist.glo.in ca.pastoralis.7.q.1.Respon.verum esse ab ordinario in ecclesiis parochialibus, alia verò beneficia etiam ordinarij poterunt commendare ad vitam.cap. qui plures.21.q.1. Domi.& Philip.in d.c.nemo.& in his posset habere locum iste tex.& in commendatis à papa:secus in dictis parochialibus beneficiis datis ad tempus,per supradicta, & infra dicetur. 45

¶Nec obest quòd commenda non inducit incompatibilitatem.c.dudum,2.de elect.ideo is qui habet beneficium curatum in commendam,potest habere aliud in titulum sine alia dispen- *Commēda an incōpatibilitatem inducat.*

satione. Si tamen papa commendauerit beneficium regulare vni, & postea dispensauerit, vt duo incompatibilia obtinere possit, & vnum regulare, nisi dicat cum obtento non censebitur dispensatus, quia papæ voluntas est dispensandi ad vnum, non ad duo, aliàs dixisset, & dispensatio strictè intelligi debet. vt scripsi in glo. dispensationum. in forma mandati, & habens beneficium in commendam non potest cogi vt profiteatur, sicut is qui habet in titulum, vt firmat D. Gomes. in regula de infirmis resig. quæst. 13. hoc declarat Rusæus in tracta. commenda. quæst. 8. nisi hoc in bulla expressum fuerit.

46 ¶ Nec refragatur ꝙ commendatarius ad nutum potest remoueri. c. obitum. & c. cathaniensis. 61. dist. c. constitutum. 7. q. 1. quia non est nisi quoddã depositum, quod ad deponentis volũtatem potest liberè reuocari. etiam si fuerit dictum ꝙ duret vsque ad obitum. l. 1. §. si sic deposuero. ff. de depos. cap. bona fides. depos. domi. consi. 8. quidam cardinalis. col. 3. Quod intelligo verum quando ad ecclesiæ vtilitatem facta est commenda, secus si ad personæ vtilitatem, vt communiter fit maximè in Francia, vt dixi, tunc non poterit reuocari durante vtilitate, & sic vita commendatarij: & hoc quando à papa, nisi tamen ex causa. & ita seruatur, prout consuluit Rom. consi. 350. in càsu. sicut procurator in rem suam non potest reuocari. l. procuratore. ff. de procurat. glo. in l. sicut. §. si procurator. quib. mod. pig. vel hypo. sol.

Commẽdatarius an poßit remoueri.

47 ¶ Sic nec commẽdatarius, qui dicitur procurator in rem suam. Bald. in l. 1. colum. 4. C. de actio. & obliga. Imò secundum do. Alcia. in l. pactum curatoris. C. de pact. poterit commendatarius dissipare fructus beneficij. quod dixi esse à iure bene alienum, in repe. c. postulastis. 4. no. de cleric. excommu. mini. prout dicit Archid. in ca. statutum. §. accessorem. de rescrip. in 6. sequitur Barba. consil. 19. vbi Christus. col. 1. in 3. volu. vbi dicunt hæreticum esse in iure dicere beneficiatum facere fructus suos, ergo non potest eos dissipare, cùm etiam habens titulum hoc non possit, fortius nec commendatarius. Alia dixi ibi, quæ licet videre. non repeto.

Cõmendatarius non poteſt fructus beneficij dißipare, cõtra Alcia.

48 ¶ Præterea dum cõcedo rem alicui ad certũ vsum, gratiã & vtilitatem vtẽtis, quo ad vsus durat, & vtilitas, non potest cõcessio reuocari. l. in cõmodato. §. sicut. ff. commoda. Sic & quando cõmenda datur ad vtilitatem commendatarij, vt in Francia. tunc quandiu viuet is commendatarius, & durabit eius vtilitas, non poterit reuocari. Et sic post triennium poterit se per hoc decretum

tum tueri.& ita vidi seruari in forensi iudicio.

¶ Et sic tenui conclusionem, quòd pacificus beneficij possessor cum titulo vero vel colorato, potest post triennium iure molestari. Imò etiam sine titulo post triennium non debet. Prima cõclusio debet intelligi ex noua causa posse molestari, vt infra patet in limitationibus, sed non potest molestari etiam si possederit sine titulo, dummodo habuerit in commendam, quia cõmendatarius non dicitur titularius, vt not. Panor. in c. querelam. notab. 2. de elect. Soci. consi. 32. ex his. col. 6. volu. 1. 49

Conclusio. Pacificus possessor beneficij sine titulo non potest molestari post triennium.

¶ Vel si quispiam ad fidem cõuertat populum hæreticũ, & postea sine titulo posideat illum per triennium, ille locus ab eo nõ potest repeti. c. 1. vbi plenè scripsi. de præscrip. intellige etiã siue possederit per triennium virtute vnius tituli, siue duorum, dummodo primus fuerit coloratus, secus si esset nullus, & secundus post annum habitus coloratus, tunc hoc triennium ab illo tempore colorati tituli habiti computabitur, non ante. vt dicit Gomesius in 46. q. huius regulæ.

¶ Sextò, etiam procedit quãdo quis possedisset beneficium per triennium cum simplici signatura, quia ex sola signatura perficitur gratia. c. institutionis. 25. quæst. 2. Panor. & Feli. in ca. super literis. de rescrip: & Panor. in c. nosti. de elect. glo. in regul. cancel. 25. & 29. nam de iure non requiritur scriptura ad essentiam gratiæ. Bald. in l. fi. in fi. de communi seruo manu. C. Feli. & alij in rub. de constitu. per glo. singu. in clemen. dudum. in fi. in glo. verbo. de sepul. ideo collatio inferioris à papa potest probari per testes. Bald. in c. 2. in fine. de restitu. spoliat. quia postquam habet verum titulum, ergo non poterit molestari. vide de Ripa in lib. 2. responso. c. 11. de iure, &c. 50

¶ Nec refragatur quòd adipiscens possesionẽ cum simplici signatura, dicatur intrusus, vt no. Feli. in c. in nostra. de rescrip. & in c. veniens. de accusa. per extrauag. iniunctæ. de elec. in cõmunibus, qui intrusus nõ iuuatur hoc decreto, vt infra dicam, quia respon. cũ qui adipiscitur possesionẽ cum signatura, nõ esse intrusum. nã intrusus is dicitur, qui nõ intrat per ostiũ, sed aliũde. tex. solẽnis in c. relatũ. de iure patro. sed is qui habet signaturã, intrat per ostiũ, cum habeat à papa prouisionem, ergo nõ dicetur intrusus. Nã si detur à papa titulus, ergo vult papa, vt in vim illius possesio acquiratur. arg. l. 2. ff. de iurisdi. om. iud. & ꝑ hoc est tex. in tit. de annatis. in cõcord. vbi etiã scripsi alia. & sic non erit priuatus ita adipiscẽs possesionẽ, cum alicubi nõ caueatur. 51

Possesio ex sola signatura capi potest. Intrusus quis dicatur.

nam regula cancel.29.loquitur in commissionibus causarũ circa processus.regula 53.in dispensationibus. & sic tenet do. Auriol.in reg.1.de reg.iur.in 6. in additi.ad Guil.de monte Laud. & ista opinio videtur æqua,licet altera de stricto iure procedere posset,& hæc seruatur in forensi iudicio, in hac Francia consuetudinaria,& extra.iniunctè potest loqui in maioribus dignitatibus,secus in aliis.

¶Et quòd possessio canonicè ex simplici signatura capi possit, seruat Rota,vt firmat Gomes.in q.5.in regul. de non iud.iuxta formã supplicat,nisi in consistorialibus, & quòd signatura præbeat saltem coloratum titulum,scribit Cassado . in decisio.vlti. rub.de restitu.spoliato.

52 ¶Septimò,habet locum in quolibet titulo , siue ergo habuerit collationem beneficij possessi per triennium, siue electionẽ,non requirentem confirmationẽ,quia vbi requiritur cõfirmatio,non sufficit sola electio. vt tenet gl.in prag . sed quãdo beneficiũ dicitur cõferri eligendo,vt in præbẽdis ecclesiarũ cathedraliũ seruatur. si verò requiratur cõfirmatio , tunc dicitur beneficiũ electiuum.glo.sing.in c.quia cõtingit.in verb.electionẽ.de religio. domi.glo.in regula cancel.33.& in tit.de elect.in verb.electiuis. §.quibus.in prag.Io.de Selua in tract. de benefi. in 3.parte.q.1.

53 ¶Quia hic titulus largè accipitur pro quolibet modo obtinẽdi beneficia à iure approbato,licet in iure multis assumatur modis. glos.in l.non est.C.famil.hercis. Et in auth.de ecclesiast.titu.in rub.colla.9.c.vt singulæ.de offic. archipresbyte. Lucas de penna.in l.absit.C.de priuil.domus August.lib.11. Ioann.de Pla.in rub.C.de cauo.larg.titu.lib.10.& in additio. ad Paul. in l.1.ff.si certum peta.glo.in verbo intitulatam.c.dudum.in 2.de elec.Io. Fran.in tract.de præscrip.in 3.parte.col.21.

Titulus quot modis accipiatur.

54 ¶Et ideo procedit etiam in præsentato & instituto,vt etiã post triennium nõ possit molestari,cùm institutio sit ecclesiastici beneficij,vel ecclesiæ collatio. Host.in summa de institu.in §.1.Et dicitur canonicus titulus,sicut collatio.docto.in rub.illius tituli,& Panor.in c.auctoritate.illo titu.glos. in verbo beneficium. eodem titu.de pacifi.posses.in pragma.

Præsentatus post institutionẽ hoc iuuatur decreto.

55 ¶Idem in permutatione per superiorẽ approbata , alioqui permutãtes perdũt beneficia propria auctoritate permutata.c.quæsitum.cum seq.&.c.cum olim.de rerum permut.c.vno.illo titulo.lib.6. Aegid.de Bella mera in suo tract.de permutatio. beneficio.post Feder.

¶Idem

¶ Idem puto in translato auctoritate papæ vt etiam post trien- 56
nium molestari non debeat, quia translatio sic facta dicitur canonicus titulus.ca.si quis iam trãslatus.21.q.2. glo.in §.quibus. in verb.clausis.de elect.in prag.c.1.de transla.episcop.cum dicatur quædam permutatio auctoritate superioris facta.Io. And.in d.c.quæsitum.Panor.consi.101.factum.in 2.vol.Federi.consil.5. quidam.& est repetitum consil.19.quidam. Oldrad.consi.267. quod domino.& consil.284. in quodam. Ancha. consil.158.ex narratis.Roma.consil.345.circa. vbi licet multas quæstiones videre de ista translatione.

De transla to an hoc decreto iuuetur.

¶ Nec me mouet c.cum in illis.§.1.cum seq.de præb.lib. 6.vbi 57
appellatione vnius tituli,nõ venit alius.Respon.verũ esse quando specialiter titulus electionis,vel collationis,siue institutionis est expressus,secus si titulus tantum, vt hic titulum coloratum. quia comprehendit quemlibet titulum.Et sic intelligo hunc textum.ista est nota.limitatio ad d.cap.cum in illis. & declaratio. quam nota.

Declaratur c. cum in illis de præbẽ.ĩ 6.

¶ Nec mihi placet decisio D.Gomes. super hac reg.cancella.q. 26.vbi dicit possessorem tredecim annorum iuuari hoc remedio sine titulo,tum quòd per decem annos præsumatur titulus. l.si filiusfamilias.C.de petitio.hæredi.tum quòd iste titulus præsumptus tantum debeat operari sicut verus,& postea triennium post ipsum præsumptum titulum facit,vt hac exceptione iuuari possit,& quòd non teneatur ostendere aliquem titulum,hæc ille,sed loquitur contra tex.suæ reg.ibi ex quouis titulo,& sic requirit titulũ.ita hoc decretũ,aliàs qui non habet titulũ,est intrusus.cui per hoc remediũ non succurritur,postquam requiritur titulus,oportet ꝙ probetur,cum quis debeat suam intentionem probare,aliàs tanquam intrusus excluderetur.argu.l.actor.C.de proba.& titulus præsumptus nõ est simpliciter titulus, sicut donatio cõditionalis nõ est simpliciter donatio.l.1.ff. de dona.nec creditor conditionalis dicitur creditor simpliciter. l.creditores. vbi scripsi.ff.de verb.sig. alibi dũ operæpretiũ fuerit alia scribã.

Sine titulo non iuuatur quis hoc decreto.

Et sic practica est in Frãcia,vt si quis molestetur post trienniũ, 58
is impetret literas regias de pacificis possess. vocatas, per quas præcipitur parti,vt non habeat illum pacificum possessorem amplius molestare,si de narratis apparuerit. vt in c.2. de rescript.& debet impetrans probare,& ostendere suum titulũ,sub quo ipse possedit,nec potest cogere aduersariũ suũ ad ostendendũ titulũ, antequam ipse suum exhibuerit, & ita censuit senatus in iuridi-

Praxis tituli de pacific.possess.

Arrestum.

cis conuentibus Molinis celebratis 1534.

58 ¶ Octauò, etiam procedit, si beneficium spectaret ad collationem laici ex priuilegio, quòd potest. cap. dilectus. in 3. de præbend. c. Adrianus. 63. distin. Oldrad. consi. 1. glos. in c. imperium 10. distinct. licet de iure laicus non valeat conferre. cap. si quis deinceps. 16. quæst. 7. & glos. ibi, in summa. & cap. per laicos, & laicis. ibidem.

De collatione per laicum facta.

59 ¶ Nec etiam valet consuetudo, vt laicus conferat, seu eligat. ca. massana. & c. sacrosancta. de elect. Panor. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt à prælat.

¶ Poterit iste hoc decreto iuuari, dummodo probet collationé ad istum laicum pertinere, & sibi ab eo collationem factam, & se per triennium possedisse.

60 ¶ Notandum est tamen, quòd per talem collationem ex priuilegio factam per laicum ius spirituale non acquiritur ei, cui collatum est, donec per episcopum aut alium clericum fuerit institutus. cap. in synodo. 63. distin. Ioan. Montaigne in tracta. de bigamis. in q. 5.

61 ¶ Sed hoc prodest laicorum collatio, & inuestitura, vt inuestitus possit recipere feuda, & alia bona temporalia. Corset. in tractatu de potesta. regia. quæstione. 11. ideo dicit Hostien. in summa de institutio. quòd etiam in omni beneficio in quo inferior ab episcopo confert ius, semper debet interuenire approbatio, episcopi, & institutio, vel eius vicarij. c. fi. de cleri. pere. cap. 3. de institu. Nisi inferior hoc ius præscripserit, quod potest, nisi fuerit laicus. per tex. in cap. auditis. de præscrip. & ibi Panorm. & in cap. cum non liceat. in fine. & cap. causam, ibidem.

Collatio laici de quo prosit.

¶ Quod facit contra multos, qui post collationem ab inferiore factam, non plus loquuntur episcopo, quàm vni porco, secundum eum, quem refert Imol. rub. de institu. & de hac institutione authorisabili, vide per Calder. consil. 2. an archypresbyter. in fi. de præscrip.

62 ¶ Nonò, extende tam in beneficio principali quàm vnito, quia possidendo principale per triennium non poterit etiam molestari super vnito. argumen. cap. super eo. de præbend. libro sexto. quia vnitorum & connexorum eadem est ratio. ca. translato. de constitu. Et duo vnita censentur vnum, ideo non debent diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. Baldus in l. excusantur. §. fina. ff. de excusa. tuto. per illum textum.

De beneficio vnito.

Et hoc

Et hoc intellige quãdo quis possedisset principale beneficium, secus si accessorium tantum. & hoc quando fuit facta vnio de vno alteri accessoriè, secus si æquè principaliter. Ancha. consi. 114. pro impetrante. col. 1. de vnione. vide plenè per Petrum de Perusio. tracta. de vnio. benefi. & in tract. de reuoca. vnio. Si tamen fuerit facta vnio inutiliter, id est non vocatis quorum interest, vt decet. docto. in c. sicut vnire. de excessib. prela. & is possederit triennio, non iuuabitur hoc decreto, quia non possedit illam ecclesiam in titulum, sed in proprietatem, & regula loquitur quando quis habet titulum, & cui non conueniunt verba, nec dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infe. & ideo post decem & 30. annos vidi impetrari beneficium vnitum per id temporis possessum per rectorem, & eo mortuo impetrabatur vacans per obitum.

¶Item si post vnionem rectè & ritè factam quis impetret beneficium, & in vim illius impetrationis per triennium quis possederit, non iuuatur etiam hoc decreto, quia beneficium non vacabat, & sic nullum habebat titulum impetrans, quanuis saltem coloratus requiratur hic, & in vnione perpetua, sic in cancellaria seruari dicit D. Gomes. in quæstione octaua, super hac regu. & quæst. 24. vide Boer. q. 345. & sequen. an vnio. in decis. Burdeg.

¶Decimò, procedit etiam in prælatura, vt in text. prælaturam, 63 *Appellatione prælaturæ quid veniat.*
& appellatione prælaturæ venit episcopatus, vt dicit gl. in verb. prælaturam. in eo. titu. per c. ne pro defectu. &. c. nihil. de elect. c. vbi periculum. §. & ne. eo. tit. lib. 6.

¶Etiam alij appellatione prælati veniunt tam superiores (Domi. in c. præsenti. §. cæterum. de offic. leg. lib. 6.) quàm inferio- 64
res. c. decernimus. & ibi Panor. & Decius. 2. notab. de iud. cap. 1. de æta. & qualita. ca. quia nos. & ibi Deci. 3. notab. de appella. glo. in verb. prælatum. & in verbo prælato. c. 1. de elect. in prag. & Panor. in cap. nihil. in 2. notab. de electio.

¶Et ideo minister fratrum minorum, siue gardianus prælatus 65
nuncupatur. glo. sing. in cle. 1. in verb. prælatum. de elect. vbi notaui eam sing. & Card. & Felin. in c. cùm olim. col. 1. de maior. & obed. Barb. consil. 41. deum. colũ. 4. in 3. vol. Item priores conuentuales dicuntur prælati, si sint perpetui. Bonifa. in cle. 1. col. 1. de supplend. negligen. præla. in prin. glos. in cap. nullus. de electio. in 6. Barb. consil. 40. præclare. colum. 8. in 1. vol. Et quando nominatur episcopus & alius prælatus, tunc accipitur pro quo-